BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
70
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

605852

ADDITIONVM
AD QVAESTIONES VSVALES.

Seu

AD PRIMVM VOLVMEN COMMENTARIORVM
Conſuetudinum Neapolitanarum.

R. P. D. ANDREÆ MOLFESII
CLERICI REGVLARIS SACRÆ THEOLOGIÆ, AC V. I. PROFESSORIS.

TOMVS SECVNDVS.


HABES HOC SECVNDO VOLVMINE, LECTOR, NON SOLVM Additiones ad totum Primum Volumen vnà cum Textu earundem Conſuetudinum, ſuis aptato locis; verùm etiam variarum Quæſtionum, diuerſarum Materiarum, tum ad explicationem Proœmij, tum etiam de contractibus inter virum, & vxorem, De conſenſu mulieris, viro præſtito in alienationibus, ac de Curialibus, ſiue Notarijs, & eorum instrumentis ampliſſimam materiam, eadem methodo, ſicut in Primo Volumine diligentiſſimè explicatam.

Acceſſerunt etiam ad eorundem voluminum ornatum triginta ſeptem alia Conſilia materiarum. Admodùm practicabilium, & in vtroque foro reſolutarum.

Opus etiam Eccleſiaſticis, vt intuenti patebit, proficuum. Similiter cum duplici Indice Quæſtionum, ſcilicet, & rerum notabilium.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISS. DOMINVM
D. FRANCISCVM A CASTRO, CASTRENSIVM
COMITEM, TAVRISANORVM DVCEM,
olim in hoc, nunc in Regno Siciliæ Proregem meritiſſimum.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorigij. 1616.

Bibliothecae de Rosa
Caſ. 50

Digitized by Google

Approbatio, & licentia Admodùm R. P. Generalis Clericorum Regularium ad hoc Secundum Volumen Commentariorum.

D. Andreas Peſcara Caſtaldus, Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium.
Opus à D. Andrea Molfeſio, noſtræ Congregationis Sacerdote, Theologo, ac V. I. Doctore, quod (Additionum ad Quæſtiones Vſuales, ſeu ad Primum Volumen Commentariorum Conſuetudinum Neapolitanarum Tomus Secundus) inſcribitur; necnon cum triginta ſeptem Conſilijs diuerſarum materiarum practicabilium, & in vtroque foro reſolutarum, à Doctiſsimis, pijſque Viris eiuſdem Congregationis, ad id deputatis lectum, & approbatum, Typis mandari concedimus, ſi ijs, ad quos ſpectat, videbitur. In cuius rei fidem præſentes literas, manu noſtra ſubſcriptas, ac ſolitæ noſtræ Congregationis ſigillo munitas, dedimus. Romæ die 12. menſis Februarij, 1616.

D. Andreas Præpoſitus Generalis.

D. Angelus Maria Secretarius.

Aliorum Superiorum licentia eſt in fine operis.

ILLVSTRISS.MO AC EXCELLENTISS.MO D̄NO
D. FRANCISCO A CASTRO
CASTRENSIVM COMITI,
TAVRISANORVM DVCI,
Regni Siciliæ Proregi meritiſsimo.

D. ANDREAS MOLFESIVS CLERICVS REGVLARIS P. F.

ITERVM, ac ſecundò, Excellentiſs. Prorex, vbi animum ad ſcribendum appuli, alterum hoc ad conſuetudines Neapolitanas confeci volumen, denſiſſimis licèt tenebris obuolutum; quod, te Auſpice, lucem tua ipſum luce, quam expectarat, præfulgidum, nunc iure merito ſpectat, & videt. De Iuſtitia agit, vltrò itaq; ad te venit, cuius iuſtitia Regijs natalibus indita, proprijſq; viribus aucta tum in Prouincijs hiſce, alias & nunc tibi ſubiectis, tum in exteris longè, lateq; diſſitis illuſtri, perenniq; fulgore effulget; quis enim ſubiectos ſibi populos æquiori trutina, iuſtis directa legibus, te glorioſius & moderauit, & moderat? cuius perenne nomen non modò in regni huius culmine, verùm etiam in legationibus inſignibus iam celebri vbiq; præconio efferri ſcimus; te nedum Ciuitas hæc, ſed & Regnum ipſum, orbiſq; vniuerſus liberalem Principem occinit: in regimine prouidum Ducem, in alimonijs diſpenſatorem fidelem, in arduis rebus magnanimum, ac deniq; in recta communis boni conſeruatione defenſorem acerrimum, pacis ſeruatorem, litium diremptorem, vrbium moderatorem, læta, elataq; voce prædicant. Pietatem, religionem penè innatam quis non miratur, & demiratur? edicant monaſticæ, clericaliſq; vitæ cultores apud te victi, & arcto quodam beneficiorum vinculo deuincti; quid pro Apoſtolica Sede, Principum pace, Regis auctoritate, diuino cultu, pietate, Religione egeris, feceris, dixeris, tentaueris. Quid? vincis humanitate, deuincis pio cultu, & obſequio. auctoritate, prudentia, longanimitate, facilitate, maieſtate benigna, ac benignitate illuſtri longè alios excellis. multos ante te vidimus virtute inſignes (abſit aſsentatio) futuros non deſperamus, ſed excellentiorem, fateor ex animo, nec facilè ſęcula priſca dederunt, nec poſteriora dabunt. Nouitia non ſunt iſta, nec in te nuper exorta primùm, auita ſunt, & vnà cum ſanguine in hæredes effuſa. Pater tuus, hoc eſt Neapolitanæ cymbæ Nauclerus, & Nauta, optimus Parthenopei populi Dux, Regniq; huius Prorex ne dicam, an parens? vtrunq; certè communi omnium calculo: hic ipſe Eccleſiaſticos viros adeò coluit, vt non niſi pileo tectos ſacri Altaris miniſtros minimè alloqueretur vnquam. tuebatur illos eximiè, proſequebatur officio, iuuabat beneficio. tempeſtiuè ſatis, licèt expleſſet in breui tempora multa, tempeſtiuè tamen proripuit mors inuida virum, Virum adhuc leges, iuſſa ponentem, maria, terras, pacem, bella moderantem: Proregis dignitatem ſalutariter, & ex vſu priſco adminiſtrantem, ad metam illam communis boni ſingulos dirigentem, & quod vltimò apprimè ſignandum venit, de religioſis viris præ cæteris, benemerentem; quem, licèt præripuerit inimica mors, non tamen prorſus eripuit; reliquit ſuæ virtutis hæredes, ſui ſanguinis germina, ſuæ probitatis ſoboles, ſui regiminis Vicarios, ſuæ poteſtatis ſucceſſores. an non frater tuus germanus, tanti patris filius, quaſi hæreditario iure iddem ſceptrum, imperandiq; tulit poteſtatem, ac ſimul religionis cultum, & obſequium? teſtantur hoc & ipſa non aſpernanda beneficia, eccleſiaſticis viris in dies largè impenſa. Quem enim eorum non fouit, imò & fouet? cui non fauit, & fauet? quem non coluit, & colit impensè, & ex animo? potentiam, & modeſtiam ita attemperabat, & attemperat, vt cum maieſtate amor, cum modeſtia cultus mirè necteretur. at vnicus ne perſtitit hæres? vno ne ingenimine arctatur vniuerſa virtutum proſapia? minimè gentium. Sed, vno auulſo, non deficit, nec defi-

ciet alter. progerminat fœcundus ſtipes probitatis ſtolos. Succeſſiſti olim patri, nunc & fratri, vt viuendi neſcia ſe fateretur vel inuita Neapolis tantę ſtirpis non vegetata humore; expugnata, ac funditus diruta huius muniti Caſtri orbata præſidio. verè huius vrbis Caſtrum, imò & Caſtra. Caſtrum, quo munias; Caſtra, quibus propulſes inſultus: Caſtrum, quo ſerues; Caſtra; quibus terminos dilates: Caſtrum, quo difficile reddas captu; Caſtra, quibus perterreas hoſtes: Caſtra in bello, in pace Caſtrum, vt de Caſtro, & Caſtris iugiter belli, paciſq; tempore meritò lætari queat Regnum vniuerſum. Ex quo quid mirum, ſi & Siculæ gentes auidis, hiſcentibuſq; animis, non abſq; ingenti Regni huius inuidia, mira expectatione teneantur, tuum Auguſtiſſimum præſtolantes aduentum, vt facto perſentiant, quod celebri fama alibi factum, dictu perceperant, & præſertim mea, quæ illic degit religio, vt amor, quo me, meoſq; vnà cum Excellentiſs. Germano tuo nupero Lemētium comite, huius Regni Prorege meritiſſimo, vbiq; complexi eſtis, veluti è fortiſſimo amoris Caſtro effulgeat, erumpatq; vbi etiam Æthna, licèt gelidæ noctis gelu perfuſa, miris ſcatet incendijs, licèt abluatur mare, igneos tamen globulos emittit. inſaniret profectò qui tuæ pietatis opera, charitatis ſigna, & magnæ cuiuſdam de ea conceptæ opinionis argumenta iam cernens, nullo refrigerante algore, vel gelu, nulla alluuione contrarij, non maiora in dies ſperaret beneficia, expectaret pietatis officia, præſertim fęlici illa in vrbe Panhormi, quò nunc accedis, eò vel maximè, quod ibi Patres ſub auguſtiſſima Sancti Ioſeph tutela, & nomine, quem tu pio nimis cultu proſequeris, degunt, vt & in noſtros altus amor, & in Sanctum ſponſum indita deuotio ad vlteriores adigat fauores. Verùm hæc mihi cum cæteris; communia. illud peculiare meum; quod perpetuò tuum, ſingulare erga Sanctiſsimæ Dei genitricis obſequium; quo adeò eam ipſe veneror, vt nec manum ad tabulam ſine eius auſpicio vnquam apponere audeam: & ſi primum Volumen ſub eius patrocinio prodijt, & hoc ſecundum etiam prodijſſe cenſebo, ſi in eius Caſtri patrocinio degat, quod ab ea, quæ terribilis eſt, vt Caſtrorum acies ordinata, vallatur, & regitur. Securus itaque pugnaturus deſcendet in obtrectantium caſtra; tanti Caſtri, & Caſtrorum tutamine tectus. Caſtrenſium nanque milite, atque ſeptus armis, Comite Caſtro, immaniumque Taurorum Duce, ad quem pauebit occurſum? Reliquum eſt, Excellentiſs. Dux, vt pronis auribus, benignoque, quo ſoles, animo, meos hoſce qualeſcunq; labores excipias, in munitiſsimo tuo recipias Caſtro, atque inter tua inſcribas Caſtra; ita enim fiet, vt velim, nolim pro fælici, proſperoque huius Caſtri ſucceſſu, à quo, vt viuam, ſecuruſq; viuam, pendet, ad Deum obnixè precandum adigar. Viue interim, feliciterque viue, inclytę Prorex, & ſecundo decurre curſu hoc recti Imperij ſtadium; quod, vt diu poſsis, Deum ipſe, & ſodales mei enixè comprecamur. Faxit Deus, vt noſtra vota ſecundet. Neapoli è noſtra Domo Sanctorum Apoſtolorum, 15. Kal. Maias. Anno Sal. M. DC. XVI.

AD LECTOREM.

ASpiciunt lucem, Amice lector, eiuſdem Deiparæ Virginis radio illuſtrante, quæ Primo meorũ Commẽtariorum volumini in Neapolitanas Conſuetudines meo præcipue vſui addideram; veritus maximè, quod in eiuſdem operis præfatione promiſeram, quodq; excellentium virorum tum auctoritate præceptum eſt, tum adhortationibus perſuaſum, ſic e nõ prius opus hoc typis cudendum tradiderim, quàm Iuris peritia famoſi, & ingenio clari illud cenſorio oculo luſtrarint, adiudicarintq; omnibus perquàm neceſſarium fore. Excæcent nunc, qui alienis laudibus inſidiantur, glorioſoſq; fœtus vix editos deuorant, ſub murmurẽt, perſtrepent, infamias erucicent, propalentq; pro libito me non eſſe illius operis parentem, ea fortaſſe ducti ratione, quod omnibus numeris abſolutum, omnium calculis celebratum videretur, & à Ripacandida boni aliquid eſſe negarẽt. Sed hi more progenitore orti in perfidiã Phariſeorum ruunt; qui, vt Beda atteſtatur, cum opera Chriſti negare non poſſent, ſiniſtra tamen interpretatione peruertere conabantur; fateor ingenuè meum eſſe, & non meum, hoc quidem, quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, nihilq; appoſui, quod communi iure, & conſuetudinario firmatum eſſe non ſenſerim, & ab illuſtribus auctoribus, ac huius regni inſignioris notæ Senatoribus cõprobatũ. Illud autẽ, ſi attendat ordinẽ, diſpoſitionẽ, ſeriem, materiarum ſelectum, opinionum iudicium, ſententiarum decreta, rationum robur; quæ non meorum figmentorum vana, ſed ex legum theſauro collegi, &, qua vides arte digeſſi. An non meum, quod tot lucubrationibus, in aduerſa etiam valetudine ſuſceptis, concepi, tanto labore peperi, mearum virium expenſis alui, multis incommodis educaui, famoſorum hominum auxilio foui, & vſq; ad perfectum ſtatum perduxi? An caret laude, quod à multis ſeligitur, vt in vnum coeat, & ſimul, ac diſtinctius præſtet, quod ſparſim, & confuſè apud plures daret? Franciſcum Victoriam, omnis doctrina virum, encomijs omnes proſequimur, hoc ſolum, quod ad Diui Thomæ Aquinatis doctrinam illuſtrandam nõ tantum ſuum calamum verterit: ſed in Epithome quotquot de ſacra Theologia ſcripſerunt Auctores aptè redegerit. Ergo & quod ego (abſit iactantia, & oſtentatio, quoniam aduerſariorum criminatio, ne dicam impudentia calumnia hæc obiter indicare coegit) veterum dictis, magiſtrorumq; iuris ſententijs Napodanum, municipaleſq; Neapolitanorum leges declarauerim, & ad tam perfectum duxerim ſtatum, vt parum firma, refutata; quàm multa ante confuſa, illuſtrata; doctrina vbertatem, & ſoliditatem ſimul haberes, quis eſt qui carpat, & laudum debitum non perſoluat? ſed illud Domini pronunciatum ſequens (ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum) vt promiſſis ſtarem, iterũ ad ſcribendum manum appuli, & plures vel in Iure probatiſſimos, vel in morali Theologia perilluſtres reuoluere, me nõ piguit; & experiẽtia nactus ſum veriſſimum eſſe illud Publij effatum. Diſcipulus eſt prioris poſterior dies. Quare cùm multa mihi occurrerent, quæ priorem illum Tomum locupletiorem redderent, viſum mihi eſt, & quidem cõſulto, non pauca adijcere, plura exponere, reſtricta extendere, confuſiora explicare, conſuetudinum verba (vt exteris præcipuè conſulerem) per extenſum apponere, ſuis locis aptare, ac demq; earundem conſuetudinum tres alios titulos, & etiam proœmium practicabilibus, concinniſq; quæſtionibus illuſtrare, & vt treſdecim illa Iuris reſponſa, priori inſerta volumine, ad miſticum indulgentiarum reducerentur numerum, triginta ſeptem alia variarum materiarum admodùm vtilium, & in vtroq; foro aſſidue practicabilium, adijcere: quibus conſuetudines iſtæ clariores, illuſtrioreſq;, ac ipſummet opus vtilius, iucundiuſq; fierent. Accipe igitur, candide lector, hilari fronte, quodquod eſt munuſculum. Primo adijce à primo diuiſum: ſpreui aliorum exempla, & Bibliopolarum conſilia, apud quos hoc erat in votis, additiones haſce cum primo volumine iterum cudere Renui autem, ne pretium primi ammitteres, & meos illos labores vel igni, vel tineis pabulum dares. Poſterior Tomus materias omnium aliarum cõſuetudinũ, & in vtroq; fore diſcuſſas, & non inconcinnè reſolutas, complectens, quem iam diu compleueram, vltimam, vt aiunt, manum expectat. Feſtino in eius abſolutione, vt citius, Deo adiuuante, prælo mandetur. Interim meo huic operi fauè, labores expende, bonis fruere, mala excuſa, & ſi in aliquid, animaduerſione dignum, offenderis; cæteris celato, mihi renuntia, ſic partes amici expleueris. Vale.

lib. 4. c. 43. in 11. Luca.

INDEX

Digitized by Google

INDEX QVÆSTIONVM, ET CONSILIORVM, quæ in hoc Secundo Volumine continentur.

PROOEMIVM.

APologetica defenſio ad primũ volumen Auctoris, ac procemij explicatio fol. 2.
De origine poteſtatis regis. q. 1. fol. 11.
Quid ſit regis officium quæſt. 2. fol. 14.
An Imperator ſit Dominus totius mundi. quæſt. 3. fol. 16.
Quotuplex ſit Principis poteſtas. quæſt. 4. fol. 20.
De poteſtate Principis circa perſonas ſubditorum. q. 5. fol. 23.
Quæ ſit regis poteſtas circa bona ſubditorũ. q. 6. fol. 25.
An Princeps debeat iudicare ſecundùm allegata, & probata, vel poſſit iudicare ſecundùm eius conſcietiam. queſt. 7. fol. 28.
Si Reſpub. ruat in collapſum, ad quem ſpectet eius reparatio. quæſt. 8. fol. 31.
Quid ſit Dominium Monarchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ, & quod eorum ſit melius. quæſt. 9. fol. 35.
Quid debeat attendere legiſlator in lege, & an per illam debeat omnes caſus prouidere. queſt. 10. fol. 39.
An Rex ad validitatem legis teneatur aliorũ conſ. adhibere. quæſt. 11. fol. 41.
An Rex debeat legem latam mutare. quæſt. 12. fol. 44.
An ex ſola temporũ mutat. lex mutetur, & ceſſet. queſt. 13. fol. 47.
An in generali mutatione, ſiue abrogatione legis intelligat etiam derogatum conſuetudini. q. 14. fol. 49.
Quæ differentia ſit in diſpenſat. vel interpretat. legis quòad eos, qui habent Iuriſdictionem in proprietatem, vel alio iure. quæſt. 15. fol. 51.
Quid ſit Epyk ja, ſiue Epichea, & quãdo locum habeat in legibus. quæſt. 16. fol. 53.
An Princeps, dum tractat negotia ſubditorũ, teneatur vocare ad Cõcilium ſubditos illorum locorũ, quorũ negotia tractat. quæſt. 17. fol. 56.
Quid ſit ſtylus, & quotuplex. quæſt. 18. fol. 59.
An lex correcta poſſit allegari ad deciſionem cauſarum quæſt. 19. fol. 61.
Quam fidem faciat ſcriptura reperta in Archiuio publico. quæſt. 20. fol. 63.

Ad ſeptem partes, quæ primo continentur volumine, nouus index nõ eſt neceſſarius; ſatis eſt enim Index quæſtionũ prioris voluminis: nam quæ ſunt addita, in earundem quæſtionum ſituantur locis, & idem eſt circa Additiones treſdecim Conſiliorum, quæ in eodem primo Volumine inſerui, & ſic poſui tantùm Indicem quæſtionũ, & Conſiliorũ, nunc additorum.

DE CONSENSV MVLIERIS Par. 8.

AN ſi maritus poſt dotis receptionem, bona ſua alienet ſine cõſẽſu vxoris, pіudicet talis alienatio vxori reſpectu dotis, & iuriũ dotalium? q. 1. fol. 227.
An ſi vxor conſentiat alienationi bonorum viri, præiudicet ſibi in iuribus dotalibus? quæſt. 2. fol. 228.
Conſenſus mulieris an debeat eſſe explicitus, & expreſſus, vel ſatis ſit ſola præſentia cum taciturnitate? quæſt. 3. fol. 231.
An mulier per ſolam ſubſcriptionem ſibi præiudicet, vt ſi adſit ſubſcriptio, facta in inſtrumento alienationis aliquorum bonorum? quæſt. 4. fol. 234.
An mulier validè renũtiare poſſit beneficio Velleiani? quæſt. 5. fol. 235.
Si vxor ſimul cum eius viro bona eiuſdem viri alienet, an talis alienatio prẹiudicet mulieri quòad quartam, dotem, & Iura dotalia? quæſt. 6. fol. 237.
An pactũ, factũ in pіudititiũ dotis ſit validũ? q. 7. fo. 239.
An mulier, ſi ſit tutrix filiorũ, poſſit augere doté filiabus relictã per patrem, & ſi augeat, & non valeat augmẽtum, an teneatur de proprio? quæſt. 8. fol. 240.

DE CONTRACTIBVS INTER VIRVM, Et vxorem. Par. 9.

AN omnes contractus fieri valeant inter virum, & vxorem? quæſt. 1. fol. 243.
An mulieri cum conſeſu viri ſui ſit per has conſuetudines promiſſa omnis alienatio bonorum dotalium? quæſt. 2. fol. 245.
An diſpoſitio harum conſuetudinum procedat tam in dote data, quàm etiam in dote promiſſa per mulieré, vel alterum eius nomine ipſius viro? quæſt. 3. fol. 247.
Quænam perſona poſſint mulierem impedire, ne bona dotalia alienare valeat? quæſt. 4. fol. 248.
Quo tempore ſit facienda hæc contradictio, ne bona dotalia alienentur? quæſt. 5. fol. 249.
Quænam ſint cauſæ iuſtæ, & neceſſariæ, ex quibus mulier poſſit alienare, non obſtãte contradictione filiorum? quæſt. 6. fol. 250.
An mulier poſſit bona dotalia alienare ob dotem filiæ? quæſt. 7. fol. 253.
An filia poſſit dotari de bonis patris, ac matris, adhuc viuentium. quæſt. 8. fol. 254.
Quodnam tempus attendatur ad ſciendum verum valorem bonorum vtriuſq; parentis, ad cognoſcendum qualiter pro rata bonorum ſit facta promiſſio dotis? quæſt. 9. fol. 255.

DE INSTRVMENTIS CONFECTIS PER Curiales Neapolitanos. Par. 10.

VNde dicantur Curiales, quot ſint eorum ſpecies, & de quibus loquatur hic titulus? q. 1. fol. 259.
An Curialis ſit iddem, quod Notarius? quæſt. 2. fol. 260.
Qualiter Curiales inſtrũ cõficere poſſint? q. 3. fol. 262.
An cõſuetud. huius tituli ſint hodie in vſu? q. 4. fol. 264.
An inſtra valeant, ſi poſſeſſio rei cum effectu non capiatur. quæſt. 5. fol. 267.
An cõtra inſtra detur probatio incõtrariũ? q. 6. fol. 269.
Quid veniat appellatione contractus, & quid appellatione inſtrumenti? quæſt. 7. fol. 271.
Vt inſtrumentum dicatur authenticum, & fidem faciat, qualiter debeat eſſe confectum? quæſt. 8. fol. 272.
An notarius rogari debeat pro validitate inſtrumenti, quod conficit? quæſt. 9. fol. 273.
An notarius poſſit rogare inſtrũ in alieno territorio? quæſt. 10. fol. 275.
An notarius cõputet in numero teſtium? q. 11. fol. 277.
An valeat inſtrũm factũ p notariũ vaſſallũ? q. 12. fol. 278.
An, mortuo notario, poſſint reaſſumi eius inſtrumenta ab alio notario? quæſt. 13. fol. 279.
Si notarius in ſuo inſtrumento mentionem faciat alterius actus, ſiue inſtrumenti, an ille actus probetur ex tali enuntiatione notarij? quæſt. 14. fol. 283.
Quęnã merces debeat notario pro inſtro? q. 15. fol. 284.
Qualiter inſtra notariorũ ſint interprãda? q. 16. fo. 285.
Qualiter clauſulę interpretari debeant? q. 17. fol. 287.
Qualiter interpretentur clauſulæ, quæ apponi ſolent in vltimis voluntatibus? quæſt. 18. fol. 289.
Qualiter interpretentur clauſulæ appoſitæ in Breuibus Apoſtolicis? quæſt. 19. fol. 291.
Qualiter interpretari debeant clauſulæ apponi ſolitæ in contractibus. q. 20. fol. 292.
Lacerans, vel occultans inſtrumentum alienum, qua puniatur pẹna? quæſt. 21. fol. 295.
Quid faciendum ſit in paritate votorum? q. 22. fol. 297

INDEX CONSILIORVM.

AN nouus vſus Capuanæ, & Nidi locum habeat cõtra abſentes in ſtipulatione Capitulorum matrimonialium, & an ratificando matrimoniũ, dicantur, etiã in omnibus ſe ſubmittere dicto nouo vſui, & an mater poſſit deducere Trebellianicã de bonis filij prẹmortui, nõ obſtãte ꝓhibitione teſtatoris. cõſ. 14. fo. 1.

De

De præcedentia officialium, ao, videlicet primus, obtinens priuilegium, vel primuscapiens poſſeſſionem officij debeat præcedere. cool.15.fol.5.

An licitum ſit officialibus emere bona, durante illorum officio, conſ.16.fol.8.

An bona Hebræorum, qui lege municipali ſub pœna mortis, & confiſcatione bonorũ fuerant expulſi ab aliquo regno, ſi vi ventorũ perueniant ad loca, à quibus fuerunt eiecti, poſſint confiſcari, & aſſecuratores ad id teneantur conſ.17.fol.11.

An Rex poſſit habilitare, & admittere fœminas, natas ex maſculo, vt veniant ad bona maioratus, vel fideicommiſſi, non obſtante prohibitione primi acquirentis, & excludẽtis fęminas à dictis bonis. cõſ.18.fol.17.

An Sẽtentia, lata cõtra laicũ, poſſit executioni demandari contra hęredem Eccleſiaſticum à Iudice laico, & quid ſi ſententia exequi petatur per actionem io factum. conſ.19.fol.20.

An Iudex eccleſiaſticus cognoſcat de cauſa inſtrumentaria contra laicum, qui ex inſtrumẽto confecto tempore clericatus conuenitur criminaliter via ritus M. C. V. conſ.20.fol.24.

An emancipatus, faciens teſtamẽtũ, teneatur relinquere legitimam parentibus, & an ipſe tranſmittat hæreditatem non agnitam ad herædes. conſ.21.fol.26.

An teſtamentum Auię valeat, ſi in eo inſtituit filiã hęredẽ, nepoti verò ex alia filia ſolùm reliquit tarenũ vnũ ꝓ omni eo, quod petere poteſt in eius bonis & an ſaltẽ ſubſtineatur ex clauſula codicillari? cõſ.22.fol.28.

Qualiter poſſit Clericus diſponere de bonis ſuis, etiam de fructibus beneficij conſ.23.fol.30.

Milites Hieroſolymitani an poſſint facere teſtamẽtum. conſ.24 fol.32.

Qualiter diſponant mulieres illæ, quæ accipiunt dotes à Protectoribus aliquorum Montium. conſ.25.fol.34.

An mater excludatur à legitima filij per ſubſtitutionem compendioſam, factam in contractu. conſ.26.fol.36.

An Eccleſiaſtici vti poſſint actiuè, & paſſiuè beneficio conſuetudinum Neapolitanarum. conſ 27.fol.40.

An pactum dicatur fieri in dotis præiudicium, ſi mulier liberet aliquem ex obligatis io inſtrumento dotali. conſ.28.fol.46.

An Tex. io Auth. rẽs, quæ C.de fideicom. locum habeat in reſtitutione dotis, & antefati etiã quoad intereſſe, & quid in filia naturali. conſ.29.fol.49.

An matrimoniũ, cõtractũ metu mortis viri, vel ad ſaluã dã vitã mulieris, ſecũ peccãtis, validũ ſit. cõſ.30.fo 51

An Religioſi ſint capaces Iuriſpatron. & quid ſi eſſet Iuſpatron. laicale, an poſſint eccleſiaſtici illud poſſidere. conſ.31.fol.55.

An legatarius poſſit propria auctoritate ſibi præcapere legatum, vel neceſſariò illud habere debeat de manu herædis, & an circa illud habeat Ius retenſionis, ſaltẽ ex voluntate teſtatoris. conſ.32.fol.62.

Argumentũ huius Conſilij habetur in eius principio conſ.33.fol.64.

An augmentũ corporis donati, ſiue annuorũ introituũ ſint donatarij, vel hæredum donantis conſ.34.fol.66.

An Hæres relictus ſub conditione, ſiue modo, dummodo illa bona non perueniant ad creditores hæredis, ſit hæres, & purificata ſit conditio, ſi tot in bonis reliquit, vt ex illis poſſit ſatisfieri creditoribus ipſius. conſ.35.fol.68.

Quomodo cognoſcatur conditio, & qualiter modus, & an conditio habeatur pro adimpleta quoties ſtat per eum, cui erat implendum, quominus adimpleretur conſ.36.fol.71.

Conceſſio, facta ad beneplacitum cõcedentis, an extinguat morte eius, vel morte cõceſſionarij. cõſ 37.fo.75

An pactum de ſuccedendo ſit validum, & quid in pacto, facto per patrem de æqualando filios, & quid ſi fiat contemplatione matrimonij, & vni ex filijs plus relinquat, an ſi paciſcens reuocet pactum, debeatur intereſſe. conſil. 38. ſol. 78.

Renunciatio, ſacta a religioſo, an reuocet ſi ille efficiatur Epiſcopus. conſ.39.fol 83.

An donatio, facta contemplatione matrimonij ſub illa conditione, vt filij naſcituri habeant ex bonis paternis tot bona, vt nempe remaneant in hęreditate patris aurei decem mille, dicatur donãtio cauſa mortis, vel inter viuos. conſ.40.fol.86.

An donatio, facta filio, contemplatione matrimonij reuocetur, ſi filius præmoriatur donãti nullis relictis liberis. conſ.41.fol.88.

An contractus factus à filiofam. ſimul cũ patre valeat, & an filius pręſumatur illum ratificare, ſi poſt mortẽ patris, obtinuiſſet dilationem à creditoribus, vel aliquas pecuniarum quantitates eis ſoluiſſet, & an ſi velit contractum annullare, teneatur ſacere depoſitum, vel dicere cauſam in vinculis. conſ.42.fol.90.

Ao contractus, factus a filioſam. ſimul cum patre, ſit validus, & an ex eo poſſit procẽdi ad liquidationẽ pręcipuè ſi eſſet Conſiliarius ſtatus. conſ.43.fol.95.

An valeat conceſſio rei eccleſiaſticæ, ſi non fiat capitulariter per monaſterium, & quid ſi non adſit aſſenſus Apoſtolicus. conſ.44.fol.99.

Nõ canonizatis quęnam fieri poſſint licito Iure ante illorum canonizationem, & ante quàm licentia obtineatur à ſanta Sede Apoſtolica, non inconcinna explicatio conſ.45.fol.104.

Ad ſanctorum canonizationem quænã ſint neceſſaria, quid ad miracula, & quando dicantur verè miracula, & an ſint neceſſaria ad canonizationẽ alicuius ſanti, qualiter probentur per teſtes etiam ſingulares, & ſic de alijs, diligens tractatio. conſ.46.fol.119.

An vitium litigioſi duret, perempta inſtantia, & num inſtantia currat io Sacro Conſ. conſ.47.fol.131.

Soror, recepta dote, renunciãs ſucceſſionibus, an admittatur ad medietatem bonorum antiquorum virtute conſuetudinis Neapolitanæ, non obſtante renunciatione; & quid, ſi renunciatio eſſet realis, vel facta eſſet per Aquilianam ſtipulationem, & multa alia circa renunciationem generalem, quęnam comprehendat. conſ. 48. ſol.173.

Profeſſio, ſacta per Moniales non explicitè, ſed implicitè, vel tacitè, an ſit valida, & ſi ab eis fiat renunciatio, ſit valida. conſ.49.fol.142.

An exteri gaudeant beneficio conſuetudinum, & ligentur earum diſpoſitione; an in ſucceſſione bonorum attendatur vltimus moriens, vel perſona, a qua vltimus moriens habuit bona, non inconcinna explicatio, & diuerſa Napodani loca ad id expenduntur, & ponderantur, & an quicquam faciat ratio conſeruationis bonorum in eadem familia, & alia plura, prout ex eiuſdem Conſilij lectura proſpicietur. conſ. 50.fol.148.

Errata

Errata, quæ in toto hoc ſecundo Volumine vidi, ſic corrige, alia verò per te ipſum emenda
Ad Commentaria.

Fol.1.col.1.linea 35. Auctor quãdo nõ natus, corrige nã natus. ibid. lin. antepen. perfunſtoriè, corrige perfur-
ctorie. fol.3.col.2.lin.31 concinuat, corrige, conijciunt. ibid. lin.32. Vt defunct. iurefunt. corrige. vt de-
functi, ſeu funera eorum non iniurientur, &c. fol.13.col.1.lin.5. de gubernio Dæonomico quando politio,
corrige. de gubernio œconomico, quam politico. fol. 19.col.1.lin.42. poteſtas principis. duodecim eſt.
corrige. poteſtas principis duplex eſt. fol.23.col.2.lin.2. bellarmer. corrige. Bellarmin. fol.29.col.2.lin.38.
iudire, corrige, iudicare. fol.31.col.1.lin.1. cauta reparere, corrige eam repararare. fol.54.col.2.lin 33. il
li cenſet, corrige, illi conſici. fol.55.col.2.lin.32. talem interpretationa nos dicamus, corrige, talem inter-
pretationem nos dicimus. fol.63.col.1.lin.2. vel caſu non receptam. corrige, vel vſu non receptam. ibid.
lin36. & ab eis capelli, corrige. & ab ea expelli ibid. col.2.lin.33. & rationem comprobatur, corrige, & ra-
tione cõprobatur fol.68.col.1.lin.32. vt dixi etiã conſ.225. corrige. conſ.25. fol.69. col.2.lin.14. poteſt. hic
facere, corrige, poteſt hoc facere. fol. 72.col.2.lin.5. ratio conſeruationis in familia, adde, ratio conſerua-
tionis bonorum in familia fol. 76. colum. 1. lin.5. ſi negentur etiam. corrige, ſi negentur eſſe. fol.
80. colum. 1. lin. 9. Anton. Boll. corrige Ballus. fol. 84. colum. 1. lin. 8. verſ. & clauſtrorum, co-
rige, & plauſtrorum fol.86.colum.2.lin.39. ſeculribus, corrige ſæcularibus. fol. 89.colum. 2. lin.6. quia
illam eſt debitum, corrige, quia illa eſt debitum. Ibid. lin. 32. vt valea tonus. corrige, vt valeat onus.
fol.95.col.1. in princ. etiam municipali, corrige, municipalis. ibid. lin.40. Quaternia, & familia, corrige,
Quarteria. fol.103.col. 1.lin.5c, deducent primò, corrige, deducuntur. fol 104.col. 1.lin. 41. in hoc quæſt.
57. adde in hac quæſt. 1. num.57. fol.105.col.2.lin.25. ob aliquod debitum corrige, ob aliquod delictum.
Ibid. lin.38. inſtit. quib. mod. iuſpatron. pot. ſol. corrige, iuſpatr. poteſt. ſol fol.109. col.2.lin.13. periturus,
corrige, periturus. ibid. lin.46. tit. de perſon. num.31. adde, tit. de perſon. quæſt.7. num.31. fol. 111.col.1.
lin.23. de cuius auitate, corrige, de cuius veritate. fol.114.col.1.lin.28. vt frater maior. corrige vt frater mi-
nor. fol.128.col.1.lin.22. ſi deſcende maſculi, corrige ſi deſcendentes maſculi. fol.133.col.1.lin.22. quan-
do vxorem. corrige, quando vxor. ibid. col.2.lin.9. & quando ſit inter eum, & fœminam, adde, & quando
ſit differẽtia. fol. 145.col.1.lin.1. ad feudum pauperum, corrige paternum. fol.169.col.2.lin.12. & tamen
vrget, corrige, & tamen non vrget. fol. 171.col.2 lin.21. vel reo, corrige vel eo. fol.176.col.1.lin.41. nulla
contrauentia, corrige, nulla contrauentio. fol.194.col.2.lin.21. præſumitur, corrige, præſumuntur illis tra-
di 12. fol.200.col.2.lin.40. conſuetudines pa, tet. lege, conſuetudines, patet fol.205.col.2.lin.37. admini-
niſtraret, eanc ſont reſtituende vxori, corrige adminiſtraſſet, tunc ſunt reſtituendi vxori. fol.218.col.1.lin.
vlt. deciſ.118. corrige, deciſ.318. fol.231.col.1.lin.49. per hunc cõceſſum, corrige per hunc conſenſum. fol.
233.col.2.lin.46. vt aueſacto, corrige, vel ex facto fol.252.col.2.lin.41. antea nõ habet, dele nõ, & lege antea
habet. &c. fol.268.col.1.lin.35. aliter non præſumeretur oblatio, corrige, aliter enim &c. fol.269.col.1.
lin.20. contractus ſit vnus, corrige contractus ſit verus, fol.275.col.1.lin.20. extra terminum, corrige, ex-
tra territorium. fol.277.col.1.lin.48. informationes in forma cameræ, corrige, obligationes &c. fol.280.
col.1.lin. ceſſat. inſtrumentum, lege, cantat inſtrumentum. fol.288.col.2.lin.4. ſed ſi eſſent ſolitæ, corrige,
inſolitæ, fol.290.col.1.lin. pen. & d. clauſ. corrige ex d. clauſula fol.299.col.1.lin.1. inter ſe ſuffragia, cor-
rige, inter ſex ſuffragia.

Errata Conſiliorum.

Fol.19.col.1.lin.2. comuniore. corrige communi ore fol.21.col.2.lin.1. C. de. Adde C. de iudic. fol.23.col.1.
lin.17.d.cap.20 Adde Ambroſin.d.cap.20. ibid. col.2. fol.15. corrige 23. fol.32.col.1.lin.39. poteſt diſpo-
nere. corrige, poſſunt diſponere. fol.38.col 2.lin.47. predictæ inſtitutiones, corrige, prædictæ ſubſtitutio-
nes. fol.48.col.2. in prin.31. gloſ.1. adde, §.31. gloſ. 1. fol.49.col.1.lin.13. ſuaſionibus viri non remitti do-
tem, dele non, & lege, ſuaſionibus viri remitti dotem. fol.51.col.2.lin.45. præteritus, corrige perterritus
fol.57.col.1.lin.45. & optimo viro. corrige, & optimo iure. fol 68.col.2.lin.12.q. pone q.10. fol.78.col.
1.lin.17. num. pone num.24. fol.79. col.2.lin.17. l. tale legatum. corrigge, l. tale pactum. fol.84. col.1.lin.
17. quãdo promiſſio, corrige, quoniam promiſſio. ibid. lin.23. pronuntiantem, corrige, renuntiantem. ibid.
col.2.lin.23. conſilium 13. corrige, conſilium videlicet. fol.92.col.1.lin.19. & fratuum inſolitum, corrige,
& fratrum inſolidum. fol.93.col.2.lin.11. num. pone num. 14. fol.101.col.2.lin.8. damnum non perti-
net. dele non, & lege damnum pertinet. Ibid. lin. pen. hoc fateatur. corrige, hoc fatentur. fol.102.col.1.lin.
48. poteſtatem affirmandi, lege, affrancandi. fol.116.col.2.lin.20. ſinguli, & vniuerſi. lege, ſinguli, vt vniuerſi
fol.130.col.2.lin.29. & num. pone num.24. ibid lin.34. & num. pone num. 14. ibid. lin.48. non reſtring.
corrige, non reſtituend. fol.133.col.1.lin.1. idcirco pereat inſtantia, adde non pereat. fol.135.col.1.lin.13.
Cur peremptionem. adde, cur poſt peremptionem. ibid. col.2.lin.35. ad interrumpendo præſumptionem,
lege ad interrumpendam præſcriptionem. fol.137.col.1.lin.12. condemnationem expreſſam, corrige, cõ-
ditionem expreſſam. fol.138.col.1.lin.41. Quibus deſcendentibus, corrige, decedentibus. fol.144.col.2.
lin.41. alio modo explicito, lege, explicato. fol.153.col.2.lin.10 ſecundum hoc ius commune, dele hoc, &
lege, ſecundum ius commune. fol.166.col.2.lin. 45. ſiculorum Deus, corrige, Siculorum decus.

Declarationes circa Errata in Comment.

Fol.86.col.2.lin.44. vbi dicitur, vt ad Summum Pontificem ſolùm ſpectet taxare annuos cenſus, Declara id
procedere à principio, poſſunt tñ deinde Principes ſæculares annuos cẽſus, ſemel taxatos per Sũmũ Põtif.
reducere ad minorẽ ſummã, ſi iuſta cauſa id expoſcat, vt dixi in 1. vol. par.4. tit. de Renunciat. q.4. nu.26.

Fol.91.col.1.lin.38. Adde, quòd pax de morte occiſi fit per hæredes ſanguinis eo modo, & forma, vt expli-
caui in d. tit. de Renunciat. q.18. & conſi.10.

Fol.193.col.1.lin.4. & lin.9. De taxatione alimentorum in beneficium viduarum, Declara, vt illa taxatio nõ
fiat ſingulis annis, ſed pro vna vice, & ita practicatur, vt audiui.

Fol.274.col.2.lin.9. & ſeqq. Pragmaticæ loquuntur de obligationibus, quæ recipiuntur per Actuarios, & in
illis requiritur ſubſcriptio duorum teſtium, non autem in obligationibus, quæ recipiuntur per Notarios;
quia in his nihil eſt innouatum.

Fol.298.col.1.lin.50. & ſeqq. In paritate votorum in Regia Camera; Adde, quòd in cauſis priuatorum, dum
Præſides ſunt in pari voto, promulgatur ſententia in beneficiũ rei, iuxta tex. in l. inter pares. ff. de re iudic.

Digitized by Google

COMMENTARIA MOLFESII
AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS.

SVMMARIVM.

IN iure noſtro nihil eſt ſine controuerſia. num. 1.

Multitudo contentionum peperit legem. ſub nu. 1.

Cōtrarietas oritur ex legum obſcuritate, ex naturæ imbecillitate, vel ex contradicendi ſtudio, vel ex cupiditate nanciſcendæ gloriæ, vel ex credulitate veritatis, quod non inconcinnè explicatur nu. 2. cum ſeqq.

An vna quæſtio, vel cauſa ſit materia ſufficiens condendi legem vniuerſalem. nu. 4.

Natura nobis indidit ſpiritum contradicendi. nu. 5.

Repentina credulitas eſt mater erroris, & nouerca conſilij. nu. 7.

Cneus Flauius ob quam cauſam fuit à Populo Romano Tribunus plebis, Senator, ac ædilis Curulus creatus. nu. 8.

Principis eſt proprium cum benemeritis liberalitatem exercere. nu. 9.

Orandum eſt pro calumniantibus, & perſequentibus. nu. 10.

An iuniores benefaciant ſcribendo in materijs, in quibus ſeniores ſcripſerunt, refertur. nu. 11.

Maiori non fit iniuria, ſi minor veritatem inuenire laborat. nu. 11.

Scholaris doctus præfertur indoctis Doctoribus, qui non merentur gaudere priuilegio Doctorum. nu. 13.

Auctor quando non natus fuerit, & baptizatus, cur Neapolim venit, & cum quibus verſatus ſit, refertur nu. 14.

In culpam non facilè veniunt, qui varietatem cauſarum concinunt, ſi veritatem perquirunt. nu. 15.

Ciuis quis efficitur, ſi ſpatio decem annorum in loco habitat, animo ibi permanendi. nu. 16.

Præceptorum auctoritas non attenditur, ſi alter melius loquatur. nu. 17.

Procedens per contraria, dicitur magis elicere veritatem nu. 18.

Doctor quando dicatur perſunctoriè loqui. nu. 19. Si eſſet ſibi contrarius, an ſemper tollatur de numero. nu. 20.

Scribitur doctis, legitur indoctis. nu. 21.

Num Doctor habere debeat librorum multitudinem, vel melius ſit paucos, & bonos habere. nu. 22.

Gratis quis nō dicatur perſequutionem pati, traditur num. 23.

Author an ſit dignus repræhenſione in compoſitione operis, vel potius laudandus num. 24. & 34.

Gloriandum eſt nobis in Dei nomine, & ratio traditur num. 25. & 28.

Deus eſt Dominus ſcientiarū, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, quod explicatur num. 26.

Sancti Thomæ de Aquino magiſterium, doctrina, & mors recenſetur num. 27.

Proœmium Napodani, tam quòad conſuetudinem in communi, quā reſpectu bonorum, & perſonarum, quæ per has conſuetudines ligētur, vbi nam ſit explicatū, narrat author. nu. 29. & 30.

Nouas quæſtiones cur addidit Author, narratur, num. 31. cum ſeqq. vſque ad num. 35. & 54.

Rex debet eſſe veritatis amator. nu. 32.

Debet bonum ſubditorū proſpicere. n. 33.

Quot cauſæ inueniātur in omni volum. & quanā illæ ſint, explicantur nu. 35 cum ſeqq.

Cauſa efficiens harum conſuetudinum, quænam ſit, & quotuplex, declaratur num. 36.

Compilatores conſuetudinum, ac legum an ſint cauſa efficiens, vel potius inſtrumentalis legum, ac conſuetudinum, traditur. num. 37.

Conſilium virorum prudentū cur Summus Pontifex, ac alij Principes adhibeāt in lege cōdēda, explicatur. nu. 38.

Cauſa materialis harum cōſuetudinum quæ nam ſit, declaratur. nu. 39. & 41.

Ius etiam municipale, debet eſſe æquum, & bonum. num. 40.

Negotia, & actus hominum dicuntur materia omnium legum. nu. 41.

Cauſa formalis conſuetudinum recenſetur num. 42.

Scriptura non eſt neceſſaria ad legis eſſentiam, ſed ſolum fuit inuenta ad futuram rei memoriam nu. 43. an hoc ſit ſemper verum, traditur, nu. 44.

Volūtas Principis ſola an ſufficiat ad obligandos

Digitized by Google

ligandos ſubditos per eius legem n.44.
Lex euãgelica an obligauerit antequam eſſet ſcripta, num.45. Quando, & cur ſcribi cœperit, declaratur num.46. an ſit perpetua num. 48. cur fuerit ſcripta in cordibus noſtris. nu. 49.
Chriſtum fuiſſe verum Legislaturem, eſſe certum ex fide, traditur nu.47.
Cauſa finalis conſuetudinum, quæ nam ſit, recenſetur. num.50.
Homo operatur propter finem num. 51.
Lex ſemper intendit finem, qui eſt facere ſubditos bonos. num.52. vt ſit iuſta, quæ ſint neceſſaria n.53. an animus Legislatoris in iuſtitia legis attendatur. num.57.
Opus laudat magiſtrum, & effectus probat virtutem, nu. 55.
Deus plus bonum animum, quàm actum attendit in operibus ſub num. 55. ex malis actibus hominum conſueuit bona operari. num.56.

Apologetica defenſio ad primum volumen Authoris, ac Prooemij explicatio.

SI per docttiſſimũ Andreã Tiraq. de retract. cõuent. gloſ.2.num.24. relatum à Tuſcho in ſua practic. cõcluſ. in verb. cõtrarietas. concl. 1005. non eſſet deductum, & etiam per Na-
1 poda. in eius prohœmio n.9. † in iure noſtro nihil eſſe ſine controuerſia, ſeu contradictione; nam contentionum multitudo peperit legem §. fin. Auth. de fide Inſtrum. Adeo vt prænarratus Andr.do-
2 ceat, † contrarietatem oriri, vel ex legum obſcuritate, quia nempè antiquorum vulnerum ambiguitatem, & obductæ obſcu-
3 ritates, † iterum videntur parere cicatrices, vt in Auth. hæc conſtitutio Innou. conſtit. in princ. vel ex imbecillitate na-
4 turæ humanæ; † multa enim natura generans innouat, & propterea præbet occaſionem condendi legem, & multoties vna quæſtio prębet occaſionem condendi legem generalem §. fin. Auth. de fide Inſtrum. & §. ſi vnum, verſ. occaſionem, Auth. vt cum de appellat. cognoſ. Napodan. dicto nu.9. & patet ex pragmatica prima, nuncupata, la Filingeria. de feudis;
5 vel 3. † naſcitur ſtudio contradicendi, cũ à natura ſit nobis inditũ, vt alijs contradicamus, l. Item ſi vnus. §. pluraliter ff. de recept. arbitr. Melchior Palaez in tract. de maiorat. par.6. in princ.
6 † Quarto naſci ſolet ex oſtentatione, & cupiditate gloriæ nanciſcendæ, præcipuè ſi magnis viris fiat contradictio, & non paucis hæc cupiditas eſt innata, vt notãt prænarrati DD.

Si contradixi aliquibus, teſtis eſt mihi Deus, nec mihi hoc remittat in iudicio, ſi ita non credidi in veritate, ſine oſtentatione, ſine cupiditate inanis gloriæ, ſine animo contradicendi, & ideo ſemper paratus ſum, reuocare ſententiam, ſi melioribus conuincar rationibus.

7 Quintò, † oriri ſolet ex credulitate veritatis, quia ſic veritas magis clareſcit, & credit ita eſſe, vt contradictionem facit.

Si igitur hæc non legiſſem, vtique aliqua mihi fuiſſet perturbatio, dum relatũ mihi fuit, multos multa dicere contra ea, quæ in primo volumine ſcripſi; & ne dicatur mihi, noli omni ſpiritui credere,
7 præcipuè, † cum repentina credulitas ſit magiſtra erroris, & nouerca conſilij, vt ex tex. in l. ſicuti, vbi Bald. C. de fide Inſtrum. & alijs probat Maluitius in tract. de canonizat. Sanctor. dub. 14. nu. 1. At tamen aurib. proprijs aliqua audiui, quãuis forſan me non cognoſcebant, quod iuniores non debent attentare, quod multi antiqui prudentes non ſunt auſi attingere; Alij, quod dũ opus egi, debebã omnes quæſtiones per argumenta diſcutere, & cumulare omnes DD. de illa materia loquentes. Alij denique ſic, alij autem ſic.

Cauſa perturbationis, ſi partem inferiorem ſpectemus, habebat apparentiam,
8 ne dicam rationes ſolidas; † quoniã Cneus Flauius, & ſi filius Libertini, ac ſcriba Appij Claudij, dum ſubreptum librum Populo Romano tradidit; fuit hoc factum adeo gratum Populo, vt Tribunus plebis, Senator, ac Ædilis Curulus crearetur, vt legitur in l.2.§. poſtea cum Appius ff. de origin. Iur. quod factum, nè obijciatur, non eſſe ſimile, quoniam nunc librum habebant ciues; attamen erat quaſi ſubreptus ob additionum varietatem, & dum nouam lucem indidimus vetuſtę imagini, nouam expoſitionem detrito volumini; ac nouam claritudinem huius fideliſſimæ Ciuitatis antiquis moribus, negari non poteſt, quin librum iſtum, quaſi eidem Populo reſtituimus; & pro hoc beneficio
præmium

præmium potius, quàm calumnias conſe-
qui debebam. Eo fortius, dum à viris, qui
9 id exequi deberent, † quãuis ſit proprium
Principis in benemerentibus liberalitatẽ
exercere, vt ex pluribus probat Roland.
conſ.2.nu.29.lib.2. & poſt ipſum Barbat.
& alios Menoch.conſ.962.nu.22. vol.10.
Hac igitur de cauſa illos Pſalmorum
verſus, quos contra ſuos detractores, &
calumniatores adduxit Napodan. in eius
10 procemio ſub nu.8.videlicet. † Qui retri-
buunt mala pro bonis, detrahebant mihi:
quoniam ſequebar bonitatẽ, vt in pſal. 37.
& eos increpando, dicerem cum eodem
Pſalmiſta, induâtur, qui detrahunt mihi,
pudore; & operiantur ſicut diploide con-
fuſione ſua: Nihilominus Euangelicum
præceptum ſequendo, orabo pro perſe-
quentibus, & calumniantibus.
Vt autem ex parte demonſtrem, quia
me gratis impugnãt, perſpiciant viri pru
dentes, & Sapientes, qui ſolent ſimilia
11 iudicare. † Verũ eſt enim quod regulariter
non debẽt iuniores balbutire, vbi viri ſa-
piẽtes loquũtur, vt par.4.tit.de renuncia-
tione q.15.nu.14 cum ſeqq. egomet affir-
maui, ſed varijs iuribus, ac Doctorũ etiã
authoritatib. demõſtraui, quòd multoties
etiam ſenes à iunioribus nõ dedignantur
addiſcere, & ſi iuuenes melius loquantur,
ſunt potius laudandi, quã repræhenden-
di, præcipuè ſi modeſtè, & omni qua de-
cet, circumſpectione, loquantur; & præ-
cipuè in perquirenda veritate; etiã quia
12 † nulla maiori irrogatur iniuria, ſi minor
veritatem inueſtigare laborat l. potioris.
C.de offic. Rector. prouinc. cum alijs cu-
mulatis loco citato, & etiam par.4.quæſt.
58.nu.6.Napodan. ſub dicto nu. 8.
Hinc cõmuniter DD. docent, quos poſt
gloſ. in l. 1. C. de annonis ciuilibus pro-
bat Rebuff. de priuil. Scholar. priuileg. 50.
13 † quòd multi iuuenes etiam ſcholares in-
ueniuntur, qui creatis Doctoribus ſunt
doctiores, & iure meritò illis preferũtur,
quoniam Doctores indocti priuilegio Do
ctorum gaudere non debent, vt etiã pro-
bant Panorm. & alij in c. clerici: de iudic.
& alij plures, quos probãt Menoch. conſ.
885. num.6. cum ſeqq. vol.8. Quæ recen-
ſui, non vt alijs me vellem præferre, ſcit
Deus, me iſtam non habere iactantiã; ſed
quia ſi bonum eſt opus, laudat magiſtrum
etiam iuniorem.
14 Additur etiã, quòd ſi ętatẽ inſpiciamus,
non ſum tam iunior, vt ipſi exiſtimãt; cõ-
pleui enim quadrageſimum ſecundum an-
num die 6. huius menſis Ianuarij 1616. vt
enim in lib. Baptiſmatis Archipresbyte-
ri terræ Ripæcandidæ meæ patriæ nota-
tum vidi, & fidem habeo, natus ſum in
anno 1573. die 6. Ianuarij, & die 8. eiuſ-
dem menſis, & anni baptizatus ſum; &
dum Neapolim veniſſem ſtudiorum cau-
ſa, iam annis 12. & plus in Tribunalibus,
tum cum illo doctiſſimo, & probatiſſimo
viro Paulo Staibano meo magiſtro; tum
etiã cum alijs ſapientiſſimis viris, ſum ver
ſatus; ex quorum praxi, & doctrina; & ex
occaſionibus per eoſdem mihi datis, vt in
varijs cauſis ſcriberem; & ex continuo ſtu
dio ac labore, multa didici; multa etiam
iuris reſponſa ſcripſi; quod etiam in Reli-
gione coactus ſum continuare, non iam
ex noſtris litigijs; quia gratia Dei eis care-
mus; ſed vt amicis ac deuotis noſtris ſatiſ-
facerem, cum viris Religioſis maiorem
ſoleant adhibere fidem, quia vti à munda-
nis ſeparati veritatem loquuntur; & hac
de cauſa varios legi Authores, innumeras,
& varias pertranſij materias ob cauſarum
varietatem, & dum calamus mihi non di-
ſplicet, & pectus id experitur; multa coa-
ceruaui, & conſequenter in illo priori, ac
15 iſtis alijs voluminibus diſpoſui; † non er-
go in culpam facilè veniunt, qui varietatẽ
cauſarum concinunt, ſi veritatem ape-
riant, iuxta tex. in Auth. vt defunct. iure
funct. in princ. collat. 5. notat Napodan.
dicto nu.8.
16 Nec vrget; † me non eſſe ciuem origi-
narium huius Ciuitatis, non igitur meum
onus erat; ſed ciuium; quoniam, vt dixi,
ſpatio annorum 22. in hac ciuitate mora-
tus ſum; & pluſquam ciuis ſum, cum ſa-
tis ſit ſpatiũ decem annorum cum animo
permanendi, vt ſciunt omnes; & tanto
magis in Religioſis, qui ſunt ciues eiuſdẽ
loci, in quo habitant, & ciuium priuile-
gio gaudent, vt dixi par.2.tit.de perſonis,
q.7.num.24. cum ſeqq. etiam in addit. &
quando hoc non adeſſet, & reuera num-
quam id accidiſſet, nec ſum dignus repræ-
henſione, nam dicebat Seneca, relatus à
Corneo conſ.51.num.3. lib.4. de quo me-
minit Phanut. in tract. de inuentar. par.6.
17 num.12. † (Non te moueat Præceptorum
authoritas, ſed quis te meliori foueat ra-
tione, attendito.) Et ratio eſt ſecundùm
prędictos DD. quoniam iuſtitia, & veri-
tas, vt quid melius, ſemper attendenda eſt,
& etiam communi opinioni præferenda,

Digitized by Google

à quouis viro dicatur; nam opus attendi-
tur, etiamſi contra communem loquutus
fuiſſem, quoniã ſi aliquis quæſtiones exa-
minet, & contra communem loquatur, &
eius rationes bonæ ſunt, & meliores illis,
quibus tenentes communem mouentur,
vtiq; rationes ponderandæ veniunt, non
numerus doctorum, cum poſſit vnius, for-
ſan deterioris conditionis, ſiue authorita-
tis ſententia, & multos, & maiores in
aliqua parte ſuperare, vt ſtatuit Impera-
tor in l. prima C. de veter. iur. enucleand.
& alij, quos probat Vinc. de Franc. deciſ.
30. & alij, quos ſequitur Fontanell. de pa-
ctis dotalibus clauſul. 4. gloſ. 21. par. 2. nu.
61. qui docent, ſapientiſſimos viros reli-
ctis quibuſdam cõmunibus opinionibus,
contrarias tenuiſſe ſententias, quæ po-
ſtea communes factæ ſunt; Itaque ſi benè
loquutus ſum, neſcio quo pacto calum-
niam ſubſtineo.

Denique quod attinet ad argumenta,
& Doctorum cumulum; Iam in præfatio-
ne primi voluminis inſinuaui, me ex in-
duſtria vtrumque vitaſſe; primum quidẽ,
18 † quoniam licet procedens per argumen-
ta, ac per contraria dicatur magis elicere
veritatem l. munerum. §. mixta ff. de mu-
neribus, & honor. & Bartholi ingenium
illuſtrauit procedere per cõtraria, vt pro-
bat Gomeſ. in regulis cancellar. in proœm.
q. 2. quem ſequitur Rodohan. in tract. de
19 ſpolijs Eccleſ. q. 13. nu. 2. † Adeo vt quan
do aliqui DD. tranſeunt cum aliquorum
opinione nec diſputant argum. dicantur
perfunctoriè loqui, nec attẽdi debent; nec
faciunt numerum pro communi ſentẽtia,
vt docet Iaſ. conſ. 151. col. 3. vol. 4. probãt
etiam Soccin. iun. Alciat. Cagnol. Stracc.
Neuizan. Roland. & Cephal. quos ſequi-
tur Surd. conſ. 341. nu. 36. vol. 3. Adeo, vt
ſi Doctor ſit ſibi contrarius, licet regulari-
ter tollatur de numero Doctorum, vt dixi
conſ. 2. num. 25. conſ. 10. num. 21. & ali-
20 bi; † Nihilominus ſi in aliquo loco diſpu
tat arg. & in alio perfunctoriè tranſit cũ
aliorum ſententia, magis creditur ei in lo-
co, vbi diſputauit argum. Pariſ. qui alios
citat, conſ. 91. num. 49. vol. 3. Iaſ. Soc. iun.
Neuizan. Beccius, & alij, quos probat Idẽ
Surd. conſ. 449. num. 9. vol. 3. & hoc sũ-
ma ratione, quia dum diſputat argum.
fundatè loquitur, & alibi perfunctoriè
tranſit cum alijs. Attamen, multoties ar-
gumẽta omiſi; ſed articulũ examinaui, Iu-
ribus, & ſolidiſſimis authoritatibus com-
probaui, quod non eſt loqui perfunctoriè;
ſed ſtylo graui, & magis accommodato
vſui communi, quia multoties argumen-
ta veritatem ipſam ſolẽt obumbrare; etiã
quia hæc in ſcholis ſunt magis neceſſaria,
non in theorica; vt enim doctiſſimus aie-
21 bat Cuiaccius, † ſcribitur doctis, & legi-
tur indoctis.

Doctorum cumulum ex induſtria etiã
omiſi, nè legentibus nauſeam præberem,
vt in eadem præfatione adnotaui; & cre-
do, quod non tam paucos collegi, vt hac
noter cenſura, & licet plures ex induſtria,
etiam recentiores omiſi, nam etſi plures,
quos probat Tell. Fernãd. l. 12. Tauri. nu.
22 21. in fin. & alij dicant; † vt Doctor ha-
bere debeat multos libros, etiamſi dimi-
dium bonorum ſuorum in illis emendis
conſumeret. Seneca in lib. 1. de Tranquill.
vitæ. cap. de vanagloria remouenda docet
cõtrarium, quoniam numeroſa librorum
multitudo non in ſtudium, ſed multoties
in ſpectaculum comparatur; magnam
enim habens Bibliothecam vix librorum
indices legere poteſt, & potius legentem
onerat, quàm inſtruat; & ideo ſubdit,
multo ſatius eſt, paucis te authoritatibus
tradere, quam errare per multos, & mul-
toties textus omittimus, & moderniores
citamus. Sed, vt dixi, credo citaſſe DD.
ad ſaturitatem, & ex his apparet defenſio,
ſi non Fallor. At quia calumniantiũ ora
nec Dominus contra ſe claudere voluit,
non eſt neceſſe ad alia ſermonem effun-
dere, quamuis dicere poſſem, me gratis
23 impugnari, & perſequi. † Gratis enim
perſequutionem patitur, qui impugnatur
ſine crimine: impugnatur, vt noxius,
cum ſit in tali confeſſione laudabilis: Im-
pugnatur quaſi veneficius, qui in nomi-
ne Domini gloriatur: vt docet D. Ambr.
in expoſ. pſal. 118.
24 † Nam licet nemo ſine crimine viuat,
nec infans vnius diei, In hoc tamen nul-
lum credo adeſſe crimen, ſi vt claritatem
conſectarer, plura in pauca colligens, ad
ordinatam reduxi methodum: nec no-
xius in hoc, iure dici potero, ſed potius
in confeſſione laudabilis; nam confeſſus
ſum, & non negaui, dum aliorum doctiſſi-
morum virorum allegationes in dicto pri
mo volumine inſerui, quod illorum erãt;
& veritatem dixi, & dico, omnia alia,
dum auctorem nõ exprimo, mea eſſe, Nec
25 quidem veneficus ſum, † quia in Dei no-
mine tantùm glorior, & gloriabor, cum

omne bonum optimum, de ſurſum ſit, de-
ſcendens a Patre luminum, vt Apoſtolus
Iacobus docet, Ille quidem, qui vt prædi-
xit Iſaias cap. 9. Paruulus natus eſt nobis,
26 & filius datus eſt nobis, † Deus ſcientia-
rum Dominus eſt, vt habetur 1. Reg. c. 2.
& ipſe linguas infantium facit eſſe diſer-
tas; dat intelligendi acumen, addiſcendi
facilitatem, interpretandi ſubtilitatem,
& retinendi capacitatem, cum ſit diues
in omnibus, qui inuocant illum, & qui
27 hoc dicit, ſatis eſt pro exemplo, † nempè
Diu. Thom. de Aquin. qui 25. annos na-
tus, Magiſter eſt appellatus, publicèque
Phyloſophos, ac Theologos ſumma cum
laude eſt interpetratus, & quamuis quin-
quagenarius obijſſet; attamen ſcripta
eius, & multitudine, & varietate, & fa-
cilitate explicandi res difficiles adeo ex-
cellunt, vt ob eam cauſam, etiam nomen
Doctoris Angelici, iure ſit adeptus, vt in
lectionibus eius officij die 7. Martij nar-
rat Eccleſia, vt etiam notaui in dicto pri-
mo volum. par. 4. tit. de renunciat. q. 19.
28 num. 28. † Itaque illi ſoli ſit honor, &
gloria, qui talia, & maiora operatur, & de
ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum
Principibus, ac ſolium gloriæ teneat. Fa-
xit Deus, vt in fide ſtabiles, & in opere ef-
caces, vita, & moribus efficiamur paruu-
li, vt iuxta Domini permiſſum, regnum
Cœlorum ingredi mereamur, & vita
fruamur æterna.

Sed deueniamus ad explicationem
prohemij. Licet enim tam prohemium
conſuetudinum, quam etiam illud Na-
pod. cum quæſtionibus in eiſdem diſcuſ-
ſis, etiam per Addentes, quatenus con-
cernunt materiam harum cõſuetudinum,
29 in dicto primo volumine explicaui, † Si-
quidem prohemium Napodani quatenus
tractat, quid ſit conſuetudo, quotuplex,
& à quibus introduci poſſit infra quod tē-
pus, circa quæ, & ſic de alijs dixi par. 1.
cap. 5. & ſeq.

Quatenus tractat de perſonis, & bo-
30 nis, † quæ per has conſuetudines ligan-
tur, declaraui ex profeſſo par. 2. in duobus
tit. vt ibidem videri poteſt: Itaque circa
iſta non ſunt neceſſaria Commentaria
noua.

31 Verùm cum dicti Addentes, † etiam ex
diſcuſſis per Napodanum, multas pertra-
ctent quæſtiones de officio Regis, de ma-
teria legis, & ſic de alijs, vt potius alijs,
qui exhortationibus me coegerunt, quam
mihi ipſi ſatisfacerem, poſui, quæſtiones
magis principales circa prædictam mate-
riam, nempè de origine Regis; de eius
authoritate, & officio quia hoc inſinua-
tur in principio dicti prohemij, & etiam
quia conuenit ſubditis ſcire, a quo nam
perueniat authoritas Regis, & ad quid ſe
extendat eius officium; & per annexionē
fuit neceſſarium declarare dominiũ Mo-
narchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ,
vt ſciatur, quod nam dominium Rex ha-
beat in hoc regno.

Denique quia in §. nos itaque dicitur,
32 † Regem eſſe veritatis amatorem, ideo
explicari debuerat, An teneatur iudicare
ſecundùm allegata, & probata, an ſecun-
dùm propriam conſcientiam; & huc etiã
pertinet tractatio, quid nam faciendum
ſit, ſi Reſpublica rueret in collapſum, ad
quos pertineat eius reparatio, & per quæ
media, dum Rex Carolus in hac Ciuitate
tot media adhibuit ad tollendas vanas, &
falſas conſuetudines, quæ erant in per-
niciem Ciuitatis, & eius diſtrictus.

33 Inſuper † cum Rex teneatur per legem
prouidere ea, quæ concernunt vtilitatem
ſubditorum, & aliquando tenetur in lege
lata diſpenſare, ideo poſui quaſdam quæ-
ſtiones, ad hanc materiam pertinentes,
& dum in harum conſuetudinum compi-
lationem Rex adhibuit Antiſtitem huius
Ciuitatis, vt in §. vt igitur, oportunum
erat explicare, ſi Rex neceſſariò teneatur
adhibere conſilium Eccleſiaſticorum in
negotijs pertractãdis; ſic etiam an potius
adhibere conſiliũ ciuium loci, de quorum
negotio tunc agitur, vel potius vocare ex-
teros.

De ſtylo pertractaui, quia pertinet ad
explicationem tex. in §. quarum ſerie: Si
lex correcta, vel ratio legis correctæ poſſit
allegari ad deciſionem cauſarum, concer-
nit explicationem tex. in §. penul. quæſtio
vero de fide, quam facit ſcriptura reperta
in Archiuio publico, declarat tex. in §. fin.
eiuſdem prohemij, dum Rex Carolus vo-
luit has conſuetudines in publico Archi-
34 uio conſeruari. † Itaque nemo de incon-
ſtãtia me arguere poteſt, ſi quæſtiones prę-
dictas explicaui, dum in præfatione primi
volum. dixi, me nolle tractare quæſtiones
alienas à materia conſuetudinum. Quas
quidem quæſtiones in primo volumine
omiſi, quia non inſerui tex. dictarum
conſuetudinum, quem dum nunc inſero,
poſui etiam dictas quæſtiones.

Quod

Quod attinet ad diuiſionem proœmij
non oportet immorari, etiam quia Napo.
num. 1. cum ſequent. optimè illud diui-
35 dit, iuxta communem diuiſionem † Eſt
enim manifeſtum, vt in omni volumine,
quatuor cauſæ inueniantur, videlicet, ef-
ficiens, materialis, formalis, & finalis, vt
omnes ſciunt.

36 Cauſa efficiens cõſuetudinum aſſigna-
tur duplex, vna fuit remota, nempè Vni-
uerſitas Neap. petendo eius conſuetudi-
nes approbari, a dicto eius Rege, qui per
eius auctoritatem tolleret, & etiam abro-
garet illas, quæ ſibi iuſtæ non videbantur,
vt in §. præfatis. Proxima cauſa fuit Rex
Carolus, qui tales confirmauit conſuetu-
37 dines, vt habetur in §. quarum ſerie † nã
Antiſtes, & illi 12. viri non numerantur
in cauſa efficienti, ſed potius fuerunt cau-
ſæ inſtrumentales, vt aiunt philoſophi;
quia electi fuerunt, & deputati ad eligen-
das veras, & magis rationabiles conſuetu-
dines tam de ordine dicti Regis, quàm
etiam per electionem eiuſdem Ciuitatis,
vt habetur in §. igitur, & ſic, dum propria
auctoritate id non fecerunt, ſed vti inſtru
menta, prout euenit in compilatione le-
gum, ideo non numerantur in cauſa effi-
38 ciẽti, † ſolus enim Princeps eſt cauſa effi-
ciens legis, ſub cuius nomine leges ferun-
tur, nam licet adhibeat conſilium virorũ
prudentum, illud adhibet non neceſſario,
ſed ex decentia, & honeſtate pro iuſta le-
ge ferenda, vt dicetur infra quæſt. 2. &
idem eſt de Summo Pontifice, qui ſolus
habet poteſtatem condendi leges, quam-
uis ex decentia, & honeſtate ſoleat illas
ferre de Cõſilio Cardinaliũ, vt poſt Tur-
recr. & alios probat Abb. in c. 2. num. 4. de
cler. non reſid. cum alijs innumeris penes
Suarez lib. 4. de leg. cap. 3. num. 13. cum
ſeqq.

39 Cauſa materialis eſt etiam duplex, vna,
ex qua, & altera circa quam, materia, ex
qua ſunt omnes conſuetudines antiquæ,
ex quibus depromptæ, & ſelectæ ſunt iſtæ
40 rationabiles, & magis æquæ, † ad hoc, vt
ius iſtud municipale eſſet æquum, & bo-
num, vt ius eſſe debet, vt in l. 1. ff. de iuſt. &
41 iur. & hoc eſt notum, † Materia circa
quam ſunt ipſamet negotia, de quibus cõ-
ſuetudines loquuntur, vt Napoda. docet,
& eſt clarum, quoniam materia ſingularũ
legum in communi ſunt actus, quos ſingu-
læ leges reſpiciunt, vt materiam, & obie-
ctum, vt omnes docent, & probat latiſſi-
mè Suar. lib. 2. de legib. cap. 2. & dixi in
tract. de legib. q. 27.

42 Cauſa formalis eſt ipſamet ſcriptura;
quia pro forma fuit introductum, vt ali-
ter non valerent conſuetudines, niſi in
ſcriptis redactæ eſſent, & Rex Carolus
omnes alias abrogauit, quæ in hoc volu-
mine non inuenirentur ſcriptæ, vt habe-
43 tur in §. quarum ſerie, cum ſeqq. † & ſic
ſcriptura eſt pro forma in iſtis conſuetu-
dinibus, quamuis de eſſentia legis non ſit
ſcriptura, hæc enim ſolùm inuenta fuit
ad futuram rei memoriam, & ſic ad pro-
bationem actus. l. cõtrahitur. ff. de pignor.
cum alijs cumulatis per Surd. conſil. 144.
nũ. 15. vol. 2. & in ſpetie in lege, vt non
ſit neceſſaria ſcriptura, docent Ioan. And.
Panorm. Dec. & alij, in rubr. de conſtitu.
quos probat Suar. lib. 3. de legib. c. 15. nu.
44 6. † Satis eſt enim voluntas legiſlatoris,
volentis legem ferre, & per illam obliga-
re ſubditos ad eius obſeruantiam. Atta-
men ſi ex illa Principis voluntate oſten-
deretur aliquis modus expreſſus, quo vel-
let ſubditos per illam legem obligare,
tunc etiam ille modus eſt de forma intrin
ſeca dictæ legis, vt docet Bart. in l. ſi cum
mulier. ff. ſolu. matrim. Bald. Dec. Tiraqu.
& alij, quos probat Suar. d. lib. 3. cap. 20.
vt omittam alios, & ita eſt in hoc caſu, nã
Rex Carolus noluit alio modo per has cõ-
ſuetudines obligare ſubditos, niſi con-
ſuetudines eſſent redaptæ in ſcriptis, vt
dictum eſt.

45 Hoc eatenus eſt verum, vt procedat &
in lege Euangelica, nam Chriſtus Domi-
nus auctor huius legis eam non ſcripſit,
ſed ſolo verbo tradidit, & multo tempore
viguit, & obligauit priuſquam eſſet ſcri-
pta, vt poſt Irenæ. lib. 3. contra hæreſes.
cap. 1. Chriſoſt. & alios Patres, & Theo-
logos probat Suar. lib. 10. de legib. cap. 3.
46 per totum. † Quæ quidem lex Euangeli-
ca fuit ſcripta per occaſionem ſcribendi
vitam Chriſti, vel docendi fideles doctri-
nam, ab ipſo Chriſto traditam; ſiue eos
monendi per epiſtolas, prout occaſio Apo
ſtolis videbatur neceſſaria, & per hoc Spi-
ritus ſanctus ex ſua ineffabili prouidẽtia,
qua ſuã Eccleſiam gubernat, directè etiã
intendit, vt lex ipſa ſcriberetur, vt ſuæ
Eccleſiæ daret arma conuenientia contra
hæreticos, qui futuri erant, & negaturi,
47 † Chriſtum fuiſſe verum legiſlatorem,
& nihil per eum fuiſſe præceptum in
Euangelio, præter Fidem, qui damnan-
tur

Digitized by Google

tur tanquam hæretici per Catholicam Eccleſiam, vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 6.can.19. cum ſeqq.

48 Benè verum eſt, quòd hæc lex Euangelica fuit tradita per Chriſtum, vt perpetuò duraret in eius Eccleſia, & proinde nè facilè obliuioni traderetur, vel per imperitiam, negligentiam, aut malitiam aliquorum peruerteretur, vel mutaretur ab hominibus, voluit per ſpetialem gratiam,

49 & prouidentiam Spiritus ſancti, † eſſe ſcriptam in mētibus, & cordibus noſtris, vt docet Apoſt. ad Hebræos 8. vt nempè perpetuò maneret in intellectu noſtro, per abundantiam luminis fidei, & doctrinæ ſupernaturalis, & eſset etiam in voluntate per abundantiā ſpiritus, & amoris, quod per ſeipſum egit Dominus immediatè in Apoſtolos, & illis mediantibus, fecit, ac facit in tota Eccleſia Catholica, vt in ea perpetuò permaneret per ſpecialem aſſiſtentiam, & abundantem gratiam Spiritus ſancti, & hoc erat ſufficiens ad perpetuitatem huius legis, quamuis non eſſet ſcripta in aliqua carta, ſed vt dixi, fuit ſcripta ad hæreticorum confuſionem, & ad eiuſdem legis probationem, vt poſt Iren. d.lib.3. cap.4. & alios innumeros Patres, & Theologos probāt. Suarez loc.cit. & Salaſ. diſput. 24. de legibus, ſect. 3. tota, & eſt certum ſecundùm Fidem, vt dictum eſt.

50 Denique cauſa finalis harum Conſuetudinum fuit, vt certas, ac veras haberemus conſuetudines, quæ à calumniantiū iniquitate, ac mendacij eſſent exemptæ, ac immunes, ac negotia ipſa, ſecundùm veritatem, debitum finem ſortirentur, vt habetur in §. nos itaque, & hæc eſt cauſa præcipua huius compilationis, vt ibidem

51 dicitur: † Homo enim cum ſit agens rationale, in eius opere faciendo, & in omni eius actione, præcipuè mouetur ex fine, vt eſt notiſſimū in tota natur. Philoſoph. & experientia patet. Vtinam ſemper eſset finis bonus, ne αpè propter Deum, in veritate amatum.

Eatenus cauſa finalis præcipuè debet

52 attendi, & eo magis in lege, † quæ ſemper finem attendit §. fin. ver. vltima quidem Auth. quibus mod. natur. effic. ſui, ſic finis legis eſt facere ſubditos bonos, &

53 hac de cauſa, † vt lex ſit iuſta, debet tendere in bonum finem, nempè ad bonum commune ſubditorum, & per media honeſta, & cōuenientia, vt docet D. Thom. p.2.q.92. art. 2. quem omnes ſequuntur, vt affirmat Suarez lib.1. de leg. cap.13. nu. 3. & dixi in tract. de legib. q.29.

54 Ex quibus non ſolum patet explicatio Prohemij, & quæſtiones additas nunc, fuiſse neceſſarias, dum verba tex. ſuis loci collocaui; ſed etiā patet ſenſatim, & ad ſenſum defenſio ad dictum primū volumen, quæ, vt dixi, per tranſendam poſui, non autem vt verbis cum calumniatori-

55 bus contēderō, † quia opus laudat magiſtrū, & vt docet D. Aug. in Pſ. 54. effectus probat virtutē, & lex humana opus non voluntatem reſpicit, cap. ſi quis non. 15. q.1. Sed Deus, qui eſt cordium ſerutator, & qui in operibus plus bonum animum, quàm actum attendit, c. ſi quando à Sacerdotibus, in ſi. 15. q.6. ſcit animum meum fuiſſe, & eſſe omnibus inſeruiendi, & etiā ſi malum habuiſſem animum, quod Deus

56 auertat, † adhuc Deus ex malis actibus hominum bona conſueuit operari, vt ſciunt omnes, & habetur in c. relegentes.

57 23. q.5. & alibi † ſic etiam in lege non attenditur voluntas legiſlatoris, an malo animo illam protuliſſet; ſed an lex illa ex ſe, & ſuis circunſtantijs ſit iuſta, loco, temporique conueniens, & ſic de alijs, vt in c. erit autem lex, diſt. 4. vt ſuppono ex materia de legibus, & dicam aliqua infra quæſt. 10.

Sed ad rem noſtram deueniamus, Prius ponam verba textus; poſtea quæſtiones ſubijciam, quod faciam in toto opere.

PROOEMIVM REGIS CAROLI.

CAROLVS SECVNDVS, DEI GRATIA Rex Hieruſalem,& Siciliæ; Ducatus Apuliæ,& Principatus Capuæ,Prouentiæ, & Forcalquerij, ac Pedimontis Comes. Ad Perpetuam rei memoriam.

Veritas ſemper ſtabilis perſeuerat, eſt falſitatis inimica, abeſt à filijs hominum; mendacia, & omnia vitia repellit, quæ, vt pars iuſtitiæ, perſonas non excipit, omnem tollens iniquitatem: hoc dicit Molfeſius.

ORTA de terra veritas, falſitatis æmula, ſimplicitatis amica, non habet angulos, nec latet ſub modio: ſed in omni ſui parte conſiſtens eadem, variare refugit, alterare repellit: ipſa, cuius eſt ſimplex oratio, fugat duplicitatis inuolucra, repellit comenta mendacij, fictis ſe obijcit, & ſimulatis, per obſtaculum contradictionis obſiſtit: & dum, ſicut pars annexa iuſtitiæ; æqualitatem quãdam in rebus conſtituit, & adæquat, ſigna rebus exiſtentibus circa ipſam, inuenitur magna, & præ omnibus fortior. Perſonas, nec differentias introducit: **Iniqui filij hominũ, & illorũ opera, mendaces ſunt, nec eſt in illis veritas**, quia ſcriptum eſt. Omnis homo mendax, Veritas autem manet ſtabilis, inualeſcit in æternum, cõſtanter obtinet, & viuit in æuum. Ipſius virtus communis, & propria, Nihil inæquale recipit, aſſumitvè varium. Vis in eius iuditio, per cuius malignitatis abſtutiam obrepit iniquum:

Rex debet eſſe ſimplicitatis integræ, ac puræ veritatis amator, exquirens modos, quibus omnia pellantur vitia, & veritati contraria deliteſcent. h.d. Molfeſ.

NOs itaque, quem ad oculum Regalis faſtigij dextera diuina prouexit, ſimplicitatis integræ, ac puræ veritatis amator, vias inueſtigamus accomodas, modos aptos exquirimus, conuenientes tramites perſcrutamur, per quos noſtris temporibus, pellatur falſitas, varietas lateat, ceſſet duplicitas, mendacium ſileat, & c. veritati contraria deliteſcãt.

Legum, etiam municipalium, incertitudo, ac varietas tolli debet, nè veritas offendatur, creſcant lites, foueatur falſitas; ac alia plurima oriantur ſcandala. h.d. Molfeſ.

AVdiuimus equidem clamoſa inſinuatione frequenti, quod in Ciuitate noſtra Neapoli ille periculoſus vſus, imo vt loquamur verius, reprobandus abuſus inualuit, propter incertam, & indeterminatam Conſuetudinum varietatem, quòd dum in emergentibus cauſis allegatur, interdum conſuetudinis longæuique vſus auctoritas; ad contrarium obijcitur alia, in eliſionem primæ propoſitæ, & repugnatur aduerſæ; & dum fit plerumque vtriuſque probatio, & conſequentia neceſſitatis implicitæ, tecta veritate ſub modio, periurij reatus incurritur, & veritatis perplexitas prolixius intricatur. Ex cuius incertitudinis, & indeterminationis inuolucro, illud etiam ſequitur abſurditate notabile, quòd allegata, & obtenta conſuetudo in vno iudicio, non ſine varietatis prudentia, in alterius inſtantia reprobetur: Ex quibus vtique quotidianis erroribus differuntur iudicia, offenditur

ditur veritas, lites creſcunt, & oriuntur; ac incidunt animorum, & corporum quotidiana diſcrimina: Nam dum ſilet veritas oppreſſa per obuium, rancor altius radicatur ad ſcandalum, & eo preuius ad falſitatis commenta decurritur, quoad peruerſæ voluntatis intentum facilior oportunitas inuenitur.

Rex noſter, vt Falſitates euelleret, reſecaret periuria, ac veritatem foueret, quod eſt Regis officium, iuſſit, veras & approbatas conſuetudines huius Ciuitatis per eiuſdem Antiſtitem, alioſq; duodecim probos viros in ſcriptis redigi, pro caſſis & irritis, tam in iudicijs quàm extra, habens alias hic non inſertas. h. d. Molfeſ.

VT igitur per autoritatis noſtræ præſidium (cuius eſt proprium in lucem deducere veritatem, ſupplantare diſſidia, falſitates euellere, periuria reſecare, cum ſit fouere crimina ipſorum cauſam non tollere: & qui reprobandis exceſſibus obuiare deſinit, erratis & deuijs conſequenter aſſentit) expreſſa pridem noſtra iuſſione deſcripſimus per Venerabilem Patrem olim P. Antiſtitem Ciuitatis eiuſdem, & duodecim Viros, vitæ, & opinionis electæ, diſcretos. & inſtructos in talibus ab Vniuerſitate eligendos: Eaſdem omnes, veras, antiquas, & approbatas conſuetudines Ciuitatis ipſius ex concordi virorũ proborum teſtimonio, vel alia probatione legitima ipſi reperire celebrarent, in ſerioſam ſcripturam redigi transcribendas; poſtmodum per auctoritatis noſtræ præſidium in ordinato volumine, pro futurorum atque præſentium certa memoria, & ſolleinnitate perpetua valitura. Ita quidem quòd omnes conſuetudines Ciuitatis ipſius; quod infra præfixum terminum in priori noſtra iuſſione præfata, per eoſdem Patrem Antiſtitem Ciuitatis eiuſdem, & duodecim, in ſcripturam redaptæ non forent, haberentur vacuæ, & inanes, & nullæ, ac in iudicijs, & extra iudicia, nullius roboris exiſterent, vel momenti.

Conſuetudines iſtæ communi voto Ciuium Regi fuerunt præſentatæ, vt Rex, ſi opus eſſet, declararet, ac poſtea approbaret, h. d. Molfeſ.

PRæfatis autem conſuetudinibus in ſcripturam redaptis, ſecundùm præmiſſi mandati noſtri tenorem, & formam per illud traditam; pari voto, & communi conſenſu Vniuerſitatis eiuſdem, præſentatæ ſunt noſtro conſpectui, per noſtrum corrigendæ, ac declarandæ iudicium, & per autoritatem approbationis noſtræ, obnoxius roborandæ.

Hæ conſuetudines, ſecundùm vſualia verba eiuſdem Ciuitatis in ſcriptis fuerunt redaptæ, Regis autoritate confirmatæ, & approbatæ. h. d. Molfeſ.

QVarum ſerie inſpecta, earumque ſenſu examinatè prouiſo, quia in illis inuenimus communem concordiam Ciuium, & rationis approbandæ cenſuram, detractis aliquibus, quibuſdam per declarationem congruam additis, eas per Bartholomeũ de Capùa, Militem, Loghotetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ, in ſtilo dictaminis eorundem Ciuium, vt magis propriè illarum vſualia verba remaneant, in præſenti volumine, ſub titulo approbationis noſtræ, præuiſas redigi fecimus.

Conſuetudines iſtæ in Ciuitate Neapolis, & eius diſtrictu, vim legis obtinent, reprobatis alijs, in hoc volumine non inſertis. h. d. Molfeſ.

PEr quod auctoritatis noſtræ comprobatæ iudicio, in dicta Ciuitate Neapolis, eiuſquè diſtrictu, in iudicijs & extra iudicia, vim legis obtineant, & robur conſuetudinum approbatarum, cæteris vſibus, ſeu conſuetudinibus alijs, non inſertis in præſenti volumine, tanquam minus rationabilibus, & cenſuram non habentibus æquitatis, de certa noſtra ſcientia caſſatis, vacuatis, & annullatis omninò; ac caſſis, vacuis, & nullis penitus declaratis.

B Con-

Conſuetudinem, in hoc volumine non inſertam allegans, punitur ipſo facto pœna vnius libræ auri, quæ fiſco, & Ciuitati pro medietate applicatur h. d. Molfeſ.

ITa vt, ſi quis inuentus fuerit tam procax, aut pertinax, qui conſuetudinem allegare præſumat, quæ in prædicto volumine non inueniatur inſerta, ipſo iure, ſine ſententia, vnius libræ auri boni puriſſimi condemnatione plectatur, cuius medietas Fiſci noſtri compendijs relicta, eiuſdem Ciuitatis commodis applicetur.

Pro maiori approbationis cautela, hæ conſuetudines ex Regis mandato, in Regio Archiuio conſeruantur. h. d. Molfeſ.

PRo certiori verò cautelæ ſuffragio, conſuetudines ipſas, approbatione noſtra vallatas, in Archiuio noſtræ Regalis Curiæ tranſcribi fecimus, ibi perpetuò conſeruandas.

FINIS TEXTVS PROOEMII.

SVMMARIVM.

DE Regum origine, qui nam tractent, recenſentur. num. 1.

Origo Regum in Populo Dei, habuit initium à Deo n. 2.

Alij per ſucceſſionem fuerunt Reges, quod explicatur. num. 7.

Deus multo tempore per ſe ipſum gubernauit mundum, cœpit deinde illum regere per humanos miniſtros, quod refertur. num. 3.

Miniſtri, ac Duces Populi Dei, cur Iudices vocabantur, num. 4.

Rex primus Populi Dei qualiter fuerit electus, narratur num. 5.

Saul cur à Deo reprobatus fuerit, & Regno priuatus, & eius loco Dauid electus, recenſetur. nu. 6.

Principatus aliorum Regum, qualiter ſint à Deo, & qualiter per electionem populorum, explicatur. num. 8. & ſeqq.

Principis poteſtas quot modis conſideratur. num. 9.

Reges per Deum regnãt, nu. 11. ſunt Dei Vicarij, ac miniſtri, nu. 10. cur Deus permittat, vt malè Populum gubernent. nu. 12.

Populi quando cœperunt habere Reges, ac leges. num. 13.

Imperium qualiter ſit de iure gentium, nu. 14. qualiter à Deo nu. 15. & ſeqq. nu. 17. & ſeqq. qualiter transferatur de gente in gentem, & de perſona in perſonam. nu. 35.

Adæ quam poteſtatem dedit Deus. n. 16. an fuerit primus Monarca. num. 19. 21. 24.

Opera Dei debent eſſe perfectiſſima, & qualiter ita ſint. num. 18.

Reges Tyranni an dicantur Reges per electionem Populorum. num. 20. 28.

Populus corruit, vbi non eſt gubernator. num. 21. & 22. An meliùs per vnum, quando per plures gubernetur. nu. 31.

Parentes ad quem finem habeant poteſtatem œconomicã in liberos, n. 21. 25.

Poteſtas polytica, quæ nam ſit, quando cœpit eſſe in Populo, & ad quem finem. nu. 22. 26. 30.

Homo præſumitur magis ſibi, quàm alijs conſulere. nu. 23.

Caim fuit primus qui Rempub. fundauit, & gabellas impoſuit, etiam contra filios, quod explicatur. nu. 27.

Voluntas ſequens purgat vitium præcedens num. 29.

Summi Pontificis poteſtas, & Monarchia eſt immediatè à Deo num. 32. non poteſt transferri de vna perſona in aliam, nec in aliquam communitatem, quod explicatur. num. 33.

Cardinales qualiter eligant Summum Pontificem. num. 34.

DE

DE ORIGINE poteſtatis Regis.

QVÆSTIO PRIMA.

1 PRIMO quæro de origi-
ne Regis, An eius poteſtas
ſit à Deo immediatè, vel à
populo omiſſis varijs ſen-
tentijs diuerſorum Au-
thorum, relatis à Ferdinã.
Vaſq.lib.1.controuer.illuſtr.cap.21.nu.8
& ſequen.& cap.41.num.28.penes Azor.
par.2. moral. lib.10. cap.2. concluſiuè lo-
quendo, pono ſequentes concluſiones.
2 Prima Concluſio. Regum principatũ,
ſiue dominium in populo Iſraeli, qui dici-
tur populus electus Dei, vt eſt vulgatum
in ſacra ſcriptura, & habetur præcipuè
Deuteron.32.in cant. Moyſi, duxit origi-
nem ex Dei electione, accedente tamen
populi petitione, vt habetur 1.Reg.cap.8.
3 cap.16.& alibi. Clarum eſt enim, † quod
Deus à creatione mundi vſque ad tempus
Noè per ſe ipſum ſine alio humano mini-
ſtro, ac Duce mundum gubernauit, & re-
xit: à tempore vero Noæ cępit creaturas
rationales regere, & gubernare per ma-
nus miniſtrorum. Populum verò ſuum
multò tempore rexit per diuerſos Iudi-
ces, ſiuè Gubernatores, primo per Moy-
ſen, poſtea per Ioſuè, & ſic de alijs, vt ha-
betur in Deuteron. Leuit. in lib. Iudic. &
4 ſæpè alias, vſque ad tempus Samuel, † &
ſic Iudices dicebantur a Iudicio, quoniam
& ſi illum Populum gubernabant; tamen
etiam iudicabant, & ſic Iudices diceban-
tur, vt in dicto lib. Iudic. habetur.
5 Cum Samuel ſenuiſſet, petijt populus
ab eo, vt ſibi conſtitueret Regem ad eius
gubernium, pro vt habebant aliæ natio-
nes: & licet Samuel de tali petitione tur-
baretur, conſuluit tamen Dominum, qui
dixit ei, vt prædiceret populo ius Regis
ſuper eius populum, tam circa perſonas,
quàm circa bona; & hoc narrato, daret
populo Regem, & ſic Samuel ex Dei man
dato elegit Saul in Regem dicti populi, vt
6 habetur 1.Reg.cap.9.& 10. † qui quidem
Rex cum Dei præcepto non obtemperaſ-
ſet de occidendo Amalecitas, nec eorum
vrbes ſubuerteret, Deus proiecit Saul, Re-
gno priuauit, & in locum ipſius iuſſit vn-
gere Dauid in Regem, & ſic factum eſt, vt
habetur in dicto primo lib. Reg. cap. 15.
16.& ſequent. plures cumulat Greg. Sayr.
lib.3.clauis Reg.cap.1.nu.8. ſic etiam Frã-
ciſcus Suar.lib.3.de leg.cap.4. ſub num.2.
& hoc ſciunt omnes.
7 Alij verò Reges in dicto Populo Dei
vſque ad tranſmigrationem Babylonis
fuerunt per ſucceſſionem, vt habetur in
lib. Reg. & reaſſumit S. Matth. in cap.1.
Sacroſancti Euangelij, vſque dum alieni-
genæ, vt fuit Herodes, ſibi vſurparunt di-
ctum regnum, quod etiam omnes ſciunt:
ideo ommitto.
8 Secunda concluſio. Omnes Principa-
tus Regum aliarum nationum, quò ad ali-
qua ſunt immediatè à Deo; quò ad aliqua
verò ſunt ex conſenſu, & electione popu-
lorum. Concluſio hæc eſt omnium, nec
ſalua veritate negari poteſt, & habetur
etiam in l.1.& 2.ff.de orig.Iur.vbi omnes
D.Thom.1.2. quæſt.90. cum ſequent. vbi
omnes eius Expoſitores. Vaſq.loc. cit. &
etiam cap.47.alios citãt, & probant, Sayr.
dicto cap.1.nu.8.cum ſeq.& Suar.d.lib.3.
cap.4.
Probatur, & explicatur ſimul Conclu-
9 ſio: † Nam poteſtas in Principe, duobus
poteſt conſiderari modis. Primo ſecun-
dùm ſe, & alio modo per translationem
populi in Principem. Primo modo, po-
10 teſtas hæc à Deo eſt immediatè, † qui vo-
luit creari Reges, vt eſſent eius Vicarij, ac
vicem ipſius Dei in terris gererent, popu-
lis pręeſſent, eoſquè gubernarent, & rege-
rent per leges conuenientes, & denique
delinquentes debita pęna punirent, vt la-
tiſſimè probat D.Thom.loc.cit. Alphonſ.
de Caſtr.in lib.de leg.pœnal.cap.1.Couar.
Dried.& alij plures, penes Suar. d.cap.4.
num.5. & ſequent. Canoniſtæ in cap. per
venerabilem, qui filij ſint legitimi, & alij
plures; & ſic intelligitur illud Prouerb.8.
11 † Per me Reges regnant, & conditores
legum iuſta decernunt: ſic etiam ad Rom.
13. Miniſter enim Dei eſt, &c. & alia plu-
ra loca, & hoc modo explicantur omnes
Authores, qui dicunt Regum poteſtatem
eſſe à Deo immediatè: ſic etiam intelligi-
tur text. huius Procemij in §. nos itaque,
quatenus Rex Carolus dicit, ſe eſſe erectũ
ad oculum regalis faſtigij à dextera di-
uina.
12 Et licèt multoties Reges mali ſint, nec
ſe exhibeant, tamquàm miniſtros Dei: id
permittit Deus propter peccata populo-
rum, vt tales miniſtri affligãt populos pro
eorum peccatis, vt habetur 1. Reg. cap.8.

Google

ligandos ſubditos per eius legem n.44.
Lex euãgelica an obligauerit antequàm eſſet ſcripta, num.45. Quando, & cur ſcribi cœperit, declaratur num.46. an ſit perpetua num.48. cur fuerit ſcripta in cordibus noſtris. nu.49.
Chriſtum fuiſſe verum Legiſlatorem, eſſe certum ex fide, traditur nu.47.
Cauſa finalis conſuetudinum, quæ nam ſit, recenſetur. num.50.
Homo operatur propter finem num.51.
Lex ſemper intendit finem, qui eſt facere ſubditos bonos. num.52. vt ſit iuſta, quę ſint neceſſaria n.53. an animus Legiſlatoris in iuſtitia legis attendatur. num.57.
Opus laudat magiſtrum, & effectus probat virtutem, nu.55.
Deus plus bonum animum, quàm actum attendit in operibus ſub num.55. ex malis actibus hominum conſueuit bona operari. num.56.

Apologetica defenſio ad primum volumen Authoris, ac Prooemij explicatio.

SI per doctiſſimũ Andreã Tiraq. de retract. cõuent. gloſ.2. num.24. relatum à Tuſcho in ſua practic. cõcluſ. in verb. cõtrarietas. concl. 1005. non eſſet deductum, & etiam per Na-
1 poda. in eius prohæmio n.9. † in iure noſtro nihil eſſe ſine controuerſia, ſeu contradictione, nam contentionum multitudo peperit legem §. fin. Auth. de fide Inſtrum. Adeo vt prænarratus Andr. do-
2 ceat, † contrarietatem oriri, vel ex legum obſcuritate, quia nempè antiquorum vulnerum ambiguitatem, & obductæ obſcu-
3 ritates, † iterum videntur parere cicatrices, vt in Auth. hæc conſtitutio Innou. conſtit. in princ. vel ex imbecillitate na-
4 turæ humanæ; † multa enim natura generans innouat, & propterea præbet occaſionem condendi legem, & multoties vna quæſtio prębet occaſionem condendi legem generalem §. fin. Auth. de fide Inſtrum. & §. ſi vnum, verſ. occaſionem, Auth. vt cum de appellat. cognoſ. Napodan. dicto nu.9. & patet ex pragmatica prima, nuncupata, la Filingeria. de feudis;
5 vel 3. † naſcitur ſtudio contradicendi, cũ à natura ſit nobis inditũ, vt alijs contradicamus, l. Item ſi vnus. §. pluraliter ff. de recept. arbitr. Melchior Palaez in tract. de maiorat. par.6. in princ.
6 † Quarto naſci ſolet ex oſtentatione, & cupiditate gloriæ nanciſcendæ, præcipuè ſi magnis viris fiat contradictio, & non paucis hæc cupiditas eſt innata, vt notãt prænarrati DD.

Si contradixi aliquibus, teſtis eſt mihi Deus, nec mihi hoc remittat in iudicio, ſi ita non credidi in veritate, ſine oſtentatione, ſine cupiditate inanis gloriæ, ſine animo contradicendi, & ideo ſemper paratus ſum, reuocare ſententiam, ſi melioribus conuincar rationibus.

7 Quintò, † oriri ſolet ex credulitate veritatis, quia ſic veritas magis clareſcit, & credit ita eſſe, vt contradictionem facit.

Si igitur hæc non legiſſem, vtique aliqua mihi fuiſſet perturbatio, dum relatũ mihi fuit, multos multa dicere contra ea, quæ in primo volumine ſcripſi; & ne dicatur mihi, noli omni ſpiritui credere,
7 præcipuè, † cum repentina credulitas ſit magiſtra erroris, & nouerca conſilij, vt ex tex. in l. ſicuti, vbi Bald. C. de fide Inſtrum. & alijs probat Maluitius in tract. de canonizat. Sanctor. dub. 14. nu.2. Attamen aurib. proprijs aliqua audiui, quãuis forſan me non cognoſcebant, quod iuniores non debent attentare, quod multi antiqui prudentes non ſunt auſi attingere; Alij, quod dũ opus egi, debebã omnes quæſtiones per argumenta diſcutere, & cumulare omnes DD. de illa materia loquentes. Alij denique ſic, alij autem ſic.

Cauſa perturbationis, ſi partem inferiorem ſpectemus, habebat apparentiam,
8 ne dicam rationes ſolidas; † quoniã Cneus Flauius, & ſi filius Libertini, ac ſcriba Appij Claudij, dum ſubreptum librum Populo Romano tradidit; fuit hoc factum adeo gratum Populo, vt Tribunus plebis, Senator, ac Ædilis Curulus crearetur, vt legitur in l.2. §. poſtea cum Appius ff. de origin. Iur. quod factum, nè obijciatur, non eſſe ſimile, quoniam nunc librum habebant ciues; attamen erat quaſi ſubreptus ob additionum varietatem, & dum nouam lucem indidimus vetuſtę imagini, nouam expoſitionem detrito volumini; ac nouam claritudinem huius fideliſsimæ Ciuitatis antiquis moribus, negari non poteſt, quin librum iſtum, quaſi eidem Populo reſtituimus; & pro hoc beneficio

præmium

præmium potius, quàm calumnias conſe-
qui debebam. Eo fortius, dum à viris, qui
9 id exequi deberent, † quàuis ſit proprium
Principis in benemerentibus liberalitatẽ
exercere, vt ex pluribus probat Roland.
conſ.2.nu.29.lib.2. & poſt ipſum Barbat.
& alios Menoch.conſ.962.nu.22. vol.10.

Hac igitur de cauſa illos Pſalmorum
verſus, quos contra ſuos detractores, &
calumniatores adduxit Napodan. in eius
10 procemio ſub nu.8. videlicet. † Qui retri-
buunt mala pro bonis, detrahebant mihi:
quoniam ſequebar bonitatẽ, vt in pſal.37.
& eos increpando, dicerem cum eodem
Pſalmiſta, induãtur, qui detrahunt mihi,
pudore; & operiantur ſicut diploide con-
fuſione ſua: Nihilominus Euangelicum
præceptum ſequendo, orabo pro perſe-
quentibus, & calumniantibus.

Vt autem ex parte demonſtrem, quia
me gratis impugnãt, perſpiciant viri pru
dentes, & Sapientes, qui ſolent ſimilia
11 iudicare. † Verũ eſt enim quod regulariter
non debẽt iuniores balbutire, vbi viri ſa-
piẽtes loquũtur, vt par.4.tit. de renuncia-
tione q.15.nu.14 cum ſeqq. egomet affir-
maui, ſed varijs iuribus, ac Doctorũ etiã
authoritatib. demõſtraui, quòd multoties
etiam ſenes à iunioribus nõ dedignantur
addiſcere, & ſi iuuenes melius loquantur,
ſunt potius laudandi, quã repræhenden-
di, præcipuè ſi modeſtè, & omni qua de-
cet, circumſpectione, loquantur; & præ-
cipuè in perquirenda veritate; etiã quia
12 † nulla maiori irrogatur iniuria, ſi minor
veritatem inueſtigare laborat l. potioris.
C. de offic. Rector. prouinc. cum alijs cu-
mulatis loco citato, & etiam par.4. quæſt.
58.nu.6. Napodan. ſub dicto nu. 8.

Hinc cõmuniter DD. docent, quos poſt
gloſ. in l. 1. C. de annonis ciuilibus pro-
bat Rebuff. de priuil. Scholar. priuileg.50.
13 † quòd multi iuuenes etiam ſcholares in-
ueniuntur, qui creatis Doctoribus ſunt
doctiores, & iure meritò illis prefer̃utur,
quoniam Doctores indocti priuilegio Do
ctorum gaudere non debent, vt etiã pro-
bant Panorm. & alij in c. clerici: de iudic.
& alij plures, quos probãt Menoch. conſ.
885.num.6. cum ſeqq. vol.8. Quæ recen-
ſui, non vt alijs me vellem præferre, ſcit
Deus, me iſtam non habere iactantiã; ſed
quia ſi bonum eſt opus, laudat magiſtrum
etiam iuniorem.

14 Additur etiã, quòd ſi ętatẽ inſpiciamus,
non ſum tam iunior, vt ipſi exiſtimãt; cõ-
pleui enim quadrageſimum ſecundum an-
num die 6. huius menſis Ianuarij 1616. vt
enim in lib. Baptiſmatis Archipresbyte-
ri terræ Ripæcandidæ meæ patriæ nota-
tum vidi, & fidem habeo, natus ſum in
anno 1573. die 6. Ianuarij, & die 8. eiuſ-
dem menſis, & anni baptizatus ſum; &
dum Neapolim veniſſem ſtudiorum cau-
ſa, iam annis 12. & plus in Tribunalibus,
tum cum illo doctiſſimo, & probatiſſimo
viro Paulo Staibano meo magiſtro; tum
etiã cum alijs ſapientiſſimis viris, ſum ver
ſatus; ex quorum praxi, & doctrina; & ex
occaſionibus per eoſdem mihi datis, vt in
varijs cauſis ſcriberem; & ex continuo ſtu
dio ac labore, multa didici; multa etiam
iuris reſponſa ſcripſi; quod etiam in Reli-
gione coactus ſum continuare, non iam
ex noſtris litigijs; quia gratia Dei eis care-
mus; ſed vt amicis ac deuotis noſtris ſatiſ-
facerem, cum viris Religioſis maiorem
ſoleant adhibere fidem, quia vti à munda-
nis ſeparati veritatem loquuntur; & hac
de cauſa varios legi Authores, innumeras,
& varias pertranſij materias ob cauſarum
varietatem, & dum calamus mihi non di-
ſplicet, & pectus id experitur; multa coa-
ceruaui, & conſequenter in illo priori, ac
15 iſtis alijs voluminibus diſpoſui; † non er-
go in culpam facilè veniunt, qui varietatẽ
cauſarum concinunt, ſi veritatem ape-
riant, iuxta tex. in Auth. vt defunct. iure
funct. in princ. collat. 5. notat Napodan.
dicto nu.8.

16 Nec vrget; † me non eſſe ciuem origi-
narium huius Ciuitatis, non igitur meum
onus erat; ſed ciuium; quoniam, vt dixi,
ſpatio annorum 22. in hac ciuitate mora-
tus ſum; & pluſquam ciuis ſum, cum ſa-
tis ſit ſpatiũ decem annorum cum animo
permanendi, vt ſciunt omnes; & tanto
magis in Religioſis, qui ſunt ciues eiuſdẽ
loci, in quo habitant, & ciuium priuile-
gio gaudent, vt dixi par.2. tit. de perſonis,
q.7.num.24. cum ſeqq. etiam in addit. &
quando hoc non adeſſet, & reuera num-
quam id accidiſſet, nec ſum dignus repræ-
henſione, nam dicebat Seneca, relatus à
Corneo conſ.51.num.3. lib.4. de quo me-
minit Phanut. in tract. de inuentar. par.6.
17 num.12. † (Non te moueat Præceptorum
authoritas, ſed quis te meliori foueat ra-
tione, attendito.) Et ratio eſt ſecundùm
prędictos DD. quoniam iuſtitia, & veri-
tas, vt quid melius, ſemper attendenda eſt,
& etiam communi opinioni præferenda,

à quouis viro dicatur; nam opus attendi-
tur, etiamſi contra communem loquutus
fuiſſem, quoniã ſi aliquis quæſtiones exa-
minet,& contra communem loquatur,&
eius rationes bonæ ſunt, & meliores illis,
quibus tenentes communem mouentur,
vtiq; rationes ponderandæ veniunt, non
numerus doctorum, cum poſſit vnius, for-
ſan deterioris conditionis, ſiue authorita-
tis ſententia, & multos, & maiores in
aliqua parte ſuperare, vt ſtatuit Impera-
tor in l.prima C.de veter.iur. enucleand.
&alij, quos probat Vinc. de Franc.deciſ.
30.& alij, quos ſequitur Fontanell.de pa-
ctis dotalibus clauſul.4.gloſ.21.par.2. nu.
61.qui docent, ſapientiſſimos viros reli-
ctis quibuſdam cõmunibus opinionibus,
contrarias tenuiſse ſententias, quæ po-
ſtea communes factæ ſunt; Itaque ſi benè
loquutus ſum, neſcio quo pacto calum-
niam ſubſtineo.

Denique quod attinet ad argumenta,
& Doctorum cumulum; Iam in præfatio-
ne primi voluminis inſinuaui, me ex in-
duſtria vtrumque vitaſse; primum quidẽ,
18 † quoniam licet procedens per argumen-
ta, ac per contraria dicatur magis elicere
veritatem l. munerum.§. mixta ff. de mu-
neribus, & honor. & Bartholi ingenium
illuſtrauit procedere per cõtraria, vt pro-
bat Gomeſ.in regulis cancellar.in proem.
q.2.quem ſequitur Rodohan.in tract.de
19 ſpolijs Eccleſ.q.13.nu.2. † Adeo vt quan
do aliqui DD. tranſeunt cum aliquorum
opinione nec diſputant argum. dicantur
perfunctoriè loqui, nec attẽdi debent; nec
faciunt numerum pro communi ſentẽtia,
vt docet Iaſ. conſ.151.col.3.vol.4.probãt
etiam Soccin.iun. Alciat. Cagnol. Stracc.
Neuizan. Roland. & Cephal. quos ſequi-
tur Surd.conſ.341.nu.36.vol.3. Adeo, vt
ſi Doctor ſit ſibi contrarius, licet regulari-
ter tollatur de numero Doctorum, vt dixi
conſ.2. num.25. conſ.10. num. 21.& ali-
20 bi; † Nihilominus ſi in aliquo loco diſpu
tat arg. & in alio perfunctoriè tranſit cũ
aliorum ſententia, magis creditur ei in lo-
co, vbi diſputauit argum. Pariſ. qui alios
citat, conſ.91.num.49.vol.3. Iaſ. Soc.iun.
Neuizan. Beccius, & alij, quos probat Idẽ
Surd. conſ. 449. num.9. vol.3. & hoc sũ-
ma ratione, quia dum diſputat argum.
fundatè loquitur, & alibi perfunctoriè
tranſit cum alijs. Attamen, multoties ar-
gumẽta omiſi; ſed articulũ examinaui, Iu-
ribus, & ſolidiſſimis authoritatibus com-
probaui, quod non eſt loqui perfunctoriè;
ſed ſtylo graui, & magis accommodato
vſui communi, quia multoties argumen-
ta veritatem ipſam ſolẽt obumbrare; etiã
quia hæc in ſcholis ſunt magis neceſſaria,
non in theorica; vt enim doctiſſimus aie-
21 bat Cuiaccius, † ſcribitur doctis, & legi-
tur indoctis.

Doctorum cumulum ex induſtria etiã
omiſi, nè legentibus nauſeam præberem,
vt in eadem præfatione adnotaui; & cre-
do, quod non tam paucos collegi, vt hac
noter cenſura, & licet plures ex induſtria,
etiam recentiores omiſi, nam etſi plures,
quos probat Tell.Fernãd.l.12.Tauri. nu.
22 21.in fin.& alij dicant; † vt Doctor ha-
berè debeat multos libros, etiamſi dimi-
dium bonorum ſuorum in illis emendis
conſumeret. Seneca in lib.1.de Tranquill.
vitæ.cap.de vanagloria remouenda docet
cõtrarium, quoniam numeroſa librorum
multitudo non in ſtudium, ſed multoties
in ſpectaculum comparatur; magnam
enim habens Bibliothecam vix librorum
indices legere poteſt, & potius legentem
onerat, quàm inſtruat; & ideo ſubdit,
multo ſatius eſt, paucis te authoritatibus
tradere, quam errare per multos, & mul-
toties textus omittimus, & moderniores
citamus. Sed, vt dixi, credo citaſſe DD.
ad ſaturitatem, & ex his apparet defenſio,
ſi non fallor. At quia calumniantiũ ora
nec Dominus contra ſe claudere voluit,
non eſt neceſſe ad alia ſermonem effun-
dere, quamuis dicere poſſem, me gratis
23 impugnari, & perſequi. † Gratis enim
perſequutionem patitur, qui impugnatur
ſine crimine; impugnatur, vt noxius,
cum ſit in tali confeſſione laudabilis: Im-
pugnatur quaſi veneficius, qui in nomi-
ne Domini gloriatur: vt docet D.Ambr.
in expoſ. pſal.118.
24 † Nam licet nemo ſine crimine viuat,
nec infans vnius diei, In hoc tamen nul-
lum credo adeſſe crimen, ſi vt claritatem
conſectarer, plura in pauca colligens, ad
ordinatam reduxi methodum: nec no-
xius in hoc, iure dici potero, ſed potius
in confeſſione laudabilis; nam confeſſus
ſum, & non negaui, dum aliorum doctiſſi-
morum virorum allegationes in dicto pri
mo volumine inſerui, quod illorum erãt;
& veritatem dixi, & dico, omnia alia,
dum auctorem nõ exprimo, mea eſſe, Nec
25 quidem veneficus ſum, † quia in Dei no-
mine tantùm glorior, & gloriabor, cum

omne

omne bonum optimum, de ſurſum ſit, deſcendens a Patre luminum, vt Apoſtolus Iacobus docet, Ille quidem, qui vt prædixit Iſaias cap.9. Paruulus natus eſt nobis,
26 & filius datus eſt nobis, † Deus ſcientiarum Dominus eſt, vt habetur 1.Reg.c.2. & ipſe linguas infantium facit eſſe diſertas; dat intelligendi acumen, addiſcendi facilitatem, interpretandi ſubtilitatem, & retinendi capacitatem, cum ſit diues in omnibus, qui inuocant illum, & qui
27 hoc dicit, ſatis eſt pro exemplo, † nempè Diu. Thom. de Aquin. qui 25. annos natus, Magiſter eſt appellatus, publicèque Phyloſophos, ac Theologos ſumma cum laude eſt interpretatus, & quamuis quinquagenarius obijſſet; attamen ſcripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles adeo excellunt, vt ob eam cauſam, etiam nomen Doctoris Angelici, iure ſit adeptus, vt in lectionibus eius officij die 7. Martij narrat Eccleſia, vt etiam notaui in dicto primo volum. par. 4. tit. de renunciat. q.19.
28 num. 28. † Itaque illi ſoli ſit honor, & gloria, qui talia, & maiora operatur, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, ac ſolium gloriæ teneat. Faxit Deus, vt in fide ſtabiles, & in opere efcaces, vita, & moribus efficiamur paruuli, vt iuxta Domini permiſſum, regnum Cœlorum ingredi mereamur, & vita fruamur æterna.

Sed deueniamus ad explicationem prohemij. Licet enim tam prohemium conſuetudinum, quam etiam illud Napod. cum quæſtionibus in eiſdem diſcuſſis, etiam per Addentes, quatenus concernunt materiam harum cōſuetudinum,
29 in dicto primo volumine explicaui, † Siquidem prohemium Napodani quatenus tractat, quid ſit conſuetudo, quotuplex, & à quibus introduci poſſit infra quod tępus, circa quæ, & ſic de alijs dixi par. 1. cap.5. & ſeq.

Quatenus tractat de perſonis, & bo-
30 nis, † quæ per has conſuetudines ligantur, declaraui ex profeſſo par. 2. in duobus tit. vt ibidem videri poteſt: Itaque circa iſta non ſunt neceſſaria Commentaria noua.

31 Verùm cum dicti Addentes, † etiam ex diſcuſſis per Napodanum, multas pertraſtent quæſtiones de officio Regis, de materia legis, & ſic de alijs, vt potius alijs, qui exhortationibus me coegerunt, quam mihi ipſi ſatisfacerem, poſui, quæſtiones magis principales circa prædictam materiam, nempè de origine Regis; de eius authoritate, & officio quia hoc inſinuatur in principio dicti prohemij, & etiam quia conuenit ſubditis ſcire, à quo nam perueniat authoritas Regis, & ad quid ſe extendat eius officium; & per annexionē fuit neceſſarium declarare dominiū Monarchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ, vt ſciatur, quod nam dominium Rex habeat in hoc regno.

Denique quia in §. nos itaque dicitur,
32 † Regem eſſe veritatis amatorem, ideo explicari debuerat, An teneatur iudicare ſecundùm allegata, & probata, an ſecundùm propriam conſcientiam; & huc etiā pertinet tractatio, quid nam faciendum ſit, ſi Reſpublica rueret in collapſum, ad quos pertineat eius reparatio, & per quæ media, dum Rex Carolus in hac Ciuitate tot media adhibuit ad tollendas vanas, & falſas conſuetudines, quæ erant in perniciem Ciuitatis, & eius diſtrictus.

33 Inſuper † cum Rex teneatur per legem prouidere ea, quæ concernunt vtilitatem ſubditorum, & aliquando tenetur in lege lata diſpenſare, ideo poſui quaſdam quæſtiones, ad hanc materiam pertinentes, & dum in harum conſuetudinum compilationem Rex adhibuit Antiſtitem huius Ciuitatis, vt in §. vt igitur, oportunum erat explicare, ſi Rex neceſſariò teneatur adhibere conſilium Eccleſiaſticorum in negotijs pertractādis; ſic etiam an potius adhibere conſiliū ciuium loci, de quorum negotio tunc agitur, vel potius vocare ceteros.

De ſtylo pertractaui, quia pertinet ad explicationem tex. in §. quarum ſerie: Si lex correcta, vel ratio legis correctæ poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, concernit explicationem tex. in §. penul. quæſtio vero de fide, quam facit ſcriptura reperta in Archiuio publico, declarat tex. in §. fin. eiuſdem prohęmij, dum Rex Carolus voluit has conſuetudines in publico Archi-
34 uio conſeruari. † Itaque nemo de inconſtātia me arguere poteſt, ſi quæſtiones prędictas explicaui, dum in præfatione primi volum. dixi, me nolle tractare quæſtiones alienas à materia conſuetudinum. Quas quidem quæſtiones in primo volumine omiſi, quia non inſerui tex. dictarum conſuetudinum, quem dum nunc inſero, poſui etiam dictas quæſtiones.

Quod

Digitized by Google

Quod attinet ad diuiſionem proœmij
non oportet immorari, etiam quia Napo.
num. 1. cum ſequent. optimè illud diui-
35 dit, iuxta communem diuiſionem † Eſt
enim manifeſtum, vt in omni volumine,
quatuor cauſæ inueniantur, videlicet, ef-
ficiens, materialis, formalis, & finalis, vt
omnes ſciunt.

36 Cauſa efficiens cõſuetudinum aſſigna-
tur duplex, vna fuit remota, nempè Vni-
uerſitas Neap. petendo eius conſuetudi-
nes approbari, a dicto eius Rege, qui per
eius auctoritatem tolleret, & etiam abro-
garet illas, quæ ſibi iuſtæ non videbantur,
vt in §. præfatis. Proxima cauſa fuit Rex
Carolus, qui tales confirmauit conſuetu-
37 dines, vt habetur in §. quarum ſerie † nã
Antiſtes, & illi 12. viri non numerantur
in cauſa efficienti, ſed potius fuerunt cau-
ſæ inſtrumentales, vt aiunt philoſophi;
quia electi fuerunt, & deputati ad eligen-
das veras, & magis rationabiles conſuetu-
dines tam de ordine dicti Regis, quàm
etiam per electionem eiuſdem Ciuitatis,
vt habetur in §. igitur, & ſic, dum propria
auctoritate id non fecerunt, ſed vti inſtru
menta, prout euenit in compilatione le-
gum, ideo non numerantur in cauſa effi-
38 cięti, † ſolus enim Princeps eſt cauſa effi-
ciens legis, ſub cuius nomine leges ferun-
tur, nam licet adhibeat conſilium virorũ
prudentum, illud adhibet non neceſſario,
ſed ex decentia, & honeſtate pro iuſta le-
ge ferenda, vt dicetur infra quæſt. 2. &
idem eſt de Summo Pontifice, qui ſolus
habet poteſtatem condendi leges, quam-
uis ex decentia, & honeſtate ſoleat illas
ferre de Cõſilio Cardinaliũ, vt poſt Tur-
recr. & alios probat Abb. in c. 2. num. 4. de
cler. non reſid. cum alijs innumeris penes
Suarez lib. 4. de leg. cap. 3. num. 13. cum
ſeqq.

39 Cauſa materialis eſt etiam duplex, vna,
ex qua, & altera circa quam, materia, ex
qua ſunt omnes conſuetudines antiquæ,
ex quibus depromptæ, & ſelectæ ſunt iſtæ
40 rationabiles, & magis æquæ, † ad hoc, vt
ius iſtud municipale eſſet æquum, & bo-
num, vt ius eſſe debet, vt in l. 1. ff. de iuſt. &
41 iur. & hoc eſt notum, † Materia circa
quam ſunt ipſamet negotia, de quibus cõ-
ſuetudines loquuntur, vt Napoda. docet,
& eſt clarum, quoniam materia ſingularũ
legum in communi ſunt actus, quos ſingu-
læ leges reſpiciunt, vt materiam, & obie-
ctum, vt omnes docent, & probat latiſſi-
mè Suar. lib. 2. de legib. cap. 2. & dixi in
tract. de legib. q. 27.

42 Cauſa formalis eſt ipſamet ſcriptura;
quia pro forma fuit introductum, vt ali-
ter non valerent conſuetudines, niſi in
ſcriptis redactæ eſſent, & Rex Carolus
omnes alias abrogauit, quæ in hoc volu-
mine non inuenirentur ſcriptæ, vt habe-
43 tur in §. quarum ſerie, cum ſeqq. † & ſic
ſcriptura eſt pro forma in iſtis conſuetu-
dinibus, quamuis de eſſentia legis non ſit
ſcriptura, hæc enim ſolùm inuenta fuit
ad futuram rei memoriam, & ſic ad pro-
bationem actus. l. cõtrahitur. ff. de pignor.
cum alijs cumulatis per Surd. conſil. 144.
nũ. 15. vol. 2. & in ſpetie in lege, vt non
ſit neceſſaria ſcriptura, docent Ioan. And.
Panorm. Dec. & alij, in rubr. de conſtitu.
quos probat Suar. lib. 3. de legib. c. 15. nu.
44 6. † Satis eſt enim voluntas legiſlatoris,
volentis legem ferre, & per illam obliga-
re ſubditos ad eius obſeruantiam. Atta-
men ſi ex illa Principis voluntate oſten-
deretur aliquis modus expreſſus, quo vel-
let ſubditos per illam legem obligare,
tunc etiam ille modus eſt de forma intrin
ſeca dictæ legis, vt docet Bart. in l. ſi cum
mulier. ff. ſolu. matrim. Bald. Dec. Tiraqu.
& alij, quos probat Suar. d. libr. 3. cap. 20.
vt omittam alios, & ita eſt in hoc caſu, nã
Rex Carolus noluit alio modo per has cõ-
ſuetudines obligare ſubditos, niſi con-
ſuetudines eſſent redaptæ in ſcriptis, vt
dictum eſt.

45 Hoc eatenus eſt verum, vt procedat &
in lege Euangelica, nam Chriſtus Domi-
nus auctor huius legis eam non ſcripſit,
ſed ſolo verbo tradidit, & multo tempore
viguit, & obligauit priuſquam eſſet ſcri-
pta, vt poſt Irenæ. lib. 3. contra hæreſes.
cap. 1. Chriſoſt. & alios Patres, & Theo-
logos probat Suar. lib. 10. de legib. cap. 3.
46 per totum. † Quæ quidem lex Euangeli-
ca fuit ſcripta per occaſionem ſcribendi
vitam Chriſti, vel docendi fideles doctri-
nam, ab ipſo Chriſto traditam; ſiue eos
monendi per epiſtolas, prout occaſio Apo
ſtolis videbatur neceſſaria, & per hoc Spi-
ritus ſanctus ex ſua ineffabili prouidẽtia,
qua ſuã Eccleſiam gubernat, directè etiã
intendit, vt lex ipſa ſcriberetur, vt ſuæ
Eccleſiæ daret arma conuenientia contra
hæreticos, qui futuri erant, & negaturi,
47 † Chriſtum fuiſſe verum legiſlatorem,
& nihil per eum fuiſſe præceptum in
Euangelio, præter Fidem, qui damnan-
tur

Digitized by Google

tur tanquam hæretici per Catholicam Eccleſiam, vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 19. cum ſeqq.

48 Benè verum eſt, quòd hæc lex Euangelica fuit tradita per Chriſtum, vt perpetuò duraret in eius Eccleſia, & proinde nè facilè obliuioni traderetur, vel per imperitiam, negligentiam, aut malitiam aliquorum peruerteretur, vel mutaretur ab hominibus, voluit per ſpecialem gratiam, 49 & prouidentiam Spiritus ſancti, † eſſe ſcriptam in mētibus, & cordibus noſtris, vt docet Apoſt. ad Hebræos 8. vt nempè perpetuò maneret in intellectu noſtro, perabundantiam luminis fidei, & doctrinæ ſupernaturalis, & eſſet etiam in voluntate per abundantiā ſpiritus, & amoris, quod per ſeipſum egit Dominus immediatè in Apoſtolos, & illis mediantibus, fecit, ac facit in tota Eccleſia Catholica, vt in ea perpetuò permaneret per ſpecialem aſſiſtentiam, & abundantem gratiam Spiritus ſancti, & hoc erat ſufficiens ad perpetuitatem huius legis, quamuis non eſſet ſcripta in aliqua carta, ſed vt dixi, fuit ſcripta ad hæreticorum confuſionem, & ad eiuſdem legis probationem, vt poſt Iren. d. lib. 3. cap. 4. & alios innumeros Patres, & Theologos probāt. Suarez loc. cit. & Salaſ. diſput. 24. de legibus, ſect. 3. tota, & eſt certum ſecundùm Fidem, vt dictum eſt.

50 Denique cauſa finalis harum Conſuetudinum fuit, vt certas, ac veras haberemus conſuetudines, quæ à calumniantiū iniquitate, ac mendacij eſſent exemptæ, ac immunes, ac negotia ipſa, ſecundùm veritatem, debitum finem ſortirentur, vt habetur in §. nos itaque, & hæc eſt cauſa præcipua huius compilationis, vt ibidem 51 dicitur: † Homo enim cum ſit agens rationale, in eius opere faciendo, & in omni eius actione, præcipuè mouetur ex fine, vt eſt notiſſimū in tota natur. Philoſoph. & experientia patet. Vtinam ſemper eſſet finis bonus, nempè propter Deum, in veritate amatum.

Eatenus cauſa finalis præcipuè debet 52 attendi, & eo magis in lege, † quæ ſemper finem attendit §. fin. ver. vltima quidem Auth. quibus mod. natur. effic. ſui, ſic finis legis eſt facere ſubditos bonos, & 53 hac de cauſa, † vt lex ſit iuſta, debet tendere in bonum finem, nempè ad bonum commune ſubditorum, & per media honeſta, & cōuenientia, vt docet D. Thom. p. 2. q. 92. art. 2. quem omnes ſequuntur, vt affirmat Suarez lib. 1. de leg. cap. 13. nu. 3. & dixi in tract. de legib. q. 29.

54 Ex quibus non ſolum patet explicatio Prohemij, & quæſtiones additas nunc, fuiſſe neceſſarias; dum verba tex. ſuis loci collocaui; ſed etiā patet ſenſatim, & ad ſenſum defenſio ad dictum primū volumen, quæ, vt dixi, per tranſendam poſui, non autem vt verbis cum calumniatori- 55 bus contēderē, † quia opus laudat magiſtrū, & vt docet D. Aug. in Pſ. 54. effectus probat virtutē, & lex humana opus non voluntatem reſpicit, cap. ſi quis non. 15. q. 1. Sed Deus, qui eſt cordium ſcrutator, & qui in operibus plus bonum animum, quàm actum attendit, c. ſi quando à Sacerdotibus, in ſi. 15. q. 6. ſcit animum meum fuiſſe, & eſſe omnibus inſeruiendi, & etiā ſi malum habuiſſem animum, quod Deus 56 auertat, † adhuc Deus ex malis actibus hominum bona conſueuit operari, vt ſciunt omnes, & habetur in c. relegentes. 57 23. q. 5. & alibi † ſic etiam in lege non attenditur voluntas legislatoris, an malo animo illam protuliſſet; ſed an lex illa ex ſe, & ſuis circunſtantijs ſit iuſta, loco, temporique conueniens, & ſic de alijs, vt in c. erit autem lex, diſt. 4. vt ſuppono ex materia de legibus, & dicam aliqua infra quæſt. 10.

Sed ad rem noſtram deueniamus, Prius ponam verba textus; poſtea quæſtiones ſubijciam, quod faciam in toto opere.

Digitized by Google

PROOEMIVM REGIS CAROLI.

CAROLVS SECVNDVS, DEI GRATIA Rex Hieruſalem,& Siciliæ; Ducatus Apuliæ,& Principatus Capuæ,Prouentiæ, & Forcalquerij, ac Pedimontis Comes. Ad Perpetuam rei memoriam.

Veritas ſemper ſtabilis perſeuerat, eſt falſitatis inimica, abeſt à filijs hominum; mendacia, & omnia vitia repellit, quæ, vt pars iuſtitiæ, perſonas non excipit, omnem tollens iniquitatem: hoc dicit Molfeſius.

ORTA de terra veritas,falſitatis æmula, ſimplicitatis amica, non habet angulos, nec latet ſub modio: ſed in omni ſui parte conſiſtens eadem, variare refugit, alterare repellit: ipſa,cuius eſt ſimplex oratio, fugat duplicitatis inuolucra, repellit comenta mendacij, fictis ſe obijcit, & ſimulatis, per obſtaculum contradictionis obſiſtit: & dum, ſicut pars annexa iuſtitiæ; æqualitatem quãdam in rebus conſtituit,& adæquat, ſigna rebus exiſtentibus circa ipſam, inuenitur magna, & præ omnibus fortior. Perſonas, nec differentias introducit: Iniqui filij hominũ,& illorũ opera, mendaces ſunt, nec eſt in illis veritas, quia ſcriptum eſt. Omnis homo mendax, Veritas autem manet ſtabilis, inualeſcit in æternum, conſtanter obtinet, & viuit in æuum. Ipſius virtus communis,& propria, Nihil inæquale recipit, aſſumitvè varium. Vis in eius iuditio, per cuius malignitatis abſtutiam obrepit iniquum:

Rex debet eſſe ſimplicitatis integræ, ac puræ veritatis amator, exquirens modos,quibus omnia pellantur vitia, & veritati contraria deliteſcent. h.d. Molfeſ.

NOs itaque, quem ad oculum Regalis faſtigij dextera diuina prouexit, ſimplicitatis integræ, ac puræ veritatis amator, vias inueſtigamus accomodas, modos aptos exquirimus, conuenientes tramites perſcrutamur, per quos noſtris temporibus, pellatur falſitas, varietas lateat, ceſſet duplicitas, mendacium ſileat, & c. veritati contraria deliteſcãt.

Legum, etiam municipalium, incertitudo, ac varietas tolli debet, nè veritas offendatur, creſcant lites, foueatur falſitas; ac alia plurima oriantur ſcandala. h.d. Molfeſ.

AVdiuimus equidem clamoſa inſinuatione frequenti, quod in Ciuitate noſtra Neapoli ille periculoſus vſus, imo vt loquamur verius, reprobandus abuſus inualuit, propter incertam, & indeterminatam Conſuetudinum varietatem, quòd dum in emergentibus cauſis allegatur, interdum conſuetudinis longæuique vſus auctoritas; ad contrarium obijcitur alia, in eliſionem primæ propoſitæ, & repugnatur aduerſæ; & dum fit plerumque vtriuſque probatio, & conſequentia neceſſitatis implicitæ, tecta veritate ſub modio, periurij reatus incurritur, & veritatis perplexitas prolixius intricatur. Ex cuius incertitudinis, & indeterminationis inuolucro, illud etiam ſequitur abſurditate notabile, quòd allegata, & obtenta conſuetudo in vno iudicio, non ſine varietatis prudentia, in alterius inſtantia reprobetur: Ex quibus vtique quotidianis erroribus differuntur iudicia, offenditur

ditur veritas, lites creſcunt, & oriuntur; ac incidunt animorum, & corporum quotidiana diſcrimina: Nam dum ſilet veritas oppreſſa per obuium, rancor altius radicatur ad ſcandalum, & eo pręuius ad falſitatis commenta decurritur, quòad peruerſæ voluntatis intentum facilior oportunitas inuenitur.

Rex noſter, vt Falſitates euelleret, reſecaret periuria, ac veritatem foueret, quod eſt Regis officium, iuſſit, veras & approbatas conſuetudines huius Ciuitatis per eiuſdem Antiſtitem, alioſq; duodecim probos viros in ſcriptis redigi, pro caſſis & irritis, tam in iudicijs quàm extra, habens alias hic non inſertas. h. d. Molfeſ.

VT igitur per autoritatis noſtræ præſidium (cuius eſt proprium in lucem deducere veritatem, ſupplantare diſſidia, falſitates euellere, periuria reſecare, cum ſit fouere crimina ipſorum cauſam non tollere: & qui reprobandis exceſſibus obuiare deſinit, erratis & denijs conſequenter aſſentit) expreſſa pridem noſtra iuſſione deſcripſimus per Venerabilem Patrem olim P. Antiſtitem Ciuitatis eiuſdem, & duodecim Viros, vitæ, & opinionis electæ, diſcretos. & inſtructos in talibus ab Vniuerſitate eligendos: Eaſdem omnes, veras, antiquas, & approbatas conſuetudines Ciuitatis ipſius ex concordi virorũ proborum teſtimonio, vel alia probatione legitima ipſi reperire celebrarent, in ſerioſam ſcripturam redigi tranſcribendas; poſtmodum per auctoritatis noſtræ præſidium in ordinato volumine, pro futurorum atque præſentium certa memoria, & ſollemnitate perpetua valitura. Ita quidem quòd omnes conſuetudines Ciuitatis ipſius; quod infra præfixum terminum in priori noſtra iuſſione præfata, per eoſdem Patrem Antiſtitem Ciuitatis eiuſdem, & duodecim, in ſcripturam redaptæ non forent, haberentur vacuæ, & inanes, & nullæ, ac in iudicijs, & extra iudicia, nullius roboris exiſterent, vel momenti.

Conſuetudines iſtæ communi voto Ciuium Regi fuerunt præſentatæ, vt Rex, ſi opus eſſet, declararet, ac poſtea approbaret, h. d. Molfeſ.

PRæfatis autem conſuetudinibus in ſcripturam redaptis, ſecundùm præmiſſi mandati noſtri tenorem, & formam per illud traditam; pari voto, & communi conſenſu Vniuerſitatis eiuſdem, præſentatæ ſunt noſtro conſpectui, per noſtrum corrigendæ, ac declarandæ iudicium, & per autoritatem approbationis noſtræ, obnoxius roborandæ.

Hæ conſuetudines, ſecundùm vſualia verba eiuſdem Ciuitatis in ſcriptis fuerunt redaptæ, Regis autoritate confirmatæ, & approbatæ. h. d. Molfeſ.

QVarum ſerie inſpecta, earumque ſenſu examinatè prouiſo, quia in illis inuenimus communem concordiam Ciuium, & rationis approbandæ cenſuram, detractis aliquibus, quibuſdam per declarationem congruam additis, eas per Bartholomęũ de Capua, Militem, Loghotetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ, in ſtilo dictaminis eorundem Ciuium, vt magis propriè illarum vſualia verba remaneant, in præſenti volumine, ſub titulo approbationis noſtræ, præuiſas redigi fecimus.

Conſuetudines iſtæ in Ciuitate Neapolis, & eius diſtrictu, vim legis obtinent, reprobatis alijs, in hoc volumine non inſertis. h. d. Molfeſ.

PEr quod auctoritatis noſtræ comprobatæ iudicio, in dicta Ciuitate Neapolis, eiusquè diſtrictu, in iudicijs & extra iudicia, vim legis obtineant, & robur conſuetudinum approbatarum, cæteris vſibus, ſeu conſuetudinibus alijs, non inſertis in præſenti volumine, tanquam minus rationabilibus, & cenſuram non habentibus æquitatis, de certa noſtra ſcientia caſſatis, vacuatis, & annullatis omninò; ac caſſis, vacuis, & nullis penitus declaratis.

DE ORIGINE poteſtatis Regis.

QVÆSTIO PRIMA.

1 PRIMO quæro de origine Regis, An eius poteſtas
ſit à Deo immediatè, vel à
populo omiſſis varijs ſen-
tentijs diuerſorum Au-
thorum, relatis à Ferdinã.
Vaſq.lib.1.controuer.illuſtr.cap.21.nu.8
& ſequen.& cap.41.num.28.penes Azor.
par.2. moral. lib.10. cap.2. concluſiuè lo-
quendo, pono ſequentes concluſiones.
2 Prima Concluſio. Regum principatũ,
ſiuę dominium in populo Iſraeli, qui dici-
tur populus electus Dei, vt eſt vulgatum
in ſacra ſcriptura, & habetur præcipuè
Deuteron.32.in cant.Moyſi, duxit origi-
nem ex Dei electione, accedente tamen
populi petitione, vt habetur 1.Reg.cap.8.
3 cap.16.& alibi. Clarum eſt enim, † quod
Deus à creatione mundi vſque ad tempus
Noè per ſe ipſum ſine alio humano mini-
ſtro, ac Duce mundum gubernauit, & re-
xit: à tempore vero Noæ cępit creaturas
rationales regere, & gubernare per ma-
nus miniſtrorum. Populum verò ſuum
multò tempore rexit per diuerſos Iudi-
ces, ſiuè Gubernatores, primo per Moy-
ſen, poſtea per Ioſuè, & ſic de alijs, vt ha-
betur in Deuteron. Leuit. in lib. Iudic. &
4 ſæpè alias, vſque ad tempus Samuel, † &
ſic Iudices dicebantur a Iudicio, quoniam
& ſi illum Populum gubernabant; tamen
etiam iudicabant, & ſic Iudices diceban-
tur, vt in dicto lib. Iudic. habetur.
5 Cum Samuel ſenuiſſet, petijt populus
ab eo, vt ſibi conſtitueret Regem ad eius
gubernium, pro vt habebant aliæ natio-
nes: & licet Samuel de tali petitione tur-
baretur, conſuluit tamen Dominum, qui
dixit ei, vt prædiceret populo ius Regis
ſuper eius populum, tam circa perſonas,
quàm circa bona; & hoc narrato, daret
populo Regem, & ſic Samuel ex Dei man
dato elegit Saul in Regem dicti populi, vt
6 habetur 1.Reg.cap.9.& 10. † qui quidem
Rex cum Dei præcepto non obtemperaſ-
ſet de occidendo Amalecitas, nec eorum
vrbes ſubuerteret, Deus proiecit Saul, Re-
gno priuauit, & in locum ipſius iuſſit vn-
gere Dauid in Regem, & ſic factum eſt, vt
habetur in dicto primo lib. Reg. cap. 15.
16.& ſequent. plures cumulat Greg. Sayr.
lib.3.clauis Reg.cap.1.nu.8. ſic etiam Frã-
ciſcus Suar.lib.3.de leg.cap.4. ſub num.2.
& hoc ſciunt omnes.
7 Alij verò Reges in dicto Populo Dei
vſque ad tranſmigrationem Babylonis
fuerunt per ſucceſſionem, vt habetur in
lib. Reg. & reaſſumit S. Matth. in cap.1.
Sacroſancti Euangelij, vſque dum alieni-
genæ, vt fuit Herodes, ſibi vſurparunt di-
ctum regnum, quod etiam omnes ſciunt:
ideo ommitto.
8 Secunda concluſio. Omnes Principa-
tus Regum aliarum nationum, quò ad ali-
qua ſunt immediatè à Deo; quò ad aliqua
verò ſunt ex conſenſu, & electione popu-
lorum. Concluſio hæc eſt omnium, nec
ſalua veritate negari poteſt, & habetur
etiam in l.1.& 2.ff.de orig.Iur.vbi omnes
D.Thom.1.2. quæſt.90. cum ſequent. vbi
omnes eius Expoſitores. Vaſq.loc.cit. &
etiam cap.47.alios citãt, & probant, Sayr.
dicto cap.1.nu.8.cum ſeq.& Suar.d.lib.3.
cap.4.
Probatur, & explicatur ſimul Conclu-
9 ſio: † Nam poteſtas in Principe, duobus
poteſt conſiderari modis. Primo ſecun-
dùm ſe, & alio modo per translationem
populi in Principem. Primo modo, po-
10 teſtas hæc à Deo eſt immediatè, † qui vo-
luit creari Reges, vt eſſent eius Vicarij, ac
vicem ipſius Dei in terris gererent, popu-
lis prǽeſſent, eoſquè gubernarent, & rege-
rent per leges conuenientes, & denique
delinquentes debita pęna punirent, vt la-
tiſſime probat D.Thom.loc.cit.Alphonſ.
de Caſtr.in lib.de leg.pœnal.cap.1.Couar.
Dried.& alij plures, penes Suar. d.cap.4.
num.5. & ſequent. Canoniſtæ in cap. per
venerabilem, qui filij ſint legitimi, & alij
plures; & ſic intelligitur illud Prouerb.8.
11 † Per me Reges regnant, & conditores
legum iuſta decernunt: ſic etiam ad Rom.
13. Miniſter enim Dei eſt, &c.& alia plu-
ra loca, & hoc modo explicantur omnes
Authores, qui dicunt Regum poteſtatem
eſſe à Deo immediatè: ſic etiam intelligi-
tur text.huius Procœmij in §. nos itaque,
quatenus Rex Carolus dicit, ſe eſſe erectũ
ad oculum regalis faſtigij à dextera di-
uina.
12 Et licèt multoties Reges mali ſint, nec
ſe exhibeant, tamquam miniſtros Dei: id
permittit Deus propter peccata populo-
rum, vt tales miniſtri affligãt populos pro
eorum peccatis, vt habetur 1. Reg. cap.8.

nam talibus populis, tales dantur paſtores l. quoniam Cod. de Hæret. Andr. in præſud. feudor. quæſt. 2. nu. 34. Bald. Cardin. & alij, quos probat Alex. Rauden. deciſ. 34. nu. 83. par. 1.

Si conſideretur poteſtas Principis per translationem populi, ſine dubio hæc poteſtas eſt à populo. Clarum eſt enim,
13 † quod populus multis temporibus vixit ſine Rege, & aliquæ nationes eatenus odio habuerunt Reges, vt illos à ſe expuliſſent, & potius voluerunt regi, e gubernari per Conſules, & Dictatores, aliosquè Magiſtratus, quam per Regem aliquè l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. latiſſimè Vaſq; d. lib. 1. cap. 47. præcipuè nu. 5. cum ſequēt. Suar. dicto lib. 3. de leg. cap. 2. nu. 3. vbi plures citat, & ideo intelliguntur omnia iu-
14 ra, & Doctorum authoritates, † vt Regum poteſtas, & omne imperium ſit de iure gētium, vt etiā poſt alios notat Azor. par. 2. moral. lib. 11. cap. 1. Quod dictum intelligitur de origine Regum in communi: nam in particulari aliquorum Regum eſt origo de iure ciuili: quoniam certæ Ciuitates, ac aliqui homines ſibi eligerunt certos Reges, vt notant prædicti Doct. vt habetur in dicta l. 2. de orig. iur. Durand. in ſuo libello de orig. iurid. & alij penes Azor. d. cap. 1. §. ſi verò ſermo ſit.

Explicatur, & probatur magis dicta
15 Concluſio † Deus enim immediatè nulli hominum hanc regiam dedit poteſtatem, vt ipſe præeſſet alijs tamquam Rex, niſi Saul, & Dauid, vt patet ex prima concluſione; quæ quidem electio fuit per modum extraordinarium, & ſupernaturalem, vt ſuo populo per ſpecialem prouidentiam concederet hanc prærogatiuam. De alijs autem non legitur id feciſſe, vt rectè poſt alios probat Suar. dicto lib. 3. cap. 4. ſub nu. 2. Quia nec ſcripturam habemus, nec aliquam reuelationem, vt Deus id fecerit:
16 † nam cum Deus poteſtatem dedit Adæ primo parenti, eam dedit ſuper animalia, non autem ſuper homines, vt habetur. Geneſ. 1. ibi, Faciamus hominem, &c. vt præſit piſcibus maris, volatilibus Cęli, & beſtijs terræ: non dixit autem, vt hominibus præſit, vt oſtenderetur hunc dominatum, ſiue dominandi modum non eſſe ab ipſo Deo immediatè, nec naturalē homini (quāmuis ſit illi conueniens, vt infra dicetur) ſed per electionem populorū, vt optimè docet D. Aug. lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 15. D. Greg. & alij, quos probat Suar. d. lib. 3. cap. 1. num. 1. & conſequenter patet explicata concluſio qualiter Regum poteſtas ſit à Deo, qualiter autem ſit ab homine, ſiue per translationem populorum.

Reſtat nunc, vt aliqua contraria ſoluamus. Primo arguitur ex varijs locis ſa-
17 cræ ſcripturæ, quibus probatur, † omne regnum eſſe à Deo, & Deum ex ſuo voluntatis arbitrio dare regna, illaq; mutare, & transferre de gente in gentem, vt habetur Daniel. 4. & alibi pluries: igitur de iure diuino, non de iure gentium.
18 Et confirmatur, † quia opera Dei ſunt, & eſſe debent perfectiſſima, vt eſt vulgatū axioma: ſed magna eſſet imperfectio, ſi gubernatorem non dediſſet humano generi: imo deſtructio humani generis: nam vbi non eſt Gubernator, corruet populus, vt legitur Prouerb. 11.

Secundò, probatur ex communi Patrū ſententia, præcipuè D. Chryſoſtomi hom.
19 34. in Epiſt. 1. ad Corint. † quod ex vno Adamo, omnes homines formati, & procreati ſunt, vt ſignificaretur ſubordinatio ad vnum Principē, & conſequenter, quod Adam fuit primus Monarca in mundo.
20 Tertiò, deniq; confirmatur, † nam multi Reges per tyrannidem, repugnantibus ſubditis, facti ſunt ipſorum Reges: non igitur eſt vera concluſio, vt poteſtas regalis ſit per electionem, & translationem populorum.

Verùm omnia prædicta, & alia ſimilia argumenta non obſtant, nam loca ſcripturarum procedunt modo explicato in prima concluſione nu. 2. cum ſeqq. præcipuè num. 10. cum ſeqq.
21 Nec vrget cōfirmatio, tum quia poteſt intelligi de gubernio œconomico, quod habent parentes in eorum liberos, qui ſaltem aliquo temporis ſpatio in minori ætate gubernari nequeunt ſine aliquo Gubernatore, ac Duce: aliter enim nec viuere poſſent, nec conuenienter educari, nec rectè inſtrui, & ſic ſaltem quò ad mores corruerēt, vt videmus euenire de multis pueris, præcipuè de filijs viduarum, qui ſumma libertate educantur, & ſine Gubernatore: nam corruunt in moribus, multoties etiam in facultatibus, & pro-
22 pria vita: † tum etiam, quia licèt intelligeretur de gubernio Politico, vt magis communiter intelligunt Authores, ſolùm probat illa confirmatio; homines indigere auxilio, & miniſterio aliorum hominū,

dum

dum viuunt in aliqua communitate, ad hoc, vt à malorum hominũ iniurijs tueãtur, in pace conſeruentur, & eorum commune bonum intendatur; & hoc ordinauit Deus tam de gubernio œconomico; quando Politico; non tamen argumentũ probat, vt ex ſola rei natura, hæc poteſtas ſit, & reſideat in aliquo homine ſingulari: ſed neceſſariam eſſe in tota hominum collectione viuentium in communitate.

23 Patet hoc ad ſenſum, † nam ſinguli homines ſoliti ſunt conſulere eorum priuatis commodis, & ideo neceſſarium eſt pro cõſeruatione multitudinis, vt in communitate perfecta ſint aliqui, penes quos reſideat hæc poteſtas Politica, ad quam ex proprio officio pertineat bonum commune procurare, & intendere, vt colligitur ex tex. in l. fin. ff. de leg. D. Tho. opuſc. 20. lib. 1. cap. 1. de regim. Princip. & alij, quos probant Suar. dicto lib. 3. cap. 1. n. 4. cum ſeq. Azor. dicta par. 2. moral. lib. 11. cap. 1. quæſt. 1.

24 Nec obſtat ſecundum, † quia Monarchia Adæ fuit reſpectu animalium, vt dictum eſt: ſic etiam quia Pater viuentium erat, & ſolus, & ſic Dominus erat totius mundi; non tamen habuit poteſtatem, vt præeſſet alijs hominibus, vt dictum eſt: etiam quia tunc non erat neceſſariũ, quo-

25 niam non erant familiæ diuiſæ, † & quò ad eius filios, & familiam, ſolùm habebat gubernium æconomicum, videlicèt poteſtatem maritalem in vxorem, & patriã poteſtatem in filios, vt patet ex dict. infra

26 quæſt. 4. † At poteſtas Politica tunc non erat, nec eſſe poterat, nam hæc tunc eſt, & tunc eſſe cœpit, quando plures familiæ in vnam communitatem perfectam congregari cœperunt, & ideo D. Aug. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 8. & alibi, & cum eo plures

27 alij Patres colligunt, † vt ante diluuium Cain fuerit primus, qui Rempublicã, & proprium regnum conſtruxerit, nam ſe ipſum à ſuis Progenitoribus, & paterna familia ſeparauit, & Ciuitates conſtruere cœpit, vt habetur Gen. cap. 4. & idem poſt diluuium fecit Nemrod, vt habetur Gen. cap. 10. & poſt alios notat Suar. d. lib. 3. cap. 2. num. 5. & Cain etiam fuit primus tyrannus, qui tributa populis impoſuit, videns enim, quod ob maledictionem, illi datam à Domino terra non dabat illi fructus, ædificauit Ciuitatem, & etiam a ſuis filijs, & nepotibus iniuſta tributa exigebat, vt notant Caiet. & alij in d. cap. 4. Gen.

28 Nec vrget tertium, † quia tyrannus numquam erit legitimus Princeps, donec ille populus acquieſcat liberè tali occupationi, & manere ſub dominio, & poteſtate illius: & ſic ſaltem tacitè transferunt poteſtatem in ipſum occupatorem, & faciunt illum ſibi legitimum Principem, vt colligitur ex dictis per Andræam in prælud. feudor. quæſt. 2. num. 36. verſ. Non videtur eſſe prouincia. Aluar. Pelag. Driod. & alij, quos probat Suar. lib. 3. de leg. cap.

29 4. num. 4. † & ſic illa voluntas, ſequens populi, purgat vitium præcedens iniuſtæ occupationis, vt ex tex. in l. 2. C. quod met. cauſa, notat Andr. vbi ſupra.

30 Patet igitur, quod hæc poteſtas ex natura rei eſt immediatè in aliqua Communitate; & ideò, vt legitimè ſit in aliqua perſona, tamquam in ſupremo Principe, eſt neceſſarius conſenſus expreſſus, vel tacitus illius Communitatis in perſonam illã, vel per Monarchiam, vel per Democratiam, vel per Ariſtocratiam poteſtatem, vt dicetur infra quæſt. 9. & notant prædicti Doct.

31 Plus docent Doctores cõmuniter, † melius, & conuenientius fuiſſe ipſis populis, vt hæc poteſtas reſideret in aliqua perſona, tamquam in ſupremo Principe, quam eſſe in ipſa Communitate, quia ſic magis commodè, & expeditè bono publico prouidetur, & hoc non ſolùm ob maximam difficultatem congregandi totam Communitatem in vnum, quando negotijs publicis eſſet prouidendum. Hoc enim, vt docet Ariſt. lib. 7. Politic. cap. 4. & notant alij communiter, & ad ſenſum etiam patet, eſt impoſſibile, vel ad minus admodũ difficile, & etiam quia non erat expediens Communitati propter mutationem perſonarum, quæ gubernare ſolent; multoties enim euenit in gubernijs Communitatum, vt qui hodie præeſt alijs: cras illa poteſtate dominandi priuetur, & ſic bono publico, aut vix, aut numquam prouideretur, quòd multoties experientia comprobatur, vt optimè aduertunt præfati Doctores.

32 Tertia concluſio, Poteſtas Summi Pontificis, & Eccleſiaſtica Monarchia eſt tota immediatè à Deo. Concluſio eſt certa ſecundùm fidem, quæ docet, vt Chriſtus Dominus noſter verus Deus, & homo immediatè dedit hanc facultatem, & poteſtatem Petro Apoſtolo, eiuſq; ſucceſſorib. canonicè electis, vt habetur Matt. 16.

ibi,

Digitized by Google

ibi, Tibi dabo claues Regni cęlorum, &c.
Sic etiam Ioan.21. Paſce oues meas, & ſæ-
pè alias, vt poſt D. Auguſt. ac alios Patres,
& Doctores, probat Suar. lib.4. de leg. per
totum, & præcipuè cap. 1. latiſſimè etiam
Azor. part.2. Moral. lib.9. per totum, &
alij paſſim, quod omitto, quia vt dixi, hoc
33 eſt certiſſimum ſecundùm fidem, † quæ
etiam docet, quòd dum hoc regimen eſt
immediatè à Deo, nec homines quidquā
in eo habeant, ſit immutabile, & inua-
riabile, adeò vt, nullo modo, nec ex quà-
uis cauſa mutari poſſit, nec transferri de
vna perſona in aliam, nec in aliquàm Cō-
munitatem, quia hoc eſt ſolius Dei, qui ta
lem Monarchiam Eccleſiaſticam, hoc mo
do conſtituit, & ordinauit, vt non ſit in
hominum poteſtate eius variatio, & mu-
34 tatio. † Cardinales enim qui Apoſtolicū
Collegiū repreſentāt, ſolū eligunt Summū
Pontificem c. vbi periculum de elect. &
& ſciunt omnes, de qua materia dixi in
tract. de cenſuris c.3. nu.19. cum ſeqq. vbi
etiam explicatum eſt ex quibus cauſa Pa-
pa deponi poſſit, & qualis, prout eſt in
poteſtate regali: hæc enim mutabilis eſt,
35 & variabilis, vti dependens ab hominum
voluntatibus, quæ mutabiles ſunt, &
variabiles, & ideo regna translata ſunt
de communitate in Reges, transferuntur
paſſim de perſona in aliam, & de gente in
gentem, vt ſciunt omnes, & notant præ-
dicti Authores, & manifeſtum eſt expe-
rientia.

SVMMARIVM.

REGIS officium quodnam ſit, explicatur. nu.1.4.

Tunc congregetur generale Concilium pro tali depoſit.

Rex qualiter prouidere debeat Populis. nu.2.

Poteſtas Regie cur fuerit inuenta. nu.3.

Crimina fouere dicitur, qui criminum cauſam non tollit, & alijs modis traditis. nu.5.

Scientia ſola criminis, an faciat ſcientē participem delicti. nu.6.

Delicto non obuians qualiter peccet, & ad reſtitutionem teneatur, traditur num.7.

Princeps, & alij officiales an teneantur de leuiſſima culpa, explicatur. nu.8.

Reſpublica qualiter intendat Reges, ac eorum miniſtros obligare. nu.9.

Princeps quos teneatur Iudices, ac miniſtros eligere. nu.10. Debet bonam conſcientiam quærere quòad Deum; & bonam famam quòad populos. nu.11.

Rex Carolus Secundus cur iuſſerit has conſuetudines in ſcriptis redigi, explicatur. nu.12. Cur in Regio archiuio voluit conſeruari. nu.17.

Veritas debet eſſe ſemper firma, & ſtabilis. nu.13.

Cauſidici mali ad quem finem ſoleant allegare leges correctas, traditur nu.14.

Conſuetudines in hoc volumine non inſertæ ſunt nullæ, & inualidæ; & eas allegans punitur. nu.15.

Iuſtis cur non dicatur impoſita lex, ſed iniuſtis explicatur. nu.16.

Quod ſit Regis officium.

QVÆST. II.

1 REGIS officium eſt, iube-
re, quæ oportet fieri, &
vetare à quibus abſtine-
re decet: ita Philo lib.2.
de vita Moyſis in princ.
de quo meminit Suarez
lib.1. de leg. cap. 8. ſub nu. 6. Salas diſp.7.
de leg. ſect.11. ſub nu. 51. probat etiam de
Ponte in tracta. de poteſtate Proregis in
tit. de abundantia Ciuit. §.5. vbi plura de
Regis officio tractat, vt etiam agit Vaſq.
lib.1. controuerſ. illuſtr. cap.1. num.24. &
ſequen. & cap.5. cum ſequen. Qui dicunt,
2 † vt Regis officium ſit, prouidere ſubdito-
rum commoditatibus, & neceſſitatibus:
Ciuium non propriam commoditatem
reſpiciens, falſitates euellere, periuria re-
ſecare, veritatem fouere, malos homines
pœnis condignis punire, delinquentes
compeſcere, & ſic de alijs, vt etiam habe-
tur penes D. Iſidor. lib.3. de ſummo bono
cap.47. & ideo in Can. non fruſtra 23. q.5.
3 dicitur † vt non fruſtra fuerit inſtituta
Regia poteſtas, vis gladij cognitoris, vn-
gulæ Carnificis, arma militis, & diſcipli-
næ dominantis: habent enim iſta modos
ſuos, cauſas, rationes, ac vtilitates. Hæc
enim cum timentur, coercentur mali, &
inter malos magna cum quiete viuunt
boni:) hæc ibi

Vt Rex Carolus ſuum adimpleret offi-
cium, hoc egit in hoc proœmio, vt habe-
4 tur in §. vt igitur, vbi affirmat, † Regis
offi-

officium eſſe,veritatem in lucem deduce-
re,ſupplantare diſſidia,falſitates euellere,
periuria reſecare,& qui hoc non facit cri-
mina fouere dicitur. Clarum eſt enim,
5 † vt qui cauſam criminum non tollit, &
reprobandis exceſſibus obuiare deſinit,
conſequenter erratis, & criminibus aſſen
tit,vbi Napod. nu. 227. ex tex.in l.in de-
lict. ff. de noxal. aliam reddit rationem,
6 † quia ſola ſcientia cum iure imperandi,
facit aliquem participem delicti, ſi illud
prohibere poteſt,& non prohibet, & hoc
7 procedit in omni perſona, † quæ ratione
officij tenetur damnis aliorum obuiare,
& non obuiat; dummodo illis commode
obuiare poſſit ſine periculo vitæ, vel ho-
noris, vel ſine magna iactura bonorum
ſuorum; cum enim hæc non adſunt, &
non obuiat,peccat mortaliter, & ad om-
nium damnorum ſequutorum reſtitutio-
nem tenetur,vt ex multis iuribus, & Do-
ctorum authoritatibus probat Sayr. libr.
10.Clauis Reg.tract.2. cap.14.nu. 1. cum
tribus ſequen.probant etiam alij,quos ſe-
quitur Io.Baptiſta Caccialupus in tracta.
de iud.num.55.Nicolaus Moron.in tract.
de tregua,& pace,quæſt.140. Carauita in
Rit.4.nu.2.Iul.Clar.in §.fin.queſt.87.nu.
3.& alij.

8 Benè verùm eſt, quòd iſti tales ſecundũ
veriorem ſententiam, non tenentur de
læuiſſima culpa,quamuis aliqui hoc affir-
ment:ſed ſolùm tenentur de dolo,lata,&
9 læui culpa, † quia Reſpublica non intẽn-
dit obligare Principes,ac alios Iudices,vt
omnimodam diligentiam poſſibilem in
negotijs ipſius Reipublicæ adhibeant, vt
eſt in læuiſſima culpa, ſed ſolùm obligare
intendit, vt eam diligentiam adhibeant,
quam homines diligentes communiter
adhibere ſolent in rebus ſuis, vt optimè
probant Syluest.in verb. culp. quæſtio. 1.
Adrian.Gabriel.Angel.Vterq.Nauar.Sa-
lon,& alij,quos ſequitur Sayr. d. cap.14.
num. 5. & ſequẽ.Leſſ.lib.2.de iuſt. & iur.
10 c.7.dub.6.& 7.vbi etiam tractant, † quod
Princeps tenetur eligere Iudices, ac alios
miniſtros bonos,& diligentes, vt bonum
communitatis procurent, de qua materia
11 dictum eſt in tracta. de reſtit. † Debet ta-
men ſemper Princeps procurare conſciẽ-
tiam rectam, quòad Deum, & bonam fa-
mam, quòad homines mundi, vt optimè
viuat, & bonum commune procuret, vt
colligitur ex dictis Authorib. & probat
Mart.Lauden.in tract.de Princip.q.272.
vt habetur tom.16.tractat.commun. fol.
208.

12 Vt igitur Rex noſter Carolus hæc om-
nia adimpleret,& re ipſa eſſet veritatis,&
integræ ſimplicitatis amator,ac veros in-
ueniret modos, quibus expelleret om-
nia, quæ veritati ſunt contraria, nec de-
ficeret in aliquo, quin obuiaret omni-
bus criminibus, quæ committi ſolebant
ex diuerſis abuſibus,& corruptelis,intro-
ductis ex conſuetudinum varietate,vt ha-
betur in §.2. huius procemij, iuſſit veras,
& approbatas conſuetudines elici per
duodecim probos, & idoneos viros, &
Antiſtitem huius Ciuitatis, & in ſcriptis
13 redigi, † vt veritas maneret ſtabilis, eſſet
ſemper coſtans,& inuariabilis,prout iam
14 eſſe debet,vt habetur in §.1.† Nec eſſet in
malorum cauſidicorum poteſtate, verita-
tem occultare, allegando conſuetudines
correptas,vt lites in infinitum protende-
rent,prout antea faciebant, vt habetur in
§.audiuimus: ideo mandauit Rex ipſe,
15 † vt omnes aliæ conſuetudines, quæ in
hoc volumine non inuenirentur ſcriptæ,
tam in iudicijs, quàm extra haberentur,
pro nullis, caſſis, & inualidis, vt fuit de-
terminatũ in §.vt igitur,& in §.per quod.
Imo contra pertinaces cauſidicos,qui au-
derent conſuetudines in hoc volumine
non inſertas allegare, appoſuit pœnam,
16 vt in §.pen.eiuſdem procemi, † vt pœnæ
timore a malis deſiſterent, docent enim
noſtri DD. & colligitur ex illo Apoſto-
li 2. ad Timoth. 1. Iuſto non eſt impo-
ſita lex, hoc eſt bonis lex non eſt neceſſa-
ria, quoniam potius amore filiali; & ſic
amore recti declinant à malo, & faciunt
bonum; iniuſtis igitur neceſſaria eſt lex,
vt debitis pœnis puniantur, dum à malo
nolint declinare, & ſic fiunt,ac factę ſunt
leges pœnales,vt poſt D.Anſelm. & alios
Patres probat Suar.lib.1.de legib.cap. 19.
& dixi in tract.de legib.q.30.quamuis lex
obliget tam iniuſtos,quàm iuſtos,vt eſt de
fide certum, & habetur in Trid. ſeſſ. 6. c.
11.& can.18.cum duob. ſeqq. & dictum
eſt d.q. 30.

17 Plus voluit pro bono publico ſubdito-
rum, & ne etiam in progreſſu temporis,
conſuetudines correptæ in hoc volumi-
ne inſererentur, & ſi frauderetur Regis
propoſitum,voluit inquam, Conſuetudi-
nes per ipſum approbatas, & in dicto vo-
lumine inſertas, ad futuram rei memoriã
conſeruari in Archiuio Regio,vt in §.fin.
diſpo-

Digitized by Google

diſponitur; vt ſic, ſi contigeret aliqua con trouerſia circa ipſas conſuetudines, ne in aliqua earum parte adulterarentur, ciues haberent recurſum ad dictum originale, prout multoties factum fuit, prout referunt multi Addentes ſuper has conſuetudines, qui dicunt in facti contingentia, multoties fuiſſe viſum prædictum originale, & ſic patet, Regem Carolum adunguem adimpleuiſſe eius officium.

SVMMARIVM.

PRincipis authoritas quot modis conſideretur. nu. 1.

Princeps an re vera ſit in terris, ſicut Deus in cœlo. num. 2.

Imperator qualiter ſit Dominus totius mundi. nu. 3. & per totam quæſtionẽ. An habeat iuriſdictionem vniuerſalẽ in toto mundo. nu. 4. An aliquis de facto ſibi ſubijecerit vniuerſum orbem. nu. 21. An ex conceſſione Summorum Pontificum. nu. 22.

Iuriſdictio eccleſiaſtica, & ſæcularis qualiter dicantur duo luminaria. n. 5.

Regis poteſtas ſolũ viget in eius Regno, vel Regnis, ſi plura Regna habeat. nu. 7. Habens Regnum per ſucceſſionem, An illud habeat per electionem populorum. nu. 9.

Cæſar Auguſtus an re vera deſcribere fecerit vniuerſum orbem. nu. 6.

Nullus homo à ſe ipſo poteſt habere authoritatem dominandi alijs. nu. 8. Nec ab Angelis nu. 19. Qualiter illam habeat à Deo, num. 18. Qualiter eam habeat a Populis. nu. 20.

Chriſtus ſolus natus eſt Rex. num. 10. Sicut eſt omnium nationum, ac hominum redemptor, ita eſt omnium Dominus, & legislator. num. 11. 13. Cur aliquando iudicare in hoc mundo noluit, explicatur. nu. 17.

Lex Euangelica obligat omnes nationes, & qui eam non recipiunt, igne æterno punientur. nu. 12. Obligat ſolùm viatores. nu. 15. Quando obligare cœperit Iudæos, & quando Gentiles, declaratur, nu. 16.

Lex omnis obligare incipit poſt promulgationem. nu. 14.

Angeli an habeant iuriſdictionem, & imperiũ in homines, declaratur nu. 19

Sũmus Pontifex qualiter dicatur transferre Regna, & Imperium de Gente in Gentem. nu. 23.

Regna multa nõ ſubſunt Imperio, quod explicatur nu. 24.

Regna vtriuſque Siciliæ ſunt in patrimonio Romanæ Eccleſiæ. nu. 25.

Leges, & Doctores, dicentes Imperatorẽ eſſe dominum totius mũdi, in quo ſenſu loquantur, explicatur nu. 26.

Tex. in c. ſolitæ de maiorit. & obed. explicatur, nu. 27.

In quolibet Regno eſſe vnum Principẽ, quomodo accipiatur, traditur. nu. 28.

Octauianus Auguſtus an reuera deſcribi fecerit vniuerſum orbem, traditur nu. 29.

Sacra ſcriptura dum exprimit vniuerſum orbem, qualiter intelligatur, exponitur nu. 30.

Alexander Magnus an reuera vniuerſum orbem ſibi ſubiugauerit, & fecerit tributarium, declaratur. nu. 31.

An Imperator ſit Dominus totius mundi.

QVÆST. III.

QVia igitur poſt Regis officium, ſucceſſiuè videndum erat de Regis
1 authoritate, † quæ authoritas conſideratur, vel circa extenſionem, vſquequò ſe extendat: vel circa coactionem, & ſic circa dominium, quod habet circa perſonas, & bona ſubditorum; ideo ad maiorem explicationem fuit neceſſaria hæc quæſtio: etiã quia Andreas in tit. quæ ſint regalia, verſ. ad felicem nu. 63. & alij, de quibus meminit hic Frecc. ſub nu. 305. in addit. incip.
2 nota quod Princeps fol. 31. dicunt, † vt Princeps ſit in terris, ſicut Deus in Cœlo, & ſic videndum erat, de quo Principe loquantur.

Communis igitur, & vulgaris eſt pro-
3 nunciatio Ciuiliſtarum, † Imperatorem eſſe dominum totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu. l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcri. & ſæpe, alias adeo, vt Bar. in l. hoſtes. ff. de capt. poſtlim. reuer. Socci. Caſtren. Reſtaur. & alij penes Suar.
4 lib. 3. de leg. cap. 7. nu. 1. dicant, † Imperatorem habere iuriſdictionem vniuerſalẽ

in

Digitized by Google

in toto orbe, & ſi de aliquo Principe dici poſſet, quod ſit in terris, ſicut Deus in cœlo, de nullo magis verificari poteſt, quam de ipſo Imperatore.

Secundò ſuaderi poteſt hæc ſententia ex tex. in cap. ſolitæ de maior. & obed. vbi
5 dicitur, † Deum ad fundamentum Eccleſiæ vniuerſalis feciſſe duo luminaria magna: hoc eſt, duas inſtituiſſe dignitates, quæ ſunt; Pontificalis authoritas, & Regalis poteſtas; ſed authoritas Summi Pontificis viget in ſpiritualibus in toto orbe, ergo & regalis poteſtas in temporalibus.

Et denique confirmatur, nam Luc. 2.
6 dicitur, † quod exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ergo vniuerſi orbis Auguſtus erat Dominus, dum pro orbe vniuerſo tulit legē ſcribendi homines.

Verùm contraria opinio verior eſt,
7 † Nullum humanum Principem eſſe dominum totius orbis, & ſi loquamur de Regibus, hoc eſt clarum, nam eorum poteſtas ſolum ſe extendit per omnia eorum regna, & ſic confines ſingulorum regnorum reſtringunt eorum iuriſdictionem, & poteſtatem, & hoc eſt certum ſecundùm omnes: itaque ſola quæſtio eſt de Imperatore, qui nec etiam eſt, nec fuit Dominus totius mundi.

8 Probatur facilè hæc opinio, † quia duobus modis poſſet homo hanc poteſtatem habere, vel a ſe ipſo, vel ab alio: non poteſt homo a ſeipſo illam habere, quia nemo naſcitur cum hoc fato, & poteſtate, vt à ſe ipſo talē authoritatem habeat: licèt enim multi naſcatur Reges, ac Principes, non tamen a ſeipſis illam poteſtatē
9 habent, ſed immediatè à populis, † quoniam, & ſi eam habeant per hæreditariam ſucceſſionem ab eorum maioribus. Primus tamē, qui illam obtinuit, eam habuit ab ipſis populis, vt patet ex dictis quæſt. 1. & ſic ipſi ſucceſſores eam poteſtatem habēt à communitate per intermedias perſonas ſuorum maiorum, vt patet ad ſenſum, & multa iura id probant, & notat etiam Suar. lib. 3. de leg. cap. 4. nu. 3. & 8.

10 † Solus tamen Chriſtus verus Deus, & verus homo natus eſt Rex, & cum hac authoritate vniuerſali, vt habetur Ioan. 18. in reſponſione domini ad Pilatum, ibi, Reſpondit Ieſus, Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, &c. & Matt. cap. vlt. dicit, Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, &c. Et hoc eſt certum ſecundùm fidem, & ideo omitto:
11 † nam ſicut Chriſtus eſt Redemptor vniuerſalis omnium hominum: ita eſt etiam legiſlator omnium nationum, quia ſicut omnes homines ſuo ſacratiſſimo ſanguine redemit: ita etiam ſua lege obligauit,
12 † prout iam lex eius euāgelica omnes nationes obligauit, & obligat, & per obſeruationē huius legis omnes nationes aptæ ſunt ſalutem, & redemptionem participare, quam ſi de facto non participāt, venit ex earum propria malitia, & culpa, & proinde omnes infideles, tamquam huius legis tranſgreſſores igne æterno punientur, vt etiam conſtat ex fide, quæ hanc ſolam differentiam facit circa redemptio-
13 nem, & circa legē, † quia videlicet Chriſtus eſt verus, & vniuerſalis Redemptor, etiam eorum hominum, qui fuerunt ab initio mundi, nempè Adam, & Euæ, ac omnium poſterorum, quia pro omnibus illis etiam ſatisfecit, & per eius præuiſa merita iuſtificati ſunt; non tamen eos lege
14 Euangelica obligare potuit; † nam omnis lex ſolùm obligat poſt eius promulgationē. vt in Authen. vt fact. nou. conſtit. & hoc ſciunt omnes, ſed tempore promulgationis huius legis illi non erant viatores,
15 † pro quibus ſolis datur lex: ideo eos non obligauit. Attamen omnes, qui viuebant tempore promulgationis illius legis, & omnes naſcituros, lex illa obligauit, & obligat, quoniam omnes viatores ſunt,
16 † & ſic prima obligatio incępit quòad Iudæos in die Pentecoſtes: Quò verò ad Gētiles, à tempore, quò Apoſtoli conuerſi ſunt ad gentes, prædicando illis Euangelium, vt ſciunt omnes, & latiſſimè proſequitur poſt Patres, & Theologos, Suar. lib. 10. de leg. cap. 4. Azor. part. 2. moral. lib. 10. cap. 6. quæſt. 3. & alij, quos ſequitur Salas diſp. 24. de leg. ſect. 4. & habetur etiam paſſim in ſacra ſcriptura, præcipuè Iſai. 33. ibi, Dominus Rex noſter, Dominus legifer noſter.

17 Nec vrget, quod Chriſtus noluit aliquando iudicare, præcipuè mulierem adulteram, vt habetur Luc. 12. ibi, Quis me conſtituit Iudicem, &c. nam id dixit, non quod haberet neceſſitatem, vt ab aliquo haberet hanc poteſtatem: ſed quia voluntariè abſtinere ſe voluit a iudicando, ſed quando volebat, iam exercebat iudicium, & ſic eiecit ementes, & vendentes de templo, vt habetur Matt. cap. 21. & ſæpe alias legitur in ſacro Euāgelio, quod

dominus exercuit ſuam poteſtatem.

Sed redeundo ad quæſtionem de Imperatore, iam conſtat, quod à ſe ipſo non habet hanc poteſtatem. Probatur, quod nec ab alio illam habuit; ſiquidem de tribus, ſiue à tribus id prætendi poſſit, videlicèt à Deo, ab Angelis, vel ab hominibus: ſed à neutro ipſorum habet, igitur.

18 Quòd non habeat à Deo, patet ex dictis quæſt. 1. nam Deus ſolùm populo ſuo dedit gubernatores, ac Iudices, & Saul primo elegit Regem eiuſdem populi, & eo reprobato, elegit Dauid: De aliis vero nationibus nullibi id legitur in Sacra ſcriptura, nec conſtat per reuelationem, nec per certam traditionem.

19 Quod nec etiam ab Angelis poſſit illã poteſtatem habere, eſt etiam manifeſtum, nam Angeli nullam iuriſdictionem, nec imperiũ in homines habent, niſi tantùm, vt ſunt Dei inſtrumenta, & contra homines exequũtur aliqua ex iuſſu Dei, ac eius permiſſione, & nõ aliter, vt habetur paſſim in ſacra ſcriptura, & explicat D. Tho. prima par. quæſt. 110. vbi omnes eius Expoſitores.

20 Poſtremò quod nec etiam à populo aliquis hanc facultatem habuerit, eſt etiam manifeſtum, quia nullibi legimus de concordia, & conſenſu omnium nationum vniuerſi orbis, vt ſibi eligiſſent aliquem in eorum dominum, & Principem, & quod plus eſt, hoc humano modo videtur impoſſibile, vt omnes nationes totius mũdi in vnum ſe congregent ad talem electionem faciendam, vt ad ſenſum patet; & ex multis probat Couar. lib. vnic. practic. quæſt. cap. 1. nu. 3. Suar. d. lib. 3. de leg. cap. 7. num. 4. cum ſequent. & alij, penes Salas diſp. 7. de leg. ſect. 7. præcipuè num. 42. & ſequen.

21 Inſuper nec per bellum aliquis Imperator ſibi ſubijecit vniuerſum orbem, & de Romanis Imperatoribus latiſſimè ex diuerſis Patribus probat Couarr. loc. cita. & ipſimet Imperatores id affirmãt, quod erant multa regna, quæ non erant ſubiecta Romano Imperio, vt in l. poſtliminiũ. ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. & notant omnes prædicti Authores, & ſola quæſtio eſt de Alexandro Magno, de quò infra dicetur.

22 Nec etiam per translationem, ſiue ex inſtitutione Romanorum Pontificũ hanc facultatem aliquis habuit, nã licèt Summi Pontifices tranſtulerunt Imperium à
Græcis ad Germanos, vt in cap. venerabi-
lem de elect. vbi Gloſ. in verb. in Germa-
nos, & in clem. Romani de iureiur. cum
alijs cumulatis per Azor. part. 2. moral.
23 lib. 10. cap. vlti. † hæc tamen translatio
fuit quòad illas tantùm Prouincias, quæ
24 ſubſunt Romano Imperio, † & ita multa
sũt Regna, ac plures Prouintię exemptes
ab Imperio; quia Imperatorem in ſupe-
riorem non recognoſcunt: ſiue hoc fuerit
ex aliquo priuilegio, ſiue per legitimam
præſcriptionem, & ideo nolentes non
obligantur legibus latis per Imperatores,
vt de Regno Galliæ loquitur tex. in cap.
ſuper Specula. de priuileg. de Regno Hi-
ſpaniarum loquuntur Oldrad. conſi. 69.
Gigas, & alij, quos recenſent, & probant
Suar. d. cap. 7. nu. 8. cum ſequen. & cap. 8.
nu. 3. & ſequen. Salas diſp. 7. de leg. ſect. 7.
ſub num. 42. §. quod autem, & ſect. 8. & 9.
De Regno noſtro probat Andræas in
prælud. feudor. quæſt. 3. nu. 38. & 39. Af-
flict. in procem. Conſtit. q. 13. De Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. in titu. de Trire-
mib. in princ. nu. 25. Azor. d. par. 2. lib. 11.
cap. 5. q. 4. vbi rationem reddit, quàm
25 reddunt omnes Regniculæ, † quia hæc
regna vtriuſque Siciliæ ſunt in patrimo-
nio Romanæ Eccleſiæ, & conſequenter
luce clarius cernitur à ſufficienti par-
tium enumeratione, non eſſe veram Ciui-
liſtarum aſſertionem, vt Imperator ſit do-
minus totius mundi.

26 Nec vrgent cõtraria, nam iura ciuilia, quæ dicunt, Imperatorem eſſe dominum totius mundi, loquuntur per Synedochẽ, vt accipiatur mũdus pro illis Prouintijs, & locis, quæ ſubſunt ipſi Imperio, & quibus Imperator dominatur, nec poſſunt alio modo intelligi, cum eademmet iura ciuilia dicant, adeſſe regna, & nationes nõ ſubiectas Imperio, vt dictum eſt, & hoc modo ſaluatur opinio Ciuiliſtarum.

27 Nec vrget tex. in cap. ſolitę de maiorit.
& obed. nam licèt duæ ſint dignitates, &
Pontificia ſit neceſſariò in vna perſona,
id euenit, quia ſic Chriſtus ordinauit, vt
patet ex dictis quæſt. 1. concl. 3. ſed de po-
teſtate Regali nullibi hoc inuenitur ex-
preſſum, & ſatis eſt, vt hæc poteſtas ſit in
Eccleſia, ſiue illa exiſtat in tota Commu-
nitate, ſiue in vna perſona, & ideo in cap.
28 in apibus. 7. quæſtion. 1. dicitur, † In
vnoquoq; Regno debere eſſe vnum Prin
cipem, ſiue ille ſit Rex, ſiue Imperator, vt
etiam notat Andr. in prælud. feud. quæſt.

2. ſub

2. ſub nu. 32. verſ. vnde, e qualibet prouintia.

29 Nec tertiò, vrget illa deſcriptio vniuerſi orbis, quam narrat Euangeliſta Lucas cap. 2. nam vt ibi notant communiter expoſitores, orbis ibi accipitur per Anto-
30 nomaſiam, † nempè pro illa parte mundi, cui Ottauianus dominabatur, & hoc tum ex phraſi, & idiomate ſanctæ Scripturæ, vt docet S. Hieronym. in comment. Iſa. cap. 13. vt dum dicitur, Omnis terra ſignificet illam, vel illas Prouintias, de quibus eſt ſermo, & ſic accipitur vniuerſa terra Daniel. 2. 4. & 5. nempè pro illis regnis, & Prouintijs, quibus Nabuchdon. Rex dominabatur, vt poſt alios notat Salaſ. d.
31 ſect. 7. §. Quod autem Auguſtus, † & ſic etiam accipitur illud Alexandri Magni 1. Machab. 1. quod ſiluit terra in conſpectu eius, & quod omnium munitiones obtinuit, videlicet pro illis Regnis, & Prouintijs, quas ſibi ſubijecit, tum etiam, quod ex hyſtorijs conſtat, quod nec Ottauianus Auguſtus miſit edictum ad Indos, nec etiã Alexander eos ſibi ſubijecit: imò, quod dum iaceret in lecto, & audiuiſſet, adeſſe Prouintias, & Regiones non ſubiectas ſuo Imperio, quod maximè doluit, & cõſequẽter ex his reſoluta apparet hæc quæſtio, vt Imperator nõ ſit Dominus totius mundi: nec aliquis vmquam fuit purus homo qui fuerit Dominus totius mundi.

SVMMARIVM.

DE Principis poteſtate, & auctoritate, qui nam tractent, recenſetur. nu. 1.

Princeps an ſit in terris, ſicut Deus in Cœlo, exponitur n. 2. concedens alicui iuriſdictionem ſemper intelligitur reſeruata eius ſuprema poteſtas, quod explicatur. nu. 7.

Poteſtas Principis duodecim eſt, & vtraque recenſetur num. 3. quo iure illam habeat. num. 22. & 36.

Poteſtas œconomica quibus nam ſuperioribus competat, & ex quibus titulis, traditur num. 4. cum ſeqq.

Poteſtas politica idem eſt, quod poteſtas iuriſdictionis, & quibus, & quomodo competat, explicatur nu. 5. & ſeqq.

Iuriſdictio Iudicũ eſt dependens à Principe, à quo fluit omnis iuriſdictio, n. 6.

Parentes vnde habeant poteſtatem in liberos, recenſetur, num. 8.

Patria poteſtas de quo iure ſit. nu 9.

Maritus partim ex iure diuino, partim ex humano contractu habet poteſtatem dominatiuam in vxorem, nu. 10. & 12.

Mulier ob peccatum eſt ſub poteſtate mariti. num. 11. eſt ſocia viri, ideò de coſta viri eſt formata, cur de capite, vel de pedibus non fuerit formata, declaratur. num. 13.

Poteſtas Domini in ſeruum qualiter ſit de iure gentium, & qualiter de iure ciuili, explicatur, num. 14. & 15.

Vendens ſe ad pretium participandum, ſit ſeruus de iure ciuili. num. 15.

Poteſtas Prælati erga Religioſos peruenit ratione contractus, quod explicatur. num. 16.

Prælati Religionum an poſſint præcipere ſubditis ea, quæ in regula non continentur; traditur num. 17.

Poteſtas monaſtica, quæ nam ſit, & cur hoc vocetur nomine, declaratur, n. 18. & 21.

Deus inhabitare facit vnius moris in domo, nempè in Religione. nu. 19.

Obedientia mactatur propria voluntas, ideo victimis præfertur. nu. 20.

Obediendum eſt feſtinanter. ſub nu. 20.

Rex qualiter dicatur pater vaxallorum, explicatur nu. 23. cur dicatur maritus Reipublicæ nu. 24. Dicitur à regendo, & ſi rectè non agat, non erit Rex, ſed tyrannus. nu. 25.

Rex cur datus ſit Regno, traditur. n. 26. tenetur bonos, & idoneos miniſtros dare ſubditis ex iuſtitia commutatiua, num. 27.

Qualiter debeat imitari Deum in terra, declaratur num. 28.

Iudex debet eſſe iuſtus miniſter, quod explicatur, num. 29. qualiter debeat eſſe manſuetus, traditur num. 30. qualiter denunciantì credere debeat. nu. 34

Iuſtitia eſt miſericordia temperanda; nã ſummum ius dicitur ſumma iniuſtitia. num. 31.

Iudex non debet ambas aures vni ex partibus dare, quod explicatur. nu. 32.

Repentina credulitas eſt mater erroris, ac nouerca conſilij. num. 33.

Viro notabilis conditionis an ſit credendum. num. 35.

Iuriſdictio in Principe quo iure reſideat. num. 36.

Legiſlator debet habere ſimul poteſta-

tem iuriſdictionis, ac poteſtatem dominandi, aliter non poteſt legem condere. num. 36. & 37.
Iudices cur leges facere non valeant, cum habeant poteſtatem iuriſdictionis, declaratur. num. 37.

Quotuplex ſit Principis poteſtas. Quæſt. 4.

1 SEquitur conſequenter,
vt videamus de poteſtate Principis tam circa bona, quàm circa
perſonas vaſſallorum,
de qua multa tractant,
Addētes in hoc prooemio, fol. 31. ſub num. 305. in addit. Incip.
Magna eſt Principis poteſtas. De Ponte
in tract. de poteſt. Proreg. pluribus in locis. Vaſq. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 4.
nu. 11. cap. 5. 13. 36. & alibi Suar. lib. 1. de
leg. cap. 8. Bobadilla in ſua polit. præcipuè
lib. 3. cap. 9. & alibi: ſed prius explicanda
eſt propoſita quæſtio: non enim vera eſt
2 illorum propoſitio, dicentiū, † quod Princeps eſt in terris, ſicut Deus in cęlis, vt voluit Andr. in tit. quę ſint regal. verſ. ad Felicem nu. 63. & alij relati per Fretiam in
hoc prooemio ſub dicto nu. 305. in addit.
incip. Nota quod Princeps, prout iam ex
dicendis quæſt. ſeq. patebit.

3 Dico igitur primo duplicē eſſe poteſtatē
Principis, dominatiuam vnam, & coacti-
4 uam alteram. † Poteſtas dominatiua, ſiue
æconomica non eſt ſola, & propria ipſius
Principis, nam illam habet communem
cum alijs priuatis perſonis, vt cum Patre
erga filios, cum viro erga vxorem, cum
Domino erga ſeruos, & cum Superiore
Religionis erga ſuos ſubditos, vt mox explicabitur.

5 Poteſtas iuriſdictionis, quæ dicitur poteſtas politica, eſt propria ipſius Principis, coniuncta cum poteſtate dominatiua:
6 † nam licèt etiam Iudices talem habeant
poteſtatem iuriſdictionis; eſt tamen dependenter ab ipſo Principe, à quo fluunt
omnes iuriſdictiones, & ad quem reuertuntur, vt dixi in primo volumine pluribus in locis, adeò vt ſit vulgatum apud om-
7 nes, quod etiam colligitur, † ſi Princeps
ampliſſimam faciat conceſſionem iuriſdictionis alicui, ſemper intelligitur reſeruata ſua ſuprema poteſtas, & authoritas,
quæ eſt ab ipſo Principe inſeparabilis, eique competit, vt Domino ſuperiori, &
ſupremo, non autem vt Domino huius, &
illius Caſtri, conceſſi alteri; vt probauit
Bald. in l. fin. nu. 4. vbi Alber. C. de iuriſd.
omnium Iud. & in conſil. 326. in fine, &
in l. qui ſe Patris num. 34. C. vnde liberi
Butr. in cap. cum contingat de foro competenti, Belluca in ſpecul. Princ. rubr. 22.
§. & quia quotidiana num. 30. & 55. De
Ponte deciſ. 26. nu. 9. & alij; & melius infra explicabitur.

8 Dico ſecundo ex diuerſis titulis prouenire poteſtatem dominatiuam ad Principem, & ad prædictas alias priuatas perſonas: nam Parentes ex iure naturæ, ſiue
per naturalem originem habent hanc poteſtatem in eorum liberos, vt eos conuenienter educant, gubernent, ac illis tam
circa temporalia, quàm circa ſpiritualia
prouideant, ne malis induantur moribus,
vt notāt communiter Doct. in §. 1. Inſtit.
de iur. naturali gent. & ciuit. Nauar. Medina Rodriq. & alij, quos probant Sayr.
lib. 7. Clauis reg. cap. 7. num. 1. Suar. lib. 1.
9 de leg. cap. 8. ſub nu. 5. † quàmuis ipſa patria poteſtas ſit de iure ciuili; hoc enim
ius induxit, vt liberi ſint in poteſtate parentum, vt tot: tit. C. de patr. poteſt. quod
eſt quò ad quoſdam effectus iuris ciuilis,
vt contractus non valeant, vt eſt explicatum Conſil. 4. & dicetur etiam infra conſil. 45. & quò ad quoſdam alios effectus, ne
poſſint teſtari, & ſic de alijs, qui dum ſunt
effectus iuris ciuilis, poſſent contrario iure, etiam conſuetudinario tolli, vt multoties in dicto primo volum. explicatum
eſt.

10 Maritus habet poteſtatem dominatiuā
in vxorem, partim ex iure naturæ, partim
vero ex humano contractu. Ex iure na-
11 turæ, ſiue diuino, † quia ob tranſgreſſionem præcepti Dei, & ſic per peccatum,
præcepit Deus mulieri, vt eſſet ſub viri
poteſtate, vt habet: Gen. 3. ibi, & ſub viri
poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui; habetur etiam ad Epheſ. 5. ibi, Mulieres viris ſuis ſubditæ ſunt, ſicut domino, quoniam vir caput eſt mulieris, & ſepè aliàs.

12 Ex contractu, ſiue pacto humano prouenit hæc poteſtas, quia ad validitatem
ipſius, requiritur contractus matrimonialis, vt vterq; coniux voluntariè cōtrahat
matrimonium, & dum mulier voluntariè
contrahit matrimonium, etiam voluntariè tranſit in poteſtatem viri, quò ad guberna-

Google

bernationem domus, & perſonæ, vt in omnibus ſubdita ſit eius viro, vt eſt notiſſimum de omni iure, & habetur in l. conſenſu. ff. de rit. nupt. & latiſsimè diſcuſſum eſt infra conſil. 33.

13 Benè verùm eſt, † quod mulier non eſt famula viri, ſed ſocia, & hac de cauſa non eſt formata ex capite viri, quia nō eſt eius domina, nec eſt formata de pedibus eiuſdem viri, quoniam non eſt eius famula, ſed de coſta viri fuit formata, quia eſt eius ſocia, cap. fin. vbi gloſ. in verb. Coſta. 33. quæſt. 5. & tamquam ſocios ſe tractare debent, quia ſunt duo in carne vna, prout diſcuſſum eſt par. 6. de iur. dotium.

14 Poteſtas Domini in ſeruum, vel eſt de iure gentium, vel de iure ciuili: De iure gentium eſt, quando ſeruus aliquis efficitur in bello. l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. vt ſunt hodie infideles, qui iuxto titulo efficiuntur ſerui per Chriſtianos, vt ſciūt
15 omnes, & procedit in vtroque foro: † De iure verò ciuili ſeruus eſt, quando aliquis ſe vendit ad prætium participandum, vt eſt etiam notiſſimum in vtroque iure, & hodie ſunt illi, qui voluntariè per tot annos pro certo prętio ſe obligant ſeruire Regijs triremibus, qui vulgo dicuntur, Bona voglia.

16 Poteſtas, quam habet Abbas, ſiue alter Prælatus circa ſuos Religioſos, reducitur ad ius ciuile, ſiue etiam ad ius gentium; nō iam ratione ſeruitutis, ſed ratione contractus, quia Religioſi per profeſſionem, & ſic per humanum contractum, voluntariè ſe ſubijciunt Prælatis Religionum, canonicè intrantibus, & per votum expreſsū tria promittūt, videlicet caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, vt eſt notiſſimum, & notat etiam Suar. d. cap. 8. ſub
17 num. 5. † & hac de cauſa Religioſi per talem humanum contractum tenentur ad obſeruantiam regulæ, nec eorum ſuperiores poſſunt præcipere aliquid extra regulam, quia ad id non ſe extendit cōtractus, ſed benè ſe extendit ad ea, quæ explicitè, vel implicitè continentur in regula, vel reducuntur ad obſeruantiam regulæ, vt ex D. Bern. & alijs: probant D. Tho. in 2. diſt. 44. quæſt. 2. art. 1. vbi etiam D. Bonauent. Vaſq. 1. 2. q. diſp. 154. cap. 9. n. 2. cum ſeq. Salaſ. diſp. 8. de leg. ſect. 12. & dixi in tract. de lect. quæſt. 18. & ſeq.

18 Solet etiam vocari poteſtas monaſtica, hoc eſt, vnius regimen continens, nam licet ſint plures, & diuerſi homines, vnius tamen præſumuntur eſſe voluntatis, volentes id, quod ſuperior diſponit, quod
19 eſt opus Dei, † qui inhabitare facit vnius
20 moris in domo, nempè in Religione, † nam obedientia propria voluntas mactatur, & ſic præfertur victimis c. ſciendum. 8. q. 1. & ſuperioribus tenemur feſtinanter obedire c. ſi inimicus. diſt. 93. Ideo omnes dependent ab vno ſuperiore, & ſic vnius moris eſſe dicuntur, nempè vnius voluntatis, quamuis, vt notat Suar. lib. 3. de leg.
21 cap. 11. ſub num. 8. † poteſtas monaſtica eſt proprie circa ſe ipſum, ſed de hac relatius alibi dictum eſt, nec ad hunc locum attinet.

22 Attamen poteſtas Principis circa eius ſubditos, eſt de iure gentium vt conſtat ex prima quæſt. nam populus tranſtulit hāc authoritatem in Regem; vt loc. cit. explicatum eſt, & quia ſemper tenetur bonum ſubditorum procurare, quia hoc eſt eius
23 officium, vt cōſtat ex 2. quæſt. † ideo Rex dicitur Pater vaſſallorum: quia illos tractare debet tamquam filios, & illorum commodum reſpicere, non autem pro-
24 priam vtilitatem: † Dicitur etiam maritus Reipublicæ ob eamdem rationem, &
25 hoc denotat eius nomen; † Rex enim dicitur à regendo, hoc eſt, a rectè agendo, quod ſi rectè non agat, non erit Rex, ſed tyrannus, vt optimè probat Iſidor. lib. 9. Æthimol. cap. 3. & alij penes Sayr. lib. 9. Clau. reg. cap. 16. ſub nu. 31. Salas diſp. 7. de leg. ſect. 15. §. ad ſecundum verſ. Rex quidem, latiſſime noſter de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de Annon. Ciuit. §. 5. præcipuè num. 7. cum ſequent. & in tit. de regal. impoſit. §. 8. & hoc ſciunt om-
26 nes; † quia Rex datus eſt regno non libidine dominandi, nec ob tyrannidem, nec vt ſuum procuret commodum, ſed ad cōmunem ſubditorum vtilitatem.

27 Hinc eſt etiam, quod teneatur Rex miniſtros, ac Iudices idoneos eligere pro gubernio ſubditorum, & ſint, vt narrat ſcriptura Exod. 18. viri ſapientes, & timentes Deū, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, nam aliter Princeps teneretur de eorum exceſſibus reddere rationē Deo, & emendare damnum populis, vt dictum eſt ſupra quæſt. 2. quia ex iuſtitia commutatiua ad id tenetur, vt loco citato dictum eſt.

28 Sic etiam, non debet habere acceptionem perſonarum, vt imitetur Deum in terris, qui non eſt acceptor perſonarum, &

&c ſic nõ debet Princeps notari eum ſub-
ditis, vt ſit partialis: ſed debet eſſe æqua-
liſquò ad omnes, vt ſit bonorum remune-
rator, &c delinquentium vindex, ac puni-
tor, prout qualitas facti expoſceret, &c hoc
eſt etiam commune omnibus Iudicibus.
29 † Quilibet enim Iudex debet eſſe iuſtus,
&c ęquus, medius inter partes, nec ad dex-
teram, nec ad ſiniſtram declinans cap. cũ
inter de except. vbi Gloſ. in verb. claudi-
care, cùm alijs cumulatis per Bobadillam
in ſua polit. lib. 3. cap. 9. x. &c 11. vbi multis
30 modis hoc probat, † quòd etiam debent
eſſe manſueti, &c quando opus eſt, vindi-
ctam exercere, zelo iuſtitiæ moueantur, &c
non ira, &c calore iracundiæ, prout penes
ipſum videri poteſt, qui latiſſimè hoc pro-
ſequitur, ei æquitas maximè commenda-
31 tur, prout facta expoſcunt, † quia ſummũ
ius, ſumma iniuſtitia multoties dicitur, vt
eſt vulgatum axioma, nam iuſtitia eſt ſem-
per miſericordia temperãda, vt ſciunt om
nes, &c habetur in c. omnis c. diſciplina. c.
vera cum ſeq. diſt. 45.
32 Sic etiam, non debet eſſe nimis prom-
tus dando ambas aures vni ex partibus,
33 nec ſubitò moueatur ex aliorum dictis: †
nam repentina credulitas eſt mater erro-
ris, &c nouerca Conſilij, vt ex multis pro-
bat Maluit. in tract. de canonizat. ſanct.
34 dub. 4. nu. 3. † ſed debet veritatem inqui-
rere, &c debet attendere qualitatem de-
35 nuntiantis, &c animũ, quo mouetur, † quia
ſi eſſet vir notabilis conditionis, eius dictũ
facit iuſtam credulitatem, vt eſt tex. notab.
in l. 2. ff. quod falſ. tut. Maluit. vbi ſupra, &c
dixi infra in Conſil. editis pro canonizat.
ſanct.
36 Poſtremò poteſtas Iuriſdictionis codẽ
iure reſidet in Principe, quia eodem mo-
do illam habet, &c hæc ſimul cum poteſta-
te dominatiua eſt neceſſaria in ipſo Prin-
cipe, vt poſſit leges ferre, vt optimè pro-
bat Bar. in l. 1. &c in l. Imperiũ n. 8. ff. de Iu-
riſdictione omn. iudic. D. Tho. 1. 2. quæſt.
90. art. 3. Bald. Sot. &c alij tam legiſtæ, &c
Canoniſtæ, quàm etiam Theologi, quos
probant Suar. d. lib. 1. de leg. cap. 8. num. 6.
Salaſ. diſp. 1. de leg. ſect. 9. nu. 54. &c diſp. 7.
ſect. 1. nu. 10.
37 Et licèt etiam in iudicibus inferioribus
reſideat poteſtas iuriſdictionis: illa tamẽ
eſt ad gubernium populi, &c ad cauſas de-
cidendas ſecundùm leges decretas per ip-
ſum Principem, nam ad ferendas leges nõ
ſufficit quælibet poteſtas iuriſdictionis,
ſed debet eſſe principalis quædam, &c pri-
maria poteſtas in illo ordine, &c ſic reſidet
tãtùm in ipſo ſupremo Principe, vt opti-
mè poſt Bart. loc. cit. notant prædicti re-
centiores, &c dictum eſt ſuo loco in dict.
tract. de leg.

SVMMARIVM.

POteſtas Principis principaliter perſonas, ſecũdariò verò bona ſubditorum reſpicit. n. 1.

Qualiter perſonas reſpiciat, & circa quę, traditur nu. 3.

An autem ſe extendat ad eccleſiaſticos quòad aliqua. nu. 4. remiſſiuè.

Princeps regulariter non poteſt ſubditos punire, niſi iuris ordine ſeruato, quod declaratur nu. 6. & 11.

An hoc procedat in delictis publicis, & notorijs, declaratur num. 7.

An poſſit veneno delinquentem necare, vel alio modo occulto. nu. 11.

Perſona eſt dignior rebus. nu. 2.

Eccleſiaſtici iure diuino ſunt exempti à iuriſdictione Principis ſecularis. num. 5.

Delinquentibus publicis, ac notorijs, an dentur defenſiones, & qualiter nu. 7.

Recenſetur praxis in hoc Regno. nu. 8.

Rex tantùm, vel qui eius perſonam repræſentat, poteſt iuris terminum delinquentibus abbreuiare. nu. 9.

Prorex in hoc Regno Regis perſonam repræſentat. nu. 10.

Bonum commune præfertur cõmodo priuatorum. nu. 12.

Defenſio non releuat in delicto notorio, & pro facta habetur, quod declaratur. nu. 13.

Princeps an ex ſola ſuſpitione ſeditionis poſſit confinare ſubditos, doloſos, & ſeditioſos. nu. 14.

Princeps bonum commune Regni intendere debet, quod explicatur. nu. 15.

Omnis Iudex tenetur ſua loca purgare malis hominibus. nu. 16.

Magna Curia Vicariæ torquet Reos ex proceſſu informatiuo, quod declaratur. nu. 17. In quibus delictis hoc procedat, explicatur nu. 20.

Iudex, an tuta conſcientia, torqueat, & interroget reos ex proceſſu informatiuo. nu. 18.

Teſtet

Teſtes regulariter non probant, niſi examinentur, parte citata, Poteſt tamen princeps mandare contrarium, quod declaratur. nu.19.

Reus, qui torquetur ex proceſſu informatiuo, an teneatur fateri delictum in foro conſcientiæ, declaratur. nu.21

Reus, vt teneatur fateri delictum, qualiter debeat interrogari, refertur n.22.

De Poteſtate Principis circa perſonas ſubditorum.

QVÆST. V.

1 QVoniam poteſtas Princi-
pis verſatur tam circa
perſonas, quàm circa bo-
na ſubditorum: ideo pri-
mo tractandum eſt de
tali poteſtate circa per-
ſonas; tum quia illa
principaliter reſpicit perſonas, & bona
reſpicit conſequutiuè, ſiue per modum
administrationis, quæ reſpicit bonum
2 publicum; tum etiam, † quia perſona eſt
dignior rebus, & cunctis rebus præfertur.
l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ.

Igitur poteſtas Principis circa vaſſallo-
3 rum perſonas verſatur primò, † vt iuſtis
legibus illos obliget ad faciendum, quæ
oportet fieri, & ad vitandum ea, à quibus
abſtinere decet, & pęnis condignis tranſ-
greſſores punire, vt conſtat ex dictis, &
probant D. Thom. lib. 1. de regim. Princ.
cap. 6. Irenæus, & alij, penes Sal. diſp. 7. de
leg. ſect. 5. & conſtat ex mat. de leg.

4 An autem conſequutiuè ſe extendat ad
Eccleſiaſticos, vt ad minus per viam ex-
traordinariæ prouiſionis poſſit de facto
reſiſtere Clericis delinquentibus: ſic etiã
ſi poſſit Epiſcopis prouiſiones mittere,
quas hortatorias vocãt, cum de facto ſub-
ditos regios inquietãt, & poſſit illos Epi-
ſcopos ad eius curiam vocare pro ſedan-
dis talibus controuerſijs, & ſic de alijs:
poſſent hic tales quæſtiones examinari,
quod facere nolui, quàmuis hanc mate-
riam ex profeſſo tractaui in explicatione
Bullæ Cœnæ Domini, & etiam in tract.
de contract. in tit. de domin. iuriſd. Regi
competenti, & ideo poſui quæſtionem
5 circa ſubditos, † quia Eccleſiaſtici ſubditi
non ſunt, ſed exempti de iure diuino à iu-
riſdictione ſæculari, vt etiam dixi par. 2.
in tit. de perſ. quæſt. 7. quod latiſſimè pro-
ſequitur Bellarmer. in opuſc. de exempt.
cler.

6 Ad rem redeũdo, cum Princeps delin-
quentes ſubditos punit, non poteſt illos
regulariter punire pro arbitrio ſuæ vo-
luntatis: ſed iuris ordine ſeruato, vt prę-
cedat iudicialis cognitio, nempè, vt ca-
piatur legitima informatio de crimine,
vt conſtet in actis, crimen fuiſſe commiſ-
ſum per illum delinquentem, qui deinde
citari ſolet, & conſtituto in vinculis, dan-
tur defenſiones conuenientes, vt eſt notiſ-
ſimum in vtroque foro, eſtque notoria
praxis, omnibus nota: ideo non cito ali-
quem.

7 Eſt benè verum, vt hoc non procedat
in delictis publicis, & notorijs, quia no-
torium facti ſe habet locũ accuſatoris, &
teſtium, & quia reus in hoc caſu non po-
teſt habere aliquam veram defenſionem,
cum delictum eſt verum, ideo ſine defen-
ſionibus poſſunt tales delinquentes puni-
ri abſque vllo ſcrupulo peccati, vt probát
Caiet. in ſumma in verb. homicidium, Pa-
norm. & Felin. in cap. cum olim de ſentẽ.
& re iudic. & alij, quos probat Sayr. lib. 7.
Clau. reg. cap. 11. num. 11. cum ſeq. & alij;
quàmuis in hoc Regno ſeruari ſoleat in
8 praxi, † vt etiam talibus delinquentibus
concedantur defenſiones ad modicum
tempus, etiam ſpatio vnius diei, vel per
9 duas horas, † quę quidem abbreuiatio ter-
mini in hoc Regno fieri nequit, niſi ab
Illuſtriſs. Regni Prorege, nam ille ſolus
talem terminum abbreuiare poteſt in hoc
Regno, vt dixi par. 4. quæſt. 47. nu. 9. cum
10 ſequent. † nam ipſe Regis perſonam re-
præſentat, & eius vices gerit, & ſic ſolius
Principis ſupremi eſt terminum iuris ab-
breuiare, vt loc. cit. dictũ eſt, & poſt alios
latiſſimè probat Vaſq. lib. 1. controuerſ.
illuſtr. cap. 36.

11 Inſuper poteſt Princeps ſupremus ex
legitima cauſa hunc ordinem iudiciariũ
omittere, & nullum formare proceſſum,
& ſine probationibus aliquem delinquen
tem veneno necare in occulto, veluti, ſi
aliquis commiſit crimen, dignum morte,
& magnum ſcandalũ reſultaret, vel dam-
num Reipublicæ, ſi ille delinquens, for-
mato proceſſu, publicè puniretur; & hoc
12 ea ratione, † quia bonum publicum, &
commune præfertur commodo priuato-
13 rum, vt eſt vulgatum iuris axioma, † &
etiam quia dum delictum commiſſum eſt,

& rei

Digitized by Google

& rei veritate non poſſet ſe defendere,
ideo illa defenſio rei in hoc caſu non haberi
betur in conſideratione,& eſt,ac ſi adim-
pleta fuiſſet, dùm nihil contra probare
poteſt ſecundùm rei veritatẽ, & hoc pro-
cedit in vtroque foro, vt optimè probat
Petr.Nauar. lib. 2. de reſtit.cap.3.part.2.
dub.5.nu.189.probant etiam Aragona,
& alij, quos ſequitur Sayr. libr. 12. Clau.
Reg.cap. 8. nu. 25. faciunt etiam latè diſ-
cuſſa per Vaſqu. lib. 1. controuerſ.illuſtr.
cap. 18. Bobadilla in ſua Politic. lib. 2. c.
13.ſub num. 47. & etiam per noſtrum de
Ponte in tract.de poteſt.Proreg.in titu.de
prouiſ. fieri ſolit.in princ. vbi etiam fun-
14 dat, † vt ex magna cauſa poſſit etiã Prin-
ceps ſine proceſſu, & ex ſola ſuſpitione
confinare ſubditos ſcandaloſos, & ſedi-
tioſos, vt ſic vitentur maiora damna, &
ſcandala, & ſic ait, fuiſſe pluries practi-
catũ, de quo meminit Ioan.Bapt. de Tho-
ro in compend.deciſ.Neap.in verb.Prin-
ceps,an poſſit, quod puto verum, dummo
do adſit aliqua probabilitas, vt illi tales
ſint ſeditioſi,& ſcandaloſi, nam ſola repẽ-
tina credulitas non ſufficeret, vt conſtat
ex dict.quæſt. præced.

15 Itaque dum Princeps tenetur proce-
dere ad punitionem delinquentis, quia
16 tenetur regnum ſuum, † ſic etiam Præſes
prouintiæ ſuam prouintiam, & omnis
Iudex ſuam Ciuitatem purgare malis ho-
minibus.l.3.ff.de offic.Præſid. Afflict.in
conſtit.Regni,cordi nobis eſt num. 1. &
alij, penes Bobadillam in ſua polit. lib.2.
cap.13.& lib.3.cap.9. cum ſequent. & te-
netur etiam bonum commune Reipubli-
cæ procurare, vt patet ex 2.quæſt. ideo, vt
prædicta ſuauiter adimpleat, ſic ſecretò
delinquentes punit.

17 Poſtremò eſt etiam pro bono publico
in hoc Regno introductum, vt Magna
Curia Vicariæ habeat præeminentiam,
vt poſſit aliquos torquere ex proceſſu in-
formatiuo, videlicet qui factus eſt ex Iudi-
cis officio, etiam nullis præcedentibus in-
ditijs ex doctr. Gloſ. in cap.quæſtionem
in ver.ſi alijs, verſ.dico ergo 12.quæſtio.2.
Andreas, Afflict.& alij, quos probat Ani-
bal Throyſ. in ritu dict. Magnæ Cur. 49.
nu.2.Vincen.de Franch.deciſ.43.& 316.
18 Ricc. in collectan. deciſ. cap. 129. † Quo
caſu Iudex legitimè, & ſine peccato tor-
quet reum, ac illum interrogat, quia licet
19 de iure ſancitum ſit, † vt teſtes non pro-
bent, niſi ſint examinati, parte citata; ta-
men quia hęc ſolemnitas eſt de iure poſi-
tiuo, potuit Princeps ex eius ſuprema au-
thoritate, & ob bonum publicum ſubdi-
torum mandare contrarium in aliquibus
20 delictis grauioribus, † vt eſt in illis, in
quibus proceditur ex proceſſu informati-
uo, vt poſt Andr. probat Afflict. in conſtit.
Dura, & dira in fin. & in dicta conſtit.
cordi num. 14. vbi additio litera A. citat
21 Grammatic.& alios Regniculas, † quàm-
uis reus non teneatur in hoc caſu ſeip-
ſum prodere, cõfitendo delictum, quia li-
cet Iudex illũ legitimè interroget, ex quo
conſtat ei de delicto, ad minus ſemiplenè;
reo tamen nihil conſtat, & ſic non tene-
tur credere Iudici, & conſequenter re-
ſpondere poteſt, ſe non commiſiſſe deli-
ctum, intelligendo in eius mente, vt te-
neatur illud fateri ex tali interrogatione,
22 † quia debet reo conſtare delictum plenè,
vel ſemiplenè fuiſſe probatum, vt ſuppo-
no ex materia de iudic. vbi hoc explicatũ
eſt: de qua materia plura tractant Autho-
res relati per Sayr.lib.12. Clau. Reg. cap.
16.& 17.Leſſ. & alij, & ſic multi Iudices
in hoc caſu ſolent cum magna æquitate,
& circumſpectione procedere, prout qua-
litas delicti, ac delinquentis expoſcit, vt
ſciunt omnes, quod omitto.

SVMMARIVM.

PRinceps an ex cauſa iuſta poſſit bona ſubditorum alijs concedere.n.1. Pro eadem cauſa remittit iniurias, & damna facta ſubditis.

An poſſit affines, & conſanguineos delinquentium punire in bonis.nu.2.

Affines, & conſanguinei præſumuntur de iure dare auxilium delinquẽtibus, quod explicatur nu.3.

Filius priuatur bonis paternis in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ patris. nu.4.

Innocens aliquando punitur pro delicto nocentis. nu.5.

Princeps non poteſt, etiam per viam legis vniuerſalis, mutare ordinem ſuccedendi, quod explicatur nu.7.

Demanium an reuocari poſſit à Principe. n.8.9.cũ ſeqq. Quid ſi adſit iuſta cauſa.nu.12.an tunc reſtituatur pretiũ. num.13.

Vniuerſitas dicitur ſe ipſam pretio redimere, dũ ad Demanium admittitur. nu.10.

Decre-

Digitized by Google

Decretum factum per Inuictiſſimũ Regem noſtrum Philippum Tertium, & eius ſupremum Italiæ Conſilium nè Demania poſſint reuocari, recenſetur num. 11.

Regalia quænam ſint. nu. 14. remiſsiuè.

Princeps, cõcedens immunitatem alicui Vniuerſitati non ſoluendi functiones fiſcales, an poſsit ab alijs Vniuerſitatibus illam ſummam exigere. nu. 15. 17. & ſeqq. Qualiter peccet, ſi id faciat. nu. 22. & ſeqq.

Conuentio, facta inter hoc Regnum, & eius Regem, dum omnes Vniuerſitates ſolui nequeant functiones fiſcales, ſoluantur ab illis, quæ ſunt ſoluẽdo, recenſetur. nu. 16. Qualiter procedat, & quõad quæ onera, declaratur. num. 29.

Argumẽtum cornutum, ſiue biſulcatũ, quodnam ſit, & qualiter probet. n. 18.

Princeps, voluntariè concedens alicui immunitatẽ, ſibi præiudicat, & non alijs nocere poteſt num. 19. Sine cauſa eximens aliquem à ſolutione tributorum an peccet. nu. 21. & nu. 24.

Gratia Principis non nocet tertio. nu. 20 Qui ſine cauſa illam obtinet, an poſsit ea vti in conſcientia. nu. 23.

Princeps ſi vnum liberet de eius debitoribus, an liberatio noceat alijs. nu. 25. Tenetur remittere gabellas Vniuerſitatibus impotentibus, quod explicatur num. 28.

Debitum alienum nemo tenetur ſoluere num. 27.

Habens immunitatem non ſoluendi gabellas, ſiue functiones fiſcales, à quibus ſit immunis. nu. 30.

Quæ ſit Regis poteſtas circa bona ſubditorum.

QVÆST. VI.

1 MVlti multa dicunt de hac quęſtione, vt quia Princeps ex ſua ſuprema poteſtate poſſit de bonis ſubditorum diſponere, ſed in hoc conueniunt, vt pro bono publico, & ex legitima cauſa poſſit ſubditorum bona alijs concedere, vt latiſſimè tractat Vaſq. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 5. & 17. & dixi in d. tit. de domin. iuriſd. Regi compet. vbi etiam explicatum eſt, qñ teneatur ad excambium, & dixi aliqua infra conſ. 18.

2 Inſuper ex eadem poteſtate venit, vt poſſit conſanguineos, & affines delinquẽtium punire in bonis, ratione publici boni in damnum dictorum delinquentium,
3 † quia præſumuntur præſtare auxilium delinquentibus conſanguineis, qui quidẽ delinquẽtes cum defenſores non habent, multò facilius extirpantur, & hoc modo iuſtificantur Pragmaticæ contra Bannitos, & eorum affines, de qua materia latiſſimè tractat Marchio de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſion. fier. ſolit. §. 5. conferunt etiam diſcuſſa per Molin. tract. 3. de iuſt. & iur. diſp. 10. Quod
4 clarum eſt, † nam in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ Patris, filius priuatur bonis paternis, cap. fœlicis. de pœn. in 6. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt.
5 & alibi paſſim: † ſic etiam pro delinquentibus multoties puniuntur innocentes, nam pro delictis aliquorum ponũtur interdicta Eccleſiaſtica contra Vniuerſitates, & alia collegia, vt conſtat ex materia de interdict.

6 Sic etiã pro bono publico poteſt Princeps remittere iniurias, & damna illata ſubditis, & prædas hinc inde factas, vt notant Canoniſtæ in cap. 1. & in cap. in noſtra, de iureiur. & alij, quos probat Vaſq. d. lib. 1. cap. 4. nu. 11. vt eſt pro conſequenda pace, & ſic de alijs.

7 Regulariter tamen nõ poteſt alijs præiudicare, & ideo, etiam ſi nouam legem vniuerſalem condat, & per illam declaret modum ſuccedendi inter aliquos, non poteſt reuocare primam naturam ſucceſſionum in præiudicium ſucceſſorum, quibus erat ius quæſitum per aliquas inueſtituras, quia inhumanum eſſet infringere feuda, ac alia bona retro conceſſa. l. ab Anaſtaſio. C. mandati. Bald. in cap. 1. in princip. Epiſcopum, vel Abbat. & alij, quos probat Afflict. in Conſtit. Regni, vt de ſucceſſ. num. 6. & 47. in fin. & dixi par. 2. in tit. de bon. quæſt. 4. nu. 9. & 10. de qua materia dixi infra conſi. 18. vbi hoc examinatum eſt, & quando poſſit fieri contrarium.

8 Ex eadem poteſtate prætẽdunt aliqui, vt poſſit Princeps reuocare Demanium, veluti, ſi aliqua terra vendebatur, & vaſſalli fuerunt admiſſi ad Regium Demanium,

Digitized by Google

manium, volunt, inquam, aliqui, vt poſ-
ſit Rex reuocare demanium, vt ex multis
probant Camil.Salern.in hoc proęm. nu.
305.fo.31. in addit.incip.Magna eſt Prin
cipis poteſtas,& ibidem Conſiliarius Vi-
tell.fol.35.in addit. incip. ſed materiam
poteſtatis Principis, cōferunt latè diſcuſ-
ſa per Maſtrillum, qui materiā regij De-
manij latiſſimè tractat,in ſuo Conſil.poſt
primam partem deciſ. Quod conſilium ab
innumeris eximijs viris diuerſarum na-
tionū, ſubſcriptum fuit, vt in eo legitur,
tradit etiam aliqua Ioan. Baptiſta de
Thoro in compend. deciſ. Neap. in verb.
Demanium, qui quidem Authores plura
de hac materia tractant.

9 Mihi verò contraria ſententia proba-
tur,vt non poſſit Princeps reuocare regiū
Demanium ex prætio conuento, etiam
10 ſoluto factum, † quia Vniuerſitas, quæ,
mediante prætio,fuit admiſſa ad Regium
Demanium, ſeipſam emit pro dicto præ-
tio, & ideo ſicut Princeps nō poſſet reuo-
care venditionem factam alteri, niſi adſit
iuſta cauſa expreſſa in iure, quia ſic ageret
contra iuſtitiam: ita nec etiam poteſt re-
uocare demanium, niſi ad minus reſtituat
prætium ipſi Vniuerſitati,vt patet ad ſen
ſum,& ex diſcuſſis infra d. conſil. 18. in
princip.

11 Hinc traditur factum eſſe decretū ge-
nerale in Concilio Italiæ per noſtrum in-
uictiſſimum Regem Philippum Tertium,
& dictū eius Tribunal ſupremum, vt De-
mania Vniuerſitatum non reuocentur,
nec etiam vendi poſſint per ipſum Regē,
& alios eius miniſtros, ſi ad illud admiſſæ
fuerunt,prætio mediante,vt optimis etiā
medijs probant Neuizan.conſi.12. Crau.
conſi.245.& alij,quos probaui par.4.in
tit.de renunciat.quæſt.4.nu.28. cum ſeq.
quicquid aliter dicant Saler. & alij relati
ſuperius,penes Thor.d. verb. Demanium
lo primo.

12 Nec obſtat, quod Sacrum Conſilium
aliquando determinauit,licere Regi reuo
care demanium, quia id determinauit dū
aderat cauſa neceſſaria belli,& quod Rex
non habebat vnde ſoluere pecuniam, vt
eſt videre penes Capycium deciſ.166.de
qua meminit de Ponte conſi. 15. num. 15.
vol. 2. & cōſequenter non poteſt trahi ad
13 alios caſus, † etiam quia ceſſante illa cau-
ſa neceſſaria, & dum Rex poteſt, tenetur
reſtituere prætium receptum, vel aliud
excambium dare Vniuerſitati, & hac de
cauſa, dum ex cauſa publica reuocat De-
manium, tenetur prætium reſtituere, vt
docet Andr.in cap. nec Dn̄s feudi. num.
48.& 49.de prohib.feud.alien.per Feder.
Afflict.Petr.Bellu ca, & alij, quos probat
noſter de Ponte d.conſi.15.per totum, &
conſi.31.nu.3.eod.vol.2. & conſequenter
erroneè, & malè loquuntur, qui contra-
rium conantur probare, cum ſit etiam
contra ius diuinum.

14 Eſſet autem hic tractandum, quæ ſint
regalia Regis, ſed hoc potius laborioſum
eſt, nam narratur in vſibus feudorum, in
tit. quæ ſint regalia; vbi Andr. Capyc.in
ſua feudal.inueſt.Azor.part. 2. moral.lib.
11.cap.4. qui videri poſſunt.

Ex hac authoritate prætendunt aliqui
15 prouenire, † quod ſi Rex concedat im-
munitatem nō ſoluendi functiones fiſca-
les aliquibus Vniuerſitatibus Regni ſui,
quod illa conceſſio non cedat in damnum
fiſci ipſius Regis, ſed in damnum aliarum
Vniuerſitatum Regni, & hoc ea ratione,
16 † nam in hoc Regno loquuntur, quia
adeſt in Regno quædam conuentio facta
inter ipſum Regnum, & eius Regem, vt
quod ſolui nequeat per aliquas Vniuerſi-
tates,ob earum impotentiam, ſuppleatur
ab alijs Vniuerſitatibus, quæ ſunt ſoluen-
do,quia Regno imputandum eſt, cur talē
conuentionem cum eius Principe fecit,
& ita dicit determinatum in Regia Ca-
mera Summariæ, Camill. de Curt. in ſuo
diuerſor.iur.feudal.in verb.redeundo igi-
tur nu.32.de quo meminit Ioan. Baptiſta
de Thoro in compend.deciſ.Neapolit.in
verb. Immunitas a Rege conceſſa, & ob
hanc eandem conuentionem fuit, annis
elapſis, concluſum in Collaterali Conſil.
vt donatiua facta per Regnum eius inui-
ctiſſimo Regi,dum ſolui non poterant ab
omnibus Vniuerſitatibus Regni, integrè
ſoluerentur ab illis, quæ erant ſoluendo,
& ſic exequutum fuit.

17 Verùm ego conſultus reſpondi cōtra-
rium, hoc fieri non poſſe, & mouebar ex
infraſcriptis, & primo ex hoc argumen-
18 to bipartito, † quod Legiſtæ vocant bi-
fulcatum, ſiue cornutum, quia ex vtroque
latere pungit, videlicet vel Rex volunta-
riè immunitatem concedit, vel quia illæ
Vniuerſitates non ſunt ſoluēdo, ſed neu-
tro modo poteſt præiudicare alijs, quæ
ſunt ſoluēdo, igitur nullo modo iuſtifica-

tur

ſur talis præſentio.
19 Probatur minor quòad primam partē,
quia ſi Rex voluntariè concedit immuni-
tatem illis Vniuerſitatibus, iam ex iuris
diſpoſitione remiſſio tendit in præiudi-
cium concedentis, quia dum voluntariè
gratiam facit, & immunitatem concedit,
in eius præiudicium id facit, nec poteſt
alios grauare, dum aliquibus immunitatē
concedit: ita Ioā. Andr. & alij in cap. per-
uenit, de immunit. eccleſ. Iaſ. & alij penes
Valaſ. tom. 1. conſult. 12. nu. 4. & optimis
etiam medijs fundat Regens Tapia in
rubr. ff. de cōſt. Princ. cap. 4. nu. 31. vbi in
fine, ſic refert ſe vidiſſe ſemper obſeruatū
in dicta Regia Camera, & optimo iure
hoc ſeruari debet, ſciunt enim omnes,
20 † quod gratia Principis non nocet ter-
tio, hoc enim iura mandant expreſsè l. fin.
C. de ſent. paſſ. notant omnes in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthum.
Afflict. in conſtit. pœnā eorum nu. 60. &
hoc eſt vulgatum apud omnes.
21 Et confirmatur, quia licet Rex etiam
ſine cauſa poſſit aliquem eximere à ſolu-
tione tributorū, quo caſu Rex venialiter
peccat, peccato ſcilicet prodigalitatis, vt
quidam volunt; ſecus ſi id faciat ad oſten-
dendam ſuam liberalitatem, & beneuolē-
tiam in aliquos, vt colligitur ex D. Tho.
22 lib. 1. de regim. Princ. opuſ. 20. † Attamē
ſi ſimul aliquem eximeret à tributorum
ſolutione, & velit ab aliis ratam tributi
remiſſi exigere; tunc Rex peccat mortali-
23 ter, & contra iuſtitiam, † quàmuis ſic di-
ſpenſatus, ſiue exemptus à tributo, ſi non
cooperauit inducendo Principem ad ſic
faciendum, poteſt vti illa gratia ſine pec-
cato, vt ex dictis per D. Thom. 2. 2. quæſt.
88. art. vlt. Nauar. & alijs, ꝓbat Sal. diſp.
20. de leg. ſect. 5. ſub num. 62. præcipuè in
§. nonnulli, colligitur etiam ex latiſſimè
diſcuſſis per Suar. lib. 6. de leg. cap. 18. cum
ſequen. & patet ad ſenſum, quia contra
iuſtitiam eſt aliquem eximere à tributo in
grauamen, & damnum aliorum, vt etiam
colligitur ex dictis ſupra q. 2.
24 Hoc autem, vt benè aduertit Valaſc. d.
conſult. 12. nu. 6. procedit reſpectu ipſius
Principis, quia ſi eximeret aliquem, &
onus remaneret, vt iuris eſt reſpectu alio-
rum, iam non eſſet peccatum.
Conferunt etiam ad confirmationem
prædictorum plura alia, & præcipuè,
25 † quia ſi Princeps deberet inſolidum con-
ſequi aliquam pecuniarum quantitatem
à duobus, ſi vni faciat gratiam, non intel-
ligitur illam gratiam facere alteri, quia
ille tenetur ſoluere eius ratam, vt do-
cet Bald. in l. fin. col. vlt. verſ. ſed quid ſi il-
le C. de fruct. & lit. expenſ. quem ſequitur
Afflic. in Conſt. Regni, cum circa iuſtitię,
ſub nu. 19.
Probatur etiam quòad ſecundam par-
26 tē, † quia ſi remiſſio fiat, ex quo illæ Vni-
uerſitates non ſunt ſoluēdo, & tunc peius
faceret Princeps, ex quo ex iuris diſpoſi-
27 tione; † nemo cogitur ſoluere debitum
alterius, vulgato tex. in Auth. præſenti. C.
28 de fideiuſſor. vbi omnes, † & Princeps in
hoc caſu tenetur non exigere tributum
ab illis Vniuerſitatibus impotentibus,
prout iam multi Reges hoc fecerunt, &
præcipuè Rex Ferdinandus Primus in
anno 1481. vt habetur in cap. Neapol. fol.
quinto à terg. cap. 2. Sic etiam tempore
Ferdinandi Secundi in anno 1496. vt ha-
betur in eiſd. cap. fol. 24. cap. 28. de qua
materia latè dixi in explicatione Bullæ
Cœnæ Domini cap. 6. præcipuè num. 29.
cum ſequen. Si igitur tenetur impotentes
ex iuſtitia eximere à ſolutione tributorū,
non poteſt alias Vniuerſitates grauare ad
ſupplendum, quod aliæ ſoluere non te-
nentur.
29 Nec vrget conuentio, nam illa ad ſum-
mum intelligitur de functionibus fiſcali-
bus ordinariis, non autem de extraordi-
30 narijs, & de donatiuis, † ſicut etiam ha-
bens immunitatem ſimpliciter, eam in-
telligitur habere ab ordinariis, nō autem
ab extraordinariis, prout declaratum fuit
per litteras Regis Federici, & Regis Phi-
lippi Secundi, felic. memor. vt notat Tap-
pia d. cap. 4. num. 104. de quo meminit idē
de Thoro, vbi ſupra in verbo immunitas;
conceſſa ſimpliciter: & ita per hanc con-
uētionem factum præſumitur, licet enim
eſſet generaliter, & ſimpliciter facta, iam
modo explicato intelligi debet, & conſe-
quenter cum donatiuum imponitur, ha-
bito reſpectu ad omnes Vniuerſitates Re-
gni, vtique rata illarum, quæ ſoluere non
poſſunt, non poteſt exigi ab alijs, quàmuis
ſoluendo eſſent, ſed de hoc dixi latius dic.
cap. 6. & ita videtur mihi veritas.

SVMMARIVM.

PRinceps poteſt liberare innocentem, quamuis ex actis cõſtet, illum commiſiſſe delictum, & ratio traditur n. 1. poteſt ex cauſa iuſta remittere pœnam delinquenti. nu. 3. & 4.

An teneatur ſeruare ordinem iudiciarium. nu. 2.

Prorex in hoc Regno an poſſit pœnã, etiã mortis commutare, nu. 5. cum ſeq.

Perſonam Regis repræſentat, quod explicatur nu. 6. Ad inſtar Regis concedit abolitionem criminum, & quando num. 7.

An remittat pœnam, etiam poſt ſententiam. num. 8.

Princeps an ſine cauſa iuſta poſſit commutare pęnas. nu. 9.

Iuſtæ cauſa commutationis pęnarũ, quæ nam ſint, recenſentur, vt ſi non ſit reus plenè conuictus de crimine nu. 10. ſi ex paſſione, & leuitate animi deliquit n. 11. ſi id faciat Princeps in gratiã alterius Principis nu. 12. vt gratiã ſubditis ſe extendat. n. 14. ſic etiam, ſi delinquens velit de ſuo crimine in religione pœnitentiam agere. nu. 15.

Beneficentia mutua inter Principes eſt neceſſaria etiã in bonũ commune ſubditorum nu. 13.

Iudex an debeat iudicare ſecundùm allegata, & probata, vel ſecundùm eius conſcientiam nu. 16. an debeat in hoc caſu habere recurſum ad Principem. num. 17.

An ad minus teneatur tunc pœnam minuere delinquenti. nu. 18. & 20.

Populus an teneatur Iudici credere. num. 19.

Princeps, ſciens aliquem commiſiſſe crimen, qui non eſt conuictus, an eum poſſit punire ex ſua priuata ſcientia num. 21. & 22. vbi hoc declaratur. & num. 26.

Reus quis non dicitur in foro exteriori, ſi ex actis non conſtet, illum eſſe de crimine conuictum nu. 23.

An hic talis debeat aliqua pęna mulctari, & à quo, declaratur. nu. 24. & 25.

Poteſtas externa non iudicat de occultis nu. 25.

Defenſio delinquentis non habetur in conſideratione quando delictum eſt notorium. num. 27.

An Princeps debeat iudicare ſecundùm allegata, & probata, vel poſsit iudicare ſecundùm eius conſcientiam.

QVÆST. VII.

DE hac quæſtione multi multa dicunt, & in vno caſu conueniunt, in alio verò diſconueniunt, vt videri poteſt penes Doct. citandos.

1 Conueniunt ſi delictum, re vera, inquiſitus non commiſiſſet: veluti Caius inquiritur occidiſſe Titium, & per teſtes eſt cõuictus, & ſic ex actis conſtat, Caium feciſſe homicidium, qui tamen, re vera, innocens eſt. In hoc caſu tenent Doctores, vt licito iure poſſit Princeps iudicare ſecúdùm eius priuatam ſcientiam; & non ſecundũ allegata, & probata, & conſequenter ſi ſciat Caium eſſe innocentem, licito iure

2 illi remictit pœnam: † ex quo Princeps regulariter non tenetur ſeruare ordinem iudiciarium ſuum, vt iudicet ſecundùm allegata, & probata: tum etiam, † quia ad ipſum pertinet ex cauſa iuſta remictere pœnas delinquentibus, & dum cauſa iuſta adeſt, remiſſio eſt legitima, & iuſta in vtroq; foro, vt notant communiter Doct. in l. nulla iuris ratio. ff. de leg. probant plures alij, quos ſequitur Vaſq. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 14. Gloſ. Bald. Abb. & alij, quos ſequitur Afflict. in cõſtit. Regni, Cordi nobis eſt, ſub nu. 14. Rendina, qui alios citat, in ſuo promptuar. receptar. ſent. in tit. de Principe nu. 2. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. quem alij communiter ſequuntur, vt probat Sayr. lib. 12. Clau. Reg. cap. 8. nu. 19. Suar. lib. 5. de leg. cap. 11. nu. 8. Sal. diſp. 15. de leg. ſect. 8. n. 108. qui alios Theo

4 log. & Canoniſt. cumulant. † Ex quo Princeps cum iuſta cauſa diſpenſat in ſua lege, & pęnam à iure impoſitam remittit, ſi igitur ex alia iuſta cauſa hoc facit, quãto magis erit iuſta, dum nullo modo hic talis commiſit delictum, & falsò inquiſitus fuit de illo crimine?

Illud autem obiter notandum eſt, de quo menſibus elapſis, vidi dubitatum, & reſpondidi, quod non erat dubitandum,

5 videlicet, † quædam mulier fuit inquiſita

de

de occiſione viri, & dubitabatur, an Do-
minus Prorex poterat pęnam mortis in
aliam pęnam commutare, nempè in de-
truſionem in perpetuùm ad aliquod mo-
naſterium, & dixi, poſſe Proregem id fa-
cere ex iuſta cauſa.
6 † Primò, quia Prorex in hoc Regno Re-
gis perſonã repræſentat, & exceptis qui-
buſdam caſibus, omnia poteſt, & ſic ean-
dem habet facultatem, prout Rex habet,
vt poſt Alex. & alios, probat de Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ.
7 Reg. §. 6. num. 4. adeò vt, † Proreges ad
inſtar Regum multoties concedunt abo-
litiones generales criminum in viſitatio-
ne Carceratorum Magnæ Curiæ Vicariæ,
8 † & poſſunt, & faciũt gratias delictorum,
& pœnarum incurſarum, etiam poſt ſen-
tentiam, vt poſt And. Afflict. Iacobi; Boſs.
Farinac. & alios, probat idem de Ponte
loc. cit. in tit. de elect. officiali. §. 1. num. 9.
cum plurib. ſequent. idem Farinac. conſ.
3. vol. 1. vbi alios cumulat, & probant alij
Authores ſuperius citati: igitur ſi adeſt iu-
ſta cauſa, ſine ſcrupulo, etiam in totum
pęnam remittere poteſt.
9 Secundò, quia commutationem pœna-
rum, etiam ſine cauſa, Princeps facere po-
teſt, vt docet Andr. in cap. 1. in verb. &
bona commitentium poſt num. 75. in tit.
quæ ſint regalia, Boſs. & Farin. quos pro-
probat de Ponte dicto §. 1. nu. 14. & ſeq.
quando adeſt iuſta cauſa, tunc etiam ſi nõ
accedat partis remiſsio, licito iure fit cõ-
mutatio pęnæ, vt docẽt prædicti Author.
& poſt Caiet. Sot. Salon. & alios, probat
Sayr. lib. 12. clau. reg. cap. 15. n. 16. & tan-
to magis, ſi partis remiſſio accedat, vt erat
in caſu dictæ mulieris.
10 Iuſtæ cauſæ aderant; primò ex modo
probationis, quia non erat omninò con-
uicta, & clarum eſt, quod tunc temperan-
11 da eſt pœna: ſecundò, † ſi adeſt fragilitas,
vt quia ex paſſione, vel alia læuitate, &
non ex dolo deliquit, tunc enim pęna mi-
nuitur l. abſentem ff. de pęn. Tiraq. Felin.
& alij, quos probat Suar. d. lib. 5. cap. 11.
nu. 8. in fin. Sal. d. ſect. 8. nu. 108. verſ. mul-
tum refert, Sayr. lib. 3. Clau. reg. cap. 8. n. 4.
§. cauſa etiam minuendi: quæ quidẽ mu-
lier ex ſollicitatione fratris, ex animi paſ-
ſione, & læuitate deliquit, nec erat omni-
no conuicta, ideo iuſtè commutatio fie-
bat.
12 Accedebat tertiò quod iuſta eſt cauſa, ſi
in gratiam alterius Principis pęnam re-
13 mittat, † nam hæc beneficentia mutua
inter Principes eſt neceſſaria, & redundat
etiam in bonum commune, vt optimè pro
bat Suar. d. cap. 21. ſub num. 9. verſ. Item
poteſt facere remiſſionem: quæ cauſa etiã
aderat in dicta muliere.
14 Quartò, poteſt etiam Princeps in gra-
tiam ſubditorum, vt illis benignum, &
liberalem ſe exhibeat, pœnam remittere,
vel commutare, ad hoc, vt habeat ſubditos
beneuolos, & obſequentes, vt ex cõmuni
ſententia notat Suar. dicto nu. 9. Sal. dicta
ſect. 8. ſub 109. verſ. Princeps autem, & ſi
cum omnibus ſubditis hoc iuſtè faciat, eò
magis id procedit, quando in gratiam ali-
cuius nobiliſsimæ familiæ id faceret, pro
vt erat in caſu dictæ mulieris infęlicis.
15 Vltimò accedebat, quia quoties com-
mutatur pœna, vt delinquens de ſuo cri-
mine pœnitentiam faceret, licito iure id
facit Princeps, etiam in foro conſcientiæ,
vt colligitur ex tex. in cap. denique 14.
quæſt. 5. poſt alios, Suar. dicto cap. 11. ſub
num. 10. Sal. loc. cit. Sayr. d. cap. 8. ſub
num. 4. §. cauſa: quæ quidem notanda
ſunt, vt ſciatur, quando licito iure, & ex
iuſta cauſa in foro conſcientię remitti po-
teſt, vel cõmutari pęna nam viſis his mo-
tiuis, & alijs, ceſſauit ſcrupulum, quod
fieri non poterat.
16 Redeundo ad quæſtionem, † etiam Iu-
dex ordinarius in caſu, quando conuictus
non commiſit delictum, vt ad minus Iu-
dex poſſit minuere pœnam illi, probat
Vaſq. poſt alios, d. cap. 14. ſed D. Tho. 2. 2.
q. 67. art. 2. & alij plures, quos ferè in vnũ
collegit Sayr. d. lib. 3. cap. 8. num. 13. cum
ſeq. docẽt vt in hoc caſu poſſit Iudex iudi-
17 re ſecundùm allegata, & probata, † ſi non
poſſit habere recurſum ad Principem, nã
tunc teneretur Iudex aperire veritatem
Principi, & multi dicunt, vt teneatur de-
ponere officium, ſed eorum ſententia nõ
eſt recepta, quoniam in iudicando fungi-
tur publica authoritate, à Rege, vel Com-
munitate recepta, & ſic iudicare tenetur
ſecundùm allegata, & probata, prout ei
conſtat tamquàm Iudici, non autem ſe-
cundùm propriam conſcientiam, quia id
ei conſtat, tamquam perſonæ priuatæ.
Benè verum eſt, quod prima opinio
18 æquior eſt, † vt teneatur diminuere pę-
nam, & cauſam diminutionis aſſignare
19 poteſt in ſentẽtia, † quia populus tenetur
in hoc credere Iudicis aſſertioni, vt ex tex.
in l. Diuus ff. de offi. Præſid. cap. ad audien-
tiam

Digitized by Google

tiã de prǣſumpt. probat Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. caſu. 68. Cornaz. deciſ. 68. probat etiã Vaſq. dicto cap. 14. ſub nu. 5. vbi plures rationes aſſignat: ſed hæc vna
20 ſatis ſit, † quia Iudex etiam inferior, dum non poteſt haberi recurſus ad Superiorẽ Principem, tenetur ex iuſta cauſa minuere pœnam legis, Gloſ. communiter recepta in l. quicquid §. pœna in verb. oneraſſet, ff. de his, qui notant. in fam. Felin. Dec. & alij, quos probat Suar. d. cap. 11. ſub nu. 8. vt alios omittam: ſed nulla poteſt eſſe maior cauſa, nec magis legitima, quàm minuere pœnam iuris Innocenti, dum illum liberare non poteſt.

In ſecundo igitur caſu eſt controuer-
21 ſia, † ſi Caius, re vera, occiſit Titium, & Princeps id ſciat, non tamen id conſtet ex actis: an tunc Princeps poſſit Caium punire, ex ſua ſola priuata ſcientia. In hoc caſu non eſt dubitatio, ſi delictum poſſit probari, ſed ex probatione criminis reſultaret aliquod ſcandalum in Republica, tunc clarum eſt, vt ſecretò poſſet Princeps illum delinquentem necare, vt dixi ſupra quæſt. 5.

22 Eſt igitur dubium, quando nullum reſultat ſcandalum ex probatione delicti, & in hoc caſu receptior eſt ſententia, vt non poſſit Princeps tuta conſcientia iudicare ſecundùm ſuam priuatam ſcientiam, quia nulla ratio hoc ſuadet, prout ſuadit in pri
23 mo caſu; etiam quia † ille Caius, re vera, in foro exteriori non eſt criminoſus, dùm exterius nõ eſt conuictus de illo crimine, aduerſus quod ei competit legitima defenſio, quam Princeps tollere nõ poteſt, cum defenſio ſit iuris naturalis, vt ſciunt omnes, & ita docent Authores citati, & colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 67. art. 1. Caiet. in ſumma in verb. homicidium, Sot. Couarr. Nauarr. & alij, quos probat Sayr. d. cap. 8 nu. 22. Azor. 1. par. moral. lib. 11. cap. 7. §. Inſuper peccat Rex.

24 Nec vrget, quod hic delinquẽs mereatur pęnam, nam verum eſt, vt puniri debeat, quia nullum delictum remanet impu
25 nitum, † ſed pœna imponi debet ab illo, qui de occultis iudicat, vt eſt Deus; ſed poteſtas externa ad hoc non ſe extendit, etiam quia poteſt ille delinquens facere pęnitentiam de tali crimine, & ſic alio modo ſe emendare; quod ſatis eſt, & proinde, ſi eſt emendatus de delicto, & condignam fecerit pęnitentiam, non debet duplici pęna puniri vt eſt vulgatum.

26. Nec ſecundò vrget, vt poſſit Princeps ſecretò, abſque proceſſu necare aliquem delinquentem, nam id ſolum facere poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis, & ad euitandum ſcandalum, vel aliud damnum publicum, ſi delictum illud per proceſſum probaretur, vt loco citato dictum eſt,
27 † in quo caſu illa defenſio delinquentis aduerſus delictũ nõ iudicatur iuſta quia, re vera, aduerſus illud nihil verè probare poteſt, vt patet ex dictis ſupra q. 5. quæ ratio hic ceſſat, & ſic ex diuerſis nõ eſt facienda illatio, vt eſt axioma vulgatum.

SVMMARIVM.

REx, negligens curam Regni ſui, peccat contra Iuſtitiam, & ad reſtitutionẽ tenetur, quod explicatur nu. 1. & 8. 2

Tenetur ſubditis de rebus neceſſarijs prouidere, ac iuſta pretia rerum taxare. nu. 2. De bonis proprijs ſubditis ſubuenire. nu. 3. vias publicas à latronum incurſibus cuſtodire nu. 4 leges vtiles Reipublicæ dare, & datas cuſtodire tenetur. nu 5.

Tenetur ſubditos prohibere, ne delicta committant, etiam ad forum Eccleſiaſticum pertinentia, quod declaratur. num. 6. & 7.

Princeps tenetur non ſolum ipſe obſeruare ſacros Canones, ſed prouidere, vt ſeruentur à ſubditis, nu. 8.

Reſpublica dicitur corpus quodam, ex ſuis membris conſtans, quod explicantur. nu. 9. cum ſeqq.

Iudices cur dicantur oculi Reipublicæ traditur nu. 10 & cur Conſiliarij dicantur cor. num 12.

Aduocati dicuntur linguæ, quæ veritatem annunciare tenentur. nu. 11.

Milites dicuntur manus, Rempublicam tuentes. nu. 13.

Caput cum dolet, cætera membra languent. num. 14.

Princeps qualis eſt, tales ſunt eius miniſtri, quod declaratur. num. 15.

Melius eſt mulieri nõ habere virum, vel Superiorem, quã habere, & inutilem, quod explicatur. num. 16.

Malum, quod ſit ſuperioris authoritate, difficillimè curatur. nu. 17.

Reſpublica, ruens in collapſum, à Principe ſuo reparari debet nu. 18. qualiter

cauſa

cauſa reparare debeat, explicatur, nu.19. ſi à Principe non reparatur ſit eius reparatio à Summo Pontifice, nu.22. cum ſeqq.

Princeps an poſſit ſuſpendere penſiones aſſignatas alicui in remunerationem ſeruitiorum, num.20.

Cur debeat eſſe liberalis, explicatur. nu.21.

Papa an poſſit dare Regi coadiutorem in Regno nu.23. An poſſit Regem priuare Regno nu.24. An reuocet iniqua tributa, num.25.

Papa qualiter ſit Dux vniuerſalis totius Eccleſiæ explicatur nu. 26. cum ſeqq. Qualiter poſſit dare leges Principibus ſæcularibus in eorum gubernio, traditur, nu.27. ex quibus cauſis Regẽ deponere poſſit, ac Regnis priuare. nu.28. 30. & ſeqq. cur hoc ſit introductum. nu.36.

Papa Zacharias cur Hildericum Regem Francorum Regno priuauit, refertur. num.29.

Sũmus Pontifex qualiter habeat vtrumquè gladium, & quando temporalem exerceat, explicatur. nu.31.

In Dei Eccleſia eſſe neceſſarium vnum ſummum Principem, cui omnes alij eſſent ſubiecti, declaratur. nu.32.

Componere differentias inter Principes Chriſtianos, cur ad ſummũ Pontificẽ ſpectet, declaratur. nu.33.

Vaxalli an poſſint eorum Principẽ ignarum in gubernio relinquere, & alium Regem ſibi eligere, nu.34 & 35.

Reſpublica, ſi Rex non teneat Regnum pacatum, an poſſit ipſa pacificare, & ſic de alijs, explicatur. nu.37.

Tempore ſchiſmatis ad quos ſpectet declarare ſummum Pontificem verum, traditur num.38.

Si Reſpublica ruat in collapſum, ad quem ſpectet eius reparatio.

QVÆST. VIII.

1 PRo concernentibus hanc quæſtionem, & de peccatis Regũ, qui negligunt curam eorum regnorum: vt peccent contra iuſtitiam, & teneantur ad emendationem omnium damnorum: quæ ſubditi ex tali negligentia patiuntur, ac ſubſtinent: multa tractant D.Tho. lib.2. de reg. Princip. Nauar. in Manual. cap. 25. Azor. par.2. moral. lib.11. cap.7. & vltra per ipſum cumulatos, tradunt etiam Pariſ. de puteo in tract. de ſindic. in tit. de exceſſibus Baronum nu.11. Boer. deciſ. 55. & 304. Couar. lib.3. variar. reſol. cap.6. nu.8. Pinell. in rubr. C. de reſcind. vend. cap.2. nu.4. Rebuff. in pract. benef. in regul. de non tollendo ius quæſitum gloſ.6. num.35.

Plura tradũt exempla prænarrati Do-
2 ctores, † vt ſi Rex non prouideat ſubditis
de omnibus rebus neceſſarijs ad eorum
victum: ſi carius iuſto prętio res illas vendere permittat, ex quo ad eum pertinet
taxare iuſtum prætium omnium rerum:
3 † ſi pauperibus non ſubueniat, etiam de
proprijs bonis, dum ab eo ſubſidium pe-
4 tunt, † ſi vias publicas cuſtodire non fa-
ciat à latronum incurſibus, & inde ciues
5 patiantur damnum: † ſi leges Reipublicę
vtiles, & bonum commune reſpicientes
non dederit, ſeũ datas cuſtodire neglexe-
rit: ſi prauas leges, vel conſuetudines non
6 abrogauerit: † ſi fuerit negligens in pro-
hibendo ſubditos a furtis, rapinis, ac alijs
criminibus, etiam ad forum Eccleſiaſticũ
pertinentibus, vt ſunt vſuræ prohibitæ
7 per ſacros Canones: † ſic etiam ſacrilegia,
periuria, & his ſimilia, quia etiam ſi eſſent
delicta ad forum Eccleſiaſticum pertinen
8 tia, † tenentur Reges ad obſeruantias ſa-
crorum Canonum, & in ſimul prouidere, & procurare, vt eorum ſubditi illos obſeruent, & quoniam ad omnia prædicta, & his ſimilia ex officio tenentur, & ſic ex iuſtitia, vt optimè notant prænarrati Doctor. & colligitur ex dictis ſupra quæſt. 2. ideo dum circa prædicta ſunt negligentes, non ſolùm peccant mortaliter, ſed etiam tenentur reſarcire omnia damna, quæ ſubditis eueniunt ex illa negligentia.

Inſuper quia, vt adnotauit Plato, relatus à Iureconſulto in l.2. ff. de nundin. Plutar. in lib. de inſtitut. Traiani, Luc. de Penna in l.2. C. de apparitor. proconſul. lib.12. & alij, quos probat Bobadilla in ſua Politica lib.2. cap.2. num.15. cum ſe-
9 quent. † Reſpublica eſt corpus quodam
ex ſuis proprijs membris conſtans, cuius caput eſt Rex, qui in hoc corpore dominatur, & præeſt alijs membris eiuſdem

corporis:

corporis: Aures ſunt Rectores Ciuitatũ,
ac Prȩſides, ſiue Gubernatores Prouin-
ciarum, qui recipiunt, ac audiunt manda-
ta Regis, vt loca ſibi commiſſa cuſtodiãt,
10 & iuſtitiam populis adminiſtrent: † Iu-
dices ſunt oculi, qui bonum, & malũ po-
pulorum vident, vt bonos a malis defen-
11 dant, & ſeparẽt: † Aduocati ſunt lingua,
quȩ veritatem annunciat pro gubernio
12 iſtius corporis: † Conſiliarij ſunt cor hu-
ius corporis: quia ſicut cor corpus viuifi-
cat: ita Conſiliarij per eorum bonum cõ-
13 ſilium totum hoc corpus viuificãt: † Mi-
lites ſunt manus, quȩ corpus iſtud defen-
dunt: Pedes denique iſtius corporis ſunt
illi miniſtri, qui per Rempublicã diſcur-
runt, & laborant, & ſic ſi caput ſuum
debitum exerceat munus, & non doleat,
omnia membra benè ſe habent, & vnum-
quodque ſuum exercet officium, ac mi-
14 niſterium: † ſed ſi caput dolet, cætera
membra languent cap. ſicut inquit. 2. q. 7.
vbi etiam dicitur, ꝙ ſi in capite curatus
non fuerit languor, totum corpus morbis
inuaditur, habetur etiam in c. ſunt pluri-
15 mi. 6. q. 1. & ſic † qualis eſt Rex caput, ta-
les ſunt etiam eius miniſtri. Si Rex eſt bo-
nus, ſunt etiam boni miniſtri: ſi eſt ini-
quus, peiores ſunt miniſtri, vt paſſim ha-
betur in ſacra ſcriptura, vt Prouer. 28. 29.
Eccleſ. cap. 10. ibi ſecundum Iudicem po-
puli, ſic miniſtri eius, & qualis rector Ci-
uitatis, tales & inhabitantes in ea, &c. &
ſȩpe alias.

16 Plus dicunt, qđ ſicut melius eſt mulieri
virum non habere, quàm habere, & inuti-
lem, vt eſt Gloſ. communiter recepta in l.
fin. C. ad leg. Flauiam de plagiar. Felin. Ti-
raquell. & alij, penes Bobadillam d. lib. 2.
cap. 1. nu. 19. ita etiam melius eſt non ha-
bere ſuperiorem, quàm illum habere, &
inutilem, quod eſt manifeſtum, dum enim
populus caret ſuperiore, licet bonum non
17 agat, & multoties malum faciat: † hoc
tamen malum facillimè habet remedium,
eſtq; reparabile: at malum quod fit, quan-
do populus habet malum ſuperiorem, nõ
ita de facili reparari poteſt, quia malum
illud factum eſt illius mali Superioris au-
thoritate, & intuitu iuſtitiæ: & ideo aut
numquàm, aut difficillimè remedium ha-
bent incommoda, & mala taliter intro-
ducta.

18 Ad rem igitur deueniendo, clarum eſt,
vt dum Reſpublica ruit in collapſum,
quod ad ipſum Principem pertinet repa-
ratio, quia eius eſt hoc officium, & ex iu-
ſtitia id facere tenetur, vt ſæpius replica-
tum eſt ſuperius. & probant etiam D. Th.
2. 2. q. 58. art. 6. in corpore, & alibi, vt per
Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 1. dub. 3. nu.
12. Lucas de Penna, & alii, quos probat
de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. pluri-
bus in locis, & præcipue in titu. de tractis:
19 vbi etiam ſubdit, † vt Princeps teneatur
Rempublicam tueri, & in hoc caſu im-
perat arti militari, & modos conuenien-
tes defenſionis excogitat, pericula conten
dit ſumptus annonæ reſtringit, eius the-
ſauros effundit, ac alia remedia conueniẽ-
tia procurat in communem vtilitatem
20 Reipublicæ, † & ſi aliquibus, etiam in re-
muneratione ſeruitiorum penſiones con-
ceſſerit ſuper redditibus Regni, tene-
tur ſolutionem ſuſpendere, durante ca-
21 lamitate Regni † licet enim Rex debeat
eſſe liberalis, & remunerare beneficia,
præcipuè erga milites, ad hoc vt videntes
remunerationem, deueniant ſtrenui, &
mors videatur illis ſolatium: non ſolùm
pro ſalute ipſorum Principum, ſed etiam
pro defenſione Regnorum, & eorum
augumentum, vt docet D. Thom. lib. 1.
de regim. Princip. opuſc. 20. quem alij ſe-
quuntur, nihilominus dum adeſt calami-
tas Regni, hæc reſpicit maius bonum, &
ſic ſuſpendentur ſolutiones, non autem
tolluntur.

22 Si igitur Principes conueniens reme-
dium non adhibeant, tunc reparatio per-
tinet ad Summum Pontificem, cuius pro-
prium eſt in hoc caſu conueniens reme-
dium adhibere, & vt ſuauiter procedat;
primo tenetur per eius legatos, & Apo-
ſtolicos Nuntios Regem admonere, vt
remoueat illa, quæ sũt occaſiones, vt Reſ-
publica ruat in collapſum, quod ſi Rex
non ſit obȩdiens, & monitus non reſipi-
23 ſcat a dictis malis, † poteſt Summus Pon-
tifex dare illi Regi coadiutorem idoneũ
24 in gubernio, quod ſi nõ ſufficiat, † poteſt
illum Regem Regno priuare, & alterum
in eius locum ſubſtituere, qui ſit perſona
idonea pro adminiſtratione Regni, cui
ordinat Summus Pontifex quicquid ei vi-
detur expediens pro reparatione, & re-
25 ſtauratione Reipublicæ: † & ſi mala illa
eueniſsẽt propter iniqua tributa, vel ini-
quas leges, debet Summus Pontifex tol-
lere dicta tributa, & annullare, & abro-
gare dictas leges, ita notant omnes Cano-
niſtæ ex illo tex. in cap. grandi, de ſupplẽ.
neglig.

Digitized by Google

neglig. Prælat. Bal: Abb. & alij, quos pro-
ba Vaſq. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 20.
& 22. Molin. in tract. de iuſt. & iur. diſp.
29. ver. tertia concluſio. Azor. par. 2. mo-
ral. lib. 10. cap. 2. & lib. 11. cap. 5. Suar. qui
alios citat lib. 4. de leg. cap. 9. Sal. diſp. 8.
de leg. ſect. 21. num. 113. §. iuſta autem, &
omnes alij: hoc enim eſt tã clarum, quod
ſalua fide negari non poteſt, vt dixi in tra-
cta. de domin. Prælat. quæſt. 1.

Probatur facilè hoc dictum per Autho-
res prædictos hac ratione, quæ eſt omnib.
26 nota, † quia Summus Pontifex eſt Dux
vniuerſalis, ac rector totius populi Chri-
ſtiani, & ad eius officium, & poteſtatem
pertinet illum dirigere, regulare, prout
27 recta ratio ſuadet: † ſic etiam leges con-
gruas, & conuenientes dare poteſtati ſæ-
culari, quibus in adminiſtratione ſui offi-
cij, populus prædictus dirigatur in vlti-
mum finem fœlicitatis æternæ: ſic etiam
alia remedia adhibere, vt per modos ha-
biles, & neceſſarios ſuas oues ad vitam
virtuoſam reducat, vt finem illum ſuper-
naturalem poſtea conſequantur, & hoc
eſt gubernium Summi Pontificis, vt om-
nes Catholici fatentur.

28 Hinc etiã omnes Catholici cõfitentur,
vt Summus Pontifex propter iniuſtitias
commiſſas per Reges in eorum regnis:
propter malos mores; vel propter hære-
ſiam, vel ſchiſma: propter abuſum iuriſ-
dictionis in ſcandalum populorum: &
in eorum perniciem: propter contemptũ
cenſurarum eccleſiaſticarum: pro cuſto-
dia, defenſione, & conſeruatione Religio-
nis Eccleſiaſticæ: ſic etiam propter inde-
bitam vſurpationem, & occupationem
iurium, ac bonorum Eccleſiaſticorum, &
his ſimilia. Summus Pontifex, inquam,
ipſos Reges, ac Imperatorem deponit,
prout de facto depoſuit, dum caſus euene-
runt, eosq; ſuis regnis priuat, & ſic Impe-
29 ria de gente in gentem tranſtulit: † ſic Pa
pa Zaccharias depoſuit Hildericum Re-
gem Francorum: & in Regno præpoſuit
Pipinum, vt in cap. filius. 15. quęſtio. 6. &
hoc, vel quia erat inutilis regno, vel quia
erat diſſolutus, & effœminatus, vt ibidem
exponit Gloſa.

30 Quodque ob iniuſtitiam, & negligen-
tiam in gubernio Regni Summus Ponti-
fex priuauit Reges eorum regnis, probat
tex. in cap. ex ſuſcepto de for. compet. ſic
etiam in cap. grandi de ſupplenda neglig.
Pręlat. in 6. vbi propter grauamina Eccle-
ſiaſticarum perſonarum: Rex fuit priua-
tus regno: ſic etiam propter oppreſſiones
populorum, cap. licet de voto, & cap. ad
Apoſtolicæ, de ſenten. & re iudic. in 6. ſic
etiam ob denegatam defenſionem Roma-
næ Eccleſię, & ſic de alijs, vt in cap. vene-
rabilem de elect. & in alijs iuribus citatis
per Azor. d. lib. 10. cap. 2. & lib. 11. cap. 5.
D. Thom. lib. 3. de reg. Princip. cap. 10. &
19. Molin. d. diſp. 28. & 29. Bellarm. tom.
1. controuerſ. lib. 5. & omnes alij deſuper
citati, & quia eſt clarũ, ideo omitto alias
31 probationes: † Certum enim eſt ex fide,
Summum Pontificem habere vtrumque
gladium, vt in Extrauagan. vnam ſanctã.
de maiorit. & obed. quãmuis temporalem
contra Imperatores, & Reges non exer-
ceat, niſi ex iuſtis cauſis, & prius debet il-
los admonere, & etiam per cenſuras Ec-
cleſiaſticas cogere, vt à prædictis exceſſi-
bus ſe corrigant, & ſi non ſe emendant,
tunc directè exercet gladium temporalẽ
contra illos, quia poteſt eos corrigere, &
iudicare, prout ad communem Reipubli-
cæ Chriſtianæ, & Catholicæ Eccleſiæ ſa-
lutem, pacem, & vtilitatem ſibi condu-
cere videtur, vt in dict. extrauag. vnam
ſanctam, & in cap. per venerabilem, qui
filij ſint legitimi, vt dixi in tract. de legib.
32 quæſt. 15. † & fuit hoc neceſſarium, quia
ſicut vna eſt Eccleſia: ita in ea debet eſſe
vnus Princeps ſupremus, cui omnes alij
in toto vniuerſo orbe eſsẽt ſubiecti, prout
deceret, & eſſet expediẽs, quos etiam cor-
rigeret, puniret, ac etiam regnis priuaret,
ſi ſe non corrigerent, vt dictum eſt.

33 Ex eadem authoritate venit, vt ad Sũ-
mum Pontificem ſpectet componere, ac
debito fine terminare differentias inter
Imperatorem, & alios Principes, & vbi-
cunque eſt aliquod ſcandalum inter Chri
ſtianos, & hoc ratione maioritatis, quam
habet in tota Eccleſia Catholica, vt patet
ex dictis, & notant Aret. Dec. & alij in c.
1. de probat. Peregr. lib. 1. de iure fiſci, tit.
de his, qui iura fiſcalia habent nu. 34. Au-
frer. in clem. vt clericorum n. 16. de offic.
ordinar. Ferret. in repet. cap. 1. nu. 10. de
probat. & alij paſſim.

Confirmantur diſcuſſa in hac quæſtio-
ne, nam multi tenẽt, quos ſequitur Vaſq.
34 lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 5. nu. 10. † vt
vaſſalli relinquere poſſint eorum Princi-
pem, qui eſt ignauus, & negligens ad eos
regendos, & gubernandos, & alteri Prin-
cipi meliori ſe tradere, qui eos benè gu-

bernet, quorum opinionem veram non
35 puto: † Subditi enim non habent poteſtatem deponendi eorum Principem,
quamuis hoc eſſet deductum in pactum,
vt eſſet in poteſtate ſubditorum deponere Principem, nam tale pactum eſſet nullum, ex quo daret ſubditis occaſionẽ delinquendi: Populi enim de facili obcæcantur proprijs paſſionibus, & præcipuè vulgus, vt omnibus eſt notum, & ſic etiam ſine cauſa legitima excitarent ſeditionem
36 contra proprium Principem, † & conſequenter nè ſubditi grauarẽtur, nec Principes; reſidet hæc poteſtas in ſolo Summo Pontifice, qui talem habet poteſtatem, vt dictum eſt, vt poſt Bald. Felin. & alios, notat Azor. loc. cit. & probaui etiam in tracta. de domin. iuriſdictionis Regi competenti. quæſtio. 4. & hæc ſatis ſint pro hac quæſtione, nam pro reliquis, videri poſſunt Authores in ea citati, quod Victoria etiam inſinuat, quem probat Salas diſp. 8. de legib. ſect. 14. num. 73. §. ſed quo iure, vt iure naturæ reparatio Reipublicæ ſpectet ad Rempub. vt præcepta faciat tunc ad pacificandum Regnum, ad obuiãdum Seditionibus, & diuiſionibus ipſius, & conſtituendum ſibi certum, & indubitatum Principem ſi plures ſint, qui ſe principes aſſerant; vt igitur ſuauius hæc fiant, ad Summum Paſtorem tunc habetur recurſus, vt dictum eſt.
38 Sic etiam licet Epiſcopi poſsẽt tempore ſchiſmatis ſe conuenire, & tractare de vero Pontifice eligendo, & declarando, quia ipſi tunc totam Chriſtianam Rempub. repreſentant. Attamen, vt ſuauius id fieret, indicitur concilium generale, vt tract. 1. de cenſuris, dixi, & introductum eſt, vt ad ſolum Collegium Cardinalium hoc ſpectet, vt ex tex. in c. vbi periculum, de elect. in 6. & alijs notat Salas vbi ſupr.

SVMMARIVM.

DE Dominio Monarchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ, quinam tractent, recenſentur. nu. 1.

Dominium, vel eſt iuriſdictionis, vel proprietatis, & vtrumque explicatur num. 2. & 3. Vtrumque habere originem de iure gentium narratur. nu. 6.

Dominium ſumitur in iure pro dominio proprietatis. num. 4. Quando dicatur plenum, & quãdo nudum declaratur num. 5.

Gentes ob quas cauſas ſibi diuiſerunt dominia rerum, declaratur nu. 7.

Poſſeſſio cur dicatur quaſi pedum poſitio, traditur nu. 8.

Mercurium fuiſſe primũ, qui homines ad vitã ſociabilem reduxerit, eſſe merum figmentum, traditur nu. 9.

Cain dicitur primus, qui Ciuitates ædificare cœpit, & homines ad viuendum in communi duxit, ac tributa eis impoſuit, & cur id fecerit, traditur nu. 10.

Communitas alia eſt familiaris, & alia Politica, & vtraque explicatur. nu. 11. quænam ſit perfectior, declaratur nu. 14. & ſeqq.

Poteſtas mariti in vxorem, & parentũ in liberos, à quo ducat originem. declaratur nu. 12.

Homo indiget adiutorio alterius hominis. nu. 13.

Politica communitas, & poteſtas quænã ſit, ex quibus conſtituatur nu. 15. Vt ſit perfecta requirit publicam poteſtatem, & ad quem finem traditur. nu. 18. Quo iure ſit introducta. nu. 19. In quot ſpecies diuidatur num. 20.

Familiæ particulares an dicantur intẽdere bonum commune. nu. 16.

Quæ non ſunt in ſingulis, qualiter ſint in omnibus. nu. 17.

Monarchia ſignificat vnum Principem ſiue Principatum, quod declaratur nu. 21. Inter modos gubernandi primũ locum obtinet, quod declaratur, tam ex gubernatione vniuerſi, quam etiã ex ipſamet natura, & alijs modis nu. 25. cum ſeqq. Eius gubernium eſt alijs antiquius. nu. 32.

Ariſtocratia iddem eſt, ac Principatus, ſiue gubernium Optimatum. nu. 22. Solet eius gubernium verti in ſæditiones. nu. 40.

Democratia iddem ſonat, ꝙ gubernium commune per viros nobiles, ac plebeos, quod explicatur num. 23. Eius gubernium in Sæditiones, & alia mala verti ſolet, quæ recenſentur. nu. 40.

Leges habent ſua peculiaria nomina ex modo gubernandi cõmunitatem, quod declaratur nu. 24

Quot capita, tot ſententiæ, quomodo hoc dictum intelligatur. nu. 26.

Ari-

Ariſtoteles ex recto gubernio vniuerſi, agnouit vnum eſſe Principem, qui illum gubernat. num. 28. Cur Monarchia ei tribui ſoleat, aperitur nu. 41.

Natura docuit omnes, etiam ratione carentes, vt in gubernio vnus ſit Princeps, quod multis exemplis etiam planetarum, & animalium, declaratur num. 29.

Apes vnum agnoſcunt Regem. nu. 30.

Grues, qualiter vnum ſequantur Duc͠, traditur nu. 31.

Romanus Populus tunc ſibi nationes alias ſubiugauit, quando per vnum Principem fuit rectus. nu. 33.

Gubernium Monarchiæ non ſolum eſt alijs vtilius, & antiquius. num. 25. & 32. Sed eſt etiam firmius, ac diuturnius. nu. 34. Quãtum habeat admixtum de alijs duobus gubernandi modis, aperitur num. 35. Rarò verti ſolet in tyrannidem, quod explicatur. num. 39.

Princeps, qui virorum prudentum cõſilio gubernat, multa bona exercet, quæ recenſentur nu. 36.

Conſiliarij an dicantur ingredi ad gubernium Principis, declaratur nu. 37.

Conſuetudo poteſt introducere, vt Princeps teneatur aliorum virorum prudẽtum in gubernio adhibere cõſilium, quod explicatur nu. 38.

Monarcha ſolùm cognoſcit de cauſis temporalibus, non autem de ſpiritualibus quod probatur. nu. 42.

Papa, Epiſcopi, & omnes Sacerdotes ſunt ſuperiores etiam Monarchis in ſpiritualibus. nu. 43.

Princeps tenetur Epiſcopis aſſurgere, eosq; honorare, & in Sede honorabili iuxta ſe tenere. nu. 44.

Quid ſit dominium Monarchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ, & quod eorum ſit melius.

QVÆST. IX.

1 DE hac quæſtione plura tradunt Ariſtot. lib. 8. Aethic. cap. 10. & alibi, D. Thom. lib. 1. de regim. Princip. ferè per totum, & alij, quos cumulant Vaſq. lib. 1. controuerſ. il[illegible] cap. 4. cap. 41. num. 32. & ſequen. & alibi, Bobadilla in ſua polit. lib. 1. cap. 1. Azor. par. 2. moral. lib. 10. cap. 1. quæſt. 2. Suar. lib. 3. de leg. cap. 2. nu. 3. & cap. 4. per totũ: ſed potiora ſecernam.

2 Dico primo dominium ſumi dupliciter; Primò pro dominio iuriſdictionis, Secundò, pro dominio proprietatis. Dominium iuriſdictionis idem eſt, ac Imperium, dominatus, ſeu dominatio, ſiuè poteſtas quædam dominandi, ac gubernandi ſubditos, & hoc vel eſt Eccleſiaſticum, quod reſidet penes Summum Põtificem, & alios Prælatos Eccleſiaſticos, vel eſt ſæculare, quod reſidet penes Principes ſæculares, vt colligitur ex dictis ſupra quęſt. 2. & ſæpe alias, D. Thom. in tract. de potẽ. quæſt. 7. art. 10. & alij penes Sayr. lib. 9. Clau. Reg. cap. 2. ſub num. 1. & nu. 2. Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 3. dubitat. 1. nu. 2. & alij, & ſic ſumitur 1. Machab. 11. ibi, Rex Ptolomæus obtinuit dominium Ciuitatum vſque Seleuciam Maritimam, & alibi pluries.

3 Dominium proprietatis eſt ius quoddam diſponendi de aliqua re, etiam ratione carenti, vt in prædijs, in equo,
4 & ſic de alijs, † & hoc modo ſumitur communiter in iure noſtro in titu. de acquirend. rerum dom. vt optimè aduertunt
5 Præfati Doctores, † & hoc dominium, vel eſt plenum, & perfectum, dum aliquis habet proprietatẽ, ac fructus ſuarum rerum: vel eſt imperfectum, vt ſi quis habeat nudam proprietatem, & hoc dicitur dominium directum, & alter habet vſumfructum, & hoc dicitur dominium vtile, & de hoc dominio hic non loquimur, videri tamen poſſunt Doctor. cit. ſic etiam Bar. in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquir. poſſ.

6 Dico ſecundò, vtrumque dominium habere originem de iure gentium: de primo iam patet ex dictis quęſt. 1. de ſecundo ꝓbat tex. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & hoc ſciunt omnes: Gentes enim, quia in communione viuere non poterant,
7 cum communio pariat diſcordiam, & negligatur, quod communiter poſſidetur, & ob alia incommoda: ideo diuiſerunt ſibi bona, iuxta illud, quicquid calcauerit pes tuus, tuum ſit: & ſic ſciunt omnes, vt
8 ex hoc cœperit poſſeſſio, † quæ dicitur, quaſi pedum poſitio, quia pedum poſitione acquiri cępit: de qua re diſputant Do-

ctor. in l. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. quod omitto.

Illud tamen eſt aduertendum, quod li-
9 cet aliqui velint, † Mercurium fuiſſe primum, qui homines in Communitatem, & ad vitam ſociabilem reduxerit, tamen, vt docet D. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 4 & alibi, & probant alij, quos ſequitur Bobadilla d. cap. 1. ſub nu. 5. Hæc eſt fabula, & merum figmentum, ſine ratione excogitatum: nam quaſi ab initio mundi hoc
10 introductũ fuit, † quia Cain fuit primus, qui Ciuitates ędificauit, & populos ad vitam ſociabilem, & ad habitandum in cõmuni reduxit, & cõſequenter diuiſit terminos inter Ciuitates ædificatas, vt inter eas eſſet diuiſio, vt poſt Ioſeph. lib. 1. de antiquit. tempor. & alios notat Bobadilla d. cap. 1. num. 6. cum ſequen. & dixi ſupra quæſt. 1. nu. 27.

11 Dico tertio, hominum communitatẽ aliam eſſe familiarem, & aliam politicã; familiaris Communitas, vt tetigi ſupra quæſt. 1. inchoatur ex coniunctione Ma-
12 ris, & fœminæ, † & per hanc maritus poteſtatem habet in vxorem: ſic etiam Parentes in liberos, nam ex hac coniunctione proximè ſequitur, ſocietas liberorum:
13 cum parentibus. † His accedit coniunctio aliqua ſeruitutis, famulatus, ſiue dominij vnius perſonæ in aliam, vel alias: quoniã moraliter loquendo, homo indiget adiu-
14 torio, & miniſterio alterius hominis, † & hæc Cõmunitas, licet in genere ſuo, nempe in ordine ad domeſticam, ſiue œconomicam gubernationem ſit perfecta; tamẽ quoad politicam eſt imperfecta, quia reſpicit bonum particulare ſingulorum, & ex natura rei inſufficiens eſt ad perfectam Communitatem, ad quam eſt neceſſaria politica, vt mox dicetur.

15 Politica Communitas eſt illa, quæ ex pluribus, ac diuerſis familijs aliquam, vel aliquas Ciuitates conſtituit, & multoties in Principatum, Regnum, vel Imperium augetur, & per hanc conſtituitur perfecta
16 Communitas: † licet enim nulla familia ex ſe ipſa intendat commune bonum, nec in ſe habeat omnia myniſteria, ac omnes artes neceſſarias ad vitam humanam, & multo minus ſit ſufficiens ad aſſequẽdam neceſſariam cognitionem omnium rerũ, vt ad ſenſum patet: in Communitate ta-
17 men politica hæc omnia habẽtur: † nam quæ nõ ſunt in ſingulis, ſunt in omnibus perſonis Communitatis, & ſic ſunt in ipſa Communitate, vt eſt axioma vulgatum, & commune omnium, & conſequenter eſt perfecta Communitas.

18 Dico quartò, vt hæc Communitas politica ſit ex omni ſui parte perfecta, requirit neceſſariò poteſtatem publicam, ex qua gubernetur, & per quàm eius bonum publicum conſeruetur, quia vt ex D. Th. lib. 1. de regim. Princip. cap. 1. & alijs notaui ſuperius quæſt. 1. & 4. nullum corpus cõſeruari poteſt, niſi habeat aliquod principium, ſiue caput, ad quod ex officio pertineat procurare, & intendere commune bonum ipſius corporis. vt loc. cit. declaratum eſt, & ſic patet, quod hæc poteſtas politica tũc cæperit, quando plures familiæ in vnam Communitatem perfectam con-
19 gregari cœperunt: † Quæ quidem poteſtas, licet conformis ſit iuri naturali, nihilominus eſt de iure gent. vt loc. cit. explicatum eſt.

20 Dico quintò varios modos politicæ gubernationis excogitatos eſſe, ac introductos, prout homines illius Communitatis ſe determinarunt ad certum modum poteſtatis, & regiminis, & idcirco politica gubernatio diuiditur in tres relatas ſpecies, videlicet in Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam, vt per Ariſt. 3. polit. cap. 5. & 8. Aethic. cap. 10. & per alios authores cumulatos initio huius quæſtionis.

21 Monarchia eſt nomen græcum, & latinè idem ſonat, quod regnum, & eſt, quando Communitas gubernatur per vnum caput, ſiue Principẽ, nã Monos, gręcè, latinè ſignificat vnitatẽ, & Archos, denotat Principem, & ſic Monarchia ſignificat vnum Principem, ſiue Principatum, vt poſt alios notat Bobadilla dict. cap. 1. ſub num. 14.

22 Ariſtocratia eſt etiam nomen Grecum, & latinè idem ſignificat, quod Principatus Optimatum, quia nempè tunc Communitas gubernatur, & adminiſtratur per paucos, & optimos viros, qui ad communem Reipublicæ vtilitatem, & commodum gubernant: nam iſti recta conſilia dare ſolent, bono communi proſpiciunt, prudentia, ſapientia, alijſque virtutibus vigent, ac decorantur, & ita hodie plures Communitates reguntur, vt Reſpublica Venetorum: & aliæ plures, de qua materia tractat Bobadilla cap. 1. nu. 13.

23 Democratia eſt etiam nomen græcum, & latinè idem denotat, quod popularis Prin-

Principatus; quia nempè Communitas
regitur, & gubernatur per plures etiam
plebeos viros, Bobadilla d.cap.1.nu.14.
24 Ex his regiminum modis, etiam leges
diſtinguuntur, & diuiduntur, nam quan-
do eſt Monarchia, tunc leges vocantur
Conſtitutiones Principum, leges Regiæ,
ſanctiones, & ſic de alijs: ſi eſt Ariſtocra-
tia, tunc leges vocantur Senatuſconſulta,
Reſponſa prudentum: Si verò ſit Demo-
cratia, tunc vocatur Plebiſcita, vt latiſſi-
mè probat D.Thom.1.2.quæſt.96.art.1.
Sot.lib.1.de iuſt.& iur.quæſt.6.art.1.&
alij; penes Sayr.lib.3.Clau.Reg.cap.3.nu.
9.quæ omnia etiam habentur in Inſtit. in
tit.de iur.naturali gent.& ciuil.vbi, & le-
ges prædictæ, & modi gubernandi nar-
rantur.
25 Dico ſextò inter modos gubernandi,
Monarchiam obtinere primatum, quia
melior eſt, & per eam commodius proui-
detur Communitati, quam per alios duos
gubernandi modos: ita Ariſt. loc.cit.&
omnes alij, initio quæſtionis relati: ha-
betur etiam in l.neceſſarium §.nouiſſimè.
ff. de orig.iur. vbi omnes, & probatur fa-
cilè, Primo quia licet omnes prędicti
modi gubernandi poſſent eſſe boni, &
vtiles Communitati, quia intendant
26 commune bonum Reipublicæ: † nihilo-
minus quò plures ſunt, qui gubernant: eo
magis inter ſe ſolent eſſe moribus, & vo-
luntate diſcordes, iuxta illud commune
pronunciatum, quot capita, tot ſentẽtiæ:
& etiam quia ſinguli amant propriam,
non autem aliorum vtilitatem, & com-
modum.
27 Secundò colligitur ex prouidentia, &
gubernatione vniuerſi, quam etiam Gen-
tiles Philoſophi cognouerunt eſſe perfe-
28 ctam, & optimam, † & ex ea Ariſtot.12.
met.in fine, concluſit, eſſe Monarchicum
gubernium, dicens, vnus ergo Princeps,
quia dum ita optimè gubernatur, vnus eſt
omniũ Monarcha, & gubernator Deus,
& hac de cauſa, voluit Dominus, vt vnus
tantùm eſſet Summus Põtifex ſuæ Eccle-
ſiæ Caput, & Rector, independens ab om-
ni alia poteſtate humana, vt dictum eſt
ſupra q.1. nu.32.& ſeq.
29 Tertiò comprobatur ex ipſamet natu-
ra, quæ voluit, quod vbicunque ſunt plu-
ra, quæ naturaliter reguntur, ſit vnum ca-
put, quod cætera regat, & gubernat: ſic in
mũdo vnus eſt Sol, qui præeſt diei, vna eſt
Luna, quæ nocti præſidet. Vnum eſt pri-
mũ Cœlum, & vnus primus motus, à quo
reliqui Cœli, & motus conſeruantur. In
corpore animali, vnum eſt cerebrũ, a quo
ſenſus omnes ducuntur. Vnum eſt cor, a
quo omnes corporis motus dependent.
Vnum eſt caput, à quo cætera membra
diriguntur, & conſeruantur. Sic etiam
animalia hanc gubernationem agnoſcũt;
30 † Apes enim vnum ſibi Regem agnoſcũt,
& ſi plures eiuſdem conditionis naſcãtur,
vnum relinquunt, & omnes alios occi-
31 dunt, vt vnum habeant Regem. † Grues
vnum ſequuntur Ducem: In gregibus, &
armentis vnus eſt Dux, ac ductor, qui alijs
etiam præeſt, & ſic de alijs, vt ex Ariſt. &
alijs, reaſſumunt Bobadilla d. cap. 1. ſub
nu.15.& alibi, Azor.d. cap.1. quæſt.2.§.
quibus in locis, qui plures alias aſſignant
rationes.
32 Inſuper hæc gubernatio eſt alijs anti-
quior, & vtilior, licèt enim Romanus Po-
pulus habuit hos tres modos gubernij,
quia rectus fuit, & gubernatus per Reges,
per Conſules, & per populum. l.2. ff. de
orig.Iur.& toto tit.Inſtit.de iure naturali
33 gent. & ciuil. † numquàm tamen deuenit
ad terminum ſibi ſubiugandi nationes a-
lias, niſi quando reducta fuit gubernatio
ad Monarchiam, tempore videlicet Cæſa-
ris Auguſti, vt omnes ſciunt.
34 Eſt etiam firmior, & diuturnior, vt di-
ſcurrendo per varias hyſtorias, notant cõ-
muniter Authores, & vbicunque quaſi lo-
35 corum recepta eſt, † quamuis raro ſit ſim-
plex, quia ſuppoſita fragilitate, malitia, &
ignorantia hominum: iudicatum eſt, eſſe
valde expediens admiſcere aliquid ex cõ-
muni gubernatione, quæ per plures fit, vt
Monarchia non conuerteretur in tyran-
nidem.
36 Sic etiam, quia optimus Princeps non
gubernatur ex ſuo ſolo arbitrio: ſed con-
ſilio, prudentia, & ſapiẽtia aliorum viro-
rum prudentum, ex quorum operibus, &
conſilio adiuuatur in eius adminiſtratio-
ne, vt iuſtas leges promulget, optimos vi-
ros in magiſtratibus ponat, iuſta tributa,
& ex iuſtis, ac neceſſarijs cauſis populo im
ponat, & alia faciat, quæ eius optimam
gubernationem concernunt: & ſic inclu-
dit in ſe modos gubernandi Ariſtocratiæ,
37 & Democratiæ, † quia licet illi viri non
ingrediantur ad talem gubernationem,
niſi ex Principis mandato, ab illis tamen
adiuuatur, & in hoc attenditur conſuetu-
do, vt notat Suar.d.cap.4. qui licet nemi-
nem

nem citat, vti in re clarà, idem probant
plures, quos ſequuntur Vaſq. lib. 1. con-
trouerſ. illuſtr. cap. 23. nu. 3. Bobadilla in
ſua Polit. lib. 2. cap. 6. nu. 16. in fine, licet
enim Principi fuerit à populo conceſſa
talis poteſtas, vt quæſt. 1. dictum eſt: poteſt
tamen ab eodem populo, vel per conſue-
38 tudinem introduci, † vt Principes ſint
obligati admittere alios viros in dicto gu-
bernio, vt cum eorum conſilio, pruden-
tia, & ſapientia gubernent, & ſit guber-
nium magis expediens communitati, &
populus etiam illis magis obediant.

39 Eſt etiam commodior gubernatio, quia
40 hæc raro vertitur in tyrannidem, † & fa-
cilius in eam vertuntur alij duo modi gu-
bernandi, qui ſæpiſſime in ſeditiones, pa-
ctiones, ac alia mala conuerti ſolent: nam
ſciunt omnes, quòd Populus multoties ſi-
bi non coſtat; in varia dubia, ac ſtudia
etiam mala diuertitur, & longè maior eſt
ſæuitia populi, ac plebis, quàm Principis,
vt omnes ſciunt.

41 Solet Monarchia tribui Ariſtoteli, non
quod ipſe fuerit ipſe inuĕtor, coſtat enim
cœpiſſe ab origine mundi, tempore Cain,
Nembroth, & aliorum, vt dictum eſt: ſed
ei tribuitur, quia multis medijs, & ratio-
nibus illam probat, & præfert alijs duob.
modis gubernandi, vt optimè notāt præ-
narrati Doctores.

42 Poſtremò ſequitur, falsò ſummi hoc
nomen per aliquos Authores, vt nempè
Monarcha in ſuo dominio poſſit etiā co-
gnoſcere de cauſis ſpiritualibus, ea moti
ratione, quia ſolus eſt, qui præeſt in ſuo
Regno, nec alium habet Superiorem: nā
vt ex dictis cernitur, eſt ratio inanis: verū
eſt quidem, vt hæc gubernatio vnū agno-
ſcat Principem, nec alium habeat Supe-
riorem: ſed hoc procedit intra latitudinē
ſuæ iuriſdictionis, & ſic in temporalibus,
vt ex dictis cernitur; dummodò etiam ſua
poteſtate vtatur, vt decet, vt patet ex di-
ctis quæſt. præcedenti: aliter enim poſſet
ſuo Regno priuari, vt loc. cit. explicatum
eſt: ſed in ſpiritualibus nullo modo con-
43 uincit ratio. † Certum eſt enim, & ſalua
fide negari non poteſt, vt omnes Princi-
pes, & Monarchæ non ſolùm Summum
Pontificem habeant ſuperiorem, modo
explicato. Quæſt. præced. Sed etiam om-
nes Epiſcopos, & Sacerdotes in ſpiritua-
libus, quia in ipſis, etiam volĕtibus, Eccle-
ſiaſticis, iure ſe intromittere non poſſunt,
vt multoties replicatū eſt, præcipuè par. 2.
44 in tit. de perſon. quæſt. 7. † & ideo tenen-
tur etiam Principes non ſolùm Epiſco-
pos, & alios Prælatos honorare, ſed eis
etiam aſſurgere debent, & iuxta ſe vene-
rabilem Sedem aſſignare cap. ſolitæ, de
maiorit. & obed. cap. boni Principis, diſt.
96. cum alijs cumulatis per Salas diſp. 14.
de legib. ſect. 8. ſub nu. 104. §. Propterea
Principes.

SVMMARIVM.

Princeps in lege condenda debet attendere ſubditorum, nō autem propriam vtilitatem, quod declaratur. nu. 1.

Procurare debet, vt leges paucæ ſint, & obſeruentur, nu. 21.

Tyrandus dicitur, non legitimus Princeps, qui proprium commodum, non autem ſubditorum vtilitatem reſpicit. num. 2.

Lex qualiter ſit actus intellectus, & qualiter ſit actus voluntatis, explicatur nu. 3. & 4. quas debeat habere conditiones, vt ſit vera lex, declaratur. nu. 5. 10. & 14.

Lex humana eatenus eſt iuſta, quatenus deriuatur à lege æterna, & qualiter eueniat, traditur num. 6. & 7.

Lex æterna, quid ſit, traditur. nu. 7.

Leges latæ in fauorem particularium perſonarum, an dicantur bonum commune reſpicere, explicatur. nu. 8.

Bonum commune Reipublicæ non ex Legiſlatoris intĕtione, ſed ex re ipſa ſpectatur. nu. 9.

Intentio mala Principis non attenditur; ſi lex in ſe ſit iuſta, & ratio traditur. num. 11.

Princeps non poteſt obligare populum ad obſeruandam legem iniquam, quod explicatur. nu. 12. & ſeq.

Lex iniqua non eſt lex, & ratio traditur num. 13.

Princeps, & Iudices ex quibus corrumpi ſoleant. num. 17.

Lex debet omnes caſus prouidere, & pauca Principi, ac iudicibus determinanda relinquere; quod declaratur. n. 15. & ſeqq. debet eſſe regula, & norma, ſecundū quā Princeps gubernat populos ſibi ſubiectos, & ratio traditur. nu. 18.

Nihil intereſt, vt lex ſit bona, ſi non obſeruetur. nu. 19.

Le-

Digitized by Google

Legislator humanus an poſſit omnes caſus ſua lege comprehendere. nu.20.
Deus cur noluit omnes caſus ſua diuina Lege comprehendi, declaratur. nu.22.
Lex humana qua ratione extendatur de caſu ad caſum, ex eadem ſimili, vel maiori ratione traditur, num.23.
Compilationes deciſionum in diuerſis tribunalibus factarum, cur adinuentæ ſint, traditur, num.24.
Lex ciuilis qua ratione non prohibeat omnia vitia, aperitur. nu.25. & ſeqq.
Omnia vitia cauere non eſt omnium, nec multorum, ſed perfectorũ tantum, quod declaratur, nu. 26.
Ad ius canonicum ſpectat omnia vitia prohibere, nu. 28.

Quid debeat attendere Legiſlator in lege, & an per illam debeat omnes caſus prouidere.

QVÆST. X.

DE hac quæſt. agunt Doctores in l. 1. & 2. ff. de leg. in cap. Erit autem lex 4. diſt. D.Thom.2.2. q.90. vbi omnes eius expoſitores Vaſq. lib. 1. cõtrouerſ. illuſtr. cap. 1. 2. 3. & 50. & alij plures, penes Sayr. lib. 3. Clau. Reg. cap. 1. n. 7. & ſeq. & Suar. lib. 1. de leg. cap. 6. cum ſeq. ex quorum dictis ſubijciam ſequentes cõcluſiones ſiue dicta.

1 Dico primò in lege condenda attẽdere debeat ad communem populi vtilitatem, non autem ad proprium commodũ: quia Princeps eſt electus non ad propriam, ſed ad communem Reipublicæ vtilitatem:
2 † Hinc eſt, vt ille Princeps, qui ſuum cõmodum attendit, dicatur tyrannus, non autem legitimus Princeps, quia diſpoſitionem iuris, etiam naturalis non obſeruat iuxta eius officium, vt patet ex dictis ſupra quæſt. 2. & probant omnes citati Authores, præcipuè Vaſq. d. cap. 30.

3 Hinc etiam dicunt Doctores, † vt lex partim ſit actus intellectus, & partim voluntatis: Voluntatis quidem, quò ad ipſius promulgationem, & obligationem; In his enim neceſſaria eſt voluntas Legiſlatoris: aliter enim, nec lex promulgari
poteſt, nec etiã obligabit, ſi Princeps nol-
4 let populum obligare. † Eſt actus intelle-
ctus, quòad directionem, quoniam in
lege condenda eſt neceſſarium rectum iu-
5 dicium, † vt nempè lex ſit iuſta, honeſta,
poſſibilis, commune bonum reſpiciens, &
ſic de alijs iuxta tex. in cap. erit autem lex
diſt. 4. D. Tho. 1. 2. quæſt. 95. art. 3. vbi om-
nes eius expoſitores, & quæſt. 90. art. 1. &
alij plures, quos ferè in vnum cumulant
Sayr. lib. 3. Clau. Reg. cap. 3. n. 6. Suar. lib.
primo de leg. cap. 5. cum pluribus ſeq. Sal.
diſp. 1. de leg. ſect. 5. cũ ſeq. & dixi in tract.
6 de leg. quæſt. 13. quod eſt clarum. † nam
lex humana eatenus dicitur lex iuſta, qua-
tenus deriuatur à lege æterna, ac naturali,
& ſic vt Legislator iuſtam legem promul-
get debet conſiderare quid rationi ſit cõ-
ſentaneum, quid Reipublicæ, ſiue Com-
munitati conueniens, & conſequenter
quid pro tempore iubendum, vel vitan-
dum ſit, vt docet D. Aug. in Exodo quęſt.
7 67. ibi, † lex æterna eſt, quam conſulunt
omnes piæ mentes, vt quod in ea inuene-
rint, vel faciant, vel iubeant, de qua mate-
ria plura dixi in tract. de leg. quæſt. 11.
8 Nec vrget, quod plures leges ſint latæ
in fauorem minorum, mulierum, militũ,
& ſic de alijs, quia etiam iſtæ leges bonum
commune ſubditorum reſpiciunt; nam
cõmmodum illorum priuatorum redun-
dat in vtilitatem, & commodum totius
Communitatis, ex quo Reipublicæ inte-
reſt, ne Ciues ipſius opprimantur ab alijs,
vt notant omnes Authores initio quæſt.
relati, & eſt omnibus notiſſimum, etiam
iunioribus.
9 Dico ſecundò, Commune bonum Rei-
publicæ non ſpectatur ex Legislatoris in-
tentione, ſed ex effectu: nam licet Legiſ-
lator ex odio, vel alio malo fine ferat le-
10 gem, † ſi tamen lex illa in ſe ſit iuſta, hoc
tempore, & in hac gente cedat in bonum
commune Reipublicæ, ſufficit hoc ad le-
11 gis valorem, & iuſtitiam, † quia mala
intentio Principis ſe habet per accidens,
quoniam licet Legislator cum libidine
legem ferat, poteſt tamen legi iuſtæ ſine
libidine obtemperari, vt docet D. Aug.
lib. 1. de liber. arbitr. cap. 5. probat. Suar.
lib. 1. de leg. cap. 7. nu. 9. & hoc patet ex
terminis.
12 Dico tertiò non poſſe Legislatorẽ ob-
ligare populum ad obſeruãtiam legis ini-
quæ, quia talis lex non habet vim obligan
13 di, nec lex dici poteſt, † quia lex iniqua
non

non eſt lex : ex quò eſt contra legem æter-
14 nam, & caret debitis circumſtantijs, † cũ
lex debeat eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, ſe-
cundùm naturam, ſecundùm conſuetudi-
nem patriæ, tempori, locoq; conueniens,
vt dictum eſt, & probant D. Aug. d. cap. 5.
Vaſq. d. lib. 1. cap. 50. Sayr. d. cap. 1. lib. 3.
per totum, & omnes alij.

15 Dico quartò, vt lex debeat pro poſſibi-
li omnes caſus prouidere, & ferè nihil, vel
ad minus aliqua minima, & quæ in ſpetie
per legem prouideri nequæunt, Regi, vel
Iudicibus prouidenda relinquere. Hoc
dictum eſt omnium, & manifeſta ratione
16 patet, † quia lex deliberatione matura, &
ſapientum conſilio, vt plurimum fieri ſo-
17 let, & quæ publicę vtilitati cõſulat; Prin-
cipes tamen, & Iudices multoties feſtinã-
ter, & nubila mente, odij, amoris, vel cu-
piditatis à publico bono diſcedũt, vt poſt
Ariſt. 5. Polit. Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 5.
art. 1. & alios probat Vaſq. lib. 1. contro-
uerſ. illuſtr. cap. 1. nu. 11. cum ſeq. Bald. &
alij: ſic etiam D. Tho. 1. 2. quæſt. 75. art. 1.
ad 2. & 3. & alij innumeri, quos probant
Sayr. lib. 3. Clau. Reg. cap. 3. num. 3. dub. 3.
Sal. diſp. 6. de leg. ſect. 2. ſub nu. 7. cum ſeq.
18 qui omnes docent, † vt in omnibus fieri
debeat prouiſio per leges, quæ ſint poſtea
norma, & regula, quibus Princeps ſubie-
ctos ſibi populos gubernet, & magiſtratus
19 bonos eligat, vt leges obſeruent, † quoniã
nihil intereſt bonas eſſe leges, niſi adſint
magiſtratus boni, qui eas leges ab omnib:
ſeruare faciant, vt optimè docent prædi-
cti Authores. Eſtq; per ſe notum.

20 Verùm quia Legiſlator humanus etiãſi
omnes caſus præuideret, non poſſet illos
in particulari compræhendere ſub aliqua
lege, tùm ad euitandam prolixitatem, &
confuſionem, quam in legibus induceret:
tùm etiam, ne populos oneraret legũ mul-
21 titudine. † Princeps enim debet operam
dare, non vt multas condat leges: ſed ſa-
lutares, & paucas, quæ benè ſint inſtitu-
tę, ne populi oppreſſi multitudine legum,
eas voluntariè violent, ſed cũ paucæ ſunt,
facilius in cognitionem veniunt, & à po-
pulis obſeruãtur, vt poſt Curo palat. Plat.
lib. 9. de leg. Alex. Rebuff. Azor. & alios
plures, probat Salas diſp. 6. de leg. ſect. 3. &
22 hac de cauſa, † licet Deus, qui eſt infinitè
ſapiens, potuiſſet omnes caſus in ſua diui-
na lege compræhendere, nam ſua ſcientia
infinita certò ſcit omnia, non ſolùm futu-
ra, & contingentia, ſed etiam, quæ fieri
poſſent, vt eſt certiſſimum, & inconfeſsũ
apud omnes Catholicos: attamen, quia
naturæ humanæ dabat legem, vt illi ſe ac-
commodaret, noluit omnes caſus ſua lege
compræhendere, vt notant prænarrati
Authores, & ſic etiam in illa lege habet lo-
cum iuſta interpretatio, vt dicetur infra
quæſt. 16.

23 Hinc factum eſt, vt in lege, præcipuè
humana, fiat extenſio de caſu ad caſum,
quàmuis caſus ille non ſit compræhenſus
in verbis, quia ſufficit ratio legis, nam lex
per eandem, vel ſimilem rationem exten-
ditur de caſu ad caſum, & multoties verba
legis impropriantur, vt caſus ille compre-
hendatur in ipſa lege, ad hoc, nè lex illa,
vel dicatur fruſtatoria, vana, & inutilis,
vel nè arguatur de iniuſtitia, vel de alia
abſurditate, vt probant Abb. & Canoni-
ſtæ cõmuniter in cap. 1. nu. 14. de Conſtit.
Bar. & alij in l. omnes populi ff. de Iuſt. &
iur. Couar. Nauar. Menoch. Maſcard. &
alij, quos probat Suar. lib. 6. de leg. cap. 2.
nu. 7. & cap. 3. & 4. vbi hanc illationem
latiſſimè examinat, & eſt manifeſtum,
24 † nam hac de cauſa factæ ſunt compila-
tiones multarum deciſionum in diuerſis
tribunalibus factarum, quoniam dum om
nes caſus non poſſunt per leges prouideri,
nec complecti, ideo vel à ſimilibus, vel à
paritate, ſiue maioritate rationis, caſus
contingentes deciſi ſunt per dicta tribu-
nalia, vt ſciunt omnes, & notat præcipuè
Theſaurus in præfat. ſuarum deciſion. &
alij; penes Io. Baptiſtam de Thoro in prę-
fat. ad compend. deciſ. Neapol.

25 Hinc etiam patet, quod lex ciuilis non
prohibet omnia vitia, quę ſunt cõtra om-
26 nes virtutes, † nam omnia vitia cauere
non eſt omnium, nec multorum: ſed per-
fectorum tantùm, & conſequenter dum
lex ciuilis debet eſſe accommodata huma-
nę Communitati, ſecundùm naturalem
27 conditionem ſpectatæ: † idcircò per le-
ges ciuiles ea tantùm prohibentur vitia,
quæ publicam pacem, & quietem pertur-
bare ſolent, & à quibus maior pars multi-
tudinis hominũ abſtinere poteſt, vt ſunt
præcipuè illa crimina, quæ habent anne-
xam iniuſtitiam, vt homicidia, furta, adul-
teria, fraudes, & ſimilia, vt docet D. Aug.
lib. 1. de liber. arbitr. cap. 5. D. Thom. 1. 2.
quæſt. 96. art. 2. vbi omnes eius expoſito-
res, Sot. & alij, quos probat Sayr. lib. 3.
Clau. Reg. cap. 3. n. 5. & ſeq. & lib. 8. cap. 2.
Suar. in tract. de leg. lib. 3. cap. 12. num. 12.

qui

28 qui omnes etiam docent; † vt prohibere omnia vitia pertineat ad ius canonicum, prout latiſsimè dixi in tract. de leg. quæſtio. 28.

SVMMARIVM.

Conſilium non habet rationem legis, quod declaratur. nu. 1. & 4.

Conſilium non tantùm à perſona publica, ſed etiam à priuata dari poteſt. nu. 2.

Non dicitur eſſe in Principe, nec cū Principe, ſed penes Principem quod declaratur. nu. 16.

Votum conſultiuum habens, non habet poteſtatem iudicandi, ſed ille, qui habet votum deciſiuum. nu. 3. & 17.

Conſilium ſi ſumatur pro tota gubernatione, & prouidentia Legiſlatoris an ad rationem legis pertineat, declaratur. num. 5.

Conſilia Euangelica licet humana lege præcipi nequeant, non tamen ſunt cōtraria naturæ humanæ, & hæreticos eſſe contrarium tenentes, traditur. num. 6.

Præcepta diuina poſſibilia ſunt, & hæretici ſunt, qui tenent contrarium. num. 7.

Lex, vt ſit iuſta, & cæteras habeat circumſtantias ferri debet ex virorum prudentum conſilio. nu. 8. & 11.

Legem ferre eſſe rem grauem, explicatur. nu. 9.

Iudicium dicitur ſincerius, quod pluriū ſententia comprobatur. nu. 10.

Commodius, & facilius inuenitur, quod à pluribus prudentibus quæritur. nu. 12. & 20.

Princeps in noua lege condenda, vel in veteri abroganda, non tenetur ad validitatem legis aliorum conſilium adhibere, nu. 13. & ſeqq.

In lege condenda cur ſoleat aliorum conſilium adhibere, declaratur. nu. 15.

Etiam ſine cōſilio aliorum poteſt iuſtam legem proferre, quāuis id facere non debeat, & ratio traditur. n. 18. & 19.

Inimicus conſilij Prudentum, dicitur rationem ſpernere, & ratio aſſignatur. num. 21.

Quæ fiunt cum conſilio, cur rectè fiant, traditur. num. 22.

Rex noſter in ſuis Regnis licet habeat gubernium Monarchiæ, vt benè omnia faciat, ſecum prudentiſſimos conſiliarios ſemper habet, nu. 23.

Prorex in hoc Regno, dum via ordinaria procedit, & leges promulgat, neceſſariò tenetur adhibere conſilium Regentium Regiam Cancellariam, quod explicatur, nu. 24. & 25.

Papa ſolus poteſt leges condere, ſed cur Cardinalium adhibeat votum, traditur. nu. 26.

Suffragium maioris partis gubernantiū eſt neceſſarium ad leges ferendas, vel abrogandas, in gubernio Democratiæ, vel Ariſtocratiæ, nu. 27.

Quod maior pars facit, ab omnibus factum eſſe dicitur. nu. 28.

An Rex ad validitatem legis teneatur aliorum conſilium adhibere.

QVÆST. XI.

AD hanc quæſtionem faciunt diſcuſſa infra quæſt. 17. & de ea tractāt aliqua Vaſq. lib. 1. cōtrouerſ. illuſt. cap. 2. nu. 20. & cap. 23. Suar. lib. 3. de leg. cap. 15.

1 Pro dicendis ſit prima Concluſ. † Cō-
ſilium non habet rationem, nec poteſtatē
legis. Concluſio eſt D. Tho. 2. 2. quæſt. 92.
art. 2. ad ſecundùm, & de verit. quæſt. 17.
art. 3. ad ſecundum, & aliorum, quos probat Suar. lib. 1. de leg. cap. 14. nu. 10. & pa-
2 tet manifeſtè, † nam conſilium etiam a priuato dari poteſt, & ſic non requirit poteſtatem ſuperiorioris, & ſciunt om-
3 nes, † quòd habens votum conſultiuum non iudicat, ſed ille tantùm, qui habet votum deciſiuum, vt eſt vulgatum penes omnes, & conſtat ex terminis: ideo non cito Authores.

Nec obſtat Gloſa in l. legis virtus ff. de
4 leg. quatenus voluit, † etiam conſilium pertinere ad virtutem, & rationem legis: nam illam Gloſam damnant ibi Bart. & alij communiter, vt not. Suar. d. num. 10. ex ratione allata, & in vno tantùm ſenſu
5 ſaluari poteſt, † ſi conſilium ſumatur pro tota diſpoſitione, ſiue prouidentia Legiſlatoris circa gubernationem ſubditorum:

quoniam cum ad eum pertineat non tantùm præcepta, ſed etiam cõſilia dare ſubditis circa illa, quæ ſunt meliora, hoc modo conſilium pertinet ad virtutem legis,
6 † & ita ſunt cõſilia Euangelica, quæ Dominus noſter dedit, vt de charitate, paupertate, & obedientia ſeruanda, & ſic licet iſta per legem humanam præcipi nequæant, vt ex communi, & veriori ſententia probat poſt alios Salas diſp. 9. de legib. ſect. 3. nu. 41. cum ſeqq. vbi plures citat Doctores, tamen non ſunt contraria naturæ humanæ, ſed gratia Dei ſeruari poſſunt, & ſic tamquam Hęretici damnãtur illi, qui prætendunt, iſta conſilia eſſe
7 humanæ naturæ contraria, † vt fides docet, quæ etiam damnat vti hęreticos illos, qui, dicunt, mandata Dei eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, vt habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 6. Can. 18. nam ſecundùm ſe poſſibilia ſunt, & gratia Dei facilè obſeruantur. D. Thom. & alij plures, quos probat Suar. lib. 10. de legibus cap. 5. & dixi in tract. de legib. q. 26.
8 Secunda Concluſio, vt lex ſit iuſta, & cæteras habeat circumſtantias requiſitas, ferri debet ex multorum Prudentum cõſilio. l. humanum C. de leg. cum alijs innumeris cumulatis per Vaſq. lib. 1. controverſ. illuſtr. cap. 23. num. 2. Bobadill. lib. 2. Polit. cap. 6. ſub nu. 13. Suar. lib. 3. de leg.
9 cap. 15. nu. 3. & ratio eſt, † quia ferre legẽ eſt res admodù grauis, & pendet ex conſideratione diuerſarum circumſtantiarum, quæ meliùs à multis, quam ab vno atten-
10 duntur: ſic etiam, † quia ſincerius eſt iudicium, quod plurimorum ſententia cõprobatur, cap. prudentiam de offic. deleg. Anchar. & alij; quos probat Tuſchus in ſua practic. concluſ. in verbo conſiliũ plurium, concluſ. 774. vbi plura de hac mate-
11 ria tractat, & hac de cauſa, † etiam gentiles Imperatores in lege promulganda ſapientum conſilia, & ſuffragia adhibenda curarunt, vt diſcurrendo per totum corpus ciuile facile patebit, & poſt alios recollegit Bobadill. d. nu. 13. & conſequẽter patet explicata Cõcluſio, quam etiam
12 comprobat ratio alia, † quia commodius, & faciliùs inuenitur, quod à pluribus ſenioribus, & prudentibus quæritur, cap. de quibus 20. diſt. & ſic dum ſunt plures, & Prudentes, faciliùs inueniunt ea, quæ per legem prouideri debent.
13 Tertia Concluſio. In lege promulganda de nouo, vel in veteri abroganda, non eſt neceſſarium, vt Princeps adhibeat ad ſubſtantiam legis, & eius validitatem cõſilia, & ſuffragia virorum Prudentum. Concluſio patet ex dictis, & eam probant Gloſ. communiter recepta in cap. Ad Apoſtolicæ in princip. de ſentent. & re iudic. in 6. Cyn. Bart. & alij in d. l. humanum, & in l. fin. C. de leg. Vaſq. d. cap. 2.
14 nu. 20. Suar. d. cap. 15. nu. 3. & 4. † quia Princeps habens gubernium monarchichum ſolus populos gubernat, & ſolus habuit hanc facultatem condendi leges à populo, & leges conditas abrogandi, quãdo Reipublicæ non iudicantur cõuenientes, vt patet ex dictis, præcipuè quęſt. 1. 9. &
15 alibi, & dicetur etiam in ſeq. † & ſic Princeps adhibet conſilium virorum prudentum, non iam per modum limitationis ſuę poteſtatis, vt illa ſit ei communis cum illis prudentibus; ſed potius adhibet per modum myniſterij, vt in ſuis negotijs iuxtè procedat, & negotia rectè expediat, cap.
16 fundamẽta, vbi omnes de elect. in 6. & † ſic conſilium non eſt in Principe, nec cum
17 Principe, ſed penes Principem, † & Conſiliarij in lege condenda habent votum conſultiuum, non autem deciſiuum, vt patet ex dictis, & poſt Andr. Afflict. & alios, probat de Ponte in tract. de poteſt. Pro-
18 reg. tit. 7. §. 7. nu. 23. nam eſſe poteſt, † vt Princeps ſine aliorum conſilio ferat iuſtã legem, & cum debitis circumſtantijs, & attingat iuſtitiæ æquitatem, & Reipublicę vtilitatem, quo caſu non erit neceſſariũ aliorum conſilium, vt poſt Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Iaſon. & alios notat Suar. d. cap. 15. ſub nu. 3.
19 Benè verum eſt, quod in hoc caſu, Princeps malè faceret, ſuam præcipitando ſententiam, exponendo ſe periculo errandi, etiam cum ſcandalo aliorum, & damno Reipublicæ, quoniam, vt dictum eſt, ſincerius eſt iudicium, quod plurimorum
20 comprobatur ſententia, † & vbi maior eſt numerus conſulentium Prudentum, ibi præſumitur melius adeſſe zelum, cap.
21 eccleſia de elect. nam clarum eſt, † vt inimicus Conſiliorum, dicatur rationem ſpernere, nam ibi eſt ſalus, & omne bonũ, vbi ſunt multa conſilia, vt habetur Prou.
22 11. verſ. 14. † & illa, quæ cum conſilio aguntur, rectè fiunt, & qui taliter operantur, reguntur ſapientia, vt habetur Prou. 13. quod latius proſequitur Bobadil. dict. lib. 2. cap. 6. nu. 16. cum ſeq.
23 Rex noſter inuictiſſimus in omnibus

eius

us Regnis, & præcipuè in hoc Regno
noſtro habet gubernium Monarchiæ, &
ſic ſolus ipſe facit legem, quàmuis ob de-
centiam, & honeſtatem, & vt rectè omnia
faciat, cum prudentia, & omni integrita-
te, adhibeat, ſemper conſilium virorum
prudentum, quos ſecum tenet per viam
24 miniſterij, vt dictum eſt, † Attamen eius
Prorex, dum in hoc Regno legem pro-
mulgat, non poteſt ſolus id facere, quia
ipſe non habet ſolus hanc facultatem, ſed
ſimul cum Regentibus Conſilij Collate-
25 ralis, qui cum ipſo adſiſtunt, † nam omnis
eius iuriſdictio, & præcipuè dum proce-
dit via ordinaria, eſt illi communicata
cum dictis Regentibus, ex quorum tãtùm
votis, & non aliter, poteſt leges condere,
vt ex multis probat Regens de Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. titu. 12. in princip.
præcipuè nu. 27. & hoc eſt notum, & ideo
omnes Pragmaticæ factæ in hoc Regno
per eiuſdem Regni Proreges, hoc manife-
ſtant, nam dicit Prorex, cum conſilio, &
voto Collateralis Conſilij, apud nos exi-
ſtentis, &c. & ſic habent votum, & conſi-
lium deciſiuum, ſine quibus id facere ne-
quiret Prorex.
26 Inſuper Summus Pontifex multò ma-
gis poteſt ſolus condere leges, ſine aliorũ
conſilio, nam ipſe ſolus habet poteſtatem
à Deo immediatè, vt ſuperius dictum eſt,
quamuis tamen de honeſtate adhibere ſo-
leat conſilium Cardinalium, vt habetur
in cap. cuncta per Mundum. 9. quæſtio. 3.
cap. 2. de prębend. in 6. cum alijs innume-
ris penes Suar. lib. 4. de leg. cap. 3. nu. 14.
Salas diſp. 8. de leg. ſect. 3. num. 23. cum
ſequent.
27 Illud poſtremò aduertendum eſt, quòd
ſi Communitas regatur per Ariſtocratiã,
vel Democratiam, tunc ad nouam legem
ferendam, vel ad veterem derogandam,
eſt neceſſarium ſuffragium maioris partis
illorum, qui in illa gubernatione interue-
niunt, vt patet ex dictis quęſt. 9. & conſtat
ex terminis, quia poteſtas non reſidet tũc
in vna tantùm perſona, vt eſt, quando eſt
gubernatio per modum Monarchiæ, ſed
manet in congregatione multorum per
28 modum vnius corporis, & ſic, † quod
maior pars illorum conſtituit, & deter-
minat, id faciendum eſt, vt tot. tit. ff. quod
cuiuſq. vniuerſ. nom. l. quod maior. ff. ad
municip. & de incol. cum alijs cumulatis
per Suar. lib. 3. de leg. cap. 15. num. 4. & vt
dixi, patet ex terminis.

SVMMARIVM.

TRactatio legis diuinæ, & naturalis cur ad legiſtas nõ ſpectet, traditur nu. 1.

Papa ſolus declarat, & interpretatur legem diuinam in aliquo caſu non obligare. nu. 2.

Ius gentium, ſiue ciuile non mutauerũt ius naturale in eſſentia, ſed in materia ob diſtinctionem dominiorum, quod declaratur nu. 3. 5. 7. & 9.

Res creatæ recipiunt mutationem, etiam ſi in ſe ſint incorruptibiles. nu. 4.

Homo, cum ſit dominus ſuæ libertatis, ſe illa priuat, vel per peccatum, vel per contractum. nu. 5.

Cum vix poſſit verbis claris ſuum conceptum exprimere, ideo eſt neceſſaria interpretatio in eius dictis. nu. 26.

Reſpublica qua ratione ſuos ſubditos, & bonis, ac libertate priuet ex legitima cauſa, declaratur nu. 6.

Natura non ſolùm diuiſiones rerum nõ prohibet, ſed factam ſeruare mandat, & punit contrafacientes. nu. 8.

Ius ciuile cur præſcriptiones introduxerit, & dominia rerum mutauerit, ſolemnitates contrahendi, & diſponendi introduxerit, declaratur. nu 9.

Deus non poteſt mutare ius naturale, & probatur nu. 10. Non poteſt facere ea, quæ implicant contradictionem. nu. 11. Quæ ſunt mala, quia prohibita, poteſt Deus licita facere, non quæ ſunt mala, quia mala. nu. 12.

Præcepta veteris teſtamenti, & cæremoniæ fuerunt temporales, & lege Euãgelica ceſſarunt. nu. 13.

Chriſtus, dando noua præcepta in Euangelio, an derogauerit iuri naturali, declaratur nu. 14.

Lex veteris teſtamenti abrogata eſt per Chriſtum. nu. 15.

Princeps ſæcularis ex iuſtitia tenetur abrogare legem, quæ incipit eſſe damnoſa Reipublicæ, quod ſolidiſſimè probatur nu. 16. Non eſt propria abrogatio, ſed potius declaratio, legem illam ſe ipſa corruiſſe. nu. 17.

Circumſtantijs legis mutatis, ceſſat lex eſſentialiter, quod explicatur num. 16. & 18.

Princeps non poteſt ſine cauſa tollere legem iuſtam, & rationibus probatur. num. 19.
Rex Carolus ſuum adimpleuit officium, abrogãdo veteres conſuetudines pernicioſas, & nouas approbauit. nu. 20.
Interpretatio legis facta à Principe vim legis habet. nu. 21.
Leges interpretari debent ab eo, qui illas condiderunt. nu. 22.
Conſuetudo interpretatur legem. nu. 23.
Doctores poſſunt leges interpretari, eorũ autem interpretatio, & ſi neceſſaria ſit, non habet vim legis regulariter, ſed quandoque tantùm, vt explicatur nu. 22. cum ſeqq.
Lex neceſſariò expoſcit interpretationẽ, & rationes traduntur. nu. 25. & 27.
Concilium Tridentinum, an, & qualem admittat DD. interpretationem, traditur nu. 28.

An Rex debeat legem latam mutare.

QVÆST. XII.

DE hac quæſtione mul-
ta tractãt Doctores ci-
tati initio quæſtionis
præced. Vaſq. lib. 1. cõ-
trouerſ. illuſtr. cap. 25.
cum ſequen. Suar. lib.
1. de leg. cap. 20. & lib.
6. per totum, Sal. diſput. 18. de legib. &
diſp. 20.
1 Dico primò in hac quæſtione non eſſe
ſermonem de lege diuina, & naturali, tũ
quia hæc conſideratio ad Iuriſtas nõ per-
tinet: tum etiam, quia Princeps ſæcularis
2 non habet ad hoc poteſtatem, † & ſolus
Summus Pontifex authoritatem habet,
interpretandi tales leges, & declarandi,
eas non obligare in certis caſibus, vt in
clement. Paſtoralis de re iudic. & alibi, de
qua materia plura tractant Canoniſtæ in
cap. à nobis de decimis, D. Thom. 1. 2. q.
100. & alij, penes Suar. lib. 6. de voto cap.
9. & lib. 2. de leg. cap. 14. cum ſeq.
3 Nec vrget, quod ius humanum, ſiue
gentium ſit, ſiuè ciuile mutauerit ſaltem
in parte ius naturale, quia introduxit di-
uiſiones rerum, ſeruitutes, & ſic de alijs,
quæ ſunt contra ius naturale. l. manumiſ-
ſiones, & l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. Nam
reſponſio eſt clara, vt hæc non fuerit mu-
tatio in ipſo iure naturali, ſed potius in
eius materia, quia nempè ius naturale,
idem immutabile exiſtens, aliud in vna,
& aliud in alia occaſione præcipiat, ſine
aliqua ſui mutatione, ſed ſolùm ob varia-
4 tionem materiæ: † quoniam res creatæ, li-
cet incorruptibiles ſint, habent tamen à
natura multas conditiones, quæ ex ſe mu-
tabiles ſunt, & ideo per alias cauſas muta-
ri, & auferri poſſunt, vt optimè docent
prænarrati Authores.
5 Hinc eſt, quod licet de iure naturali,
quilibet homo habeat libertatem ſui ip-
ſius, nõ tamen ius naturale prohibet, quin
poſſit auferri, & conſequenter cum homo
illã habeat dependenter à ſua voluntate,
poteſt illam vẽdere, & alienare, vt eſt, qñ
ſe vẽdidit ad pretium participandum, vel
per voluptates illecebras efficitur ſeruus
peccati, vt eſt notiſſimũ, qui. n. facit pec-
catũ ſeruus eſt peccati, vt ſcriptura docet.
6 Sic etiam Reſpublica propter legitimã,
& altiorem poteſtatem, quã habet ſuper
omnes perſonas priuatas, & earum bona,
quatenus nempè ad debitam, & conue-
nientem gubernationem requiritur: ideo
poteſt ſuos ſubditos ob delictum, vel alias
legitimas cauſas, & bonis, & libertate pri
uare, vt notant Docto. in l. quiſquis. C. ad
leg. Iul. Maieſt. Couarru. lib. 2. variarum
reſol. c. 8. & alij, penes Sal. diſp. 9. de leg.
ſect. 3. ſub nu. 40.
7 Sic etiam dicendum eſt de rerum diui-
ſione, licet enim de iure naturali, quilibet
homo haberet ius poſitiuum, & actionem
8 ad bona communia, † non tamen natura
prohibuit diuiſionem talium rerum: imo
potius mandat, vt poſtquàm facta fuerit
diuiſio, & rerum dominia ſunt applicata
perſonis particularibus, nullus poſſit illa
bona occupare, & declarat fures tales oc-
cupatores, & mandat eſſe puniẽdos, quia
nõ vult indebitam occupationem rerum,
vt patet ex præceptis Decalogi, latiſſimè
D. Thom. 1. 2. q. 95. art. 2. & 4. Sot. & alij,
quos probat Sayr. lib. 3. Clau. Reg. c. 3. nu.
1. Sal. diſp. 5. de leg. ſect. 13. Suar. lib. 2. de
leg. cap. 7. & ſeq. & cap. 20. nu. 5. & ſeq. &
dixi in tract. de legib. quæſt. 11. & alibi.
9 Ex his patet reſoluta obiectio, nã ius ci-
uile introduxit pſcriptiones, ne ſcilicet
dominia rerum eſſent in incerto: vt eſſet
litium finis, & ſic ob legitimas cauſas mu-
tauit iura dominandi. Idem eſt de modis
diſponẽdi de bonis ſuis, nam introduxit,
vt

vt tot teſtes ſint neceſſarij ad probandos
contractus, tot ad probandas vltimas vo-
luntates, & ſic de aliis, & conſequenter
addidit aliquid iuri naturali, nec illud
correxit, prout hæc omnia, & alia plura
variis modis probant, Couarr.lib.3. var.
reſolut.cap.6.Molin.Sot.Pinel.& alij,pe
nes Suar. d. cap. 14. præcipuè nu.16.cum
ſequent.

10 Dico ſecundò, vt nec Deus poſſit mu-
tare ius naturale. Probatur hoc dictum
ratione manifeſta, quia hoc ius in ſua ma-
teria,quòad ea,quæ præcipit, includit in-
trinſecam honeſtatem, & quòad ea, quæ
prohibet, includit malitiam, ab eo pror-
11 ſus inſeparabilem, † & Deus non poteſt
facere illa, quæ implicant contradictio-
nem,& ideo quod per ſe,& intrinſecè ma
lum eſt,non poteſt deſinere eſſe malum,
ſicut quod bonum eſt, non poteſt non eſſe
bonum,vt docet D.Tho. 1. 2. quæſt.100.
art.4.vbi omnes eius Expoſit. Victor. Pa-
lud.Molin. & alij plures, penes Suar. d.
lib.2.cap.6.& cap.15. præcipuè num. 16.
& dum cadit diſpenſatio, id fit ob varia-
tionem materiæ, & ob legitimam inter-
prætationem, vt dicetur infra quæſt.16.
12 & conſequenter, † quæ ſunt mala,quia
prohibita,tollit Deus,quia poteſt ad eius
libitum, cum ſit Dominus abſolutus, fa-
cere,quod ſibi placet,quæ vero ſunt mala,
quia mala,vel bona, quia bona id facere
nequit,vt optimè docent prædicti Autho
res,& eſt certum ſecundùm omnes Theo-
logos.

13 Nec vrget, quod in lege veteris teſta-
menti,Deus dederit quędam præcepta,
& quaſdam cærimonias,quæ fuerunt ab-
lata per legem Euangelicam,quia hoc po-
tius confirmat dictum præcedens, ex quo
erât pcepta, & cærimoniæ datæ ad certũ
14 tempus,quæ poſtea † mutauit in alia præ-
cepta, quę pręcepta, vel includuntur in
præceptis naturalibus,vel illi ſunt conſor
mia,vel ſaltem nõ ſunt contraria, & pro-
inde dum ad certum tempus dedit, con-
15 ſequenter tollere potuit, † & ideo de fide
certum eſt, eſſe mortiferum nunc ſeruare
præcepta veteris teſtamenti, ac cęrimo-
nias,niſi illa tantùm,quæ Chriſtus appro-
bauit,& ſeruanda mandauit, vt ſunt præ-
cepta Decalogi,vt eſt certum ſecundum
omnes, & habetur in cap. maiores de Ba-
ptiſ.quod multis Sacræ ſcripturę locis,&
ex variis Patribus, & Theologis probat
Suar.lib.9.de leg.cap.9.& 10. qui circa
prędicta videri poteſt.

16 Dico tertiò Principem ſęcularem te-
neri ex iuſtitia abrogare legem,quę inci-
pit eſſe damnoſa Reipublicæ. In hoc di-
cto conueniunt omnes, & meritò, quia ſi
lex incipiat eſſe contra bonum Reipubli-
cæ,deſinit eſſe lex, & conſequenter tolli
debet.l.2.ff.de conſtit. Princip. cap.non
debet de conſanguinit.& affin. D.Thom.
1. 2. quæſt. 97. art. 1. vbi omnes,Syluest.
Couar. & alij innumeri, quos pbat Suar.
lib. 6. de leg. cap. 25. cum ſequent.& hoc
fieri debet,ſiue id eueniat poſt multum,
ſiue poſt paucum tempus a lege condita,
nam hoc ſe habet per accidens, & ſolùm
eſt ſubſtantiale, vt mutentur rerum cir-
cunſtãtiæ,quibus mutatis, deſint eſſe lex,
vt dictum eſt.

17 Eſt bene vęrum, quod dum lex incipit
eſſe iniuſta,nociua,aut inutilis,nõ eſt pro-
pria legis abrogatio, ſed eſt potius decla-
ratio nullitatis legis, ex ceſſatione circũ-
18 ſtantiarum eiuſdem legis: † quoniã dum
ceſſant circumſtantiæ,ex ſe, & ab intrin-
ſeco,ex defectu materiæ,finis,aut rationis
eiuſdem legis, ceſſat etiam eius obligatio,
vt optimè docent pręnarrati Authores.

Plus docent prædicti Authores, & pa-
19 tet etiam ex terminis, † quod ſi non adſit
legitima cauſa, non poteſt Princeps mu-
tare legem: tum quia nihil eſt magis ini-
quum,quàm legem iuſtam,& vtilem abo-
lere,& poteſtas eſt data Principi ad ædifi-
cationem,nõ ad deſtructionem, & ſic pro
bono communi, non autem id damnum:
tum etiam,quia ſi lex lata non eſſet, tene-
retur Princeps illam promulgare pro bo-
no communi, & contrarium faciendo,
mortaliter peccat, quamuis valeret abro-
gatio, vt docent prędicti Doct. & latiſſi-
mè etiam proſequitur Sal.diſp.18. de leg.
per totam,qui videri poſſunt pro reliquis
circa hoc dictum.

20 Hæc omnia obſeruauit Rex Carolus
in abrogatione antiquarum Conſuetudi-
num huius Ciuitatis,quoniam,vt optimũ
Principem ſe oſtenderet, & ſuum adim-
pleret officium, cum dictæ conſuetudines
verti cœperint in varios, & reprobandos
abuſus,& multis malis occaſionem dabãt:
ideo Rex veteres conſuetudines abroga-
uit,& ad vtilitatem, & commodum ipſo-
rum Ciuium, nouas conſuetudines intro-
duxit, ſiue electas, ac ſelectas ab alijs ap-
probauit, vt habetur in §. audiuimus, &
in §. vt igitur.

Dico

Digitized by Google

21 Dico quartò, ſi Princeps legem inter-
prętetur, eius interprętatio vim legis ha-
bet. Probatur hoc dictum manifeſtè, quo-
niam illa interprętatio venit ab illo, qui
legem condere poteſt, & ſic dum legem
interprętatur, vult eius interprętationem
ſeruari pro lege, vt ſciunt omnes, & habe-
tur in l. vlt. C. de leg. cap. inter alia de ſen-
tent. excommunicat. & ſæpe alias; habe-
tur etiam in Pragmat. 1. de feud. vt alibi
22 dictum eſt: nam ſciunt omnes etiam, † vt
ab illo procedat legis interprętatio, à quo
lex illa manauit, quia eius eſt interprętari,
cuius eſt condere, vt eſt Gloſ. communi-
ter recepta in l. ſi de interprætatione. ff.
de leg. D. Tho. & alij, penes Sal. diſp. 21.
de leg. ſect. 2.

23 Datur etiam interprętatio vſualis, quę
ex conſuetudine introducitur, & hęc etiã
habet vim legis, d. l. ſi de interprętatione,
& dixi par. 1. c. 5. nu. 3. cum ſeq. latiſſimè
Suar. lib. 7. de legib. cap. 7. Sal. diſp. 19. de
leg. per totam.

24 Sic etiam datur interprętatio doctri-
nalis, quæ ſit per doctrinam, & authorita-
tem aliquorum Interprętum, quę quidem
interprętatio, licet non habeat vim legis,
habet tamen certum gradum authorita-
tis, prout ſunt illi, qui talem legem inter-
prętantur, vt habetur in l. vnic. C. de pro-
feſſor. qui Conſtantinop. lib. 12. cum aliis
innumeris, penes Suar. lib. 6. de leg. cap. 1.
num. 5. & Sal. diſp. 21. de leg. ſect. 11. vbi
tam Legiſtas, quàm Theologos cumulant
25 † & quandoque hic gradus authoritatis
eſt tam certus, vt inducat neceſſitatem;
ita iudicandi, vt eſt, quando communiter
ab omnibus, vel maiori parte, ac numero
Prudentum, talis interprętatio fieret, vt
notant prædicti Doctores, qui etiam do-
cent, vt talem interprętationem in omni
lege facere valeant; quod eſt manifeſtum,
26 † nam hęc interprętatio neceſſaria eſt, qa
hęc eſt conditio humana, vt vix poſſit ho-
mo ſuum conceptum, ac ſenſum explica-
re verbis tam perſpicuis, quin inde dubia,
& ambiguitates non naſcantur, & ſic in-
terprętatio ad id eſt neceſſaria, etiam
27 † quia lex humana multoties tam breui-
ter loquitur, & in generali, vt dictum eſt
q. 10. ꝙ in eius applicatione ad varios ca-
ſus in particulari; frequenter dubia varia
oriuntur, quæ vt optimè reſoluantur, eſt
neceſſaria prudentum interprętatio, vt
habetur in dict. l. vnic. & notant omnes
DD. citati.

28 Hoc eſt adeò verum, vt etiam procedat in interprętatione Sac. Conc. Trid. dummodo talis interprętatio fundetur in diſpoſitione legum cõmunium, nec ſit opinio aſſeuerans, ſiuè aſſirmans, ita eſſe; ſed in eius iuditio fundata, videlicet ſic mihi videtur eſſe ſecũdum diſpoſitionem iuris communis, ſecundùm quam lex noua interprętari ſolet, ſalua tamen declaratione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ; vt ex pluribus probat Rodriq. tom. 1. quæſtion. regul. q. 11. art. 3. §. ad vitandum, & poſt alios Salas diſput. 21. de leg. ſect. 11. vbi latiſſimè hanc illationem examinat, qui videri poteſt pro reliquis concernentibus hanc illationem.

SVMMARIVM.

Lex an mutetur ex ſola temporis mutatione. nu. 1. Quid ſi mutentur circumſtantiæ. nu. 6. & 7.

Non ceſſat ex ſola ſucceſſione temporum, & ratio traditur nu. 2. & 3. 15. & 17.

Lex nomine dignitatis, non autem nomine Principis fertur. nu. 4.

Quilibet homo naſcitur ſubditus legi. nu. 5.

Lex ab intrinſeco ceſſat, mutatis circumſtantijs, quod explicatur num. 7. & ſeqq. An hoc ſit ſemper verum. nu. 15.

Poteſtas in Principem fuit tranſlata ad Ciuium vtilitatem. nu. 9.

Declaratio Principis ad quid ſit neceſſaria ſi lex ab intrinſeco mutetur, traditur nu. 6. 11. 16. & 17.

Lex omnis admittit iuſtam interpretationem, quæ Epykia dicitur. nu. 12.

Lex non debet ſubeſſe mutationibus ſubditorum. nu. 13.

Res humanæ ex ſe mutabiles ſunt, quod explicatur nu. 14.

Legiſlator humanus an poſſit omnes caſus in ſua lege includere, traditur ſub num. 14.

Iniquum eſſe dicitur ſeruare legem iniquam. nu. 18.

Ceſſante ratione legis, etiam lex ceſſat. num. 19.

Lex veteris teſtamenti qualiter ceſſauerit, explicatur nu. 20. Eius finis fuit Chriſtus. nu. 21. An etiam ceſſauerit quoad pcepta moralia, traditur n. 22.

Lex

Lex Decalogi quomodo, & qualiter à Chriſto tradita fuit, explicatur num. 23. & 24.
Præcepta Euangelica non ſolùm iubent, ſed etiam dant vires adimplendi, quæ iubent. nu. 25. & 27.
Lex vetus non ex vi propria, ſed ex meritis paſſionis Chriſti, gratiam dabat. num. 26.
Lex Euangelica non ſolùm præcipit operationem, ſed etiam modum operandi, quod declaratur nu. 27.
Finis legis Euangelicæ quiſnam ſit, recenſetur nu. 28.

An ex ſola temporum mutatione lex mutetur, & ceſſet.

QVÆST. XIII.

1 De hac quæſtione plura tradunt Vaſqu. lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 46. & Suarez lib. 6. de legib. cap. 6. 9. & alibi. Adeò vt Sacri Theologi teneāt partem affirmatiuā, aliqui tamen Iuriſtæ negatiuam, ſi nō interueniat declaratio Principis. Vt igitur dicam quid ſentiam, ponam dicta ſequētia.

2 Dico primò. Legem nō ceſſare ex ſola ſucceſſione temporum, quamuis Legiſlator, & populus, exiſtēs tempore promulgationis legis, moriātur: In hoc dicto con-
3 ueniunt omnes, & iure quidem, quia † lex indefinitè conſtituta eſt; & ideò ſucceſſio, ſiue lapſus temporis nihil facit, niſi lex illa fuerit lata ad tempus. Nec mors
4 Principis obſtat, † quia lex fertur nō ratione perſonæ, ſed nomine dignitatis, quę nunquam moritur, vt ſciunt omnes. Sic etiam ſi moriatur populus, exiſtēs tempo-
5 re promulgationis legis, nihil facit; † quia omnes naſcūtur ſubditi, & ſic ſubiecti legibus, & cōſequēter ſemper dicitur idem populus, & ideò ſubiectus, vt diſpoſitione legis ligetur, vt omnes docēt; & colligitur ex dictis ſupra q. 3. num. 15. & ſeq.

6 Dico ſecundò. Si cum temporis ſucceſſione ſequatur mutatio materiæ, vel aliarum circunſtantiarum legis, ceſſat lex, etiam ſi Principis declaratio non interueniat, legem illam eſſe ſublatam. Probatur hoc dictum quoad primam eius partē
7 ex dict. quæſt. præced. † quia, mutatis circunſtantiis legis, lex eſſentialiter mutatur ab intrinſeco, ex quo deſinit eſſe lex; quoniam tunc incipit eſſe iniqua, nociua, & in damnum Reipub. & dum hoc euenit,
8 † nec loco, nec tempori eſt conueniens, ceſſat vis, & obligatio legis, non iam per extrinſecam legis ablationem, ſed ex ſola mutatione materiæ, rerum, & aliarum circunſtantiarum, ita gloſ. in cap. poſt translationem, in verb. ceſſante, de renūciat. Corne. & alij, quos probat Tiraquel. in tract. ceſſante cauſ. par. 1. D. Thom. 2. 2. q. 120. tota, vbi omnes eius Expoſitores, Sot. Caſtro, & alij, quos probant Vaſq. d. cap. 46. nu. 3. Suar. d. c. 6. nu. 4.

9 Confirmatur aliâ ratione, quia poteſtas in Principem fuit tranſlata ad ciuium vtilitatem, & commodum, vt ſuo loco ſuperius probatum eſt: vnde non debet vertiin eorum perniciem, & damnum, arg. tex. in l. quod fauore. C. de legib. & ideo
10 † mutatis circunſtantijs, ceſſat lex ex ſe
11 ipſa, ſine alia declaratione Principis: † nā declaratio non tollit obligationem legis, ſed ſolùm declarat illam legem non habere vires, nec amplius obligare ob variationem circunſtantiarum, vt docent prędicti Auctor. & patet ex dictis quæſt. præced. Et ex hoc patet etiam explicata ſecunda pars.

12 Confirmatur etiam, quia non minus iuſtum eſt, legem iuſtam abſolutè ferre, & promulgare; quàm ceſſationem, vel excuſationem illius per Epyxiam, ſiuè iuſtam interpretationem, & æquitatem admittere, quia tunc nec iuſta lex eſſet, nec rationabilis, & conſequenter ab intrinſeco mutatur eſſentialiter.

13 Nec vrget, quòd lex non debet ſubeſſe mutationibus ſubditorum; igitur eſt neceſſaria derogatio legis per Principem. Nam reſpondetur mutationem non oriri ex mutationibus ſubditorum, ſed intrinſecè ex mutatione materiæ, & aliarū circunſtantiarum legis, vt dictum eſt, nec
14 legislator poteſt aliud facere: † cùm enim res humanæ ex ſe mutabiles ſint ob varios, & diuerſos caſus, quos legislator humanus in ſua lege præuidere non poteſt, & ſi aliquando aliquos præuideat, non poſſet omnes illos in particulari excipere ob infinitam prolixitatem, & confuſionem, quam in legibus induceret; ideò hoc relin-

relinquit congruentijs,& congruitati ra-
15 tionis, † vt ceſſet legis obligatio in totũ,
ſi in totum circunſtantiæ legis ceſſent, vel
ceſſet in aliquibus caſibus particularibus,
ſi quòad illos tantùm caſus particulares
circunſtantiæ legis ceſſarent, vt optimè
docent prædicti Auctores, & patet mani-
feſtè, quia iniquum eſſet durare obligatio-
nem ad aliquod iniquum faciendum, vt
etiam poſt alios not. Suarez d.lib.6.cap.9.
ſub nu.3.& nu.12.

16 Benè verum eſt, quòd dum lex in dubio
ſemper retinet ius ſuum, ſiue quaſi poſſeſ-
ſionem, vt præſumatur pro eius iuſtitia,
& ſic pro eius obligatione. Ideò tutius eſt
ad tollendas omnes difficultates, vt Prin-
ceps publicè declaret per eius decretum
17 legem illam eſſe ſublatam. † Quando ta-
men eſſet omnibus euidens, & manifeſta
mutatio omnium circunſtãtiarum legis,
tunc ſine Principis declaratione, & ſine
contraria conſuetudine tollitur lex: nam
ante illam reuocationem, & prius quàm
introducatur conſuetudo contra illam
legem, iuſtè incipit lex illa non obſeruari,
18 quia, vt dixi, † iniquum eſt, & intrinſecè
malum obſeruare legem iniquam, quia
non eſt lex; & quia in hoc oportet omnes
conuenire, non inſiſto amplius.

19 Hoc iddem procedit, ſi ceſſaret ratio le
gis: eſt enim vulgatum axioma, vt, ceſſan-
te ratione legis, etiam lex ipſa ceſſet. cap.
cum ceſſante, de appellat. gloſ. in d.c. poſt
translationem, in verb. ceſſante, vbi om-
nes, Vaſq. d. cap. 46. & alij plures, penes
Suar. d. lib. 6. de legib. cap. 9. qui latiſſimè
iſtam illationem examinant.

Hinc etiam docent cõmuniter Patres,
& omnes Theologi, quos ferè in vnum
20 colligit Suar. lib.9. de legib. c.10. † Quòd
lex veteris teſtamenti, etiam ſi explicitè
non fuiſſet à Chriſto Domino abrogata
(prout iam abrogauit, nempè per noua
præcepta Euangelica) iam per ſolam tem-
porum mutationem, & ſucceſſionem eſſet
21 abrogata, † quia finis legis veteris fuit
Chriſtus, vt habetur ad Rom. 10. Et ſic,
completo illo fine, ac termino, lex illa ceſ-
ſauit abſque alia abrogatione extrinſeca:
22 † Quæ quidem lex non ſolùm ceſſauit
quòad præcepta cæremonialia, & iudicia-
lia, nam in hoc omnes conueniunt, ſed
etiam ceſſauit quòad præcepta moralia,
etiam vt continebant legem Decalogi;
nam, licèt etiam hodie ſecundùm fidem
23 ſit certum, vt † lex Decalogi vigeat, id nõ
eſt ex vi veteris teſtamenti, vt dictum eſt;
ſed viget ex vi legis Euangelicæ, quia
Chriſtus tam, vt eſt auctor naturæ, quam
etiam, vt eſt Auctor gratiæ, toti mundo
hanc legem dedit; & ſic nouo modo, &
nouo ſpiritu præcepta illa dedit, vt om-
nes docent, vt dixi, & latiſſimè proſequi-
tur Suarez d. lib. 9. cap. 11. & lib. 10. per
24 tot. † Ex quo voluit Chriſtus nos ex præ-
cepto charitatis, & ſic per dilectionem, ſi-
uè ſpiritu amoris moueri ad obſeruantiã
legis, non iam ex pœnis, vel promiſſioni-
bus temporalibus, & ſic per timorem ſer-
25 uilem, vt erat in lege veteri, † & hęc no-
ua præcepta non ſolùm iubent, ſed etiam
præbent vires, vt ea adimpleamus, quod
non faciebat ex ſe lex vetus, quia ex vi ſui
ſtatus, nempè vt lex vetus erat, ſolùm prę-
cipiebat, nec vires dabat adimplendi,
26 † ſed ſolùm dabat gratiam propter meri-
ta paſſionis Chriſti venturi; & ſic ex beni-
gna Dei prouidentia per anticipatam ſo-
lutionem meritorum Chriſti venturi, vt
eſt certum, ſecundùm fidem, & docet D.
Thom. 1.2.q.107. & omnes alij Catholici
27 vt per Suar. d. lib. 10. cap. 8. † Itaque lex
Euangelica, & præcipit, & dat gratiam,
& nõ ſolùm præcipit operationem, nem-
pè diligere Deum, & proximum, ſed etiã
præcipit modũ operandi, præcipit enim
rectitudinem in intentione vltimi finis,
ſiue æternæ beatitudinis, deinde iubet bo
nam intentionem particularem in quoli-
bet opere faciendo, & contrariam inten-
tionem prohibet, vt habetur Matth. cap.
5. & alibi paſſim, vt notant Auctor. citati:
28 † itaque finis huius legis eſt perfecta ſan-
ctificatio fidelium per verum, & perfectũ
Dei cultum per applicationem merito-
rum, & ſatisfactionem Chriſti per media,
& inſtrumẽta ab eodem Chriſto, ad hunc
finem inſtituta; qui nos adiuuet, vt hæc
adimpleamus: quæ omnia recenſui quaſi
per tranſennam occaſione mutationis le-
gis humanæ.

SVMMARIVM.

LEx generaliter promulgata tollit conſuetudinem illi contrariam, & ratio traditur. nu.1.2.& 7.

An tollat conſuetudines particulares. num.3.

Conſuetudo particularis dicitur quid facti. nu.4.

Legis

Google

Legis mutatio non debet extendi. num. 5. & 11.
Exorbitantia in iure non debent extendi. nu. 6.
Lex tollens conſuetudinem præſentem, an etiam futuram dicatur tollere, declaratur nu. 7. 8. 9. & 12.
Conſuetudinem tollere, & prohibere, nè conſuetudo inducatur, ſunt diuerſa, quod explicatur nu. 9. & 10.
Legiſlator poteſt prohibere nè cōtra eius legem inducatur conſuetudo. num. 12. Quando dicatur id facere, traditur num. 17.
Si dicat nè contra legem valeat conſuetudo aliqua, an futuram conſuetudinem prohibere dicatur, traditur num. 13. 15. & 16.
Conſuetudo non poteſt legem tollere contra Principis voluntatem. nu. 14.
Conſuetudo declarata irrationabilis pro vno tempore, an ſemper ſit talis, declaratur nu. 18. & 19.
Rex Carolus expreſsè probibuit nè contra has noſtras conſuetudines, contraria conſuetudines inducerentur. n. 20.
Legiſlator debet ſic cautus eſſe in ſua lege, vt tollat calumnias malorum cauſidicorum. nu. 21.

An in generali mutatione, ſiue abrogatione legis intelligatur etiam derogatum conſuetudini.

QVÆST. XIV.

DE hac quæſtione multa tractant Doctor. in cap. 1. de conſtitutio. in ſexto Abb. in c. fin. de conſuetud. & alij relati per Sayrum lib. 3. Clau. Reg. cap. 11, num. 10. & ſequentib. Suar. lib. 7. de legib. c. 7. & alibi, ex quorum dictis reaſſumo ſequentes concluſiones.

1 Prima concluſio, lex generaliter promulgata, tollit cōſuetudinem generalem contrariam illi legi: hęc concluſio eſt cōmunis, & probatur ea ratione, quia aliter lex, nouiter promulgata, eſſet ſuperflua, & inutilis, vt poſt alios notat Sayrus dict.
2 nu. 10. Adeſt † etiam alia ratio, quia legiſlator prçſumitur ſcire illam conſuetudinem generalem, & ideò faciendo legē illi contrariam, vt lex habeat ſuum vigorem, & valida ſit, præſumitur tollere conſuetudinem, ne faciat actum fruſtratorium.

3 Secunda concluſio, † lex generalis nūquam tollit conſuetudinem particularem aliquorum locorum, niſi expreſsè caueatur, & mandetur in ipſa lege d. cap. 1. de conſtit. in 6. & notant omnes alij in prin-
4 cipio citati, & ratio communis eſt, † quia conſuetudo particularis eſt quid facti, & præſumitur, quòd legiſlator factum illud neſciat, & conſequenter non reuocat, niſi expreſsè illud velit.

5 Probatur etiam alia ratione, quia mutatio, & abrogatio legis potius debet reſtringi, quam ampliari, niſi ſit magna cauſa, vt ex pluribus probat Bart. communiter receptus in l. ſi conſtante. nu. 39. ff. ſol. matrim. cum aliis cumulatis per Tiraqu. in præfat. de retract. num. 62. & poſt alios Suar. lib. 6. de legib. cap. 27. num. 4. cum ſeqq. vt alios omittam. & ideo ſemper prçſumi debet, vt correctio ſit de ipſa lege tantùm, & non de conſuetudine, vt dum eſt de ipſa lege, non fiat extentio ad alia,
6 † cum exorbitantia in iure non debeant extendi, ſed reſtringenda ſunt, vt eſt vulgatum iuris axioma.

7 Tertia concluſio, † ſi lex expreſsè deroget conſuetudini, vt ſi dicat, non obſtāte quacunque conſuetudine, vt multoties habetur in iurę, tunc regulariter ſolùm tollitur conſuetudo præexiſtens, non autem futura, niſi contrarium ſumatur ex verbis, vel mente talis legis.

Contra hanc concluſionem poſt Arch. & Ioan. And. in cap. 1. de conſtit. in 6. tenet Diu. Antonin. in eius ſumm. par. 1. tit. 16. §. 6. Sylu. Angel. & alij, quos citat Suarez lib. 7. de legib. cap. 7. nu. 4. qui docent,
8 † quòd ſi lex abſolutè tollat omnem conſuetudinem, tam de conſuetudine inducta, quàm de inducēda intelligatur, dummodo non reſultet ſcandalum, ſi conſuetudo illa tollatur, vt etiam poſt Abbat. & alios tenet Sayr. d. cap. 11. num. 11. Ratio eſt, quia prohibitio legis de ſui natura reſpicit futura, non autem præterita; nam præterita prohiberi non poſſunt: ſi igitur lex tollit conſuetudinem, ergo etiam futuram tollere dicetur.

Verùm tota diſſenſio videtur eſſe in modo loquendi, ſi benè legantur prænarrati

Digitized by Google

9 rati Doctor. † nam aliud eſt tollere ſimpli
citer conſuetudinem, & aliud prohibere,
ne contra aliquam legem communem, vel
municipalem aliqua cōſuetudo introdu-
catur. Primo caſu procedit concluſio, vt
patet, non autem in ſecundo caſu, & ſic
procedit contraria opinio.

10 Hoc aſſumptum magis indiget explica-
tione, quam probatione; ſi enim lex dicat
non obſtante quacunque conſuetudine,
intelligitur de cōſuetudine iam exiſtente;
nam hæc eſt communis praxis legum, nē-
pè non obſtante quacunque conſuetudine
in contrarium exiſtente, vt in Clem. ſtatu-
tum, de elect. & alibi paſſim. Igitur ſic
debent verba intelligi, prout ſonant, nē-
pè de conſuetudine tunc exiſtente, nec
poteſt ad futuram extendi conſuetudinē,
11 quæ non eſt in rerum natura, † & potius
debemus reſtringere talem correctionem,
quàm extendere, vt patet ex ſecunda con-
12 cluſione. † Si verò lege prohibeatur con-
ſuetudo futura, tunc hoc non eget diſpu-
tatione nā conſuetudo futura prohiberi
poteſt, ne inducatur contra aliquam le-
gem; & in hoc omnes cōueniunt, vt not.
Suar. d. cap. 7. ſub num. 5. Salas diſp. 19. de
legib. ſect. 7. vbi innumeros citat.

13 Si tamen Legiſlator prohibeat, ne con-
tra illam legem valeat aliqua conſuetudo,
vt ſi dicat, nolumus contra hanc legem
valere conſuetudinem aliquam, vel per
verba ſimilia, tunc Legiſlator dicitur tol-
lere conſuetudinem etiam futuram, quia
verba illa reſiſtunt etiam futuræ conſue-
tudini, ne inducatur, quia non ſolùm cō-
tinent reuocationem conſuetudinis præ-
exiſtentis; ſed prohibitionem ne induca-
tur conſuetudo futura; clarum eſt enim,
14 † vt conſuetudo non poſſit legem tollere
contra voluntatem Principis, & in hoc
caſu optimè loquuntur Doctor. citati pro
contraria ſententia; quamuis Nauar. in
comēt. de ſpol. §. 14. nu. 8. Vaſq. Sot. Med.
& Guttier. quos probat idem Suar. dicto
lib. 7. cap. 19. nu. 21. & ſeqq. teneant, quòd
15 † ſi lex ſiſtat in ſimplici, & pura prohibi-
tione inducendi conſuetudinem, poſſit in
tali caſu induci conſuetudo contra illam
legem, quia curſus temporis facit præſu-
mere mutationem volūtatis eiuſdem Le-
giſlatoris, ſi adſit ſciētia eius circa talem
conſuetudinem; quàmuis in hoc caſu ſit
neceſſarium maius tempus, quàm eſt in
alià conſuetudine inducēda; quorum opi-
16 nio probabilis eſt: † tutior tamen eſt cō-
traria ſententia, & verior: nam ſemper
viget Legiſlatoris prohibitio; & eſt non
modica coniectura, vt per illam prohibi-
tionem declarare voluerit illam conſue-
tudinem irrationabilem, vt docuit gloſ. in
extrauag. 2. de elect. Ioan. 22. Butr. D. Ant.
Sylueſt. Angel. Couarr. & alij penes Suar.
d. cap. 19. nu. 20. & penes Salas d. ſect. 7.

17 Eſt tamen citra controuerſiam, quòd, ſi
Legiſlator damnet conſuetudinem præ-
teritam, & per verba expreſſa declaret il-
lam irrationabilē, corruptelam, vel abu-
ſum, vel alio modo improbet iuxta tex. in
c. 2. de probat. c. cū inter. de conſuet. & in
Bull. Cœn. Dñi, & ſæpè aliàs; tunc non
ſolùm Legiſlator intelligitur tollere con-
ſuetudinem, tunc præexiſtentem; ſed dā-
nat etiam futuram, & prohibet, vt nullo
18 modo introducatur; † quia dum conſue-
tudo eſt declarata irrationabilis, iam om-
ni iure, & pro omni tempore, etiam fu-
turo eſt prohibita, & eo magis hoc pro-
cedit, dum etiam futura declaratur irra-
tionabilis, abuſus, & corruptela, prout hęc
omnia probātur in c. vlt. vbi gloſ. in verb.
rationabilis. de conſuetud. Abb. & alij,
quos ſequuntur Tiraq. in dicta præfat.
de retract. nu. 18. & 19. Suar. d. cap. 7. lib. 7.
de legib. nu. 8. & dicto cap. 19. cum ſeqq.
dixi in explicatione Bull. Cęn. Dom.

19 In vno tamen caſu ſaluatur contraria
ſententia videlicet, ſi tanta eſſet mutatio,
facta in rebus, quòd certò conſtaret, con-
ſuetudinem mutaſſe illam conditionem,
quod non eſſet irrationabilis, tunc non
cenſetur prohibita futura conſuetudo, ex
quo nondum ceſſat ratio legis prohibētis,
& viget iuſta interpretatio, vt ſic inter-
pretari debeat mens Legiſlatoris pro ceſ-
ſatione legis, & introductione contrarię
conſuetudinis in commodùm Reip. & ad
euitanda eius damna, inducitur dicta fu-
tura conſuetudo, vt ex multis firmauit
Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. &
probant alij, quos ſequuntur Sanchez
lib. 7. de matrim. diſp. 4. nu. 14. & Suarez
d. cap. 19. nu. 24. vt alios omittam.

20 Vt igitur Rex Carolus veteres abroga-
ret conſuetudines, & expreſsè prohibe-
ret, ne quouis tempore introducerentur
contrariæ conſuetudines contra illas, quę
in hoc volumine ſunt inſertę, iuxta tex. in
§. per quod. in hoc eodem prohęm. expreſ
sè illas declarauit nullas, & inualidas, tā-
quàm abuſus, & diuerſos errores continē-
tes, vt habetur in eodem prohœm. §. audi-

21 ui-

21 nimus. iuncto §. vt igitur. † Quod ſemper facere debēt Legiſlatores, vt tollāt omnē ſiniſtram cauillationem, & interpretationem calumniantium, ac malorum cauſidicorū, vt pluries repetij præcipuè par. 4. tit. de renunc. quæſt. 15. nu. 25.

SVMMARIVM.

Omnis iuriſdictio dicitur eſſe penes ſupremū Principem, vt ſubditos rectè gubernet. nu. 1

Iuriſdictio à Principe manat, & ad Principē reuertitur. num. 3.

Iuriſdictionē in proprietate habere quid nam ſit, declaratur. nu. 2.

Quid ſit eam habere alijs modis, explicatur. nu. 4.

Princeps, concedens alicui iuriſdictionē, vel aliud ſemper præſumitur ſibi reſeruaſſe ſupremam poteſtatem, & ratio traditur. nu. 5. Dicitur penes ſe retinere ius tollendi grauamina ſubditorum. num. 6.

Vaxalli Baronum poſſunt liberè habere recurſum ad ſupremum Principem, vt à grauaminibus liberentur. nu. 7.

Habens iuriſdictionem in proprietatem iure proprio interpretatur legem, alij verò id faciunt ex præſumpta voluntate ſuperioris. nu. 8.

Inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris nu. 9. & ſeqq.

Non poteſt irritare, nec mutare, quod ſuperior ordinauit, nu. 10.

Voluntas ſuperioris præualet contra voluntatem inferioris, & ratio vera traditur. nu. 11.

Interpretatio authentica in lege à ſolo ſupremo Principe fieri poteſt, vſualis fit à cōſuetudine, doctrinalis fit ab inferioribus. nu. 13. & 14.

Regulæ, quæ traduntur pro interpretatione doctrinali, recenſentur. nu. 15. remiſſiuè.

Interpretatio doctrinalis, vel fit ex legis conceſſione; vel ex alijs cauſis, quæ recenſentur nu. 16. cum ſeqq.

Interpretatio benigna legis, nō autē rigoroſa ſequēda eſt, & ratio traditur. n. 18

Periculum in mora, & difficilis acceſſus ad ſuperiorem facit, vt iuſtè inferior legem ſuperioris interpretetur. n. 19.

Epiſcopus an poſſit diſpenſare in Sacris Canonibus, concilijs generalibus, & prouincialibus, nu. 20. remiſſiuè.

Quæ differentia ſit in diſpenſatione, vel interpretatione legis quoad eos, qui habent iuriſdictionem in proprietatem, vel alio iure.

QVÆST. XV.

DE hac quæſtione non oportet plura diſputare, nam ſupra q. 1. cum ſeqq. plura recenſui; ideò ſequentibus dictis illam abſoluam.

1 Dico primò. Penes ſupremum Principem eſſe dominium iuriſdictionis, qua ſuos ſubditos regat, & gubernet ſecūdum rectum, & ordinatum finem. Hoc dictum patet explicatum ſuperius quæſt. 2. 3. & 4. & ſæpe alias, multoties enim replicatum eſt ad hunc finem habere Principes talem poteſtatem, & non in eorum priuatam vtilitatem: ideò omittitur alia probatio.

2 Dico ſecundò. Habere iuriſdictionem in proprietatem idem eſſe, quod habere dominium iuriſdictionis, vt nempè iuriſdictionem illam habeat independēter ab alio homine, & hoc modo ſupremi Principes habent iuriſdictionem in omnes eo-
3 rum ſubditos, & ſic dicitur, † quòd omnis iuriſdictio eſt in Principe, ab illo manat, & ad eum reuertitur, ſicut omnia flumina ſunt à mari, & ad mare redeūt, vt ſciūt omnes, & probant Doctor. infra citandi.

4 Habere iuriſdictionem alijs modis, & non in proprietatem eſt illam habere dependenter ab alio, vel in feudum, vt eam habēt omnes Barones; vel ratione officij, vt illam habent Iudices ordinarij, creati ab eodem Principe, vel iure delegationis, vt eam habēt Iudices delegati, vt in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. Vbi Andr. & alij de prohib. feud. alienat. per Feder. cum alijs innumeris penes Molin. diſp. 3. de iuſt. & iur. & penes Bobadill. lib. 2. ſuæ polit. cap. 16. vbi etiam ponit varias differētias inter iuriſdictionem ſupremi Principis, & aliorum Baronum; quod omitto; ſatis eſt enim indicaſſe Auctorem.

5 Beneuerum eſt, quòd in omni conceſſione iuriſdictionis ſemper Princeps intelligitur ſibi reſeruaſſe ſupremam auctoritatem; quia in eo ſemper reſidet illa ſuprema poteſtas inſeparabilis, adeò vt omnia

conceſſa à Principe, non recognoſcente
ſuperiorem, intelliguntur ſubalternata,
& illi ſupremæ poteſtati ſemper ſubiecta
in caſibus contingentibus. Lucas de Pēn.
in l.cùm multa.C.de re milit.Bald. ĩ l. qui
ſe patris n.34.C.de cond. liber. Camerar.
in d.c.Imp.fol.71.Belluc.But. Inn.Alber.
Iacob.de S.Georg.& alij,quos probat Me
noch.de arbit.Iudic.caſ.559. n.6. & ſeqq.
6 & omnes alij, † adeòut ſemper in conceſ-
ſione iuriſdictionis retineat penes ſe ius
tollendi grauamina ſubditorum, & pro-
7 inde † poſſunt vaxalli Baronum ad ipſum
ſupremum Principem pro grauaminibus
ſibi illatis recurrere. Lucas de Penn.in l.
ſi ſacris. C. de proxim.ſacror.ſcrin. cum
alijs cumulatis per Couarr. in regul. poſ-
ſeſs.in 2.par.§.20. num.8. latiſſimè Boba-
dil.d.cap.16.qui videri poteſt pro reliquis
circa hoc dictum, ſic etiā Anna in ſingul.
verb. Baro.Boer.deciſ.114. & alij paſſim,
& sēper ſeruatū vidi,ut ad hæc Regia tri-
bunalia uaxalli Baronū habeāt recurſum
ad tollenda grauamina.

8 Dico tertiò. Diſpenſationem, vel in-
terpretationem legis factam ab eo,qui ha-
bet iuriſdictionem in proprietatem fieri
iure proprio, & ex ordinaria poteſtate;
factam verò ab alijs inferioribus, fieri, vel
ex delegatione, ſiuè permiſſione ſaltem
tacita ſuperioris. Hoc dictum conſtat ex
terminis, & quòad primā partem eſt per
ſe notum; conſtat enim neceſſarium eſſe,
vt in aliquo homine ſit hæc ordinaria po-
teſtas diſpenſandi in lege, vel interpretā-
di illam, nè procedatur in infinitum, &
ideò quĩ habet munus, & officium Legiſ-
latoris, eo ipſo hanc habet facultatem ra-
tione ſui officij, prout etiam colligi poteſt
ex dictis ſupra quæſtione 12. & notat poſt
alios Suar. lib.6.de legib.cap.14. & magis
ex dicendis patebit.

Quò verò ad ſecundam partem proba-
9 tur, † quia nullus inferior poteſt diſpen-
ſare in lege ſuperioris, niſi in caſibus, ſibi
cōceſſis. cap. inferior.de maiorit.& obed.
vbi omnes Clem. ne Rom. de elect.gloſ.in
c.cùm ſingul.§. vltimò.in verb. canonicè.
de præbend.in 6.Innoc.Panorm.Couarr.
Guttier. D.Tho.& alij quos probat Suar.
d.cap.14.nu.4. & omnes alij hoc docent;
quorum innumeros citat Salas in tract.de
legib.diſp.20.ſect.2.& 3. Eſtq; per ſe ma-
10 nifeſtum, † quoniam inferior nec irrita-
re, nec impedire poteſt volūtatē ſui ſupe-
rioris, tū quia inferior virtus nō poteſt ſu-
periorē impedire; tum etiam, quia rectitu
11 do gubernationis expoſcit, † vt voluntas
ſuperioris præualeat contra voluntatem
inferioris, cùm nec contra ſuperiorem;
nec contra perſonas, illi ſubiectas, habeat
12 iuriſdictionem, † & ideo vel eſt neceſſa-
ria poſitiua conceſſio per voluntatem ex-
preſſam eiuſdē ſuperioris, vel ſaltē tacita,
aliquo modo illi ſignificata, & cōſequēter
vel eſt delegatio expreſſa, vel ſaltē alia cō-
ceſſio expreſſa, vel ſaltē tacita, & hoc eſt,
quod poſcit 2. pars huius tertij dicti.

13 Idem eſt de interpretatione, quia vel
eſt interpretatio Authentica, & hæc fieri
nequit, niſi ab eodem ſuperiore, & ſic vi-
14 gent rationes adductæ; † vel eſt vſualis, &
ſic per conſuetudinem; vel eſt doctrinalis,
& ſic fieri poteſt, eo tamen modo, prout
explicatum eſt ſuperius quæſtione 12. cir-
ca fin. de interpretatione autem, quæ fit
per Epicheam dicam quæſtione ſeq.

15 Solent autem diuerſæ regulæ tradi, &
aſſignari pro legis interpretatione doctri-
nali; quarum reaſſumit 26. poſt Iuriſtas,
& Theologos Salas in dicto tract.de legib.
diſp.21.ſect.3.ad quem mitto lectorē bre-
uitatis cauſa. Etiam quia duo ſunt modi
magis communes circa talem interpreta-
16 tionem. † Primus eſt, ſi in lege verbis
expreſſis, vel per aliquam clauſulam ge-
neralem daretur talis poteſtas inferiori-
bus interpretandi legem, & hic caſus eſt
17 de indubitabili. Secundus eſt, † quoties
recta ratio ſuadet ita interpretandi Supe-
rioris voluntatem, vt eſt in caſibus parui
momenti, ac leuis materiæ: ſic etiam, ſi ſe-
queretur prauus intellectus aliter inter-
18 prætandi vigorē verborū legis; † quia dū
poteſt eſſe interprætatio rigoroſa, & alte-
ra benigna, sēper ſequi tenemur benignā
interprætationē. Sic etiā ſi eſſent caſus ex-
19 traordinarij, & vrgeret prouiſio, † & adeſ
ſet periculū in mora, nec de facili daretur
acceſſus ad ſuperiorem, & ſic de alijs iuſtè
inferior interprętatur legē ſuperioris, cū
hæc oīa veniāt ex natura legis, vt ex tex.in
c. at ſi clerici. §. de adulterijs. extra de iu-
dic. notāt ibi Panorm.& alij, ſic etiā Feli.
Rebuff. Caiet. Nauar. Couar. Sāchez, & a-
lij, quos probat Suar. d.cap.14. nu.8. cum
20 ſeqq. Sal. loc. cit. qui alios cumulat: † qui
quidē Auctores plures recēſent caſus par-
ticulares in quib. poſſit Epiſcopus diſpē-
ſare in legib. Summ. Pontif. in Concilijs,
tā Generalibus, quā Prouincialib. & ſic de
alijs, quorū tractationē conſultò omitto.

SVM-

SVMMARIVM.

EPichea quidnam ſit, explicatur num. 1. & 10. Eſſe partem iuſtitiæ, ac iuſti emendationem docet Ariſtoteles nu. 2. Qualiter hoc accipiatur, traditur num. 3.

Locum habet tàm in lege ciuili, quàm etiam in lege Canonica, quod declaratur. nu. 16.

Eius vſus dupliciter euenit, quod explicatur nu. 20.

Iuſtum aliud eſt naturale, & aliud legale. & vtrumque explicatur nu. 4.

Iuſtum legale in caſibus particularibus deficit aliquando, ſed ex defectu materiæ, quod explicatur nu. 5.

Iuſtitia alia eſt naturalis, & altera legalis, & vtraque declaratur nu. 6.

Aequitas naturalis reſpondet iuſtitiæ naturali num. 7. Et dicitur origo, ſiue regula iuris, quod explicatur nu. 8.

Aequitas legalis quænam ſit, declaratur nu. 9. Ad hanc æquitatem ſpectat interpretatio legum, quod nō inconcinnè declaratur nu. 10.

Iudex ſeruando epicheam dicitur agere ex bono, & æquo, qđ explicatur n. 11.

Peccat in legem, & contra legem, qui ſeruatis verbis legis, agit contra legiſlatoris mentem, & voluntatem. nu. 12.

Iuris prudentia qualiter dicatur ars æqui, & boni, traditur nu. 13.

Ratio adæquata legis dicitur recta ratio in lege incluſa. nu. 14.

Ceſſante ratione legis, etiam lex ceſſare dicitur. nu. 15.

Epichea vtimur ad euitãdum iniquum, ad vitandam acerbam, & iniuſtam obligationem legis, & propter coniecturatam legiſlatoris voluntatē, quod pluribus explicatur nu. 17. 18. & 19.

Princeps quando in lege vtatur epichea, traditur nu. 21.

Iudex, & alij inferiores, præter Principem, in quibus caſibus vtãtur epichea traditur nu. 22.

Epichea an locum habeat in lege, quæ irritat actum, declaratur n. 23. & 25.

Lex irritans actum, etiam perſonas contrahentium inhabilitat, quod explicatur nu. 24. & ſeqq.

Contractus facti cum Eccleſia, & alijs perſonis priuilegiatis ſine ſolemnitatibus iuris, num valeant, traditur num. 26.

Epichea cur locum habeat in lege naturali, declaratur nu. 27. 29. & 30. Non ſolùm Deus, ſed etiam homo talem interpretationem facit, vt explicatur num. 28. & 30.

Achimalech Sacerdos, cum dedit Dauid, & pueris ſuis panes propoſitionis, vſus eſt epichea, quod declaratur nu. 31.

Quid ſit EpyKija, ſiue Epichea, & quando locum habeat in legibus.

QVÆST. XVI.

1 EPichea eſt æquitas, ſiue conuenientia quædam,
ſiue iuris benignitas,
quæ ſuadet, vt in legib.
benignã ſequamur interpretationem, ita
Bart. in l. 1. in fin. C. de
legib. quem ſequuntur communiter Iuriſtæ, quamuis Ariſtotel. 5. Ethicor. cap. 10.
2 vocet, † Epicheam partem iuſtitiæ, ſiue
iuſti emendationem; de qua materia latiſſimè tractant Couar. & alij penes Sayrum lib. 12. Clau. Reg. cap. 9. Suar. lib. 1. de
legib. cap. 2. nu. 9. & lib. 6. cap. 6. nu. 5. Salas diſput. 5. de legib. ſect. 10. §. nota tamē.
Sed coincidit hæc explicatio cum præce-
3 denti; † ſemper enim per talem Iuris benignitatem interpretamur, legem non
eſſe ſequendam in aliquibus caſibus, in
quibus eſſet error practicus, & contra iuſtitiam, vel æquitatem naturalem ſeruare
legem illam: & ſic dicitur emendatio iuſti, ſiue legis, & pars iuſtitiæ; quia tam iuſtitia, quam æquitas naturalis ſuadent legem non eſſe ſeruandam in illis caſibus.
4 Vt autem hoc magis intelligatur, ſciēdum eſt duplex eſſe iuſtum, vnum naturale, & alterum legale. Iuſtum naturale eſt,
quod eſt rectum, ſecundùm naturalem rationem, & nunquam deficit, ſi ratio non
erret. Iuſtum legale eſt, quod humana lege
5 conſtituitur, & hoc, † licèt iuſtum ſit in
vniuerſale, tamen in particulari multoties deficere ſolet, & hoc non ex defectu
legiſlatoris, ſed ex defectu materiæ, & circunſtantiarum legis, vt patet ex dictis q.
13. Et

6 13. † Et ſic duplex eſt etiam iuſtitia, vna
naturalis, quæ manat à iuſto naturali, &
altera legalis, quæ a iuſto legali deſcendit,
7 vt notant et DD. infra citandi. † Sic etiã
duplex eſt æquitas. Vna naturalis, quæ re-
ſpondet iuſtitiæ naturali, & de hac loqui-
tur text. in l. nam hoc iure. ff. de conditio.
indeb. l. 1. §. ſi filius. ff. de ſuis, & legitim. &
8 ſæpè alias: † & æquitas, hoc modo ſum-
pta, non eſt emẽdatio iuris, ſed eſt potius
origo, ſeu regula ipſius iuris; ſecundùm
quam ius ipſum iudicatur æquum, & iu-
ſtum, vt in l. in omnibus. ff. de regu. iur. &
dictum eſt ſuperius, quod omnes leges hu-
manæ, vt iuſtæ ſint, deriuantur à lege di-
9 uina, & naturali. † Altera dicitur æquitas
legalis, quæ opponitur ſtricto iuri, & de
iure multum remittit, & hæc dicitur iuſti
10 legalis emendatio; † & virtus, à qua hic
actus procedit, vocatur epicheia, & ad
hanc æquitatem ſpectat contra verba le-
gis humanæ in particulari agere, quando
videlicet, ſeruatis verbis legis ratione lo-
ci, temporis, vel perſonæ, ſiue ex alia cir-
cunſtantia eſſet contra naturalem æqui-
11 tatem legem illam obſeruare; † & in his
caſibus Iudex non dicitur agere iure, quia
nempè verba legis non obſeruat; dicitur
tamen agere ex bono, & æquo, nempè ſe-
cundùm dictamen rationis, quod eſt ius
ipſum iuxta intentionem ipſius ſeruare:
imò ſi hoc modo non iudicaret Iudex; eſ-
12 ſet violare ius ipſum, † quia in legem pec-
cat, & contra legem agit, & committit in
legem ille, qui verba legis complexus, con
tra legis, vel legiſlatoris nititur volunta-
tem. l. contra legem, iuncta l. ſequen. ff. de
legib. l. non dubium. C. de legib. D. Thom.
2. 2. q. 60. art. 5. ad ſecundum, & latiſſimè
q. 120. Sayr. d. cap. 9. num. 4. & 5. & alij
13 deſuper relati. Et hac ratione † Iuris pru-
dentia dicitur ars æqui, & boni, quia etiã
in legibus interpretandis bonum, & æ-
quum ſemper tueri debet, quamuis aliqñ
à verbis legis, & à iuris rigore recedatur,
ni ab ęquo, & bono naturali recedatur, &
14 hoc ea ratione, † quia ratio adæquata le-
gis eſt recta ratio, quæ in lege ipſa includi-
tur, & quæ legis obligationem inducit:
15 † igitur ceſſante dicta recta ratione legis,
& lex ipſa ceſſat, vt optimè notant omnes
præcitati DD. & conſtat ex dictis ſupra
q. 8. & alibi ſæpiſſimè.
16 Ex dictis conſtat. Primò in lege huma-
na tàm ciuili, quàm etiam Canonica ha-
bere locũ Epicheiam, tàm ſi ſimpliciter,
quàm etiam ex aliqua circunſtantia loci,
temporis, vel perſonæ lex ipſa redderetur
iniqua, & quotieſcunque caſus ſit talis, in
quo ſi legiſlator adeſſet, non decerneret
legem eſſe ſeruandam, vt docet Diu. Tho.
2. 2. quæſt. 147. artic. 3. ad 2. & omnes alij
deſuper cumulati, & ſic optimè conſide-
17 rant tres modos vtendi Epicheia. † Pri-
mus eſt propter cauẽdum aliquid iniquũ,
vt ſi iniquum eſſet in tali caſu ſeruare le-
18 gem. † Secundus eſt propter vitandam
acerbam, & iniuſtam obligationem, vt
quia res illa eſſet nimis rigida, & excede-
ret legiſlatoris poteſtatem, ſi vellet in his
19 caſibus legem obligare. † Tertius eſt pro-
pter coniecturatam voluntatem eiuſdem
legiſlatoris, nolentis ſubditos obligare in
dictis caſibus, quia noluit eos in lege com-
præhendere, plura exempla ponit Diu.
Thom. 2. 2. quæſt. 120. quos etiam reaſſu-
munt Sayr. d. cap. 9. nu. 5. & Suar. d. lib. 6.
de legib. cap. 7. & 8.
20 Hic tamen vſus Epicheiæ poteſt duo-
bus modis conſiderari. Primò in ipſomet
legiſlatore. Secundò in qualibet alia per-
21 ſona. In primo caſu ſatis eſt, † quod Prin-
ceps aliquam probabilem tantum habeat
coniecturam, vel aliam circunſtantiam,
vt verba legis poſſit interpraetari, quod ſi
verba legis attenderet, cederent in dam-
num communitatis, vel alterius contra
22 iuſtitiam. † In ſecundò verò caſu nullus
poteſt epicheia vti, niſi certò illi conſtet le-
gem non obligare in illis caſibus, vel talẽ
habeat probabilem rationem, nec daretur
facilis recurſus ad ſuperiorem, & adeſſet
periculum in mora, ſi vellet recurſus ha-
beri, vt ex Diu. Thom. notant Caietan. &
omnes eius expoſitores 1. 2. quæſt. 96. art.
6. Syluеſ. Medin. Sanchez, & alij plures,
quos probat Suar. d. cap. 8. Sayr. d. cap. 9.
num. 6. Et cito Theologos tantùm, quia
magis certè, & verè hanc materiam tra-
ctant, & qui eorum auctoritate in his vti-
tur, tutus eſt in vtroque foro, etiam quia
hæc eſt etiam opinio Iuriſtarum, vt patet
ex traditis per Couarr. loco cit.
23 Eſt autem maxima controuerſia, ſi in
lege, quæ ipſo facto, & ante omnem ſentẽ-
tiam Iudicis irritat actum, habeat locum
epicheia, & Iuriſtæ affirmant, quàmuis
Suarez lib. 5. de legib. cap. 23. hoc negat,
24 quia dum lex talem actum irritat, etiam
perſonam contrahentis inhabilitat ad fa-
ciendum illum actum: ſed epicheia non
poteſt habilitare perſonas ad contrahen-

dum,

dum, dum lex eas inhabilitat, ſed ſolùm
conducit ad interpræt ationem, in his, vel
illis caſibus ceſſare legis obligationem, vel
ex aliqua circunſtantia, vel ex voluntate
legiſlatoris, vt patet ex dictis.

25 Verùm hæc videtur contentio in mo-
do loquendi, quia ſi in rigore verborum
nō videatur habere locum epicheia, quia
ex ſe non poteſt habilitare, quos lex inha-
bilitat ad contrahendum, habet tamen
locum per recurſum ad coniecturatam
mentem legiſlatoris, volentis in illis caſi-
26 bus ceſſare ſuam legem, † & ſic licèt lex
annullet contractus minorum, & Eccle-
ſiarum, niſi adſit in illis certa ſolemnitas,
attamen ſi eſſent in eorum beneficium
iam valerent, quia hæc præſumitur eſſe
voluntas legiſlatoris, vt prouideat vtili-
tati, & commodo publico in beneficiū ha-
rum perſonarum, vt optimè probant Ro-
man. conſi. 32. Felyn. in c. tuis. de teſtib. &
alij num. 28. quos probat Menoch. conſil.
1199. nu. 3. vol. 12. Quicquid dicat Suarez
vt ceſſet tunc obligatio legis, nam ceſſat
ex iuſta interpræt atione.

Inſuper omnes ferè Doctores, teſte Sua-
rez lib. 2. de legib. cap. 16. in princ. conue-
27 niunt, †. interpræt ationem per epicheiā
habere etiam locum in lege naturali, ea
ratione, quia lex naturalis quòad aliqua
præcepta magis remota à primis princi-
piis verſatur circa materiam mutabilem,
& quæ in multis caſibus poteſt deficere,
& ideò ſi epicheia non haberet locum, lex
illa fieret iniuſta; quod nō eſt dicendum;
probant etiam alij, quos ſequitur Salas
diſp. 5. de legib. ſect. 10.

28 Non tamen conueniunt, ſi à ſolo Deo
fieri poſſit talis interpræt atio, vel etiam
ab homine aliquo; magis tamen eſt com-
munis, & recepta opinio, vt fieri poſſit ēt
ab homine, nempè à Summo Pontifice,
vel Concilio generali, legitimè congrega-
to, latiſſimè Fely. in c. quod in eccleſiarū.
num. 26. de conſtit. Couarru. & alij, quos
probat Nauar. conſi. 4. nu. 16. & 17. de di-
ſpenſat. impuber. & alij relati per Suarez
d. cap. 26. nu. 2.

29 Contrariam igitur ſentētiam defendit
Suarez d. cap. 16. nu. 4. cum ſeqq. vt in le-
ge naturali non habeat locum interpræ-
tatio per epicheiam ſiue fiat ab homine,
ſiue à Deo: Verùm quia ipſemet affirmat
num. 1. contra eum eſſe communem ferè
omnium ſententiam, ideò de ipſo non eſt
curandum, etiam quia rectè intuenti con-
ſtabit, quòd vel epicheia in nulla lege lo-
cum haberet, vel in omni.

30 Probatur aſſumptū ex eius dictis, q̄a ſi
interpræt atio veri ſenſus ipſius legis na-
turalis habet tantùm locum in lege natu-
rali, vt quod præcipiat, vel vetet, intelli-
gatur cum debitis circunſtantijs, & qua-
tenus recta ratio ſuadet: iddem dicendū
eſt de omni lege, etiam ex iuſta interpræ-
tatione voluntatis legiſlatoris; vel ex a-
lijs cauſis deſuper relatis, & ideò talē in-
terp̄tationā nos dicamus Epicheā, prout
eſt in alijs legibus, quāuis nō eodē modo,
& hoc ad ſummū probāt eius argumēta,
etiā quia nō eſt recedendū ab illis, quę cer
tam habuerunt interpræt ationem, vt di-
xi par. 4. quæſt. 65. num. 56. etiam in addi-
tione.

31 Et per hoc patet, quòd dum Achima-
lech dedit panes propoſitionis Dauid, &
pueris eius, vt habetur 1. Reg. cap. 21. Iā
vſus fuit iuſta interpręt atione, quia nem-
pè interpræt atus eſt legem illam non ob-
ligare ob illam, vel aliam ſimilem occur-
rentem neceſſitatem, prout apertè docet
Chriſtus Matth. 12. & latè exponit Abu-
lenſ. 1. Reg. q. 8. 13. & 18. tractat etiam
Suar. lib. 9. de legib. cap. 9. num. 8. vbi alias
enarrat iuſtas interpręt ationes illius le-
gis, quas omitto, quia non concernunt
hanc quæſtionem.

SVMMARIVM.

*Conſilium non eſſe iddem, quod cō-
ſenſus, explicatur nu. 1. Quid
nam ſit cōſiliū, declaratur nu.
3. & 9.*

*Conſenſus eſt approbatio volun-
tatis, à lege requiſita ad actus validi-
tatem. nu. 2.*

*Conſilij ſpecies eſſe plures, traditur, &
explicatur nu. 4. & ſeqq.*

*Conſilium tutoris ad validandum actū
pupilli, dicitur ſuppletorium, quod
explicatur nu 4.*

*Conſilium neceſſitatis, quod in vtroque
foro neceſſariò requiritur, quod nam
ſit, traditur nu. 5.*

*Conſilia Euangelica dicuntur conſilia
perfectionis. nu. 6.*

*Conſilium vtilitatis, ſiuè officij dicitur,
quod*

quod conſiliarij dare tenentur eorum ſuperiori. nu. 7.

De neceſſitate, & vtilitate conſilij, qui nam tractent. nu. 8. remiſſiuè.

Conſilium bonum prius à Deo, deinde à viris prudentibus petere tenemur, qđ explicatur nu. 10. & 11.

Sine conſilio nihil eſt faciendum, quod declaratur nu. 12.

Gubernatio Reipublicæ non in multis viribus, ſed in bonis conſilijs conſiſtit, quod explicatur nu. 13.

Conſiliarij qualiter eſſe debeant, explicatur nu. 14.

Conſiliario bono nihil melius inueniri poteſt, quod declaratur num. 15.

Conſiliarij mali ſunt cauſa omnium malorum Reipublicæ. nu. 16.

Principis intereſt bonos habere conſiliarios, etiam pro firmitate ſui Regni, ac Imperij, quod explicatur num. 17. & nu. 38. Tenetur procurare bonum ſubditorum. nu. 35.

Conſilium bonum ſex debet habere qualitates, ſiue conditiones, quæ explicantur nu. 18. cum ſeqq. vt bonum ſit veritas attenditur, non vtilitas petentis conſilium. nu. 26.

Feſtinantia confundit conſulentes, & peruertit conſilium, quod declaratur num. 20.

Conſilium vt ſit firmum maturam expoſcit conſiderationem, & vt fundetur in veritate, non autem in rebus ſophiſticis. nu. 21. & 22.

Sophiſtæ nocent Reipublicæ, & ab eis expelli debent, & de facto ab Vrbe Roma fuerunt expulſi. nu. 23. & 24.

Pœna grauiori puniri debet, qui ſophiſticis mendacijs Iudicem corrumpit, quàm qui pecunia, & ratio redditur. num. 25.

Conſilium eſt fruſtatorium, ſi exequutioni mandari non poſſit, quod explicatur nu. 27. Debet habere media proportianata, quæ recenſentur nu. 28.

Conſilium cur debeat eſſe ſecretum, explicatur nu. 29.

Princeps in tractandis negotijs ſubditorum, an teneatur neceſſariò adhibere conſilium prudentum loci, cuius tractantur negotia. nu. 30. cum ſeqq.

Rex Hiſpaniarum cur in Concilio Italiæ habeat Regentes omnium ſuorum Regnorum, explicatur nu. 31.

Ciuis facta propria cælant, exterorum verò diuulgare ſolent. nu. 32.

Ciues facta aliorum ciuium ſcire ſolent & omnia media, quibus prouideri poſſit negotijs ciuium, quod explicatur num. 34.

Rex Carolus cur in compilatione harum conſuetudinũ adhibuit viros prudentes, & Antiſtitem huius ciuitatis, explicatur nu. 36.

Iudices, ac omnis ſuperior cur debeant amicitiam habere cum bonis, & prudentibus Religioſis, traditur nu. 37.

Rex Roboam ob conſilium iuuenum inſipientium amiſit nouem partes ſui Regni. nu. 38.

Rex Aſſuerus ob conſilium bonorum virorum orbem fecit ſibi tributarium, quod explicatur nu. 39.

Beneficia, qua ratione potius ciuibus eiuſdem loci, quàm exteris ſint conferenda, explicatur nu. 4.

An Princeps, dum tractat negotia ſubditorum, teneatur vocare ad Concilium ſubditos illorum locorũ, quorum negotia tractat.

QVÆST. XVII.

PRo intelligentia ſciendũ
1 eſt, ꝙ licèt aliqui Legiſtæ
confundant conſilium
cum conſenſu, inter ſe
2 tamen diuerſa ſunt; † nã
conſenſus eſt illa ſignificatio, & approbatio voluntatis, quæ dum a lege requiritur ad aliquẽ actum, eſt omninò neceſſaria ad actus validitatem, aliter actus non tenet, ita gloſ. in cap. fin. ne Sede vacã. in 6. & in cap. ſi pro te, in verb. aſſenſu, de reſcript. in 6. Abb. in cap. cùm in veteri. nu. 12. de elect. cum alijs cumulatis per Cardin. Paleott. in tract. de conſult. Sacri Conciſtor. par. 1. quæſt. 3. art. 1.

3 Sed Conſiliũ eſt aliquid faciendi, vel non faciendi excogitata ratio. Eſt quædam inquiſitio alterius ſententiæ, quam lex præcipit explorari in aliquo facto, ita Abb. in cap. cùm olim num. 4. de arbitr. Paleott. loco cit.

4 Benè verum eſt, quòd plures ſunt ſpecies Conſilij. Primum dicitur ſuppletorium,

rium, quod ad perſonæ imbecillitatem
ſubleuandam, ac reintegrandam requiri-
tur, vt eſt conſilium tutoris pupillo, &
Curatoris adulto, quod neceſſariò requi-
ritur, vt actus valeant. l. impuberibus. ff.
de ſuſpect. tutorib. & hoc conſilium coin-
cidit cum conſenſu, & de hoc conſilio hic
non loquimur.

5 Aliud eſt conſilium neceſſitatis, quod
oritur ex natura rei, & obligat in foro cō-
ſcientiæ, ut dum aliquis neſcit ſe reſolue-
re legitimè de aliquo negotio, conſulat pe
ritiores de rebus, quas neſcit, ne animæ
ſuæ detrimentum patiatur, & hoc conſi-
lium obligat in foro conſcientiæ cap.
Mattheus, vbi gloſ. in verb. cōſulis. de Sy-
mon. vbi omnes, & in hoc omnes con-
ueniunt.

6 Aliud eſt cōſilium perfectionis, vt ſunt
Conſilia Euangelica, vt in c. integritas. 32
quæſtio. 1. D. Thom. 2. 2. quæſt. 124. art. 3.
nec etiam de hoc conſilio loquimur.

7 Aliud eſt conſilium officij, quòd nempè
tenentur aliqui Conſiliarij dare eorum
Superiori ratione eorum officij, quod vo-
cari ſolet Conſilium vtilitatis, ut notat
Abb. in d. c. cùm olim. de arbitr. Pa-
leott. d. q. 3. art. 1. vbi alias Conſilij accep-
tiones ponit, & de hoc Conſilio, & etiam
de Conſilio neceſſitatis hic pręcipuè quę-
rimus.

8 De neceſſitate, ac vtilitate Conſilij plu
res tractact, quos collegit in vnum Boba-
dill. lib. 2. ſuæ Polit. cap. 6. & 7. Quam di-
9 ſputationem relinquo, † etiam quia Con-
ſilium, de quo quęrimus, eſt certitudo, ſiuè
aduertimentum, quod homo ſumit in re-
bus dubijs, nè in errorem incidat, vt poſt
10 alios notat citatus Auctor. † Eſt tamen
prius a Deo petendum Conſilium iuxta
illud Prouerb. 2. Habe fiduciam in Domi-
no ex toto corde tuo, & ne innitaris pru-
dentiæ tuæ; in omnibus vijs tuis cogita
illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Et hoc
ſæpè aliàs habetur in ſacra Scriptura, quæ
nos docet, & admonet, vt ſemper recur-
ſum habeamus ad Deum in omni noſtro
negotio, & neceſſitate, vt ipſe nos adiu-
uet, & illuminet in operibus noſtris fa-
11 ciendis. † Tenemur etiam ab alijs homi-
nibus prudentibus conſilia petere adhoc,
ut bene operemur, & poſt factum nos non
12 pęniteat, iuxta illud. Eccleſ. 32. † Fili ſine
conſilio nihil facias, & poſt factum non
pœnitebis. Et hoc etiam habetur paſſim
in ſacra Scriptura, & omnibus eſt mani-
13 feſtum, adeòvt † gubernatio Reipubl. nō
conſiſtat in multis Viribus, ſed in multis,
& bonis cōſilijs pro vtili directione om-
nium actionum ciuium in ſuum debitum
14 finem: & ideò † Conſiliarij non ſolùm
debent eſſe viri ſapientes, & timorati, ſed
debent etiam habere magnum experimē-
tum adhoc, vt per Sapientiam ſciant ſecū-
dùm veritatem conſulere; per timorem,
conſulāt quę prò Dei ſeruitio conueniūt;
& per experimētum cōſulere poſſint quæ
cōueniunt ad publicam vtilitatem ipſius
15 Reipubl. † & dum Conſiliarius talibus eſt
præditus qualitatibus, nihil meliùs illo
poteſt homo inuenire, prout hæc omnia
habentur in Eccleſiaſt. cap. 37. & docent
omnes Doctores, qui etiam tradunt, vt in
bonis, & probis Conſiliarijs ſit poſita om
nis ſalus, & Ciuitatis, & gentis, ſicut è cō-
16 tra † infidi, & praui Conſiliarij ſunt cau-
ſa, & fontes omnium ferè malorum; qui-
bus ſæpè turbatur vita mortaliū, & quies
Reipubl. ita Hoſtien. in c. 4. de iur. iur. Et
alij plures, quos probāt Paleott. d. quęſt. 3.
per octo articulos. Bobadill. d. cap. 6. ſub
num. 3. circa fin. cum ſeqq. Qui etiā nu. 13.
& ſeqq. multis exemplis, & auctoritatib.
17 probat, † vt hoc non ſolùm ſit conueniēs
Principi, vt rectè gubernet, & ſuum offi-
cium decenter adimpleat. Sed eſt etiam
illi neceſſarium, vt ſuum Imperiū ſit ma-
gis firmum, tranquillum, & prouiſum de
omnibus, quæ illi neceſſaria ſunt, vt etiam
num. 38. dicetur.

18 Vt autem conſilium ſit ex omni ſui par-
te bonum, & perfectum, debet habere ſex
cōditiones, ſiuè requiſita: Primò, vt ſit ex-
cogitatum. Secundò, vt ſit firmum. Ter-
tiò, vt ſit iuſtum. Quartò, vt res faciles cō-
ſulat. Quintò per debita media. Sextò, vt
ſit ſecretum; & cùm hæ conditiones defi-
ciunt, aut nunquam, aut vix in aliquo cō-
ſilium eſt bonum, vt docent prænarrati
Auctores.

19 Primò igitur. Conſilium debet eſſe ex-
cogitatum, videlicet, ex omni eius parte,
20 & ex viribus examinatum; † nam acce-
leratio, & feſtinantia non facit conſide-
rare quod agitur, & ſic confundit conſu-
lentes, ac conſilium peruertit, vt docet
Seneca epiſt. 100. & experientia eſt notū,
etiam quia, vt ſuperius dictum eſt, feſtinā-
tia, ac repētina credulitas eſt mater erro-
ris, & nouerca conſilij.

21 Secundò. Cōſilium debet eſſe firmū, &
ſtabile: quæ conditio dependet à prima

tanquàm effectus a cauſa, quia ſi præcedat
matura conſideratio rei faciendæ, vtique
conſilium non mutatur, ſed firmum, &
22 ſtabile manet; quod, vt eueniat, † fundari
debet in veritate, non autem in rebus So-
phiſticis, vt docet Senec. lib. 4. de benef.
23 cap. 26. † Imò tales Sophiſtæ, qui magis
in lenitate verborum, & in dicendi elo-
quentia ſuum conſilium fundant, quàm
in veris opinionibus, & in ſoliditate do-
24 ctrinę, ſunt expellēdi a Ciuitatibus, † pro-
ut de facto ab Vrbe Roma multoties fue-
runt expulſi, vt poſt alios latiſſimè proſe-
quitur Bobadill. d. lib. 2. cap. 7. n. 20. & 21.
& lib. 3. cap. 14. num. 64. qui quæſo lega-
tur, nam inter alios citat quondam Au-
25 ctorem, qui ait ſe non intelligere, † cur il-
le, qui pecunia corrumpit Iudicem, pœna
dignus ſit; qui autem eloquentia corrum-
pit, laudem ferat: nam prudentem virum
vix aliquis pecunia corrumpere poteſt, di-
cendo autem poteſt, & ideò plus mali fa-
cere videtur, qui oratione, ſiue dicēdi elo-
quentia, quàm qui pretio Iudicem fallit.

26 Tertiò. Conſilium debet iuſtum, nem-
pe, vt conſulens iuſtitiam habeat pro fine,
non autem vtilitatem eius, qui petit con-
ſilium, vt docet Cicer. lib. 3. offic. cap. 12.
D. Auguſt. ſerm. 12. & dixi etiam aliqua
par. 2. in tit. de bonis quæſt. 24. num. 17. &
conſ. 1. nu. 34. vbi aſſignata eſt differentia
inter conſilia, & allegationes Doctorum.

27 Quartò. Conſilium debet continere
res, quæ faciliter fieri poſſint; ſi enim ali-
ter fieret, conſilium eſſet fruſtratorium,
quia ob difficultatem, non poſſet debitæ
executioni demandari, vt docent omnes,
& patet ad ſenſum.

28 Quintò. Debet continere media pro-
portiona, nempè, bona, iuſta, & honeſta;
nam aliter conſilium nō eſſet honeſtum,
nec iuſtum, & conſequenter ſuum debitū
non ſortiretur effectum, vt docet Ariſtot.
lib. 10. Rethoric.

29 Sextò. Denique conſilium detur eſſe
ſecretum, nam aliter non conſilium, ſed
pernicies eſſet, & hinc eſt, quòd conſulen-
tes habent ſecretum, ſiue ſigillum natura-
le, ne poſsint alijs diuulgare, quę pro alijs
conſulunt: quæ omnia latiſſimè proſequi-
tur Bobadill. dicto lib. 2. cap. 6. num. 10. cū
ſeqq. ſic etiā Gugliel. LeRouille in tract.
de iuſtit. & iniuſtit. lib. 3. cap. 2. vt habetur
tom. 1. tract. fol. 381.

His declaratis, deuenio ad propoſitam
30 quæſtionem, & dico, † vt Princeps in re-
bus agendis teneatur neceſſariò adhibere
conſilium eorum hominum prudentum
loci, cuius negotium tunc agitur. ita col-
ligitur ex traditis per Bobadill. d. cap. 6.
ſub nu. 2. & ex diſcuſſis per Palcott. dicta
quæſt. 3. tota, & experientia patet, & ra-
tionibus. Experientia quidem docemur,
31 quia Rex noſter inuictiſſimus, & iuſtiſſi-
mus pariter, vt ſuum officium decenter
adimpleat, ſic obſeruat, & per illam obſer
uantiam negotia omnium eius Regnorū
rectè, prudenter, & vtiliter pertractat: nā
in illo magno eius Concilio, quod vocant
Italiæ, retinet Regentes, ſiue Conſultores
omnium Prouinciarum Italiæ, & dum
negotia illius Prouinciæ tractantur, Re-
gens dictæ Prouinciæ alios Regentes in-
format de ſtatu negotij, & de omnibus re-
quiſitis, vt, illis perſpectis, poſſint omnes
Conſultores bonum, & iuſtum dare con-
ſilium ſecundùm conditiones, deſuper ex-
plicatas, & ſic negotia ſuum debitum ſor-
tiuntur finem.

32 Ratione etiam probatur, tum quia † ex-
teri facillimè diuulgare ſolent facta aliarū
nationum, ſecretò tamē retinēt propria,
33 & conſequenter, † vt conſilium ſit ſecre-
tum, ciues loci vocari debent ad dictū cō-
ſilium tum etiā, quia ſi prædicta ratio de-
34 ficeret, iā vrget alia, videlicet, quia † Ci-
ues ſciunt facta, & conditiones aliorum
Ciuium, & apta cognoſcūt media, quibus
conſilium ſit exequendum in vtilitatem
ſuorum ciuium, quod exteri habere non
poſſunt, & ſic hoc vocatur conſilium ne-
ceſſitatis, quia hoc modo eſt ex viribus exa
minatum, firmum, ac ſtabile, iuſtum, non
fruſtratorium, ſecretum, & per media ap-
ta, quæ ſunt conditiones requiſitę ad per-
35 fectum, & verum conſilium. † Princeps
etiam quia ratione ſui officij tenetur pro-
uidere neceſſitatibus ſubditorum, & per
media cōmoda tenetur hoc exequi adhoc,
vt plenius de facto informatus iuſtè, & re-
ctè ſuum exequatur officium.

36 Hinc Rex Carolus vt id adimpleret ex
omni parte iam in compilatione harum
conſuetudinum vocauit duodecim pro-
bos, ac doctiſſimos viros eiuſdem Ciuita-
tis cum religioſiſſimo Antiſtite eiuſdem
Vrbis, & per illos veteres abuſus abole-
uit, veras conſuetudines, & conuenientes
huic Ciuitati ſtabiliuit, vt ſuo loco ſupe-
rius dictum eſt.

37 Eſt etiam aduertendum eſſe optimum
remedium omni ſuperiori, & præcipuè
ſupre-

Digitized by Google

ſupremis iudicibus habere amicitiam cũ
aliquo docto, & religioſo viro, qui bona,
& ſana doctrina ſit imbutus, cum quo ne-
gotia ſua, & omnia, quæ ſpectant ad eius
officium, communicet, vt in conſcientia
ſcire poſſit quid verè, & iuſtè ſacere de-
beat: nam vt dicitur Eccleſiaſt. 37. Anima
viri ſancti enunciat aliquando vera pluſ-
quam ſeptem circunſpecturos ſedentes in
excelſo ad ſpeculandum, vt etiam proſe-
quitur Bobadill. d.cap.6. nu.33.
38 Poſtremò, vt notatum eſt nu.17. eſt hoc
Principi neſſeſſarium, vt ſuum Imperiũ
39 ſit firmum; † nam ideò Rex Roboam, fi-
lius Salomonis, perdidit nouẽ partes ſui
Regni, quia, nempè conſilium Sapientũ,
& religioſorum virorum audire noluit,
ſed potius exequi voluit conſilium iunio-
rum inſipientium, vt habetur 3. Reg. c.12.
& etiam in c. Eccleſia. 16. quæſt.1. & de
multis alijs Regibus id eueniſſe diuerſæ
39 narrant hiſtoriæ: ſicut è contra † Rex Aſ-
ſuerus, quia conſilio virorum prudentum
vſus fuit, ſuper 127. Prouincias triumpha-
uit, & diuerſas inſulas maris etiam ſibi
tributarias fecit, vt habetur in lib. Eſther
cap.1. & cap.10. Probat etiam Gugliel. Le
Rouille d.lib.3.cap.2.num.1. & quatenus
ſcriptura dicit, vt Rex Aſſuerus fecerit ſi-
bi vniuerſam terram tributariam, id in-
telligitur de Prouincijs, tunc cognitis, &
iuxta modum explicatum ſupra q.3.
Occaſione prædictorum non eſt omit-
tendum, quòd antiqui Canones manda-
bãt, vt in c. nullus, & c. obitum. diſt.61. &
alibi, & multis etiam in locis practicatur,
40 † vt regulariter beneficia non conferan-
tur, niſi Presbyteris, & Clericis eiuſdem
Prouinciæ, & Eccleſiæ, & hoc ea præci-
puè ratione, quia Ciues ſolent eſſe vtilio-
res, & fideliores ſuæ Eccleſiæ, ac Prouin-
ciæ extraneis, quia eidẽ Eccleſiæ, & Pro-
uinciæ maiorem habent affectionem, &
magis ea omnia norunt, quæ ſunt illi ne-
ceſſaria, dum ſunt in ea educati, ac firmius
etiam in illa reſident, vt poſt alios notat
etiam leſſius lib.2. de iuſt. & iur. cap.34.
dub.14.nu.69.§. obijcitur ſecũdò, & plu-
res alij notant, & hæc ſatis ſint pro hac
quæſtione.

SVMMARIVM.

STylus quid nam ſit, recenſetur. nu.1. & 2.

Stylus procedendi in cauſis attẽdi debet ſic etiam notariorum, & aliorum ſcribentium. nu.3. & 6.

Stylus vel eſt facti, vel iuris, & vterq; explicatur. nu.4. & 8.

Stylus quando habeat vim legis, traditur, num.7.

Stylus iuris aliquando reſpicit legem, & aliquando conſuetudinem, quod declaratur. nu.8. & 10.

Clauſula, appoſita in ſcriptura contra ſtylum, arguit falſitatem, & dolum. num.5.

Lege ſtyli Hiſpaniarum cur hoc nomine vocentur, explicatur. nu.9.

Iudices tenentur iudicare ſecundùm ſtylum eorum tribunalium. nu.11.

Citatus contra ſtylum curiæ excuſatur à contumacia, & ratio traditur. num.12.

Stylus Sacri Conſilij Neapolitani vim legis habet. nu.13.

Stylus Sacri Conſilij Neapolitani quo partes hortantur, vt in cauſis dubijs compromiſſum faciant inidem ſacrum Conſilium, recenſetur. nu.14.

Reclamatio non datur à duabus ſententijs conformibus ſacri Conſilij ex ſtylo, quod declaratur. nu.15.

Gratia dicitur ſubreptitia, quando in ſupplicatione non narrantur ea, quæ ſunt de ſtylo. nu.16.

Stylus in hoc noſtro procemio accipitur pro modo loquendi Ciuium, quod declaratur. nu.17.

Quid ſit Stylus, & quotuplex.

QVÆST. XVIII.

1 VArias diffinitiones, ſiue deſcriptiones ſtyli ponunt Cyn. in l.2. C. quę ſit longa conſuet. Bart. in l.1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. de quibus. ff. de legib. & alij penes Salern. hic in §. quarũ ſerie in addit.

incip. Stylus Curię, vbi alia additio incip.
Quid ſit Stylus. Magis eſt recepta illa
deſcriptio Bartoli in d.l. de quibus nu. 10.
2 † quòd ſtylus ſit conſuetudo, quæ ordinē
loquēdi, & ordinem procedendi in iudi-
tio reſpicit: ſiue ſtylus eſt modus proce-
dēdi in cauſis, & negotijs, vt poſt Burgoſ.
Vaſq. & alios notat Salas in tract. de legib.
3 diſp. 19. ſect. 1. in fin. Ex quo patet, † quòd
ſtylus procedendi in cauſis attenditur, ſic
etiam ſtylus loquendi notariorū, & alio-
rum ſcribentiū ex c. quam graui. de crim.
falſ. c. venerabilem. de confirmat. vtil. vel
inutil. Alex. conſ. 70. n. 3. lib. 1. & conſ. 14.
num. 24. lib. 6. & dixi infra par. 10. q. 13.
4 Stylus duplex eſt, vnus facti, & alter iu-
ris: ſtylus facti non ſolū ſignificat frequen-
tiam actuum ſic loquendi, ſcribendi, aut
procedendi, ſed etiam formam illam quaſi
artificialem, quæ ſeruari ſolet in ordine
ſermonis ſcripturæ, vel proceſſus, vt no-
tant præfati Doctores, & aduertit etiam
5 Suarez lib. 7. de legib. cap. 5. nu. 4. † & ſic
clauſula, appoſita in contractu, vel alia
ſcriptura contra ſtylum notariorum, ar-
guit falſitatem, & dolum d.c. quàm graui.
Deci. conſ. 399. nu. 8. cum alijs cumulatis
6 per Salern. loc. cit. † & ideò hic vſus, ſiue
cōſuetudo ſic loquendi, ſcribēdi, vel pro-
cedendi attendi debet, & dicitur introdu-
cere obligationem ſeruādi talem ordinē,
vel formam ſic faciendi, & non aliter,
7 † quamuis vim legis non habeat, niſi qui
legem condere poteſt, ita velit, vt poſt a-
lios notat Burgoſ. in prohęm. leg. Thauri.
nu. 229. & ſeqq. quem probat Salas de le-
gib. diſp. 19. ſect. 19.
8 Stylus iuris propriè conſideratur in iu-
dicijs, & duobus modis conſideratur: Pri-
mò quaſi ab extrinſeco, vt ex obiecto le-
gis, vel materiæ circa quam verſatur, &
hoc modo ſtylus non pertinet ad conſue-
tudinem, ſed potius ad legem ſcriptam,
quæ diſponit de ſtylo ſeruando in his, quę
concernunt actus iudiciales, ſiue iudicia-
9 lia, † & tales ſunt leges ſtyli Regni Hiſpa-
niarum, vt poſt alios notat Suarez d. cap. 5
nu. 6. & hoc modo poſſunt accipi omnes
leges municipales alicuius loci loquentes
de ſtylo, vt per Staffil. & alios penes Suar.
loco citato.
10 Secundò modo poteſt accipi ſtylus ab
intrinſeco, nempè ex modo, quo introdu-
ctus fuit in materia iudiciaria ſic, & ſic
procedendi, & hoc modo ſtylus comprę-
henditur ſub conſuetudine, & ſtylus hoc
modo erit ius ſpeciale, & non ſcriptum
illius loci, & ſic conincidit cum conſuetu-
dine, vt ſcripſerunt Cyn. Bart. Salycet. &
alij in l. conſuetudinis. C. quæ ſit long. cō-
ſuet. Guid. Pap. & alij penes Salern. loc.
cit. Maſcard. concluſ. 1317. num. 51. San-
11 chez, & alij penes Salas d. ſect. 19. † quia
dum Iudices id diu ſeruauerunt, quaſi ex
obligatione habet vim legis non ſcriptæ,
12 † & ſic citatus contra ſtylum Curiæ ex-
cuſatur a contumacia, quia ſtylus Curiæ
ſeruari debet, & obſtat exceptio ſtyli non
ſeruati, prout notant Addentes in locis
citatis, qui plura de ſtylo tradunt.
13 Illud tamen aduertendum eſt, † quòd,
cum Sacrum Neapolitanum Conſilium
ſit Tribunal ſupremū in hoc Regno, eius
ſtylus vim, & vigorē legis obtinet, vt per
Afflict. deciſ. 135. nu. 3. & notat Præſ. de
14 Franch. pluribus in locis. † Adeſt etiam
ſtylus in eodem ſacro Conſilio, quòd in
cauſis dubijs hortātur partes, vt ad ipſum
Sacrum Conſilium tanquam in arbitrato-
rem cauſas earum compromittant, adhoc
vt magis ſecundùm æquitatem iudicare
valeat pro bono, & æquo; nam virtute ta-
lis compromiſſi Sacrum Conſilium pro-
fert laudum, prout ei videtur iuſtum, &
expediens pro bono, & æquo, & ita plu-
ries fuiſſe ſeruatum, teſtatur Afflict. de-
ciſ. 13. vbi Vrſill. in fin. alios citat. Tenēt
etiam Regens de Pont. & Muſcatell. de
quibus meminit Io. Bapt. de Thoro in
Compend. deciſ. Neapolitan. in verb. ſty-
lus Sacri Conſilij.
15 Inſuper in eodem ſacro Conſilio adeſt
ſtylus, vt non detur reclamatio a duabus
ſententijs cōformibus; nam à prima ſem-
per datur, ſic etiam a ſecunda ſi ſit diuerſa
a prima. Sed ſi primam confirmaret, nun-
quā datur reclamatio, & imponitur per-
petuum ſilentium, vt poſt multos etiam
Regnicolas probat Vinc. de Franch. de-
ciſ. 135. etiam in addit. Peregr. in deciſ.
Patau. 60. nu. 2. & alij, quos probat idem
de Thoro, vbi ſupra in verb. reclamatio
quamuis non detur. & in verb. ſilentium
perpetuum. Vbi alias deciſ. cumulat.
16 Eatenus ſtylus legem facit, quòd qui in
precibus non narrat, quę ſunt de ſtylo cu-
riæ, facit gratiam ſubreptitiam, & vitio-
ſam, vt poſt Dec. Rebuff. Maſcard. Gut-
tier. Flamin. & alios probant Sanchez
lib. 8. de matrim. diſp. 21. n. 16. Sal. diſp. 20
de legib. ſect. 15. nu. 117. & omnes prædi-
cti Auctores videri poſſunt pro reliquis
con-

concernentibus hanc quæſtionem. Clarũ
17 eſt enim,† vt ſtylus in hoc prohœmio accipiatur pro modo loquendi ciuium huius Ciuitatis, ſecundùm eorum vſualia verba, ſecundum quæ fuerunt conſuetudines iſtæ redactæ in ſcriptis, vt habetur hic in §. quarum ſerie. Et ſic ſtylus ſumitur primo modo.

SVMMARIVM.

REx Carolus cur expreſsè probibuit, nè conſuetudines correctæ allegarentur ad deciſionem cauſarũ, recenſetur nu. 1.

Lex, quæ dubitatur, an ſit correcta, poteſt allegari ad deciſionẽ cauſarũ, & ratio traditur nu. 2. & 3.

Correctio legum in dubio non præſumitur, nu. 3. & 4.

Lex, abrogata per conſuetudinem, quando poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, refertur nu. 5. & 17.

Lex, expreſsè correcta, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarũ, & eam allegans, punitur pœna falſi. nu. 6. & 8.

Lex correcta non dicitur amplius lex, & ratio traditur. nu. 7.

Cauſidici debent conſulere ſecundùm verum intellectum legis, aliàs peccant, & ad reſtitutionem tenentur, quod declaratur nu. 9.

Lex correcta an allegari valeat ad cauſas pendentes ante correctionem, traditur nu. 10.

Legis proprium eſt reſpicere futura tantùm negotia, non autem præterita, qđ declaratur nu. 11.

Lex noua non extenditur ad cauſas inceptas, niſi expreſsè id fiat. nu. 12.

Lex correcta poteſt allegari ad interpretationem legis nouæ, & ratio traditur num. 13.

Ratio legis correctæ poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quando expreſsè non fuit correcta, & ratio traditur nu. 14 15. & 16.

Lex dicitur habere pro ſe præſumptionem, vt ſit in viridi obſeruantia, & dicenti contrariũ incumbit onus probandi. nu. 18.

Lex, quæ trãſiuit in ſpeciem contractus, an reuocari poſſit, nu. 19.

Lex noua, an dicatur tollere legem veterem, quæ cũ diſtinctione loquebatur, & num vetus illa lex poſſit ſine pœna allegari ad deciſionem cauſarum, traditur nu. 20. & 21.

Lex noua recipit declarationem, & limitationem à lege veteri. nu. 22.

An lex correcta poſsit allegari ad deciſionem cauſarum.

QVÆST. XIX.

HÆc quæſtio quamuis nõ ſit neceſſaria ſecũdùm
1 has conſuetudines,† ex quo Rex Carolus expreſsè ꝓhibuit ſub pœna, ne conſuetudines correctæ, & in hoc volumine non inſertæ, allegari poſſent ad deciſionem cauſarum, vt habetur hic in §. ita vt. eſt tamen neceſſaria, vt ſciatur ad quem finem hoc ſit prohibitum, & ſi regulariter lex correcta allegari valeat ad deciſionem cauſarum.

Pro dicendis ſuppono Primò; ſenſum
2 quæſtionis non eſſe,† ſi dubium ſit de correctione legum, ſed quando expreſsè conſtat de ipſa correctione, nã ſciunt omnes,
3 † vt legum correctio fieri nequeat per ſubauditus intellectus, nec etiam per argumentum à contrario ſenſu, ſed verbis claris, & expreſſis. l. ſancimus, vbi omnes C. de appellat. Brun. in tract. de ſtatut. art. 12 nu. 11. Anto. Boſell. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 110. cum ſequẽtib. Ioan. Royas in epithom. ſucceſſion. cap. 8. nu. 10. Rol. à Vall. in tract. de lucro dot. num. 2. & alij paſſim, & dixi par. 3. q. 12. nu. 5. & par. 6.
4 q. 9. num. 3. † adeò vt ſemper in dubio ſit euitanda correctio legum.

5 Suppono ſecundò hic eſſe quæſtionem de abrogatione facta ab homine, non autẽ de ceſſatione legis ex defectu finis, ob quẽ fuit lex primitus lata, quia de hac mutatione dixi ſupra q. 13. niſi tamen de tali abrogatione, ſiue ceſſatione cõſtaret per euidentiam facti, quia nempè Princeps declaraſſet per ſuum decretum legem illã fuiſſe mutatam, & ſublatam, vt patet ex dictis d. q. 13. quia in hoc caſu iam conſtaret expreſsè de mutatione, & correctione legis, & ſic re vera eſſet lex correcta

cta

cta expreſſis verbis.

His igitur tanquam claris ſuppoſitis,
pono ſiquidem vnicam, & clariorem cõ-
6 cluſionem, † lex correcta non poteſt alle-
gari ad deciſionem cauſarum, & ſi ab ali-
quo allegetur, punitur etiam allegans pę-
na falſi: hanc concluſionem quòad vtran-
que partem probat tex. in l.fin. §. hæc igi-
tur. C. de veter. iur. enucleand. vbi Alber.
& Caſtren. gloſ. Bart. & alij in l.fin. ff. de
falſ. quos probat Petr. Andr. Gambar. in
tract. de exemptio. num. 149. & ſeqq. tom.
18. tract. fol. 257. & ſeqq. Aretin. Iaſ. &
Dec. quos probat Thuſc. in verb. lex cor-
recta. concluſ. 279. num. 1. 2. & 3. vbi hoc
iddem probat in ſtatuto, & ratio eſt eui-
7 dens, † quia lex correcta nullo modo eſt
lex, quia ceſſauit eſſe, & habetur, ac ſi nun
quam fuiſſet in rerum natura, & commu-
nitas, ſiue Reſp. reducitur in priſtinam li-
bertatem, ac ſi lex illa lata non fuiſſet, vt
patet ex dictis d. q. 13. & poſt alios Suarez
lib. 6. de legib. cap. 10. præcipuè nu. 12. cũ
8 ſeqq. † Vnde qui illam allegat pro lege,
falſum dicit, quia lex nõ eſt amplius, quid
ergo mirum, ſi pœnam falſi incurrit.

9 Debent etiam Cauſidici conſulere ſe-
cundùm verum intellectum legis, & com
munem DD. ſententiam, quoniam com-
munis ſententia pro lege reputatur, &
ideò conſulens contra legem non ſolùm
malè facit, quia conſilium eius eſt indu-
ctiuum criminis, & peccati, ſed contra le-
gem agit, & ideò primò tenetur ad inte-
reſſe partis, contra quam conſuluit, & ẽt
ad emendationem omnium damnorũ ta-
les tenẽtur cum eorum cõſiliũ ſit cauſa, vt
tale damnum parti ſequatur, & iniuſtitiã
defendere dicuntur, & hoc procedit in
vtroque foro, vt poſt Speculat. in titu. de
Aduocat. §. ſi. num. 15. Abb. in cap. ſi cul-
pa num. 3. de iniur. & dam. dat. & in cap.
paſtoralis. §. quia verò. nu. 7. vbi Felyn. ſub
num. 22. de offic. deleg. Hoſtien. Gramm.
Dec. Cagnol. Caſſan. Socin. Franc. Marc.
Anto. de Butr. Cardin. Alban. Summa
Angel. & alij, quos probat Corat. in tract.
de elect. opin. in tit. de pœn. contra com-
munem patrocinantium, præcipuè nu. 4.
cum ſeqq. vt legitur tom. 18. tract. fol. 243
cum ſeqq. de qua materia dixi aliqua par.
4. tit. de renunciat. q. 15.

10 Sed redeundo ad queſtionem limitatur
concluſio pluribus modis. Primò quando
aliquis vellet allegare legem correctam ad
cauſas inceptas ante correctionem illius
legis; hoc enim fieri poteſt ſine incurſione
pœnæ §. duo igitur. Authen. de nupt. &
in Authen. vt cùm de appellat. cognoſc.
in princ. Gambar. vbi ſupra ſub num. 155.
11 & hoc ea ratione, † quia proprium legis
eſt futuris, non autem præteritis negotijs
dare formam, vt toto titu. Authen. vt in
med. lit. non fiant ſacræ iuſſiones cap. fin.
de conſtit. & vtrobique omnes, adeò vt
12 † lex noua non poteſt ſe extẽdere in præ-
teritum ad cauſas per prius cęptas, niſi ta-
men noua lex eſſet ad declarationem legis
antiquæ, & expreſsè mandaret, vt etiam
in cauſis pendẽtibus lex noua ſeruaretur,
vt colligitur ex dictis ſuperius q. 15.

13 Secundò limitatur, quando lex corre-
cta allegaretur ad maiorem intelligẽtiam
legis nouæ, quia non dicitur quis per talẽ
allegationem vti lege correcta, ſed vtitur
lege noua, & proeius maiori intelligẽtia,
& firmitate citatur lex correcta, vt in §. 1.
vbi omnes inſtit. de teſtam. l. 1. C. de ca-
duc. tollen. cum alijs cumulatis per Gam-
bard. nu. 155.

14 Tertiò limitatur, quando allegaretur
ratio legis correctæ in argumentum, quia
licèt, ſublata ratione legis, corruat lex, vt
patet ex dictis ſupra q. 11. in ſi. & docent
omnes communiter, vt eſt videre penes
Gambar. vbi ſupra nu. 149. & ſeqq. non
15 tamen procedit è contra, † vt correcta
lege dicatur correcta eius ratio cap. aucto-
ritate, de conceſſ. præben. vbi Ioan. Andr.
& alij communiter cum alijs cumulatis
per Gambar. d. nu. 149. cum ſeqq. vbi hoc
declarat Alphonſ. Hoyed. in tract. de com
peten. benefic. par. 1. cap. 23. nu. 92. vt ha-
betur tom. 15. tract. par. 1. fol. 113. Andr.
in præludi. feud. q. 3. ſub nu. 37. & alij paſ-
16 ſim, † nam ſi expreſsè non corrigatur ra-
tio legis, poterit illa ad minus in argumẽ-
tum allegari, quod clarum eſt, ſi veniat ad
maiorem intelligentiam nouæ legis, vt
patet ex ſecunda ampliatione, Felyn. &
Addent. ad Dec. penes Thuſc. d. concluſ.
279. nu. 5. quamuis Deci. teneat cõtrariũ,
quem citat ibi nu. 6.

17 Limitat duobus alijs modis hanc con-
cluſionem Gambar. d. num. 155. & 156.
nempè quartò, ſi eſſet abrogata per con-
ſuetudinem tantùm, quia tunc antequàm
excipiatur de tali cõſuetudine, dum quis
allegat legem correctam, non incurrit pę-
nam falſi. Bart. in l. de quibus, vbi omnes
18 ff. de legib. † quia lex ſemper habet præ-
ſumptionem pro ſe, vt ſit in viridi obſer-
uantia

uantia, & qui dicit illam eſſe correctam, vel caſu non receptam, debet in ſpecie probare correctionem, vel in illo loco celebrari actus, illi legi contrarios, vt poſt Fely. Gozadin. Natt. & alios plures probat Surd.conſi.460.vol.80.vol.4.

19 Quintò denique hoc limitat, quando lex illa tranſiuiſſet in ſpeciem contractus, ſi eſſet priuilegiatus per eam nō ſubditus, quia hæc lex non poteſt reuocari in præiuditium non ſubditorum; ſed an hoc ſit verum dixi infra par. 4. tit. de renunciat. quæſt.4.nu.24. & ſeqq. Nam licet hoc eſſet verum, non tamen eſt limitatio ad regulam; ſed ſimpliciter negatio, nè talis lex mutari, nec reuocari valeat.

20 Sextò hoc limitare ſolent, quando iura antiqua loqui ſolerent cum diſtinctione, quia tunc, non obſtante lege noua etiam prolata cum derogatoria, nō obſtantibus quibuſcunque alijs, adhuc lex vetus ſine incurſione pęnæ poteſt allegari, ex gloſ. in tit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. in prin. Bar. in extrauag. ad reprimēdum in verb. non obſtantib.

21 Sed hæc non eſt vera limitatio, ſed potius declaratio non eſſe correctam legem antiquam cum diſtinctione loquentem, ſi talis diſtinctio non ſit contraria legi nouæ, & ideo quoties talis diſtinctio compatitur cū lege noua admittitur, nec præſumitur facta correctio, & ſic loquuntur gloſ. & Barto. in locis citatis, & probat etiam Afflict. in Conſtit. Regn. vt de ſucceſſionibus. nu. 42. Subdens aliam ratio-
22 nem, † quia lex noua ſemper recipit diſtinctionem, & limitationem per leges veteres, ex gloſ. communiter recepta in l. ſciendum. ff. qui ſatisd. cog. vbi Angel. & Caſtren. & dixi par.3.q.12.nu.4.& par.4. q.62.nu.2.& alibi.

SVMMARIVM.

AN ſcriptura, reperta in archiuio publico, faciat fidem, recenſentur Authores. nu.1. Vt probat, tria copulatiuè requiruntur, quæ explicātur nu. 2. cum ſequentibus.

Copiæ ſcriptararum, quæ recipiuntur ex regiſtris, an probent, explicatur num.3.

Scriptura, reperta in filza notariorum, an probet. nu.4. remiſſiuè.

Copia, deſumpta ex originali inſtrumēto regiſtrato à Conſulibus alicuius Regni, probat, non obſtante oppoſitione partis, vt ſit falſa, & ſic decifum refertur nu.5. & 6.

Pars aduerſa ſi velit copiam ſcripturæ præſentatam redarguere de falſo, tenetur altera pars oſtendere originale, & etiam protbocollum Notarij. nu.7. & 9.

Probatio, quæ fit per inſpectionem originalis, eſt certa, manifeſta, & euidens. num.8.

Copia alterius copiæ præſentatæ in actis, an faciat fidem, declaratur num.10. cum ſeqq.

Vna pars ſi pro ſe ſcriptura vtatur, poteſt altera pars contra eam vti eadem ſcriptura nu.11.13. & ſeqq.

Copia copiæ an probet in antiquis, refertur nu. 12. Quid ſi fuerit reaſſumpta ab originali de conſenſu alterius partis. nu.13.

Iudices multum debēt eſſe circunſpecti, & plura conſiderare, an ſit danda fides copiæ deſumptæ ab alia copia præſentata in actis, quod explicatur nu. 14. cum ſeqq. Id præcipuè locum habere in Regno Siciliæ, probat auctor. num.16. & 18.

Tenentur eligere media, vt fraudes vitentur, & rationem comprobatur. num.17.

Quam fidem faciat ſcriptura reperta in Archiuio publico.

QVÆST. XX.

HÆc quæſtio poſita fuit ex occaſione text. in §. vlt. huius
1 procemij, † dum Rex Carolus voluit cōſuetudines iſtas in Archiuio publico conſeruari, vt nullam paterentur corruptelam, vel mutationem, vt ſuo loco ſuperius dictum eſt: de qua materia plura tradunt Anto. Gabr. lib. 1. commun. opin. in tit. de probation. concl. 1. & 5. Ioſeph Ludouic. in deciſio. Peruſin. lib. 2. deciſ. 115. nu. 19. cum ſeqq. Maſcard. in tract, de probation. concl. 1243. præcipuè nu. 32. Cornazzan. deciſ.

deciſ. 5. Rotæ Lucen. latiſsimè Specul. in
tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum, Fe-
lyn. in c. ad audientiam. col. 4. cum ſeqq.
de præſcript. Afflict. in conſtit. Regn. Cor
di nobis eſt nu. 12. Iulius Ferret. lib. 1. de
re naual. nu. 143. cum ſeqq. tom. 12. tra-
ctat. fol. 328. col. 4. Ex quibus ſumo ſequē-
tem concluſionem.

2 Vt ſcriptura reperta in publico Archi-
uio probet, tria continere debet. Primò,
vt Archiuio pręſit Officialis publicus. Se-
cundò, vt illa ſcriptura ſit poſita inter ſcri
pturas authenticas. Tertiò, ꝙ ex conſue-
tudine talibus ſcripturis detur fides: hanc
concluſionem probat tex. in d. cap. ad au-
dientiam, vbi latiſſimè Felin. Afflict. Fer-
ret. & omnes alij citati. Conſerunt etiam
diſcuſſa per noſtrum de Pont. conſil. 97.
nu. 5. & ſeqq. vol. 2.

3 Hinc eſt, quòd dum ſcripturæ, ſiue pro-
uiſiones originales regiſtrantur in regi-
ſtris Regiæ Cancellariæ, Regiæ Cameræ
Summariæ, penes Scribam rationis, vel
alibi; quòd ſi originales deperdantur, vel
non appareant, ſatis eſt, quòd ex talibus
regiſtris ſumantur copiæ Authenticæ, &
illis datur pleniſſima fides, ſic probat tex.
in l. 2. C. de diſcuſſor. lib. 10. Luc. de Penn.
in l. fi. C. de apoc. public. quem probat idē
de Pont. d. nu. 5. & hoc quia talia regiſtra
conſeruantur in publicis archiuijs, & ſic
adſunt requiſita in concluſione poſita.

4 Si tamen ſcriptura reperiretur in filza
Notariorum, multa expoſcit, vt fidem fa-
ciat, vt per Alex. conſi. 153. vol. 2. Purpur.
conſi. 581. & 583. vol. 2. Maſcard. loco cit.
Borgnin. in repert. deciſion. in verb. No-
tarius quis præſumitur: ſed hoc omitto,
nam quatenus concernit reaſſumptionē
inſtrumentorum, dicam infra de inſtru-
mentis confect. per Curial. Neapol. par.
10. q. 13. pro reliquis videri poſſunt citati
Auctores in hac illatione.

5 Quando originale iuſtrumentum repe-
riretur regiſtratum a Conſulibus alicuius
Regni, & ex illo originali eſſet deſumpta
copia authentica cum ſigillo, & ſubſcri-
ptione magiſtratuum illius loci, talis co-
pia probat, & plenam facit fidem, quàm-
uis pars aduerſa inſtaret pro exhibitione
originalis, ex quo præſumitur copiam il-
lam eſſe veram, & fideliter deſumptam,
vt ex pluribus iuribus, auctoritatibus, &
rationibus probat Conſiliar. de Anna cōſ.
6 108. vol. 2. & ita fuit † deciſum in cauſa
Regis Poloniæ, iunctis Tribunalibus Sa-
cri Regij Conſilij, & Regiæ Cameræ, de
qua deciſione ipſe meminit nu. 38. eiuſd.
conſilij, probat etiam Cōſiliar. de Georg.
in alleg. 33. nu. 33. de quibus meminit Io.
Bapt. de Thor. in compē. deciſio. in verb.
exemplum, ſiue tranſumptum; faciunt ēt
diſcuſſa per Vincentium de Franch. de-
ciſ. 490. tot.

7 Regulariter tamen ſi pars aduerſa vel-
let ſcripturā aliquam redarguere de fal-
ſo, tunc altera pars non ſolùm originale,
ſed etiam prothocollum Notarii, qui talē
ſcripturam confecit, tenetur exhibere,
alias copia præſentata nullam faceret fi-
dem. l. fin. vbi Bart. Bald. Angel. Caſtr. &
alij C. de fid. inſtrum. Capyc. deciſ. 40. de
Ponte conſi. 30. nu. 1. vol. 1. & conſi. 3. nu.
76. vol. 2. de Franch. deciſ. 194. Tap. Mu-
ſcatel. & alij penes Ioan. Bapt. de Thoro,
vbi ſupra, in verb. prothocollum, lo ſecun
8 do. Et ratio eſt, † quia probatio, quæ fit
per inſpectionem libri, ſiue regiſtri, eſt ple
na, certa, & euidens. l. Titia teſtores, vbi
Bart. ff. de leg. 1. l. fin. C. de reb. credit. de
Ponte d. conſi. 3. nu. 108. & conſi. 4. nu. 6.
9 eod. vol. 2. † & ita Panhormi vidi ſeruatū
in Conciſtorio Sacræ Regiæ conſcientię,
nam ſcriptura originalis erat in Curia
Prætoriana, & ſic fecerūt Spectabiles illi
Conſiliarii eam ſibi aſportare à conſerua-
tore, & ex inſpectione eius viderūt falſi-
tatem. ſileo partes honoris cauſa. nam vi-
ſa vitiatura ſcripturæ, nullam habuerunt
fidem copiæ, nec etiam originali.

10 Verùm ſi ſcriptura originalis, veluti
procuratio eſſet præſentata in vno pro-
ceſſu, & ex illo proceſſu ſumeretur copia
authentica illius ſcripturæ, regulariter ei
non datur fides. Authen. ſi quis in aliquo
11 documento, vbi omnes C. de eden. † ta-
men ſi aliquo modo appareret, vt pars ad-
uerſa approbaſſet illam ſcripturam, tunc
daretur ei fides, vt latiſſimè fundat Vinc.
de Franch. deciſ. citata 490. & ita fuiſſe
deciſū in Sacr. Cōſ. de anno 1611. die 26.
Ianuarij in cā Illuſtriſs. Comitiſſæ Caſtri
cum Duce Atri, refert Ioan. Bapt. de Tho
ro vbi ſupra in verb. ſcriptura originalis.

Solet tamen hoc multis modis limitari
per DD. in dict. Authen. ſi quis in aliquo.
12 præcipuè † quando eſſemus in antiquis,
quia tunc probaret, vt ibi not. Iaſ. col. 3. in
fi. & col. 4. verſ. nonò fallit. Aretin. conſi.
36. col. 3. Cuman. cōſ. 158. col. 2. Dec. cōſi.
36. col. 2. verſ. non obſtat. Socin. conſ. 187.
col. 4. verſ. & quia vol. 2. Sed multi tenent
con-

Digitized by Google

contrarium, & ſic arbitrio Iudicis hoc relinquitur ſecundum qualitatem ſcripturarum, & ſecũdum qualitatem locorum, vt mox dicetur in ſequenti limitatione.

13 Limitari etiam ſolet, quando dicta copia exemplata fuiſſet ab alia copia, qua vſus fuerit aduerſarius in iudicio, vel de conſenſu illius eſset reaſſumpta talis copia ab eius originali, quia tunc probaret contra dictum aduerſarium, ex quo, dum pro ſe ſcriptura illa vſus fuit, etiam contra ſe cenſetur illam approbare, vt docet Cyn. in d. Authen. ſi quis in aliquo, in ſecunda oppoſitione, vbi Bart. quæſt. 1. & Bald. ſic etiam Angel. colum. 2. in prin. verſ. dico, quòd contra ipſum, Salyc. ibid. in vltima oppoſit. Alexan. in ſecunda, & quarta fallent. Iaſ. in 4. fallen. Deci. col. 3. in fin. & d. conſi. 36. colum. 2. verſ. quartò

14 aduertendum, & quidam alij. † Sed in hoc etiam maxima circumſpitione procedendum eſt: nam ſi illa copia, qua Aduerſarius vtitur, ſumpta fuerit ab originali, & conſtet, vnde ſit ſumpta, & originale vel ſit in Archiuio, vel in alio loco publico, nec inuenietur facta diligentia, vt quia eſset factum antiquum, & prothocollum, verbi gratia, notarij vel eſset deperditum, vel ex vetuſtate corroſum, vel aliter conſumptum, adeò vt non inuenietur prædictum originale, quod ſi fuerit adinuentum, in eo etiam adeſset ſcriptura contraria, vt ſunt reemptiones annuorum introituum; quæ in originali

15 adnotari ſolent; † tunc etiam ſi aduerſarius ad alium finem illa copia eſset vſus, non poſset alter tertius, contra quem ea ſcriptura vſus non fuit, illa met vti, vt colligitur ex Doctor. in dicta Authen. ſi quis in aliquo; & eſt per ſe notum, cùm ſit

16 res inter alios acta: † & hoc eſt aduertendum præcipuè in locis, vbi non authenticantur ſcripturæ regulariter, ſed præſentantur copiæ ſimplices, vt eſt in Regno Siciliæ: nã dũ non cõſtat de authẽtica ſiue de collatione, authentica ſemper inſtari poteſt, vt producatur originale, vt patet ex dictis num. 7. & ſequentibus.

17 Clarum eſt enim, † vt Iudices ſemper ſumere debeant illa media, ac vias, per quas excluduntur omnes fraudes, vt ſciunt omnes, & ideò attendere debent ad quẽ finem aduerſarius ſcriptura illa vſus fuerit in alia cauſa, & ſi non fuiſset originaliter exemplata, nec fuerit oppoſitum ab aliquo, quod non erat Authentica, ſed ſicco pede pertranſiſset, debent ad-

18 mittere exceptionem partis, † præcipuè, vt dixi in dicto Regno Siciliæ, dum non ſolent authenticari ſcripturæ, & præſentantur copiæ extractæ ab alijs copijs, exiſtentibus penes partes; nam poſſunt, & ſolent committi multæ fraudes, quæ, vt dixi, euitari debent, & tolli omnis occaſio delinquendi: quæ omnia, cùm ſint clara apud omnes, nulla autoritate comprobanda eſſent, ſed tradunt hæc omnia DD. in d. auth. ſi quis in aliquo. eſt tex. in l. ſancimus, vbi Barto. C. de diuerſ. reſcript. Domini de Rota deciſ. 621. incip. ſumptũ de regiſtro, in antiquis, quoniam partis citatio eſt neceſſaria, vt habetur in locis citatis, quod omitto, & hæc ſatis ſint, etiam pro explicatione huius Procemij.

ADDITIONES EIVSDEM MOLFESII AD PRIMVM VOLVMEN Comment. ad Conſuet. Neapol.

IN hac Prima Parte non eſt locus inſerendi textũ Cõſuetudinum, nam queſtiones hic diſcuſsæ cõcernunt præludia quædam, ad omnium Conſuetudinum materiam ſpectantia, & ideo in explicatione Prohemij num. 1. & 2. indicaui, in hac prima parte, me explicaſse quęſtiones potius proœmiales, quò fit, vt ſolum inſerẽdæ ſint Additiones, quæ facere videntur ad maiorem claritatem rerum diſcuſſarum in dicta Prima Parte.

ADDITIONES ad Caput Primum.

NVm. 10. Quatenus loquitur de diſpoſitione bonorum aduentitiorũ, facienda per filiosfamilias. Adde, Idem eſse diſpoſitum per Conſuetudines Cathaneæ titu. 20. Conſuetud. ſecunda, vbi latiſſimè earum Commentator Coſmus Nepita fol. mihi 223. cum ſequent.

SVMMARIVM.

Ratificans inſtrumentum, præſumitur ratificare omnia capitula in inſtrumento contenta. nu. 1.

ADDITIONES ad Caput 2.

SVb num. 2. An nouus vſus Capuanæ, & Nidi locum habeat cõtra eos, qui fuerunt abſentes tempore ſtipulationis Capitulorum matrimonialium, & an poſt matrimonium ſubſequens, dicantur ratificare in omnibus, & per omnia capitula matrimonialia: diſcuſsum eſt infra Conſil. 14. & pro parte affirmatiua eſt etiã
tex. in l. ſi debitor. §. 1. ff. quib. mod. pign.
1 vel hypoth. ſoluat. † vt ratificans inſtrumentum, intelligatur ratificare omnia pacta, & capitula, quæ in illo ſunt.

SVMMARIVM.

AN filiafam. reincidat in poteſtatem patris mortuo viro. num. 1.

An filiafam. nubens cum cõſenſu Patris, efficiatur ſui iuris. nu. 2.

Pater ſine decreto Iudicis alienat bona filiorum. nu. 3. Si ſit adminiſtrator bonorum filij, an legitimè ei fiat ſolutio, explicatur nu. 4. & 7.

Reemptio ſi fiat cum decreto Iudicis, debitor eſt tutus. nu. 5.

Notitiam ſcripturæ habens an præſumatur ſcire contenta in ſcriptura. nu. 6.

ADDITIONES ad Caput 3.

1 SVb num. 8. Quod filiafamilias
effecta ſui iuris per matrimo-
nium reincidat in poteſtatẽ
Patris per mortem viri, vltra
cumulatos infra part. 2. titu.
de Bonis quæſt. 24. nu. 30. tenent Vrſillus
ad Afflict. deciſ. 172. Viuius opinion. 302.
nu. 9. & 13. & Franciſ. Tuntulus, de qui-
bus meminit Ioan. Baptiſta de Thoro in
compend. deciſ. Neapolit. in verb. filia
maritata, ſi mortuo marito.

Sed vt non reincidat in Patris poteſta-
tem, tenet Muta, quem retuli d. q. 24. nu.
30. Tenet etiam nouiſſimè Fontanella in
tract. de pact. dotalib. clauſ. 4. gloſ. 28. nu.
2 28. fol. 369. col. 3. & 4. † vbi plus ſubdit d.
clauſ. 4. glo. 2. nu. 38. fol. 46. & gloſ. 1. num.
29. fol. 35. vt in dicto Regno Cathaloniæ;
& in Regno etiam Caſtallę ex l. 47. Thau-
ri ſeruetur, vt filius contrahens matrimo-
nium cum patris conſenſu, ſit liberatus à

pote-

poteſtate patris, & efficiatur ſui iuris.

3 Sub nu. 9. vt pater poſſit etiam ſine decreto alienare bona filij, adde quòd hanc materiã latiſſimè examinat Muta ad conſuet. Panorm. cap. 51. num. 71. & ſeqq. vbi poſt Bal. in l. cùm emãcipatus. C. de præd. minor. Afflict. deciſ. 393. Dec. Iaſon. Rip. Tiraq. & alios diſtinguit, quòd aut pater eſt tutor filiorum, & ſic eſt neceſſariũ decretum iudicis in illa alienatione, aliàs non teneret alienatio: ſecus verò, ſi non eſſet tutor, quoniam tunc decretum non eſt neceſſarium.

4 Vidi tamen difficultatum, ſi Titius deberet conſequi mille à Caio, & in vltimis cõſtitutus, relinqueret dictos ducatos mille filijs Petri ea conditione, vt perpetuò remanerent in familia filiorũ Petri, & Petrus eſſet procurator prædicti Titij, ſi Caius reemeret dictos introitus, & diceret, vt Protectores, verbi gratia, Montis Pietatis ſoluerẽt dictos ducatos mille Petro, procuratori dicti Titij, tunc quando ipſi Caio fieret reemptio, & adimpletis cõditionibus, quæ ſunt in inſtrumento facto manu talis Notarij, ſi Petrus feciſſet ſibi liberare prædictos ducatos mille, vti patri, & legitimo adminiſtratori eius filiorum, an Caius eſſet liberatus? Videtur affirmatiuè
5 cõcludẽdũ, † nam quoties reemptio facta fuit cũ decreto Iudicis, debitor eſt tutus. Bald. in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ. & poſt ipſum Vinc. de Franch. deciſ. 206. in fi. Tiraq. & alios probat Muta ad cõſuet. Panormit. c. 51. nu. 18. & 19. Sed hoc decretum Iudicis, vt ſoluatur dicta quantitas Petro, tanquam adminiſtratori filiorum, approbauit illam reemptionem, & ſic tutus eſt Caius debitor.

6 Verùm vrget, quia tenebatur debitor inquirere, & inueſtigare, ſeu legere teſtamentum Titij, & conſequenter dum habuit notitiam de teſtamento, cenſetur illud legiſſe, ex illa regula, quod habens notitiam ſcripturę, cẽſetur ſcire omnia contenta in ipſa ſcriptura, & ſucceſſiuè ſi notitiam habuit Caius teſtamenti Titij, & illud legiſſe præſumitur, vtique cenſetur notitiam habuiſſe fideicommiſſi, & ſic malè ſoluit.

7 Attamẽ replicari poteſt hanc eſſe meram coniecturam, & ſucceſſiuè ſi aliunde non probetur ſcientia fideicommiſſi, non vrget; ſatis eſt enim Caio, vt bona fide ſoluerit, & in ſolutione interuenerit iudicis decretum, & tãto magis, quia dum pater alienat bona filij, tanquam pater, non eſt neceſſarium decretum iudicis ad validitatem alienationis: ſecus tamen ſi alienaret tanquã tutor, tunc enim neceſſarium eſſet decretum iudicis. Bald. in l. 1. C. de præd. minor. Affl. dec. 393. Dec. Iaſ. Rip. Tiraq. & alij plures, quos probat Mut. d. cap. 51. nu. 71. cum ſeqq. & ideo ſi lex adeò confidit de patre, nõ tenebatur Caius aliud inquirere, etiam quia eſſe poteſt, vt de prædictis Caius nullam habuiſſet notitiam, & conſequenter ſi non eſt in culpa, nec in dolo, non debet ei nocere mala adminiſtratio prædicti Petri quoad bona filiorũ.

SVMMARIVM.

Qualitas adiecta in vno capitulo, an ad alia capitula trahatur. nu. 1.

Clauſula ſequens an trahatur ad oĩa præcedẽtia. n. 2.

Magnates, in dubio præſumuntur contrahere ſecundùm eorum morem, ſeu conſuetudinem. num. 3.

Contractus in dubio præſumitur factus ſecundum capitula alicuius Montis, & ratio traditur num. 4.

Conſuetudo magis fauorabilis cõtrahentibus attenditur, etiam ſi eſſet vnius patrisfam. num. 5.

Sententiatum non dicitur, quod in iudicio non fuit diſcuſſum nu. 6.

Legibus, non autem exemplis eſt iudicandum. num. 7.

ADDITIONES
ad Caput 4.

SVb nu. 4. Poteſt ex hic diſcuſsis decidi alia quæſtio, pro qua conſultus, ſic reſpondi, videlicet, ſi Magnates cõtrahãt matrimonium, & in capitulis matrimonialibus non exprimant qualiter matrimonium contrahant, ſi ſecũdum eorũ morem, vel ſecundùm conſuetudinem in ſcriptis redactam: qualiter, inquam, dicãtur contrahere? Reſpondetur, aut conſtat ex coniecturis, aut non conſtat: ſi conſtat per coniecturas, & tũc taliter iudicari de-
1 bet contraxiſſe, † nam licèt qualitas adiecta in vno capitulo, nõ referatur ad aliud capitulũ ſeparatum, vt dixi infra cõſ. 11.

nu.34. Nihilominus coniecturæ multum
vrgent ad demonſtrandam mentem con-
trahẽtium, & ideo ex vno capitulo ſumi-
tur argumentum, quod taliter voluiſſent
circa omnia alia capitula contrahere,
quamuis reſpicerent diuerſas perſonas,
vt ſcripſit Bartol. in l. vtrum. ff. de petit.
hæredit. probant Ang. Imola, & alij; quos
ſequuntur Peregr. in tract. de fideicommi.
art. 20. nu. 34. Surdus conſi. 369. nu. 18. &
conſil. 375. num. 28. & ſequent. volum. 3.
2 & eo magis hoc procedit, † quando eſſet
clauſula talis naturæ, vt poſſit referri ad
omnia præcedẽtia: tunc enim eſt quæſtio
indubitata, vt poſt alios probat idẽ Surd.
d. conſ. 369. nu. 43. & ſequent.
3 In ſecundo caſu, quando nihil eſt dictũ
qualiter contrahant in nullo capitulo, &
tunc ſi in eadem familia eſſet ſolitum con
trahi matrimonium more Magnatum,
ita pręſumitur contractum matrimoniũ,
nam hęc eſt propria conſuetudo, ſiue mos
eiuſdem familię, cui in dubio ſtandum eſt,
vt patet ex dictis d. nu. 4. & inf. c. 5. nu. 47.
4 Confirmatur primo, quia in dubio cõ-
tractus præſumitur factus etiam ſecũdum
capitula alicuius Mõtis, quoniam ſic pręſumitur fuiſſe contrahentium voluntas,
vt poſt alios probat idem Surd. conſ. 460.
nu. 10. cum ſeq. vol. 4. quod eſt notandum
pro dotibus, quæ dari ſolent per Montes
maritagiorum, vt dixi etiam conſ. 225.
5 Confirmatur ſecundò, † quia in dubio
attenditur illa conſuetudo, quę cõtrahen-
tibus eſt fauorabilior, quamuis eſſet con-
ſuetudo vnius patrisfamiliæ, vt etiã pro-
bant Iacob. de Nig. in l. diem functo. ff. de
offic. aſſeſſor. nu. 2. Rolan. conſ. 69. nu. 49.
volum. 2. Bec. conſ. 101. nu. 51. Surd. conſ.
449. num. 8. volum. 3.
6 Sub nu. 19. adde, † non dici ſententialiter determinatum, quod in iudicio non
fuit diſcuſſum, vt docuit Bal. in l. recepti-
tia. C. de conſt. pec. de quo meminit idem
de Ponte conſ. 3. ſub nu. 67. vol. 2. † etiam
quia non eſt iudicandum exemplis, ſed legibus. l. damni. §. fin. ff. de dam. infect. l. nemo. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. cũ
alijs cumulatis per Affl. in conſtit. Regni,
vt de ſucceſſionibus, ſub num. 19. & per
alios paſſim, ea ratione, quia exempla non
ſunt Principis, ſed inferiorum, quamuis
debeat magna reuerentia haberi deciſionibus ſupremorum Tribunalium, & pręcipuè Sacri Conſ. Neap. vt poſt alios dixi
infra conſ. 8. nu. 53. & ſæpè alias.

SVMMARIVM.

Conſuetudines rationabiles ſunt ampliandæ. num. 1.

Dignitas familiarũ diuitijs cõſeruatur. n. 2.

Officia debent eſſe annalia. num. 3.

Conſuetudo attenditur an Canonico debeantur diſtributiones quotidianæ, & qualiter. num. 4. Sic etiam quò ad ſtipendium Miſſarum, quod explicatur nu. 5. & 6. Sic etiam quò ad fidem, quæ datur ſcripturis. num. 12.

Salarium, ſiue merces Prædicatorum de iure pertinẽt ad Epiſcopum, ſic etiam expenſæ, & ratio traditur. nu. 7. Sed in hoc ſtandum eſt cõſuetudini, & ſic deciſum refertur num. 10. Vt inducatur talis conſuetudo quidnam ſit neceſſarium declaratur num. 11.

Iudex competẽns quò ad ſolutionem mercedis debitæ Prædicatoribus quiſnam ſit, traditur num. 8. remiſſiuè.

Epiſcopus ratione officij tenetur ſine ſalario prædicare eius ombus, & ſi non poteſt per ſeipſum, tenetur per alium Prædicatorem id facere, quod declaratur num. 9.

Conſuetudini ſtatur in electionibus ad officia, & dignitates. num. 13.

Eligens dignum, omiſſo digniore, an peccet. num. 14. remiſſiuè.

Actus quot ſint neceſſarij ad inducẽdam conſuetudinem tam in poſſeſſorio, quã in petitorio, traditur num. 15.

Conſuetudo vt probetur, requiruntur teſtes, qui non ſint ſingulares, vt reddant cauſam ſcientiæ de eorum dictis, vt ita ſeruatum ſit animo inducendi conſuetudinem, vt caſus ſint ſimiles, & ſit elapſum legitimũ tempus, quod explicatur num. 16. 17. 18. 19. & 20.

Contractus factus in vno loco, & inſtrumentum inde confectum, an poſſit liquidari in alio loco. nu. 21. & ſi liquidatur, an attendatur ſtatutum loci celebrati contractus, vel loci domicilij, in quo inſtrumentum liquidatur. num. 22. & ſeqq.

Iudex tenetur ſuam, non alterius ſequi iuriſdictionem. num. 23. In illis, quæ reſpiciunt ordinem iudicij, tenetur ſequi ſtatutum proprium, & conſuetudinem. num. 25.

Cre-

Creditum exigere via executiua, vel ordinaria reſpicit ordinem iudicij. num. 24.

ADDITIONES
ad Caput 5.

1 SVb nu. 12. vt iſtæ conſuetudines ſint rationabiles, & conſequenter ampliãdæ, in ſimili cõſuetudine plures cumulat, & probat Surd. conſi. 343. num. 18. & ſequentibus, volum. 3.

2 Sub num. 13. vt ſplendor, decus, & dignitas familiarum defendatur, ſubornetur, & propagetur per ipſas diuitias innumeros cumulat Surd. conſil. 375. num. 14. volum. 3.

3 Sub nu. 18. vt officia debeant eſſe annalia, adde Maſtrill. deciſ. 188. Rouit. Tappiam, & alios penes Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. in verb. electus an poſſit eligi ad iddem officium.

4 Sub nu. 19. vt in omni negotio attendatur cõſuetudo, attenditur etiam, vt Canonico, nouiter electo, debeãtur diſtributiones quotidianæ. Inn. in c. cum M. Ferrarienſ. nu. 4. in fi. de conſtit. Impol. Felin. Gomez. & alij, quos probat Menoch. cõſ. 1179. nu. 17. cum ſeqq. volum. 12. vbi hoc etiã probat in ſalario debito officiali electo. Sed circa hoc, quidnam ſeruetur in hoc Regno dixi conſi. 15. nu. 17. & 19.

5 Sic etiam attẽditur conſuetudo quòad
ſtipendium celebrationis Miſſarum, vt ſi
in aliqua Eccleſia adeſſet conſuetudo, vt
Sacerdotes, qui centies in anno Miſſam
celebrarunt, habeãt quaſdam quantitates
vini, & aliarum frugum de bonis, & redditibus
Eccleſiæ, qui verò minorẽ Miſſarum
numerum dixerint, ſolùm habeant
6 ſatisfactionem in pecunia, † quia eſt con-
ſuetudo rationabilis, & ſeruari debet, dũ-
modo non adſit ſtatutum in viridi obſer-
uantia in contrarium, ſi enim adeſſet, &
non ſeruaretur, nihil obſtaret, vt latiſſimè
fundat Surd. qui alios citat conſi. 58. per
tot. volum. 1.

7 Fuit etiam magna altercatio circa ſolu-
tionem ſalarij, ſiue mercedis Prædicato-
rum; ſi ſolui debeat ab Epiſcopo, vel a po-
pulo, & ſi attendamus ius commune, tam
electio Prædicatorum, quam mercedis, &
expẽſarum ſolutio ad locorum Epiſcopos
ſpectant, c. inter cætera. ff. de off. ord. cum
alijs innumeris penes Surd. conſi. 254.
vol. 2. & Auendan. in tract. de exequend.
mandat. Princip. lib. 2. c. 10. præcipuè nu.
8 27. vt alios omittam, † qui etiam tractãt,
quiſnam ſit Iudex competens in hac ma-
teria, & in caſu, de quo tractamus, eſt cla-
9 rum, † quoniam munus Epiſcopi eſt exer-
cere prædicationis officium ſine ſalario,
quoniam ad hunc finem aſſignantur ei
redditus Eccleſiæ: & proinde, ſi legiti-
mè impeditus fuerit per ſe ipſum munus
prædicationis exercere, poteſt hoc facere
per alios Prædicatores idoneos, ab eo eli-
gendos, vt etiam habetur in Concil. Trid.
ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 4.
10 † Attamen etiam in hoc ſtandum eſt con
ſuetudini, & conſequenter ſi populus ſo-
litus ſit mercedem, & expenſas Prædica-
toribus miniſtrare, & ſoluere, id omnino
exequendum eſt, ſic è contra, ſi ſolitus ſit
Epiſcopus, vt colligitur ex d. cap. 4. & la-
tiſsimè proſequitur Surd. d. conſi. 254. &
declarauit etiam annis elapſis Sacr. Con-
gregatio Illuſtriſsimorum Cardinalium,
qui declarauerunt etiam, vt ex conſuetu-
dine habeat populus ius eligendi ſibi Præ-
dicatorem, dummodo non ſit in Eccleſia
Cathedrali, quia talis electio ad ſolum
Epiſcopum ſpectat, non obſtante quauis
conſuetudine in contrarium, etiam im-
memorabili.

11 Plus notat Surd. d. conſi. 254. num. 27. cum ſeqq. vt ad inducendam hanc cõſuetudinem in populo ſoluendi ſalarium, & ſubminiſtrãdi expenſas Prædicatoribus, quatuor requiſita ſint neceſſaria. Primò, vt procedat ex libera volũtate, & non ex coactione, quia hoc modo principiũ eſſet vitioſum, & non ſufficiens ad initiandam conſuetudinem. Secũdò, vt tales actus reſpectu victus, & ſalarij ſint vniformes, quoniam difformitas non inducit cõſuetudinem. Tertiò, vt ſit animus inducendi cõſuetudinem, qui quidem animus colligitur ex actuum vniformitate, nec requiritur ſpecifica declaratio animi. Et quartò, vt adſit tempus legitimum ad inducendam talem conſuetudinem, id quod latiſſimè proſequitur, & conſtat ex dicendis infra ſub nu. 33.

12 Obſeruantiæ etiam, & conſuetudini ſtandum eſt circa fidẽ, quæ datur ſcripturæ non publicæ, & quando, vt latiſsimè poſt alios probat Fontanell. in tracta. de pact. dotalib. clauſ. 1. nu. 33. cum ſeqq. vbi etiam

etiam latiſſimè tractat de conſuetudine interpretatiua.
13 Sic etiam in electionibus ad officia, & dignitates ſtandum eſt conſuetudini, & obſeruantiæ, de qua materia latiſſimè tractat nouiſsimè Alex. Raudēſ. deciſ. 40. tot. vbi etiam 17. concluſiones ad hoc propo-
14 ſitum ponit, † & examinat etiam, quādo ſit peccatum mortale eligere dignū, omiſſo digniore, de qua etiam materia tractat Summiſtæ, quorum aliquos citat Leſsius lib. 2. de iuſt. & iu. c. 32. per totum, & alij, quos omitto, quoniam nō attinet ad præſens inſtitutum.
15 Sub nu. 26. de actibus, qui ſunt neceſſarij ad inducendam conſuetudinem, adde Andr. in c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. vbi poſt alios noſter de Pont. lect. 5. qui docēt, vt ſi eſſemus in petitorio, ſufficiat vnicus actus cum ſpatio triginta annorū; ſed in poſſeſſorio ſufficiunt aliqui actus abſque curſu tanti temporis, vt per eos.
16 Sub nu. 33. circa probationem conſuetudinis adde, quod ad probādam conſuetudinem plura ſunt neceſſaria; primò, vt teſtes deponentes circa conſuetudinem, nō ſint ſingulares, ſed cōteſtes circa actus celebratos, & tempus. Alex. cōſ. 45. nu. 4.
17 libr. 2. Requiritur ſecundò, † vt teſtes, etiam non interrogati, reddant cauſam ſcientiæ de eorum dictis. Bart. in l. de qui-
18 bus. nu. 23. in repetit. ff. de legib. † Tertiò requiritur ita fuiſſe ſeruarum animo, & intentione inducēdi conſuetudinē. Deci.
19 conſi. 410. nu. 15. Requiritur † quartò, vt caſus ſucceſsi fuerint ſimiles, quoniam diuerſitas non inducit conſuetudinē. Pariſ. conſ. 112. nu. 12. lib. 4. Anchar. Crauet. & alij plures, quos probat Menoch. cōſ. 897. nu. 11. cum ſeqq. vol. 9. de qua etiā materia tractant plures alij, quos congerunt Brunor. à Sol. in compend. propoſit. iur. in verb. teſtes deponentes de conſuetudine. Salas diſput. 19. de legib. ſect. 6. Suarez lib. 7. de legib. c. 10. & ſeqq. nam multi ad-
20 dunt, † vt teſtes debeant etiam deponere de vſu populi, de frequentia talis vſus, & de temporis diuturnitate; ſed hæc omnia includuntur in dictis quatuor requiſitis; clarū eſt enim, quòd vſus populi eſt, quando contra legē, vel aliquid aliud exercentur tales actus, & debēt eſſe plures, & conſimiles, & animo inducēdi conſuetudinem, & cum legitimo tempore.
21 Sub num. 48. An ſtandum ſit conſuetudini quoad obſeruantiam proceſſus illius loci, à quo appellatum eſt, vel loci, ad quē appellatur. Adde, quòd ſi in hoc Regno Neap. fieret contractus, ac inſtrumentum cum clauſula executiua, ſiue guarantigiæ; quo caſu poteſt inſtrumentum liquidari infra ſpatium viginti annorum à die natæ actionis, nempe à die, quo debitor ceſſauit à ſolutione tertiarum, ſiue interuſuriorū, vt habetur in ritu 167. ſecundùm ordinē Carauitæ, tunc ſi ipſi contrahentes mutarent domicilium, & irent ad locū, in quo infra minus, vel maius ſpatium poſsēt inſtrumentum liquidare, ſiue, vt Siculi loquūtur, cauſare executionem; in hoc caſu poſt Bald. Alex. Dec. Hippol. & Roderic. Suarez Carauit. in ritu 166. nu. 64. & 65.
22 tenet, † vt ſeruetur noſter ritus circa talē liquidationem reſpectu temporis, quia ritus in hoc eſt conformis iuri communi, & ſubdit, vt in exceptionibus, quas ritus tollit, ſeruetur ius commune, mihi verò contrarium videtur verius, vt iudex ſuū potius exequatur ſtatutū, nō autem illud loci, in quo factus eſt cōtractus. Primò ex
23 ratione, quam ipſemet innuit, † vt iudex ſuam potius, quàm alterius ſequi debeat iuriſdictionem. l. miſsi opinatores. C. de exactor. tribut. lib. 10. cum vulgat. alijs. Secundò, quia huiuſmodi ſtatuta ferè in omnibus ſunt contra ius commune, & cōſequenter potius reſtringi debēt, quam
24 ampliari. † Tertiò, & melius. quia exigere debitum via executiua, vel via ordinaria, potius reſpicit ordinem iudicij, vt ad
25 ſenſum patet: † quo caſu, dum ſumus in illis, quæ reſpiciūt ordinem iudicij, tenetur iudex ſequi propriū ſtatutum, & conſuetudinem, vt patet ex dictis in d. nu. 48. & quia ceſſatio à ſolutione tertiarum cōſummatur in loco ipſius iudicis, & conſequenter dū ibi conſummatur, & ibi intētatur iudicium, eiuſdem loci conſuetudo ſeruari debet, itaque dum caſus accideret, eſſet cogitandum.

SVMMARIVM.

COnſuetudo, & mos regionis attenditur in præcedentia Baronum, & in modo ſedendi. nu. 1.

Officia an vēdi poſſint. nu. 2.

Exactores pecuniarū fiſcalium non poſſunt in proprios vſus pecunias conuertere. nu. 3.

Locationes rerum fiſcalium qualiter fieri de-

ri debeant, & quibus perſonis traditur num.4.

Proclamata fieri debent, & ſubbaſtationes in venditionibus officiorum, & rerum fiſcalium. num.5.

Conſuetudo nutritiua peccati non valet. num.6.

Barones non poſſunt officia vendere, non obſtante quauis conſuetudine. nu.7.

Conſuetudinem quinam introducāt traditur num.8.

ADDITIONES
ad Caput 6.

1 VT attendatur conſuetudo, & mos regionis in præcedentia Baronū, ac Procerum ſedendi penes Regē, tenet etiā Bald. in cap.1. in verb. Marchio. col.7. de his, qui feud. dar. poſs. in c. cum olim. de conſuet. Bellug. in ſpec. Princip. fol.8.

2 Sub num.5. De conditionibus requiſitis, vt officium vendi poſsit, tractant etiā Leſsius lib.2. de iuſt. & iur. cap.32. dub.4. Azor. par.3. moral. lib.8. tit. de empt. & vend. c.7. tot. vbi etiam citat aliquos Doctores, qui contrarium tenent hic diſcuſſis; ſed, quæ dixi, communiter tenentur, quamuis melius ſit, vt etiam Reges, ac alij Principes, qui nō recognoſcunt Superiorem, ſe abſtineāt ab huiuſmodi venditionibus, vt poſt alios ipſe firmat d. c.7. q.3. quod ego hic probaui nu.9. & 10. cū ſeqq.

3 Sub nu.13. in fi. ne exactores pecuniarū fiſcaliū ſub pœnis grauiſsimis poſsint dictas pecunias in proprios cōuertere vſus, nec illis quouis modo vti, eſt ſolēne conſ. Surdi 391. vol.3. vbi latiſsimè hanc mate-
4 riam examinat, † & ideò in locationibus pecuniarum, ac rerum fiſcaliū ſemper habenda eſt ratio perſonarum, quę communitati, ac pauperibus magis prodeſſe poſſint, quàm aliquod lucrum burſale Regij fiſci proſpicere; nam primum etiam Rex potius intendit: de qua materia tractat etiā poſt alios Vinc. Carrot. in tract. de locat. & conduct. par.3. tit. de locat. vectigal. q.3. nu.14. fol. mihi 134. col.3.

5 Sub nu.16. de proclamatibus, quę fiunt in venditionibus officiorum, adde hanc eſſe praxim ordinariam ex ordine etiam noſtrorum Sereniſsimorum Regum, fundatam etiam in iure communi, vt ſubhaſtationes fiant non ſolùm quādo res fiſcales venduntur, ſed etiam quando locantur, & vltra hic cumulatos probant etiā de Ponte conſ.49. nu.79. & conſ.53. vol.1. & in tract. de poteſt. Proreg. tit.4. §.5. nu.30. & ſeqq. Ann. in cōſ.56. vol.1. Rauden. deciſ.44. nu.21. de quibus meminit Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſion. Neapolit. in verb. ſubhaſtationes.

6 Sub nu.17. in fi. vt conſuetudo nutritiua peccati non valeat, adde poſt alios Maſtrill. deciſ.106. nu.49. & ſeqq. lib.2.

7 Sub num.19. in fi. Vt Barones non poſſint vendere officia, nec cōſuetudo aliqua eos excuſet, adde poſt alios Azor d.c.7. q.4. & faciunt latè diſcuſſa poſt alios per Salas diſput.19. de legib. ſect.6. & per Sua-
8 rez lib.7. de legib. cap.2. & 9. † quòd non poſſunt conſuetudinem introducere, qui non poſſunt contra legem diſpenſare, etiā quia nō ſufficit priuata perſona ad introducendam conſuetudinem, ſed debet eſſe aliqua cōmunitas perfecta, vt ſit ſufficiens ad ius non ſcriptum introducendum, vt docent omnes per illum tex. in l. de quibus. ff. de legib. poſt alios Suarez loco cit. præcipuè d.c.2. ſub num.7. c.9. nu.3. cum ſeqq. vbi num.7. innumeros citat DD.

ADDITIONES
AD SECVNDAM PART.

IN hac 2. Parte nec etiā adeſt locus inſerēdi textum conſuetudinum: nam quatenus in 1. tit. tractaui de perſonis, quæ per has cōſuetudines ligātur, iam de his perſonis loquuntur cōſuetudines ſub tit. de ſucceſſion. ex teſtam. quę ponētur infra par.3. & etiam, quia concernunt hæ quæſtiones diſcuſſa per Napod. in proœm. cōſuetud. vt ex earundem quæſtionū lectura cernitur. Quatenus verò egi de bonis ſubiectis diſpoſitioni prædictarū conſuetudinum, iam de bonis loquuntur tā conſuetudines ſub tit. de ſucceſsio. ex teſtam. quàm ſub tit de ſucceſs. ab inteſt. quæ etiā inſerētur infra par.4. & hanc diuiſionem poſui de perſonis, & de bonis ad maiorē explicationem, & intelligentiam earundem conſuetudinum, vt tali methodo ſine magno labore promptè prę oculis ſinguli haberent ſingulas quæſtiones.

De Perſonis, quæ per has Conſuetudines ligantur.

SVMMARIVM.

STatutum reſpiciens bona, ligat forenſes, præcipuè vbi adeſt ratio conſeruationis bonorũ in familia. num. 1. 2. 3. & 8. An locũ habeat, ſi forenſis non ſubſtineret onera in illo loco, declaratur num. 7.

Incolæ, & habitatores gaudent iure lignandi, iure paſcendi, & alijs priuilegijs ciuium. num. 4.

Ciuis ex priuilegio gaudet priuilegijs aliorum ciuium; ſed ſi ſumeret arma contra ciuitatem, priuaretur illis priuilegijs. num. 5. & 6. Poteſt acquirere bona in loco aggregato, & tãquam verus ciuis ſuccederet ad bona aliorum maiorum, quod declaratur nu. 11.

Proximior agnatus forenſis excludit ciuem remotiorem, & ſic deciſum refertur num. 9. & 10. Eò magis procedere oſtenditur ſi in loco exteri adeſſet ſimilis cõſuetudo, quod declaratur nu. 12.

Surrenti ciuitas dicitur habere ſimiles conſuetudines noſtris conſuetudinibus Neapolitanis. ſub nu. 12.

Statutum reſpiciens perſonas, an liget forenſes, traditur num. 13.

Notarius forenſis an poſſit conficere inſtrumentum in loco, vbi adeſt ſtatutum, vt inſtrumenta nõ fiant niſi per notarios ciues, traditur num. 14.

ADDITIONES ad Quæſt. 1.

1 SVb num. 6. vt conſuetudines reſpicientes bona, comprehendãt forenſes adde Bertaz. conſ. 23. vbi hanc dicit receptiorẽ ſententiam, de qua etiam materia tractaui latiſmè infra conſil. 50.

2 Sub num. 7. vt ſtatutum liget forenſes pro bonis ſitis infra diſtrictu, ſiue in territorio ſtatuentium, adde Surd. conſil. 91. nu. 8. & ſeqq. vol. 1. conſ. 257. nu. 15. vol. 2. conſ. 343. num. 8. & ſeqq. vol. 3. qui plures alios citat, ſic etiam cõſ. 553. nu. 17. vol. 4.
3 vbi præcipuè hoc probat, † quando in tali ſtatuto adeſſet ratio conſeruationis in familia, vt dicitur hic nu. 8. & ſic ceſſat diſputatio, dum ſumus in claris, ſecundùm noſtras conſuetudines, vt etiam dixi in alleg. conſ. 50.

4 Inſuper incola alicuius loci gaudet beneficio, quo gaudent ciues eiuſdem loci, vtputa vſu nemoris, paſcuis, &c. & hoc tã in territorio illorum ciuium, quam etiam in alijs, ſi in illis ciues haberent ius lignãdi in nemoribus, ius paſcendi in pratis, & ſic de alijs; quoniam incolæ in fauorabilibus gaudent ſtatutis, prout gaudẽt ciues, ita poſt Oldr. Alex. Soc. iun. & alios plu-
5 res probat Surd. conſ. 59. toto vol. 1. † & iddem eſſet de ciue ex priuilegio, quoniã hic etiã gaudet beneficio huiuſmodi conſuetudinum, & ſtatutorum loquentium de ciue. Bal. cõſ. 409. vol. 5. Cœphal. Alex. & Galliaul. quos probat Surd. conſ. 437.
6 nu. 1. vol. 3. † Sed ſi hic talis ſumeret arma contra ciuitatem, & eſſet ei rebellis, amitteret priuilegium ciuitatis, vt ex tex. in l. amiſſione. §. qui deficiũt. ff. de cap. dimin. Rom. conſ. 459. in 1. dub. Ferret. & alijs probat Surd. d. conſ. 437. num. 11. & ſeqq. vbi hoc etiam probat habere locum, ſi talis ciuis ſpatio decennij non habitaſſet in illa ciuitate, quoniam ſpatio huiuſmodi temporis amittitur tale priuilegium.

Idẽ Surd. in d. conſ. 437. nu. 14. & ſeqq.
7 & conſ. 48. tot. vol. 1. probat, † vt forenſis non gaudeat beneficio ſtatuti, quando in illo loco nõ ſubſtineret onera realia, perſonalia, & mixta; ſed hoc omitto, ſiquidẽ cum nos loquamur de bonis ſitis intra diſtrictum, vtique ſi ibi forenſis bona poſſideret, iam teneretur ſoluere prędicta onera, & ſic ſatis eſt, vt potentia ſubſtineat, ſiue aptus ſit ſubſtinere dicta onera, vt ex Caſtr. conſ. 89. nu. 2. vol. 2. Soc. Dec. Crot. & alijs ipſemet Surd. probat d. conſil. 48.
8 num. 17. † & in materia ſucceſſionis, vt ſuccedat ad bona ſita in diſtrictu, ipſemet Surd. pluribus in locis probauit, vt ſuperius dictum eſt, & tenet etiam conſil. 343. per tot. vol. 3. vbi nu. 8. innumeros cumulat, quod dum ſtatutum principaliter cõſiderat bona, etiam forenſes complecti-
9 tur, † & dum vocat agnatos, excluſis cognatis, etiam agnati forenſes ſunt præfe-

rendi

rendi cognatis ciuibus, quia per illud ſta-
tutum omnes agnati, etiã forenſes, vocan
tur, vt clarum eſt ſecundum noſtras con-
ſuetudines; nam forenſes proximiores ex-
cludũt etiam ciues remotiores, vt hic nu.
9. & 10. dictum eſt, vbi ſic deciſum refer-
tur in cauſa illorũ de Lembo; in quo pro-
ceſſu, qui extat in Banca Ciuitellæ, nunc
verò Io. Baptiſtæ de Mondellis, inter Sci-
pionem Lemborum cum Marino, & Io.
Paulo Lembo legitur ſententia confirma-
tionis ſententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ,
10 quæ ſic habet † [Benè iudicatũ per Mag.
Cur. in admittẽdo ad ſucceſſionem Fabij
Lembi, ciuis Neap. Io. Paulum, & Mari-
num Lembos exteros fratres exiſtentes in
ſexto gradu tanquam eidem Fabio proxi-
miores, excluſis Io. Hieronymo Roperto,
& litis conſortibus, ciuibus Neapolitanis
exiſtentibus in vlteriori gradu d. Fabio,
& etiam alijs litis conſortibus ſubingreſ-
ſionem in locum eorum parentum vnà cũ
prædictis Io. Paulo, & Marino præcéden-
tibus; in remotiori gradu exiſtentibus ei-
dem Fabio] Hæc ſunt verba ſententiæ,
quæ etiam retuli d. conſ. 50. & faciunt ad
propoſitũ, quę in ſimili materia poſt alios
examinat Menoch. conſ. 1129. vol. 12. vt
11 † ſtante ciuilitate alicui conceſſa, poteſt
acquirere bona in illo territorio tanquam
ciuis, & ad bona alibi ſita, & acquiſita per
eius anteceſſores, iam ſuccedit, quoniam
bonorum habetur ratio in ſtatuto, & con
ſequẽter etiam exteri ad dicta bona ſucce-
12 dunt, vt ſæpè dictum eſt; † quæ omnia eò
magis procedunt, ſi in loco illius exteri
adeſſet ſimilis cõſuetudo, vt dicitur adeſſe
in ciuitate Surrenti, vt notat Vincent. de
Franch. deciſ. 295. & vidi firmatum per
alios viros, ea ratione, quia vulgatum
eſt axioma iuris, In habentibus ſymbo-
lum, facilior eſt tranſitus, etiam quia
poſſet hic talis, qui Neapoli moritur, ſu-
peruiuere, & pręmori ille in ciuitate Sur-
renti, & ſic Neapolitanus proximior ſuc-
cederet ad bona exiſtentia in dicta ciuita-
te Surrenti, quamuis ibidem adeſſent ci-
ues Surrentini in remotiori gradu exi-
ſtentes.
13 Verùm, ſi ſtatutum principaliter per-
ſonas reſpiceret, multi tenent, vt non li-
get forenſes, vt hic retuli nu. 7. & 8. pro-
bat etiam Surd. poſt Bald. Bart. Caſtren.
Salyc. Signorol. Rolan. & alios conſ. 257.
14 toto vol. 2. vbi probat, quòd † ſi adeſſet
ſtatutum, vt notarij, qui non ſunt de Col-
legio, non poſſint conficere inſtrumenta,
in hoc caſu, quia ſtatutum reſpicit perſo-
nas notariorum, non autẽ bona, ideò non
ligat forenſes; ſecus verò ait, ſi reſpiceret
bona, vt ſi diceret ſtatutum, vt inſtrumẽta
conficiantur per notarios ciues, & matri-
culatos in Collegio notariorum, alias nul
lã facerent probationem, ſi conficerentur
per notariũ non matriculatum, tunc quia
ſtatutum principaliter reſpicit bona, &
perſonas etiam includit, conſequenter li-
gat etiam forenſes, & ſic concordat opi-
niones inter ſe diſsidentes, de quo memi-
nit Tuſch. in ſua pract. concluſ. in verb.
notarius. concl. 72. nu. 19. & cõſequenter
dũ in ſucceſsione principaliter tractatur
de rebus, & ſecundariò de perſonis, nulli
dubium eſſe poteſt, vt liget forenſes actiuè,
& paſsiuè.

SVMMARIVM.

IVdæi an ligentur ſtatutis, & legibus Chriſtianorum, & in quibus, traditur num. 1.

Iudæi ſi eijciantur ab aliquo loco, an deprædari poſſint, ſi inde tranſirent, & quid ſi vi uentorum ducti eſſent ad loca prohibita. num. 2. remiſſiuè.

ADDITIONES
ad quæſt. 2.

1 ADdendum eſt, † quòd Iu-
dæi ligãtur ſtatutis Chri-
ſtianorũ, quò ad obſer-
uantiam ordinis iudi-
ciorum, & etiam quoad
ætatem, quæ attendi-
tur, quando maſculus,
vel fœmina dicatur maior, vt latiſsimè
fundat Surd. poſt alios deciſ. 134. tota: nã
in actibus humanis Iudæi ligantur omni-
bus ſtatutis, & legibus, quibus ligantur
Chriſtiani eiuſdem loci, in quo ipſi Iudæi
habitant, vt dixi infra conſ. 17. vbi etiam
2 diſcuſſum eſt, † an ſi Iudæi eijcerentur
à regno vnius Principis, & habitarent in
regno alterius Principis Chriſtiani, ſi
poſſint impunè deprædari eorũ bona, &
cõfiſcari, ſi tranſirent per regna dicti Prin
cipis, Iudæos eijcientis; & quid ſi vi ven-
torum naues ducerentur ad regna Prin-
cipis bannientis prædictos Iudæos.

SVMMARIVM.

IVs naturale potentius eſt, quàm Principatus. nu.1.
Princeps ſi nõ ligatur diſpoſitioni ſtatuti, vel conſuetudinis, nec eius Vicarius illis ligaretur. num.2.
Facultas teſtandi cõceſſa alicui per Principem, intelligitur, vt teſtetur ſecundum loci conſuetudinem, nu.3.
Magna Curia Vicariæ etiam regni Siciliæ poſſunt torquere reos ex proceſſu informatiuo. num.4.
Barones etiam ſi habeant cõceſſiones ampliſſimas non poſſunt torquere ex proceſſu informatiuo, niſi in ſpecie facultatem illam habeant. nu.5.
Conceſſiones etiam generales intelliguntur facta iuxta ſolitum. nu.6. Procedere oſtenditur etiam ſi Rex concederet caſtellanis ius piſcandi circa caſtrum, quod explicatur nu.7.
Princeps an poſſit mutare formam maioratus. nu.8. remiſſiuè.
Voluntatis declaratio an trãſeat ad hæredes. num.9.

ADDITIONES
ad Quæſt. 4.

1 SVb nu.2. quòd potẽtius eſt ius naturale, quàm Principatus, adde Andreã in cap.1. in verb. extraordinaria collectio. in tit. quæ ſint regal. Iacob. de Franch. in rubr. qui ſucceſs. feu. dar. tenean. nu.27. poſt decii. 1. vol. Vinc. de Franch. fol.17.

2 Sub nu.3. adde, quòd dum Princeps nõ ligatur diſpoſitione ſtatuti, & conſuetudinis, quòd nec etiã ligaretur eius Vicarius, qui perſonã Principis repræſentat, vt eſt Prorex in hoc regno, prout de Gubernatore ſtatus Mediolani latiſſimè poſt alios probat Surd. conſ.322. nu.15. vol.3.

Sub num.8. vt Princeps in dubio non cenſeatur reuocare loci conſuetudinem,
3 adde hoc eſſe adeò verum, † quòd ſi cõcedat alicui facultatem teſtãdi, intelligitur feciſſe conceſſiones, vt teſtetur ſecundùm loci conſuetudinem, vt poſt Bald. & alios probat Boer. deciſ.249. nu.3. quos probat Muta ad conſuet. Panhorm. c.44. nu.4. & probãt alij plures, quos ſequitur Fanut. in tract. de dot. gloſ.13. num.4. vt legitur tom.9. tractat. fol.445. & ſic ad vnguem tenetur ſeruare diſpoſitionem ſtatuti, & conſuetudinis, & patet etiam ex diſcuſſis infra par.4. q.46. num.28.29. & 36.

Eſt etiam incidenter aduertendũ, occa-
4 ſione prædictorũ, † quòd licèt Mag. Cur. Vic. in hoc regno poſſit torquere reos ex proceſſu informatiuo, vt dixi ſupra in procem. q.5. nu.17. cum ſeqq. quod etiam procedit in regno Siciliæ, vt poſt alios ꝓbat Mut. loco cit. c.9. nu.79. cum omnibus
5 ſeqq. † Hoc tamen nõ procedit in Curijs Baronum, etiam ſi Barones haberent merum, & mixtũ imperium, & ampliſſimas conceſſiones, quoniam ſi in ſpecie hoc nõ conceditur, nunquam venit, quantumuis
6 conceſſiones ſint generales, † quoniã huiuſmodi conceſsiones intelliguntur factæ iuxta ſolitum modum procedendi; & vt eſt cõſuetum fieri, nempè, vt procedatur, iuris ordine ſeruato, videlicet, cum debita cognitione cauſæ, iuxta glo. communiter receptam in c. ad monaſteriũ, vbi Inn. Felin. & alij de ſtat. monach. quos probat Mut. d. c.9. nu.88. & per hoc dixi, quòd,
7 † dum Rex noſter Inuictiſſimus facit conceſsionem cuiuſdam Caſtri certo viro cũ iure piſcandi, nec expreſsit terminos circumcirca caſtrum, conceſsio cenſetur facta iuxta ſolitum aliorum Caſtellanorum ſecùs lictus maris nempe per ſexaginta paſſus circumcirca caſtrum, vt talis conceſsio ita reguletur, & potius conceſsiones reſtringantur, ne ſint in præiudicium aliorum, nam Princeps in dubio nemini præiudicare intendit, vt ſciunt omnes.

8 Sub num.9. An Princeps poſſit mutare formam maioratus, adde Menoch. conſil. 993. vol.10. & quæ dixi infra conſ.18. vbi hanc materiam examinaui. Quod eò magis procedit, quando fit pèr viam interpretationis volũtatis primi inſtitutoris,
9 vt loco citato dixi, † quamuis regulariter interpretatio voluntatis alterius nõ tranſeat ad hæredes, quia quæ ſunt facti, & in animo conſiſtunt, ad hæredes non tranſeunt. Bart. in l. inter ſtipulantem. §.1. nu.12. ff. de verb. obligat. Bald. Angel. Imol. Alex. & Feli. quos probat Menoch. conſ. 331. nu.102. & conſ.378. nu.11. volum.4. ſed hoc explicaui infra conſ.34. num.9.

SVM-

SVMMARIVM.

DOnatio fieri debet ſecundum formam ſtatuti, nec aliter fieri poteſt. num. 1. In dubio ſic facta præſumitur, quod explicatur nu. 2.

Acquirere præſumitur aliquis bona, ſeruata forma conſuetudinis, vt maſculi excludant fœminas. nu. 3.

ADDITIONES
ad quæſt. 5.

SVb nu. 2. vt conſuetudines ligent ciues etiam extra territorium exiſtentes, adde Burſat. & alios plures, quos probat Menoch. conſ. 1086. num. 5. volum. 11. vbi ex doctrina Salyce. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. & aliorum probat,
1 † vt etiam in donatione facienda de bonis ſitis in diſtrictu ſeruari debeant conſuetudines loci, vbi bona ſunt ſita, etiam ſi donans alibi habitaret, & conſequenter
2 patet, quòd, † dum diſponit de bonis ſuis, vel donationem facit, cenſetur diſponere, & donare, ſeruata forma ſtatuti, & conſuetudinis loci; cùm in dubio ſemper quis cenſeatur diſponere, & contractum celebrare etiam ſecundum formam iuris municipalis, vt poſt alios dixi ſupra par. 1. cap. 4. nu. 3. & infra par. 4. q. 33. & in titu. de renunciat. q. 7. nu. 7. & q. 18. num. 6. Et ſic etiam præſumitur ex parte acquiren-
3 tis, † nam etiam per contractum cenſetur quis acquirere, ſeruata forma ſtatuti, & conſuetudinis, vt in illis bonis ſuccedant illi, qui per formam ſtatuti, & conſuetudinis ſuccedunt, nempe, prò maſculis, videlicet, vt, ſtantibus maſculis, fœminæ nō ſuccedant, vt de emphyteuſi poſt alios dixi d. q. 33. nu. 5. & ſeqq. & ſic procederet etiam in donatione facta contemplatione matrimonij; nam maſculi excluderent fœminas, ex quo donatio prædicta ſic facta præſumeretur, vt ex dictis cerni poteſt.

SVMMARIVM.

VXor in quibus efficiatur dė domicilio viri, & in quibus retineat proprium domicilium. nu. 1.

Mulier nupta extero retinet proprium domicilium quòad ſucceſſionem. nu. 2.

ADDITIONES
ad quæſt. 6.

SVb nu. 5. vt mulier ſit incola
1 Ciuitatis viri, adde † vt etiā ſit incola, & de domicilio viri quòad forum, & quòad ea, quæ pertinent ad ſeruitium viri, ſed non in omnibus, nam domicilium proprium, & ſuorum maiorum retinet præcipuè quòad propriam vtilitatem, & commodum, vt latiſſimè probauit Andr. Tiraq. de legib. connub. l. 1. nu. 35. Rolan. Curt. Dec. & alij, quos ſequitur Menoch. cōſi. 1140. nu. 25. & 39. vol. 12. & proinde hæc mulier ſuccedit agnatis, & cognatis, ſeruata forma iſtarum cōſuetudinum, & ſimilium ſtatutorū, quoniam in hoc retinet domicilium, & hoc
2 eatenus eſt verum, † vt locum habeat etiā ſi per ſtatutum alicuius loci ſancitum eſſet, ne bona alienari poſſint in forenſem, quoniam hæc mulier, quæ forenſi nupta eſt, retinet proprium domicilium quòad ſucceſſionem, quod latiſſimè proſequitur Menoch. loco cit. vbi quædam contraria ſoluit.

SVMMARIVM.

ECcleſiaſtici an ligentur diſpoſitione barū conſuetudinum. num. 1. Si moriantur ab inteſtato, quinam illis ſuccedant. num. 3. In fauorabilibus vtūtur ſtatutis, & priuilegijs laicorum. num. 9. Non tenentur ad pœnas ſtatuti laicorum, etiam ſi illis ligerentur ex dictamine rationis. nu. 10.

Moniales excludūtur per maſculos, vti excluduntur aliæ fœminæ. nu. 2.

Clericus ratione feudi cōuenitur coram Iudice ſæculari. nu. 4. Hoc procedit, ſi

agatur ciuiliter, non autem criminaliter, quod explicatur num. 8. Quid ſi non conſtet illa bona eſſe feudalia. num. 6.

Feudalia ſi negentur etiam aliqua bona quiſnam Iudex debeat cognoſcere, traditur nu. 6. & 7.

Regia Camera Summaria in hoc Regno ſucceſſit loco parium Curia in feudalibus cauſis. nu. 5.

ADDITIONES ad quæſt. 7.

1 AD hanc quæſtionem, ſi eccleſiaſtici ligentur diſpoſitione harum conſuetudinum. Vide quæ dixi in conſi. 27. vbi hoc examinatum eſt, & contraria ſoluta ſunt. Cardin. in cap. perpẽdimus. de ſent. excom. & in cap. dilecti, de for. compet. & vidi firmatum etiam per Ioãnem Baptiſtam Lottherium in addit. manuſcriptis ad proœm. in ver. qui tenorem.

2 Sub nu. 6. vt Moniales non poſſint conqueri, ſi excludantur a ſtatuto, ſtantibus maſculis, adde hanc eſſe veram ſententiã, quam poſt alios probat Rocchus de Curt. in c. quanto ſect. 5. nu. 81. de conſuetud.

3 Sub nu. 13. vt ad bona eccleſiaſtici morientis ab inteſtato vocentur illi, qui per has conſuetudines vocati ſunt, tenet etiã poſt alios Alex. Raudenſ. variar. reſolut. cap. 11. nu. 11. & ſeqq. & dixi infra par. 4. q. 65. nu. 54. cum ſeqq.

4 Sub nu. 20. & 21. vt clericus ratione feudi conueniri debeat coram Iudice ſæculari, adde quòd hæc conuentio non eſt facienda coram quocunque Iudice ſæculari, ſed ſolùm coram paribus Curiæ, vt in cap. 1. §. præterea ſi inter, de prohib. feud. alien. per Federic. c. inter, de contro. apud par. termin. cum alijs innumeris relatis per Surd. conſi. 193. num. 7. vol. 2. & vbi non eſſent pares Curiæ, tunc conuentio fieri debet coram Iudice competenti;
5 † Sed hoc non procedit in hoc Regno, nã
loco parium Curiæ eſt erectum Tribunal
Regiæ Cameræ Summariæ, & ibi omnes
feudatarij etiam Eccleſiaſtici conueniuntur
ratione feudorum, vt eſt notoria praxis,
& patet ex dictis in hac quæſt. 7. num.
19. Benè verum eſt, vt conſtare debeat de
6 qualitate feudali, quia, † ſi clericus negaret
bona eſſe feudalia, tunc conueniri debet
coram ſuo Iudice competente; qui, ſi
cognouerit illa bona eſſe feudalia, tenetur
remittere clericum cõuentum ad Dominum
feudi, ad quem de iure pertinet illa
cauſa, quod fuit introductum, ne Dominus
feudi iudicet ſe competentem, cùm
non ſit Iudex competens, & ſic ratione
intereſſe, & ita procedit in omni vaſſallo,
& Domino, ex quo coram Iudice competente
vaſſalli poteſt Dominus probare illa
bona eſſe feudalia, & ſic obtinebit remiſſionem
cauſæ. ita Innoc. in cap. cæterùm,
de iudic. vbi Abb. nu. 20. & poſt ipſos,
Bald. Felyn. Dec. Alex. Iacobin. Curt.
& alios probat Surd. conſi. 286. num. 8. &
ſeqq. vol. 2. probat etiam Menoch. conſil.
1045. num. 2. & ſeqq. vol. 11. quamuis ibi
7 doceat, † & videtur receptior opinio, vt,
dum cõuentus negat illa bona eſſe feudalia,
poſſit etiam Iudex feudi ſummariè cognoſcere
de tali negatione, & ſi non conſtet
bona illa eſſe feudalia, prout in dubio
iudicandum eſt, quia omnia bona præſumuntur
burgenſatica; tunc remittit conuentum
ad Iudicem competentem, & pro
hac opinione num. 3. citat quinquaginta
Doctores, ſe cum ipſis connumerato, &
citat etiam contrarium tenentes, ſed, vt
dixi, hæc eſt receptior opinio, quia ſi non
conſtat de qualitate feudali, remittitur
cauſa ad Iudicem competentem.

8 Illud tamen notandum eſt, vt hoc procedat, quando ageretur de cauſa ciuili: At ſi ageretur de cauſa criminali, vt quia clericus ex delicto priuari deberet feudo, tũc conueniendus eſſet coram Iudice Eccleſiaſtico ea ratione, quoniam de crimine clericorum nullus laicus cognoſcere poteſt, ita notabiliter Innoc. in cap. verùm. num. 2. & 3. de for. competen. vbi Hoſtië. Butr. & Abb. Probant etiam Socin. Amode. Iacobin. & Menoch. quos ſequitur Surd. d. conſi. 193. nu. 15. vol. 2.

9 Sub nu. 27. vt Eccleſiaſtici veniant appellatione ciuium in fauorabilibus, adde Caſſan. Pariſ. Anto. Ball. Siculum, & Ambroſin. quos citaui infra conſi. 27. nu. 25. & ſeqq.

10 Sub nu. 47. vt Eccleſiaſtici non teneantur ad pœnas ſtatutorum ſæcularium, etiã ſi illis ligarentur ex dictamine rationis, adde iddem probare latiſſimè Ambroſinũ in tract. de immun. eccleſ. cap. 21. nu. 27. cum ſequen.

SV M-

SVMMARIVM.

INſtantia, cæpta cum defuncto laico, vt tranſeat in clericum hæredem, traditur nu. 2. Contrariam tamen ſententiam vti veriorem ſequitur Auctor num. 2. & 5. Vbi ſic pluries in diuerſis tribunalibus eſſe deciſum refertur.

Tex. in l. vbi cœptum. ff. de iudic. non habet locum, quando lis terminari non poteſt coram eodem Iudice. nu. 3. Nec in præiudicium alterius iuriſdictionis. num. 7.

Sententia, lata contra principalem, an exequi debeat contra tertium poſſeſſorem, declaratur nu. 4.

Iudex Eccleſiaſticus cogi nequit, vt exequatur ſententiam latam contra clericum, quod explicatur ſub nu. 3.

ADDITIONES
ad Quæſt. 8.

1 SVb nu. 2. vt inſtantia, cæpta cum defuncto laico, tråſeat in clericum hæredem, tenent etiam Andr. Facchin. lib. 12. controuerſ. iur. cap. 42. Menchiaca Parlador. & quidam alij Hiſpani, quos probat Hieron. Ceuall. in tracta. commun. opin. contr. commun. q. 36. per tot.

2 Sub num. 24. vt inſtantia, cæpta cum defuncto laico, non tranſeat in hæredem Eccleſiaſticum, tenent etiam Curt. iun. & Lancellott. Dec. in d. l. hæres abſens. ff. de iudic. quos nouiſſimè probat Alexan. Ambroſin. in tracta. de immunit. & libert. eccleſ. cap. 20. nu. 45. & ſeqq. vbi aliam ad-
3 dit rationem, † vt tunc iudicium cæptum proſequi debeat coram eodem Iudice, quando controuerſia poteſt habere finem coram eodem Iudice; & ſic procedit tex. in l. vbi cæptum. ff. de iudic. Sed hoc eſſe non poteſt in clerico, quia ſententia omninò exequi debet à Iudice Eccleſiaſtico, qui nec etiam cogi poſſet illam exequi, vt docet Barto. & ibi Salycet. in l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Guid. Pap. ſingul. 935. Ambroſin. vbi ſupra nu. 47. de Frãch. & alij, quos probat Riccius in Collect. cap. 342. de quo meminit Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neap. in verb. ſententia lata contra laicum: qui
4 etiam docent, prout hic probaui num. 32. vt vitium litigioſi locum non habeat contra clericum, etiam quia ſecundùm terminos iuris communis ſententia, lata contra principalem, regulariter non exequitur contra tertium, qui emit rem litigioſam, vt docuit Innoc. in c. veritas, il 2. num. 2. de teſtib. Bar Imol. Roman. Salycet. Roland. Oſaſc. Surd. & alij num. 23. quos probat Menoch. conſi. 1187. num. 2. & ſeqq. vol. 12. niſi tamen principalis eſſet condemnatus per ſententiam ad reſtitutionem rei, & vt euitaret executionem ſententiæ, bona illa alienauit, quia tunc exequetur contra tertium laicum: ſed de hac materia vitij litigioſi dixi infra conſi. 47.

5 Sed redeundo ad propoſitum, vt inſtãtia, cæpta cum laico defuncto nõ tranſeat in hæredem Eccleſiaſticum, tenent etiam Maceratenſ. lib. 1. variar. reſolut. cap. 49. vbi nu. 2. ſic deciſum refert in illa Curia, tenet etiam Marchiſan. in ſua prax. cap. 4. par. 2. nu. 54. fol. mihi 491. Sic etiam traditur deciſum in Sacro Conſil. vt tradit Vrſill. deciſ. 293. num. 5. de quo meminit idem de Thoro vbi ſupra in verb. inſtantia incepta. Fuit etiam deciſum Romæ die 10. Iunij 1591. vt tradit Seraphin. deciſ. 957. nu. 7. Probant etiam Alberic. Angel. Fulgoſ. Caſtren. Soci. ſen. Bellon. Alciat. Neuiz. quos probat Federic. Scotus tom. 2. reſponſor. lib. 3. conſi. 15. num. 16. Burſat. conſi. 452. num. 27. vol. 4. vbi teſtatur de magis communi, & Facchin. d. cap. 42. dicit, vt in hac controuerſia ſequi debeamus illam opinionem, quæ ſeruatur in Curia Romana; & proinde, dum ſic ibi fuit deciſum, ita ſeruandum eſt, de qua materia latiùs dixi infra conſi. 19. vbi nu.
6 23. probatum eſt, † vt non vrgeat ratio de expenſis, quia ad eas tollendas continuari poteſt inſtantia, ſiue proceſſus coram Iudice Eccleſiaſtico, vt procedat in terminis, in quibus cauſa reperitur.

7 Sic etiam limitatur tex. in d. l. vbi cœptum, vt nunquam locum habeat in præiudicium alterius iuriſdictionis, non ſolũ reſpectu clerici, qui nec volens poteſt conſentire coram Iudice Eccleſiaſtico, vt patet ex dictis queſt. præcedenti, ſed nec etiã reſpectu vaſſalli; qui, ſi cœperit litigare coram alio Iudice, non noceat eius domino.

no.Bald. in cap.Imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Federic. cum alijs cumulatis per Ambroſin. d.cap.20. num.49. cum vulgatis alijs; hoc enim eſt axioma manifeſtum penes omnes.

ADDITIONES
ad Quæſt.9.

SVb nu.3. Adde Menoch. conſi. 1007. num.87.volum.11.vt ſtatuta, & conſuetudines Ciuitatis ligent ſuburbia, & Caſalia.

SVMMARIVM.

LEgitimatus an excludat fœminas natas legitimè.nu. 1. & 9.

Legitimatus per ſubſequēs matrimonium, an ſuccedat ad feuda. nu.2 An excludat ſubſtitutum, ſi teſtator dixerit, ſi moriatur ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, traditur nu.4.5. & 6.

Legitimatio per reſcriptū Principis an peti poſſit in agnatorū præiudicium, traditur nu.3.

Legitimatus per reſcriptum Principis an ſuccedat ad fideicommiſſum relictum pro natis ex legitimo matrimonio, traditur nu.7. An ſuccedat agnatis. nu.8.

Trebellianica num prohiberi poſſit in filijs primi gradus, nu.10.

ADDITIONES
ad Quæſt.10.

1 SVb num.1. vt fœmina præferatur legitimato, Adde Vrſill.deciſ.195. num.5.& deciſ.386. nu.6.

2 Sub nu. 11. vt legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedat ad feuda, tenent multi penes Surd.conſi.213.nu.1.& 2.vol.2. Sed non eſt recedendum ab opinione tradita d.nu. 11.cum ſeqq.

3 Sub num. 18. Vt legitimatio per reſcriptum Principis nequeat fieri in agnatorum præiudicium, probat latiſſimè Andr.Facchin.lib.7.coutrouerſ.iur.cap. 50.Sed non eſt recedendum ab opinione tradita d.num.18.cum ſeqq.& conferunt diſcuſſa per Menoch.conſi.745. num.20. volum.8.

4 Sub nu. 30. & ſeqq. vt legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat ſubſtitutum, procedat etiam ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, ex ſuo corpore, quia ſatis eſt, vt tēpore ſucceſſionis reperiantur habiles ad ſuccedendū, tunc enim habentur, ac ſi de legitimo matrimonio procreati eſſent, ex quo tunc matrimonium habetur legitimum, & illi filij reputantur, ac ſi ex legitimo matrimonio nati eſſent, ita probat Odd.in tract.de ſubſtit.in fi.operis, & tenent plures alij penes Theſaur.deciſ.196. & ita fuiſſe deciſum tenent Addentes ad Bald.conſ.367.lib.5. & conferunt diſcuſſa infra par.4.q.56.vt ad ſuccedendum attendatur proximitas tempore mortis.

5 Quamuis contrariam ſententiam in puncto iuris tāquam veriorem defendat. Bal. d.conſi.367. Ea ratione, vt teſtator intellexerit de legitimitate, vt ita dicā, ex vtero, nempè, vt tempore procreationis filij, vel ad minus tempore natiuitatis naſcatur ex legitimo matrimonio, quia ſic præſumitur teſtatoris voluntas, & Baldum ſequuntur Roland.Mantic.& alij plures, quos probat Theſaur.d.deciſ.196.vbi nu.
6 4. † ſic refert deciſum in illo Senatu de anno 1589.& eius filius ibid.in addition. ſic alias deciſum refert in illo Senatu, & hanc eandem ſententiam probant Menoch.& Peregr.quos omitto; nam etiam prima ſententia ſuos habet Auctores, & deciſiones, prout etiam patet ex diſcuſsis in tota hac quæſtione. Imo ipſemet Menoch.conſi.827.volum.9.poſt innumeros Doctores, reprobatis quibuſdam paucio-
7 ribus, tenet, † vt legitimatus per reſcriptum Principis per verba ampla, & prægnantia admittatur etiam ad fideicōmiſſum relictum pro natis ex legitimo matrimonio, quoniam perinde habetur, ac ſi natus eſſet ex legitimo matrimonio tēpore natiuitatis, & ſic à maioritate rationis hoc procedit in legitimato per ſubſequēs matrimonium, & ſic in hac opinione plurimum valet arbitrium Iudicis, conſiderando coniecturas.

8 Sub nu.41. vt legitimati per reſcriptū Principis non ſuccedant agnatis, niſi expreſsè id dicatur in reſcripto legitimationis, vel niſi fiat legitimatio cum agnatorum conſenſu tenent plures alij, quos

probat

probat Surd. conſi. 337. per tot. volum. 3.
9 & vt tales legitimati non excludant ſorores legitimè natas, tent 31. Doctores, quos refert Menoch. conſi. 687. num. 26. vol. 7. vbi num. 57. refert 28. Doctores, qui contrariam probant ſententiam, vt eas excludant, & dicit à prima ſententia plures eſſe tollendos, & ſic veriorem dicit ſecundam, ſed, vt dixi d. nu. 41. & ſeqq. hoc colligitur ex verbis renunciationis.

10 Sub nume. 63. vt Trebellianica prohiberi poſſit in filijs primi gradus, dixi infra conſi. 14. vbi probaui hanc eſſe receptiorem ſententiam, præcipuè in noſtris Tribunalibus, & fuit deciſum etiā in Collaterali Conſilio de anno 1613. in cauſa quorundā Ianuenſium; & Menoch. conſi. 1141. nu. 17. pro hac opinione citat 42. Doctores, ſe cum illis conumerato, & ſubdit nu. 18. ita practicari Romę, & Mediolani. Probat etiam Surd. conſi. 412. nu. 42. vol. 3. & conſequenter non eſt recedēdum ab hac opinione præcipuè in hoc Regno.

De Bonis ſubiectis diſpoſitioni harum Conſuetudinum.

SVMMARIVM.

STatutum an extendatur ad bona ſita extra territorium. nu. 1.

ADDITIONES ad Quæſt. Primam.

1 SVb num. 1. vt ſtatutum, & conſuetudo extendatur ad bona ſita extra territoriū, latiſſimè probat Surd. conſ. 553. præcipuè nu. 9. vol. 4. ea ratione, quia tale ſtatutum eſt rationabile, & inducit conſeruationem bonorū in familia; Verùm hæc ratio non conuincit ex diſcuſſis in hac quæſt. 1. nempè ex defectu poteſtatis ſtatuentium, & ciuium, quæ poteſtas circumſcribitur territorio, & ſic non poteſt extendi ad bona ſita extra territorium, vt latiſſimè hic probatū eſt, & ſupra in tit. de perſon. q. 1. & probat optimè Menoch. conſi. 1021. num. 10. enumerat 56. Doctores, hanc opinionem confirmantes, & contraria opinio locum habere poteſt, ſi ſtatutum, vel conſuetudo loqueretur per verba vniuerſalia, vt dixi infra q. 3. nu. 3. etiam in addition.

SVMMARIVM.

PRetium peruentum ex bonis reemptis virtute pacti de retrouendendo ad quem ſpectat. num. 1. & 2.

Bona voluntariè reſtituta per emptorem vēditori, non ſubiacent conſuetudini. nu. 3. Quid ſi eſſent adiudicata crediloribus virtute primi, & ſecundi decreti, & debitor illa recuperaret, traditur num. 4.

ADDITIONES ad Quæſt. 2.

1 EX dictis hic num. 1. cum ſeqq. infertur, quòd ſi ex forma ſtatuti bona ſtabilia pertinerent ad certos agnatos, immobilia verò ſpectarent ad alios, & teſtator emiſſet aliqua bona cum pacto de retrouendendo, & retrouenditio fieret poſt mortem teſtatoris, tunc pretium illorum bonorum, ſecundū aliquos, pertinet ad illos, quibus bona mobilia debentur; & hoc non ea ratione, vt pretiū non ſuccedat loco rei, de quo axiomate dixi infra quæſt. 5. vbi etiam explicatū eſt, & de pretio rei antiquæ, ſed euenit ea ratione,
2 † quia ſolutio talis pretij, & ſic reſolutio contractus, ſiue actus geſti retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, & habetur perinde, ac ſi teſtator nunquam illa bona emiſſet, ſed habuiſſet tantùm pecuniam; quo caſu pecunia ſpectaret ad eaſdemmet perſonas, ita ex tex. in l. 2. §. iddem quoque. ff. de collatio. probant Iacob. de Rauen. Cyn. Bald. Alberic. Corne. & Dec. in l. & demum. C. de collatio. De qua materia poſt Boer. & Tiraq. tractat Surd. conſi. 26. nu. 8.

3 Sub num. 6. ſi emptor voluntariè reſtituat venditori bona empta, tunc non habet locum conſuetudo, quia ex noua cauſa dicitur illa bona recuperare: & hinc eſt,
4 † quòd ſi illa bona eſſent adiudicata creditori per primum, & ſecundum decretum, vt practicatur in Regno Siciliæ, tūc ſi bona prędicta redimerentur à Domino,

dic-

dicerentur acquiri ex noua cauſa, & conſequenter per talem adiudicationem fuerunt reſoluti priores cenſus, & omne pignus, & hypotheca, & redimens ingreditur in locum illius creditoris, ita ex tex. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. & in l. eleganter. ff. de pignorat. act. & alijs probant Intrigl. ſuper Bull. Nicol. Quinti q. 67. vbi Anto. Boll. q. 21. & faciunt, quæ dicā infra ſuo loco de iure luendi, quod reſoluit omnes hypothecas.

ADDITIONES
ad quæſt. 3.

SVb nu. 3. vt conſuetudo loquens per verba vniuerſalia extendatur ad bona extra territorium, adde eund. de Pont. conſi. 128. nu. 7. vol. 2. & quæ dixi ſupra quæſt. 1.

SVMMARIVM.

Conceſſio, lex, & priuilegium debent eſſe clara. num. 1.

Ambiguitas legis, conceſſionis, & priuilegij præbet anſam cuique ea interpretandi ad ſui libitum. num. 2.

Statutum, concedens generalem abſolutionem criminum, non comprahendit crimen læſæ Maieſtatis, & ratio traditur nu. 3. Secus ſi conceſſio fieret per priuilegium. nu. 4.

Abolitio generalis criminum an comprahendat crimen læſæ Maieſtatis. num. 3. & 4.

Priuilegia ſunt ampliſsimè interpretanda, præcipuè quando aliter eſſent ſuperuacanea. nu. 5.

Bona Neapolitanorum non publicantur, etiam ſi Neapolitana mulier nupſiſſet extero. nu. 6.

Priuilegium conceſſum, ne bona Neapolitanorum publicentur, prodeſt etiam exteris, & incolis pro bonis ſitis in diſtrictu. nu. 7. & 8.

ADDITIONES
ad quæſt. 4.

AD declarationem diſcuſſorum in hac q. addendum eſt, quòd idcircò Sacra Maieſtas in hoc priuilegio declarauerit, ſe noluiſſe excipere crimē læſæ Maieſtatis humanæ ab hac bonorum publicatione, vt tolleret omnem contro-
1 uerſiam: † nam, dum conceſſio eſt clara, priuilegium eſt manifeſtum, ſic etiam lex eſt clara, & manifeſta, tolluntur lites, & Doctorum calumnias, quibus familiarum
2 deſolationes inducuntur: † nam propter ambiguitatem cuilibet datur ania interpretandi conceſſionem, priuilegium, ac legē, prout ſibi magis placet, vt poſt alios aduertit noſter de Pont. deciſ. 34. circa fi. quod nullo modo fieri debet, vt explicaui ſupra in prohem. q. 10. nu. 15. & ſeqq. Voluit, inquam, Rex noſter tollere omnem
3 diſputationem: nam multi tenent, † vt ſtatutum, concedens generaliter abſolutionem, ſiue abolitionem criminum, non comprehendat crimen læſæ Maieſtatis, tum quia in generali ſermone non veniūt ea, quæ non eſſet in ſpecie aliquis conceſſurus, vt eſt vulgata regula, tum etiam, quia ſemper ab huiuſmodi conceſſione intelligitur excepta perſona Domini concedentis, vt probauit Ange. in ſua diſput. incip. Exorta guerra. col. 4. verſ. in contrarium, quem ſequūtur Roman. Barbat. & Capyc. deciſ. 130. num. 56. Auguſt. ad Angel. Marſil. & Gigas penes Menoch. conſi. 1007. nu. 9. vol. 11. vbi num. 42. & ſeqq. ex doctrina Alexandri in l. de pupillo. §. ſi in pluribus, & aliorum hoc dicit
4 eſſe verum, † quando conceſſio fieret per ſtatutum, quia verba ſtatuti ſunt ſtrictè interpretanda, vt ſunt iura vulgar. At quando conceſſio fieret ex priuilegio, tunc eſſet ſecus, præcipuè quando priuilegium
5 eſſet conceſſum per verba generalia: † nā priuilegia ſunt ampliſſimè interpretanda, vt ſciunt omnes, & præcipuè quando priuilegia eſſent aliter ſuperuacanea, iuxta tex. in c. ſi Papa, de priuileg. in 6. Quam materiam ipſe Menoch. lateſſimè examinat: quæ diſputatio, vt dixi, ceſſat in hoc Regno.
6 Sub num. 3. Vt bona Neapolitanorum

non publicentur etiam quando mulier Neapolitana nupſit extero, adde, quòd iddem probant Aquilin. & Tapia, de quibus meminit Io. Bapt. de Thoro in compend. deciſion. Neapolitanar. in verb. bona Neapolitanorum: & dum hoc ita in praxi receptum eſt, non vrget aliquorum obiectio, dicẽtium multos, per me hic, cumulatos, loqui de re prohibita alienari cu iuſmodi non ſunt bona ſubiecta conſuetudini, ſi enim fraus ceſſaret, poſſent in vita alienari, vt egomet affirmaui infra par. 3. q. 1. nam cùm certam habeamus interpretationem, non eſt ab ea recedendum, pręcipuè dũ interpretatio venit ex facto ſubſecuto, vt dixi infra par. 4. q. 65. num. 56. etiam in addition. etiam quia hic adeſt ratio, vt hæc bona nõ ſint omnino in libera diſpoſitione agnatorum, & cognatorum, vt patet ex diſcuſſis in d. q. 1. & ſæpè alias in d. par. 3.

7 Inſuper poſſet hic dubitari, ſi hoc beneficium, ne publicentur bona Neapolitanorũ, competat exteris pro bonis ſitis intra diſtrictum huius Ciuitatis, & affirmatiuè reſpondeo, nam exteri iudicãtur tanquam ciues pro bonis ſitis intra diſtrictũ huius Ciuitatis, vt dixi ſupra tit. præced. q. 1. etiam in addition. & etiam quia hoc priuilegium, ne bona publicentur, eſt priuilegium reale, quo gaudent etiam exteri, vt poſt Dyn. Oldrad. Bart. & plures alios antiquos, & recentiores probat Monoch. loco cit. nu. 98. & ſeqq. & nu. 88. &

8 ſeqq. Quo loci etiã affirmat, † vt hoc priuilegiũ etiam ad habitatores extendatur, quod eſt manifeſtum ex dictis ſup. d. q. 1. & ſubdit nu. 102. poſt multos, quos cumulat, quòd ſi eſſemus in dubio, iã in dubijs contra fiſcum eſt reſpondendũ. iuxta tex. in l. magis puto. ff. de iure fiſc. & ad eum mitto lectorem pro reliquis concernentibus has illationes.

SVMMARIVM.

Pretium peruentum ex bonis antiquis, eſt ſubiectum conſuetudini. num. 1. ſic etiam bona empta ex illo pretio, et ita deciſum refertur iũctis aulis, & ſæpè aliàs. num. 2. & 4.
Fuluius Lanarius laudatur. num. 3.
Pecunia peruenta ex prædio reempto, quod erat ſubiectum oneri vſuſfructus, eſt ſubiecta eidem oneri, quod explicatur num. 5.
Pretium an ſuccedat loco rei in actione hypothecaria, traditur nu. 6.

ADDITIONES ad quæſt. 5.

Contra diſcuſſa in hac quæſt. multos viuentes vidi, & in libro meo, quem vidi penes quendam doctiſſimũ virum in imargine huius quęſtionis adnotauit quædam ad motiua mea, hic diſcuſſa, vt ei videantur ridiculoſa, & parum ſubſiſtẽtia, & quòd multa dico, quæ ſunt parui momenti, nihil tamen allegat, & ideo nolo verbis contendere, & ſi ſint alicuius momenti, cernitur ex hic diſcuſſis; & probat etiam eandem opinionem ex mente Napodani Conſiliarius de Rubeis in ſuis ad-

1 dition. fol. 5. à t. ibi [& ſic pondera ex mente Napodani, quòd in terminis conſuetudinis pretium ſuccedit loco rei] & ſecun-

2 dùm hanc meam opinionem, † vt bona empta ex pretio bonorum antiquorum ſint ſubiecta conſuetudini, iudicauit Sac. Conſ. iunctis Conſiliarijs duarum aularũ die 18. Ianuarij 1614. in cauſa D. Lauræ della Monica cũ Mario Beltrano, interuenientibus Præſide dicti Sac. Conf. & decẽ alijs Conſiliarijs, Relatore Cõſiliario Gaſpare Palatio in Banca de Mondellis, quo tempore ego eram in itinere, diſcedens Neapoli, pergens ad regnum Sicilię vltra Farum: quæ deciſio, vt audiui, facta fuit cum magna diſcuſſione, patrocinãte eruditiſſimo viro Fuluio Lanario, hac noſtra tempeſtate Aduocato primario, ex cuius etiam allegationibus diuerſorum doctiſſimorum virorum, quarum triginta volumina habet, plura deſumpſi ad ornatum harum additionum.

4 Fuit etiam pluries deciſum eodem modo, nempe, quòd ſi agnati, vel cognati vẽdant bona ſubiecta conſuetudini, & pretium dictorum bonorum cõuerteretur in emptionem tot annuorum introituum, iſti annui introitus remanent ſubiecti eidem diſpoſitioni cõſuetudinum, vt refert Conſil. de Georgio in alleg. 4. de quo meminit Io. Bapt. de Thor. in compen. deciſ. Neapolitanarum in verb. pretium peruentum.

Additur etiam ad confirmationem omnium

5 nium prædictorum, † quòd pecunia , ſiue
pretium peruentum ex prædio reempto,
in quo aliquis habebat vſumfructum, re-
manet ſubiectum eidē oneri vſusfructus,
hoc eſt, vt conuertatur in emptionem al-
terius prædij, vel tot annuorum introi-
tuum, vt vſusfructuarius gaudeat vſufru-
ctu, tex. eſt in l. ſi eum. vbi Bart. Bald. Ang.
& Iaſ. num. 18. ff. ſi quis caution. cum
alijs innumeris penes Surd. conſil. 26. per
tot. & conſequenter patet, quòd maxima
ratione fundata ſunt, quæ hic diſcuſsi, &
neceſſaria ſunt, non autem ridiculoſa, &
parui momenti.

6 Inſuper ſi eſſemus in actione hypothe-
caria, & titulus eſſet lucratiuus, & res per-
empta eſſet, pretium ſuccederet loco rei,
ſecus ſi eſſemus in titulo oneroſo, vt poſt
gloſ. in l. mater. C. de rei vendic. vbi Bart.
vidi firmatum per illum eximium virum
Petrum Antonium Lanarium alleg. 28.
vol. 1. inter dictas allegationes diuerſorū
prædicti Fuluij Lanarij: ſed veritas appa-
ret ex diſcuſsis in hac quæſt. 5.

SVMMARIVM.

Bona caſtrenſia dicuntur etiam, quæ nautæ, & perſonæ ſimiles acquirunt in mari. num. 1.

Filiusfam. ad libitum diſponit de bonis caſtrenſibus, nec pater in illis habet vſumfructum, ſed alimenta tantùm. num. 2.

Auctum per alluuionem, cuinam cedat, & an ſit antiquum. num. 3.

ADDITIONES
ad quæſt. 6.

1 ADde hic diſcuſsis, vt bona ca-
ſtrenſia dicantur etiam illa,
quæ in mari acquirūt nautæ,
remiges, cuſtodes, & alię per-
ſonæ ſimiles, vt poſt Bal. in l.
cùm oportet. col. 3. C. de bon. quæ liber.
Coraſ. & Crot. probat Surd. in tract. de
2 aliment. tit. 4. q. 11. nu. 6. † adeò vt de prę-
dictis bonis filijfam. diſponūt ad libitum
etiam per teſtamentum, nec pater in præ-
dictis bonis habet vſumfructum. l. 3. C. de
caſtr. pecul. lib. 12. glo. in l. ſi quis a liberis.
§. etſi impubes. ff. de lib. agnoſc. Bart. Alb.
& alij plures, quos probat Surd. loco cit.
ſic etiam Fontanell. in tract. de pact. nupt.
clauſ. 4. gl. 7. par. 3. tota, & in ſpecie nu. 4.
vbi hanc materiam latiſsimè examinat,
& Surd. vbi ſupra num. 20. poſt alios pro-
bat, vt ex dictis bonis debeantur parenti-
bus alimenta, licèt non debeatur vſusfru-
ctus, quod eſt clarum; nam etiā de fructi-
bus feudi debentur alimenta illis, quibus
non debetur vſusfructus, vt poſt alios dixi
infra par. 5. q. 5. num. 7. cum ſeqq.

Poſtremò notandū eſt ex traditis nu. 7.
3 † vt auctum per alluuionem cedat ſolo, &
ſic domino directo quò ad dominiū, quò
verò ad vtilitatem cedit emphyteutæ, vt
poſt alios probauit Iaſ. in l. 1. nu. 77. C. de
iure emphyt. quē ſequitur Menoch. conſ.
854. nu. 24. vol. 9. & conſequenter iudica-
rentur bona antiqua, prout eſt ędificium,
quod cedit ſolo, & ſic eſt antiquum, vt di-
xi in d. num. 7.

SVMMARIVM.

Bona quando iudicentur feudalia, & quando burgenſatica nu. 1. 2. & 5.

Inueſtitus quicquid poſſidet, habere præſumitur ab inueſtiente. nu. 3.

Feudale an præſumatur omne id, quod eſt intra fines feudi, declaratur nu. 4.

Feuda quando non nobilitent feudatarium traditur num. 6.

Quarta ſi legetur vxori in bonis feudalibus, an debeatur æſtimatio, explicatur num. 7.

Feudum licèt dari nequeat in dotem ſine Regis aſſenſu, ſi tamen datum eſſet, deberetur æſtimatio, & interim eſſet penes virum loco pignoris. nu. 8.

ADDITIONES
ad quæſt. 7.

AD dicta in hac quæſt. de
bonis feudalibus, adde,
1 † ꝙ in dubio bona po-
tius pręſumuntur bur-
genſatica, & ſic cōſtare
debet de qualitate feu-
dali, vt dixi ſupra tit.
de perſon. q. 5. & ideò ſi aliquis poſsideret
aliqua bona ſimul cum bonis feudalibus,
& non appareret illa bona eſſe burgenſa-
2 tica, nempe, † quia cōſtaret concedentem
bona illa poſſediſſe tāquam burgenſatica,
tunc præſumuntur feudalia, & tanquam
feudalia iudicarentur, donec probaretur
3 contrariū, tum quia † quicquid reperitur
poſſeſſum ab inueſtito, præſumitur pro-
ueniſſe

uenisſe ab inueſtiente, vt poſt Corn.conſ.
311.nu.8.vol.4. Socin.iun.Alb.Cœphal.
Vrſill. Menoch. & alios probat Surd.
conſ.311.num.2.& 50.vol.3. tum etiam,
4 † quia quicquid eſt intra fines feudi, præ-
ſumitur feudale,quamuis hoc multi intel
ligant eſſe verum quò ad iuriſdictionem,
vt ſubiecta ſint domino feudi, non autem
quò ad qualitatē feudalem, dum feudum
eſt ſeruitus,quę non præſumitur,niſi pro-
betur, vt poſt Hoſtien.in c.ſi diligenti.de
præſcription. probat ibidem Butr. nu. 9.
Andr.in c.1.de controuerſ. inter maſcul.
& fœm. Afflict.dec.267. latiſsimè Lanar.
conſ.2. Intrigliol.in tract.de feud.cent.1.
q.43.num.95. Maſcar. in tract.de probat.
concluſ.217. Surd.loco cit.qui per totum
5 illud conſ. hoc latiſsimè examinat: † &
ideò iſtæ ſunt præſumptiones, & cōiectu-
ræ,& poteſt etiā coniecturis probari con-
trarium,nempe ſi ante talem conceſſionē
fuiſſent poſſeſſa vti burgēſatica, vel à per-
ſona extranea, vel ab ipſomet cōcedente:
ſic etiam ſi non eſſent deſcripta in quin-
ternionibus Regiæ Cameræ, nec in relo-
uio, vt eſt praxis notoria in hoc regno;
ideò omitto aliam diſcuſsionem.

6 Sub nu.8.† vt feuda nobilitent,ex quo
contrahunt paradogium, adde poſt alios
Menoch.conſ.126.nu.8. quod axioma ve
rum eſt, quando feudi conceſsio fieret ab
Imperatore, vel à Rege, vel ab alio Prin-
cipe,qui habet iura regalia: ſecus tamen ſi
conceſsio fieret ab alijs inferioribus, &
ſic ſubfeudatarij Baronum ex Baronum
conceſsionibus non acquirunt nobilita-
tem, vt probat etiam Iacob.de Beluiſ.in
d.cap.1.in fi.quis dic.Dux,& ita fuiſſe de-
ciſum in Reg.Cam.Summ. refert Camill.
de Cur. in ſuo diuerſor.iur.feud.in princ.
in verb. feudorum materia. nu.4.& 5.de
quo meminit Io.Bapt. de Thor. in comp.
deciſ.Neapolit.in verb. nobilitas an oria-
tur ex donatione feudorum.

7 Sub nu.9. cum ſeqq. † Si maritus lega-
uit vxori quartam in bonis feudalibus,an
debeatur æſtimatiò, adde D.Io.Franc.de
Pont.conſ.73.nu.2.vol.2.& in locis infe-
rius citandis, & tradita in hac quæſt.cum
ipſomet poſt editum primum volumen
meorum Commētariorum diſputaui, &
tenui firmiter,& teneo, vt ſecundùm has
conſuetudines non ſit debita æſtimatiò,
quia iſtæ conſuetudines non habent locū
in feudis, extra tamen has conſuetudines
æſtimatio debetur, quod ego hic non ne-
gaui, & colligitur etiam ex dictis per Na-
pod.in d.conſuet.in bonis. nu.11. probāt
And.in cap.1.§.fin.in fi. verſ.moderni di-
cunt, de inueſt.de re alien.fact. Camerar.
Barthol. de Capua, Anna, Capyc. & alij,
quos probat ipſe de Ponte loco cit. & ra-
tio eſt fauor vxoris, quoniam conſtitutio
quartæ eſt cauſa onèroſa, quia conſtituta
fuit reſpectiuè ad dotes receptas, vt etiam
probat in tract.de poteſt. Proreg. tit.6.de
aſsen. Reg.ſuper dot.§.2.nu.24. vbi etiam
8 poſt And.Capyc. & alios ſubdit, ꝙ † licèt
feudum non poſsit dari in dotem abſque
Regis aſſenſu, ſi tamē datum reperiretur,
etiam cum ſcientia viri,& vxoris,debere-
tur æſtimatio eiuſdem feudi viro, & in-
terim datur eidem viro retentio eiuſdem
feudi loco pignoris, & hoc fuit introdu-
ctum fauore dotis, & etiam vxoris, quæ
neſcit iuris ſubtilitates,& ideò per eas de-
cipi non debet, & remanere indotata, &
ſubdit, quòd ita habetur in regiſtris Re-
gis Federici, quæ adnotare volui cauſa
maioris explicationis.

SVMMARIVM.

EMphyteuſis eccleſiaſtica an ſubiaceat ſtatutis, & conſuetudini laicorum. nu.1. & 4.

Dominium vtile emphyteuſis eccleſiaſtica an ſubiaceat iuriſdictioni ſeculari num.2. An ex eo teneatur emphyteuta ſoluere gabellas perſonis ſecularibus. num.3.

Bona Stauritarum an ſubiaceant iuriſdictioni ſeculari. num.5.

Feuda conceſſa cum poteſtate alienandi, poſſunt alienari ſine Regis aſſēſu. n.6.

ADDITIONES
ad quæſt. 8.

1 AD id, quod dicitur num.1.
& ſeqq. de emphyteuſi ec-
cleſiaſtica, vt non ſubiaceat
conſuetudini, vrgere vide-
tur obiectio de dominio
2 vtili, quod habet emphyteuta; † hoc enim
dominium vtile eſt laicorū, & conſequen
ter videtur ſubiectū iuriſdictioni laicali,
vt docuit Anchar.conſ.125.& 433.nu.3.
probant etiam Barbat. Alex. Soc. Afflict.
Dec. & alij, quos ſequitur Surd.cōſ.338.
num.15.& ſeqq.vol.3.

3 Confirmari poteſt, quoniam laicus de hoc vtili dominio tenetur ſoluere gabellas, dummodo illa ſolutio gabellæ nõ noceret eccleſiæ, vt quia per eam non fieret deterius ius eccleſiæ, nam in hoc caſu non tenetur ſoluere gabellas, vt ex tex. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſt. Andr. in c. 1. verſ. & clauſtrorum. in tit. quæ ſint regal. Bald. Alex. & alijs probat Surd. d. conſil. 338. nu. 13. de cuius veritate dixi infra de empt. & vendit. q. 23.

4 Verùm licèt prædicta videantur colorata, & in alijs ſtatutis faciãt quæſtionem dubitabilem, attamen in materia noſtrarum conſuetudinum nulla eſt ſubſiſtens dubitatio, quoniã Prudentes noſtri ſuper has cõſuetudines ita eas interpretati ſunt, vt non comprehendant emphyteuſim eccleſiaſticam, vt in hac q. 8. diſcuſſum eſt.

5 † Poſſet tamen opinio contraria defendi in Stauritis, quæ expreſsè diſponunt de vtili dominio emphyteuſis, quod nunc non diſputo, & ſaluatur tunc diſpoſitio, ex quo talis ſucceſſio nõ noceret eccleſiæ, quia finita illa generatione, bona illa reuerterentur ad eccleſiam. Verùm quando perſona ſuccedens ex ſtatuto poſſet eccleſiæ aliquo modo eſſe nociua, tunc poſſet eccleſia comparere, & inſtare, vt illa perſona non admittatur ad ſucceſſionem, vt poſt Abb. probauit Mar. Brun. conſil. 26. num. 151 & poſt alios Surd. d. conſ. 338. nu. 27. De qua materia bonorum Stauritarum tractat poſt alios nouiſsimè Ricc. in prax. alienat. rer. eccl. deciſ. 40. 48. 76. 82. & ſæpè alias.

6 Sub num. 17. vt feuda conceſſa cum poteſtate alienandi poſsint alienari ſine alio aſſenſu domini, probant etiam Crauett. Roland. Socin. iun. Alciat. & alij, quos ſequitur Menoch. conſ. 2. nu. 315. cũ ſeqq. vol. 1. cõſ. 865. nu. 7. & 869. nu. 5. & ſeqq. vol. 9. & conſ. 1155. nu. 45. vol. 12. latiſsimè Surd. conſ. 440. tot. vol. 3.

SVMMARIVM.

ASſenſus conceſſus pro contractu emphyteotico, non extenditur ad contractum cenſualem, & ſic pluries deciſum refertur. nu. 1. & 2.

ADDITIONES
ad quæſt. 9.

1 EX diſcuſsis in hac quęſt. de bonis, de quibus ſoluitur cenſus eccleſiæ, quòd habeãt diuerſam naturam, notandum eſt, quòd ſi aliquis haberet aſſenſum Apoſtolicum dandi aliqua bona eccleſiaſtica in emphyteuſim, & ille cõcederet in annuũ cenſum, non valeret conceſsio, nec ei ſuf-
2 fragaretur aſſenſus, & ratio eſt, † quia dũ datus eſt pro cõtractu emphyteotico, qui eſt valde vtilis eccleſiæ, & vellet illum extendere ad contractum cenſualem, qui, vt patet ex his diſcuſsis, eſt præiudicialis eccleſiæ, ideo eſt nullus, nec extenditur de caſu ad caſum, vt ſciunt omnes, & ſic pluries fuiſſe Romę deciſum probat Farinac. deciſ. 224. de qua etiam materia nouiſsimè poſt alios tractat Ricc. in prax. de reb. eccl. non alien. deciſ. 69. & ſeqq.

SVMMARIVM.

BOna feudalia, de quibus ſoluitur annuus cenſus, an ſubiaceant conſuetudini. num. 1.

Bona cenſualia, vel emphyteotica reddititia feudo, ad quos pertineant ſecundùm has conſuetudines. num. 2.

ADDITIONES
ad quæſt. 10.

1 SVb nu. 2. de bonis feudalibus, pro quibus ſoluitur annuus cenſus, vt cenſus ſit feudalis, & bona ſubiaceant conſuetudini adde Maſtrill. deciſ. 84. nu. 14. Vrſill. & alios, quos cumulat Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſ. Neapol. in verb. cenſualis res.

2 Hinc eſt etiã, † quòd ſi eſſent bona cenſualia, vel emphyteotica redditítia feudo in eis ſuccederent agnati, & cognati, ſeruata forma iſtarum conſuetudinum, niſi alia adeſſet particularis conſuetudo illius feudi, vt poſt alios probat Frezz. lib. 2. ſubfeu. in tit. de different. feud. quaternat. differ. 1. num. 5. vbi ſic deciſum refert in

facti

facti contingentia, dequo meminit Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neap. in verb. aſcendentes.

SVMMARIVM.

Conſuetudines etiam bona mobilia, iura, & actiones complectuntur, dummodo ſita ſint intra diſtrictum, alias ſecus. num. 1. & 2.

Obligans omnia bona ſua, etiam debitorum nomina obligaſſe cenſetur. nu. 3.

Creditor quãdo poſſit exigere nomen ſui debitoris, explicatur num. 4.

Excuſſio principalis debitoris cur fuerit inuenta antequàm creditor exigeret nomen ſui debitoris, traditur nu. 5.

Feudum non venit in generali ſermone. num. 6.

Grauatus reſtituere bona alicui, poteſt retinere feudum. nu. 7. Sic etiam ſuũ creditum, & quod ſoluit creditoribus hereditarijs. nu. 8. Sic etiam medietatem illi debitam ex prouidentia conſuetudinum. nu. 10. Et omne id, quod aliunde haberet, & non ex iudicio teſtatoris fideicommittentis, quod explicatur num. 11.

Hæres præſumitur ſoluere debita hereditaria de bonis proprijs, & non de bonis hereditarijs, & ſic deciſum traditur num. 9.

Baro an ſuccedat vaſſallo morienti ſine filijs, explicatur. nu. 12.

ADDITIONES
ad quæſt. 11.

1 Sub nu. 1. vt iſtę conſuetudines locum habeãt in bonis mobilibus in iuribus, & actionibus, probat idẽ Anna conſ. 45. num. 79. conferunt diſcuſſa per Peregr. in tract. de fideicomm. art. 10. vbi latiſſimè de hac materia; probant etiã Conſiliarius de Georgio, & Borgnin. vt per Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Neapolit. in verb. nomẽ debitoris, quamuis exteri. eſt tex. in l. Princeps bona. & in l. bonorũ. §. vlt. ff. de verb. & rer. ſig. poſt alios Surd.
2 cõſ. 4. nu. 19. & ſeqq. † dummodo illa bona, & nomina debitorũ ſint in diſtrictu, quia ſi eſſent extra diſtrictum, ſecùs eſſet, vt dixi hic num. 2. & ideò ſi eſſent in alio loco, & eò magis in alio regno, non ſubiacerent conſuetudini, & ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſ. poſt Iacob. Anell. de Bott. notat idẽ de Thor. vbi ſupra in verb. nomina debitorum, cum duob. ſeqq. & eatenus nomina debitorum veniunt appella-
3 tione bonorum, † quod ſi aliquis ſimpliciter obligaſſet omnia bona ſua, in illa generali obligatione veniũt etiam nomina debitorum, ita ex tex. in l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & alijs conſuluit Bal. conſ. 25. in 6. dub. vol. 1. & probãt plures alij, quos ſequitur Surd. d. conſil. 4. nu. 20. cum ſeqq. vbi etiam hoc probat in obligatione tacita: quo etiam in loco tractat ar-
4 ticulum, † quando poſſit creditor exigere nomen ſui debitoris, quod omitto; nam tria copulatiuè ſunt neceſſaria, primò, vt ille debitor debitoris mei fateatur debitũ. Secundò, vt debitor principalis ſit condẽnatus. & tertiò, vt fuerit excuſſus, & repertus non ſoluendo. l. 2. 3. & 4. C. quãdo fiſc. vel priuat. Si tamen eſſemus in actione hypothecaria, tunc non eſſet neceſſaria excuſſio principalis debitoris ea ratione,
5 † quia excuſſio illa regulariter adhibetur ad euitandas lites, quod inconueniẽs hic ceſſaret, quia ſi debitor exigeretur, ſiue cõſtringeretur ſoluere, remaneret omnino liberatus à ſuo creditore, nec poſſet amplius ab eo moleſtari, vt poſt multos antiquos probat Cyn. in d. l. nomen. vbi Bart. num. 8. Salyc. num. 6. & alij plures, quos probat Surd. d. conſ. 4. per tot. & in ſpecie num. 32.
6 Sub nu. 4. cum ſeqq. † vt in generali ſermone non veniat feudũ, adde Loffr. Clar. Tiraquell. Capyc. & alios penes Annam conſ. 29. Maſtrill. deciſ. 86. ex quo infer-
7 tur, † quòd, dum aliquis eſt grauatus reſtituere bona teſtatoris alicui per fideicommiſſum, non tenetur reſtituere feudum, vt in ſpecie loquitur Aluar. in c. 1. §. in generali. nu. 4. ſi de feud. defun. mil. ſue. cõtrou. Fulgoſ. conſ. 230. Socin. iun. conſ. 12. nu. 45. vol. 2. Pet. a Petra in tract. de fideicom. q. 8. nu. 280. Peregr. in tract. de fideicom. art. 6. nu. 17. cũ ſeqq. Henriq. à Ronzetol. in tract. de ſucceſſ. feud. c. 7. concl. 1. & 11.
8 † Sic etiã retinet ſua credita, & etiã quod ſoluit creditoribus hęreditarijs. l. Lucius. §. filiã. & l. cùm hæres. ff. ad Trebell. quod procedit etiam ſi grauatus nõ feciſſet inuentarium, & actiones eſſent confuſæ, vt latiſſimè probarunt Mantic. in tract. de coniect.

conieſt. vltim. volunt. lib.7.tit.8. nu.15.
cum ſeqq. Peregrin. de fideicom. art.35.&
art.40. vbi nu.32. 34. & ſæpe alias ſic plu-
9 ries iudicatum refert, † vt hæres præſu-
matur ſoluiſſe de ſuo, non autem de bonis
hæreditarijs, & ſic repetit, quod ſoluit:
10 † quod etiam firmatum vidi per multos
eximios Viros, vt procedat etiam in me-
dietate, quæ debetur agnatis, & cognatis
ſecundùm has conſuetudines, ex quo ta-
lis medietas iudicatur tanquam æs alie-
num, vt dixi infra quæſt.23. vbi etiam ad-
notabitur, & eſt manifeſtum, quoniam &
feudum, & credita, & quod ſolutum eſt
creditoribus hæreditarijs, & dictam me-
dietatem talis grauatus fuiſſet conſecutus
etiam quolibet alio exiſtente hærede, &
11 ſic regula eſt clara, † vt in omni reſtitu-
tione, etiam in fideicommiſſo vniuerſali,
non contineatur, quod hæres habiturus
erat, etiam alio exiſtente hærede. l. ſequẽs.
ff. de legat.2. nec etiam reſtituere tenetur,
quòd hæres habet aliunde, quàm ex iudi-
cio teſtatoris fideicommittentis. l. cùm
quis. §. hoc amplius, vbi Bart. num.2. ff. de
dot. prælegat. cum alijs pluribus cumula-
tis per Peregri. in d. tract. de fideicom. art.
6. nu.17. cum ſeqq.
12 Sub num.6. Ad ea, quæ dicuntur de
ſucceſſione Baronis in bonis vaſſallorum
adde Surd. conſi.138. volum.1. vbi latiſſi-
mè hanc materiam examinat, & dicit
hanc conſuetudinem eſſe in loco Corij,
qua cauetur, vt, decedente aliquo ſine fi-
lijs, & ab inteſtato, & ſine communione
bonorum cum altero, tunc Dominus loci
ſuccedit in omnibus bonis, etiam mobili-
bus vaſſalli; verùm tenetur Dominus p-
bare requiſita conſuetudinis, ſiue ſtatuti,
aliàs non obtinebit ex regula tex. in l.1. §.
quod autem. ff. ne quid in loc. publ. vbi
Bar. l. in cauſis. vbi Bal. C. de accuſatione,
& poſt ipſos Alex. Socin. Tiraquell. Go-
zad. Fely. Roland. Natt. Cephal. Bec. &
alios Surd. d. conſi.138. & ad hoc faciunt
diſcuſſa ſuperius par.1. c.5.

SVMMARIVM.

*ANnni introitus an ve-
niant appellatione
mobilium, vel im-
mobilium. nu.1.*
*Bulla Apoſtolicę qui-
bus taxãtur annui
introitus ligant &
perſonas ſaecnlares. num.2.*
*Summus Pontifex ſolus taxat, & decla-
rat ſnmmas legitimas annuornm in-
troitnum. nu.3.*
*Annui introitus an validè conſtituan-
tur ſuper feudis ſine aſſenſu Domini
explicatnr nu.4.*
*Feudum conſtitui poteſt ſuper annuis
introitibus. nu.5.*
*Dotis reſtitutio fieri debet in domicilio
viri, & ſecundum conſuetudinem vi-
ri, & ſic pluries decisum refertnr. nu.
6. & 7.*
*Vxor efficitur de domicilio viri etiam ra
tione originis. num.7.*
*Paria ſunt aliquid non fuiſſe factum, &
factum fuiſſe, & reuocatum. nu. 8.*
*Debita defuncti quando ſoluantur pro
rata bonorum ab hærede in feudis, &
ab hæredibus in bonis Burgenſaticis,
explicatnr nu.9.*

ADDITIONES
ad quæſt.12.

1 SVb nu.1. † vt annui in-
troitus veniant appel-
latione inmobilium,
adde Minad. conſi. 12.
Menoch. conſil. 1007.
num.103. & 111.
Sub nu. 3. cum ſeqq.
2 † vt Bullæ Apoſtolicæ ligent etiam ſæcu-
lares perſonas non ſubiectas Eccleſiæ in
temporalibus, adde hanc eſſe veriorem,
& certiorem ſententiam, licèt enim Na-
uarr. in commentar. de vſur. nu.106. verſ.
tertio, quod lis videtur, tenuerit, vt Bulla
Pij Quinti non includeret perſonas ſęcu-
lares ſubiectas in temporalibus Principi-
bus ſæculribus, eius tamen opinio ab om-
nibus improbatur, etiam per Ciuiliſtas,
vt optimè, & latiſſimè probat Surd. conſ.
282. per tot. vol.2. qui latiſſimè materiã
iſtam examinat, & certè Nauarrus in hoc
decipitur, nam ipſemet concedit, & cogi-
3 tur concedere, & ipſe, & omnis alius, † vt
ad ſolum Summum Pontif. ſpectet dare
formam cõtractibus, & declarare ſummã
conuenientem in materia cenſus, vt alibi
dictum eſt; ſed dicit ipſe, vt non fuerit in-
tentio Summi Pontificis ligare per illam
Bullam perſonas ſæculares, ſed eius ratio
non vrget, cùm Bulla loquatur vniuerſa-
liter etiam reſpectu perſonarum laicarũ,
& in fine declarat contractus fœnerati-
tios,

tios, ſi fiant ſub alia forma; & proinde vbi viget illa Bulla etiam quòad ſæculares ſeruari debet; ſed in hoc Regno vtriuſque Siciliæ obſeruatur Bulla Nicolai Quinti, vt dixi in hac quæſtio. 12. num. 1. cum ſeqq.

4 Sub num. 8. opinionem Follerij, vt valeat venditio annuorum introituum ſuper feudo ſine conſenſu Domini, tenuit etiam Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, colum. 4. verſic. quæro nunquid feudatarius, extra de conſtitut. Alexan. conſil. 18. ſuper primo lib. 5. latiſſimè Milanenſ. deciſ. 7. num. 43. cum ſeqq. lib. 2. ea ratione, quia per dictam conſtitutionem cenſus ſuper feudis non importatur realitas rei, vt pro quantitate ſortis principalis transferatur dominium rei, ſed ſolùm inducitur hypotheca ſuper dictis bonis: ſed quicquid ſit in alijs locis, iam in hoc Regno eorum opinio ſaluari nequit, quia nec feuda hypothecari poſſunt ſine aſſenſu Domini, tantò magis, quia creditores hypothecarij in feudis habent ius reale, vt magis patebit ex dicendis infra de pignor. & hypothec. & ſecundùm terminos Bullæ Nicolai Quinti conſtituere cenſum in bonis importat realitatem, vt patet ex dictis in d. quæſtio. 12. à num. 1. ad num. 9.

5 Sub num. 10. † vt in annuis introitibus conſtitui poſſit feudum, tenent etiam Odoffred. Ardizon. Ioan. Blanc. Yſern. Martin. Laudenſ. & alij, quos probat Surd. conſil. 449. num. 31. & ſequentib. volum. 3. & deciſ. 204. alios citat Maſtrill. in addition. ad Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. q. 7. nu. 35. & 36.

6 Sub num. 15. In reſtitutione dotis, vt fiat in domicilio viri, probant de Ponte Gamm. & Bertaz. quos probat Ioannes Bàptiſta de Thor. loco citat. in verb. dotis exactio.

7 Sub num. 17. vt mulier efficiatur de domicilio viri, & eiuſdem originis, probat etiam Vincent. de Franch. deciſ. 93. vbi pluries ſic iudicatum refert, probant Mazzol. Riminald. iunior Burſat. & alij, quos citat, & ſequitur Borguin. deciſ. 14. ſub num. 18. Vbi hanc eſſe communem, & obſeruatam ſententiam affirmat, & ſecundum illam etiam Florentiæ fuiſſe iudicatum de anno 1580. & reprobat Beroum, Alber. & Simon. de Pret. qui contrarium conati ſunt defendere, & dicit eos fuiſſe, & eſſe locutos contra communiſſimas opiniones, & contra deciſiones Rotæ, & veritatem, quia non conſiderarunt deſtinatam ſolutionem, & exactionem dictarum dotium, & iurium dotalium.

Sub num. 22. Adde eundem Surd. conſ. 436. num. 14. volum. 3. vbi etiam num. 13. ex text. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. Crauett. & alijs probat,
8 † vt paria ſint etiam aliquid non fuiſſe factum, vel factum fuiſſe, & reuocatum.

9 Sub num. 24. Adde, quòd hodie ſeruatur pro lege, & vnuſquiſque hæres, ſcilicet tam feudatarius, quàm hæredes in Burgenſaticis teneantur contribuere ad debita defuncti pro rata bonorum, vt etiã probat noſter de Pont. conſil. 52. volum. 1. & in tracta. de poteſtat. Proreg. titu. 6. de aſſenſ. reg. ſup. dot. §. 4. num. 8. quod procedit, quando feudum eſt hæreditarium, quia ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia, tunc feudatarius non tenetur cõtribuere ad debita contracta per defunctum, quia feudum habet non ab ipſo defuncto, ſed aliunde, nempè ex prouidentia dantis, & pacto primi acquirentis, vt ex text. in cap. 1. de alien. feud. & alijs probat Afflict. deciſ. 26. Capyc. deciſ. 198. & ſequen. quos, & alios citat, & probat Menoch. conſi. 1064. volum. 11. Fœlix de Rubeis, & Milanenſ. de quibus ad hoc propoſitum meminit Ioannes Baptiſta de Thor. in compend. deciſion. Neapolitan. in verb. onera hęreditaria, & in verb. primogenitus frater, ſed dum adeſt aſſenſus, ceſſat contradictio, & vt credo, feudatarius non obtinebit.

SVMMARIVM.

BOna habita titulo oneroſo an ſubiaccãt conſuetudini? nu. 1.

Legatum factum Monaſterio pro eleemoſyna, an compenſetur cũ legato dotis filiæ. nu. 2.

Compenſatio legati quando fiat cum debito. num. 3. An detur in legato relicto filiæ cum dote promiſſa genero, tra ditur num. 4.

Creditum vnius perſonæ non compenſatur cum credito alterius perſonæ. num. 5.

ADDI-

ADDITIONES
ad Quæſt. 13.

1 SVb num. 2. An bona habita titulo oneroſo ſubiaceant conſuetudini, adde Peregri. de fideicommiſſ. art. 52. vbi ad plures quæſtiones infert.

Ex dictis in hac quæſt. 13. decidi poteſt alia quæſtio, quam poſt alios examinat
2 Surd. conſi. 69. vol. 1. videlicet, † quòd ſi pater legaret filiæ dotem, & deinde legaſſet Monaſterio centum pro eleemoſyna, non præſumeretur voluiſſe compenſare legatum eleemoſynæ cum legato dotis, quia, licèt regula ſit, de qua diſcuſſum eſt in hac quæſt. 13. & etiam infra de iur. dot.
3 quæſt. 11. † vt quando debitum venit ex cauſa neceſſaria præſumatur factum legatum animo compenſandi cum debito: illud tamen procedit, quando eidem perſonæ debitor feciſſet legatum: ſecùs verò ſi
4 diuerſis perſonis; & ideò † ſi pater promiſerat dotem eius genero, deinde fecerit legatum aliquod eius filiæ, regulariter nõ præſumitur feciſſe legatum animo compenſandi cum dote generis, niſi appareat ad minus per cõiecturas, & ad minus apparere debet, vt eadem met quantitas ſit in legato, quæ erat promiſſa genero pro dote filiæ, vt probat Bart. per illum tex. in l. ſi pater pro filia. ff. de dot. collat. vbi Bal. Caſtren. & alij, quos probat Surd. d. conſi. 69. num. 6.

5 Additur etiam alia ratio, † quia creditum vnius perſonæ non compenſatur cũ credito alterius perſonæ. l. 1. & 2. & l. in rem. ff. de compenſat. Azzo. Bar. Roman. Corn. & alij penes Surdum loco cit. num. 12. & conſequenter ſi cauſæ ſint diuerſæ, & diuerſæ ſint perſonæ, & ſummæ nullo modo ſit compenſatio; nam regulariter quæ compenſantur, debent eſſe debita eodem modo l. quæcunque. ff. de compenſat. l. vlt. C. eod. latiſsimè Roderic. in trac. de annuis redditib. lib. 2. quæſt. 18. nu. 9. cum ſequẽtib. Molin. de contractib. diſp. 560. nu. 3. verſ. obſeruat.

SVMMARIVM.

MAritus ſi lucretur dotem ex forma ſtatuti, an illam habeat titulo lucratiuo, vel oneroſo. num. 1.

Ioannes Baptiſta Lottberius, & Iacobus Lottberius pater, & filius laudantur. num. 3. & 4.

Portio habita per fratres ex renunciatione ſororum ſubiacet conſuetudini, ſic etiam habita per patrem à filiabus. num. 2.

ADDITIONES
ad quæſt. 14.

1 SVb num. 6. vt maritus ſi lucretur dotem ex forma ſtatuti, illam habeat titulo oneroſo, adde quòd contrarium probarunt Bal. & Caſtr. in l. 1. C. de inoffic. dotib. Afflict. deciſ. 86. nu. 3. Rot. in nouiſſimis par. 1. deciſ. 488. num. 6. Menoch. conſil. 1126. nu. 23. in fin. qui dicunt, vt maritus lucrum illud habeat titulo lucratiuo, tam ſi ex forma ſtatuti, quàm ſi ex pacto illud lucrum haberet, quia ſemper lucrum conſequitur, & nullum habet onus, ſed non eſt recedendum ab opinione Napodani; nam in pacto procedit obiectio, quoniam eſt gratuitum; in ſtatuto verò ſecùs eſt, quia cum tali onere contractum eſt matrimonium, & dat viro aliud onus, quamuis etiam contraria opinio probabilis ſit.

2 Sub num. 7. in fin. vt portio habita per fratres ex renunciatione ſororum, ſubiaceat conſuetudini, quia iudicatur de bonis antiquis, & iddem eſt de portione, quam habuit pater ex renunciatione filiarum, vt non poſſit pater de illa diſponere, niſi ſeruata forma conſuetudinis: nam eadẽ eſt ratio, vt colligitur ex hic diſcuſſis, & poſt Franciſc. de Aretio in l. planè. §. ſi
3 duobus. ff. de leg. 1. † probauit, et Io. Bapt. Lotther. in conſuet. ſi moriatur in addit. in manuſcript. incip. Item an iſta portio & dicit, quòd hoc habuit de facto, & ſubdit eſſe notandum, prout adnotari debet; & tantò magis ob auctoritatem huius viri Iureconſulti celeberrimi, Almi Collegij Decani, qui primus in hoc Regno ſententia

tentia Collatteralis Conſilij declaratus
fuit Comes Palatinus cũ omnibus hono-
ribus,& prærogatiuis, cum iam per ſpa-
tium triginta annorum continuum pri-
ma Cathedra iure interpretatus totius
4 iuris prudentiæ fontes aperuiſſet, quem
librum commodauit mihi † Iacobus Lo-
therius filius inter primarios iuris aduo-
catos ſuę tẽpeſtatis inſignis,& in hoc Re
gno Vicecancellarius.

Ad quęſtiones 15. 16. 17. & 18. nihil
pro nunc occurrit addendum.

SVMMARIVM.

LEgitima nũ deduci valeat de bonis prohibitis alienari nu. 1.

An tollatur præſcriptione declaratur nu. 7.

Onus an validè apponi valeat in legitima traditur num. 2. & ſeqq. quid reſpectu ſubſtituti declaratur num. 6.

Hæres in re propria grauari poteſt nu. 3.

Filius acceptans onus appoſitũ in legitima, an alijs præiudicet nu. 5. ſi nõ petat legitimã in vita, an illã trãſmittat ad hæredes, explicatur num. 7. In dubio, agnoſcendo hæreditatem patris, non præſumitur ſibi præiudicare in legitima num. 8.

ADDITIONES
ad quæſt. 19.

1 SVb num. 7. Adde etiã †
quod legitima deduci
nequit de bonis prohi
bitis alienari ſi adeſſẽt
alia bona libera, nam
illa in ſubſidiũ tãtũ ſub
iacent oneri deducẽdi legitimam, vt poſt
Hoſtienſ. Bald. Alexan. Capic. & alios
plures ſcripſit Menoch. in conſ. 1023. nu.
21. & 22. vol. 11. & faciunt quæ dixi in-
fra part. 6. q. 4. num. 2.
2 Sub num. 15. † vt non valeat onus ap-
poſitũ in legitima, etiã quando pater plus
legitima filio reliquit poſt alios probat
etiam Borgnin. dec. 26. ſub num. 23. part.
4. ſed contrarium probant 16. Doctores,
cõnumerato, Menoch. in conſ. 1141. nu.
1. vol. 12. & conſ. 903. num. 2. vol. 10. &
quod valeat onus non ſolùm in eo, quod
excedit legitimã, ſed etiam in legitima, †
3 quia hæres etiam in re propria grauari
poteſt, quando ei vltra legitimam relin
qũtur bona ex regula tex. in l. filius fam.
§. apud Marcellum ff. de legat. 1. ſed, vt
4 dixi ſub d. nu. 15. † communis & verior
opinio eſt in contrarium, vt onus non
valeat in legitima, quia illã eſt debitum
reſpectu eorũ, qui ad illa tenentur, vt dixi
nu. 16. & ſeq. & hoc eatenus eſt verum, †
5 quod ſi filius acceptaſſet onus appoſitũ in
legitimam, tunc illud onus valeret quidẽ
quòad ipſum tantùm, non autem reſpe-
ctu ſuorũ filiorũ, ſi ipſe moriatur cũ filijs,
viuente adhuc patre, qui onus impo-
ſuit, quia in hoc caſu poſſunt nepotes de-
ducere legitimam de bonis aui viuentis,
quoniam renunciatio patris eis non no-
cet in hoc caſu, ex quo iure proprio le-
gitimam habent, vt docuit Bart. in l. qui
ſuperſtitis nu. 2. ff. de acquir. hæred. vbi
Caſtrẽſ. Imol. & alij, probant etiam Mo
lin. Couar. Suar. & Graſſus, quos ſequi-
tur Menoch. conſ. 944. num. 42. & ſeqq.
6 vol. 10. † ſed quòad ſubſtitutos filio pu-
pillariter valeret onus, quia ſubſtituti di-
cuntur habere illam legitimam à patre
pupilli, qui poterat alios filio ſubſtituere
l. ſi fundum per fideicommiſſum §. fin. cũ
l. ſeq. ff. de legat. prim. Caſtrenſis Cra
uetta, & alij, quos probat Surdus conſil.
572. num. 29. vol. 4. quod procedit quan-
do pater potuiſſet validè ſubſtituere,
ſecus alias, vt patet ex dictis, & ſecun-
dum prædicta nempe, vt valeat onus
reſpectu ſubſtituti, fuit deciſum in Sa-
cro Conſilio, vt notat Ioann. Baptiſta
de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. in
verb. legitima quàmuis minui.
7 Poſtremo eſt aduertendum, vt legiti
ma poſſit tolli præſcriptione, vt ſi ſpa-
tio tanti temporis tacuiſſet filius non pe-
tẽdo legitimam, vt puta ſpatio 30. anno-
rum, quod debet intelligi, ſi habuerit oc-
caſionem petendi legitimam, nam tunc
per lapſum temporis cenſetur renuntia
re iuri petendi legitimam, vt colligitur
ex dictis infra part. 4. tit. de renũc. quæſt.
1. n. 49. & ſeqq. & probãt etiã infraſcripti
DD ſecus verò ſi non habuerit occaſio-
nẽ petẽdi legitimã, tunc enim non præſu
mitur iuri ſuo renunciaſſe, veluti eſſet
grauatus filius reſtituere, hæredita-
tem, ſi ſine filijs deceſſerit, tunc etiam ſi
per mille ãnos bona paterna poſſediſſet,
poſſunt alij eius ſucceſſores deducere le-
gitimam, quia dum totam hęreditatem
poſſidebat, non dabatur caſus petendi

legitimam, & ſic non præſumitur illi renunciaſſe, ſed potius, vt conſeruaret iura ſua illæſa, ita reprobato Alba. conſ. 200. nu. 24. lib. 1. poſt Soccin. Iun. cõſ. 64. nu. 14. & 15. lib. 2. Caſſiad. Suarez, Gomez & Vaſquez probat Menoch. conſ. 1019. vol. 11. & conſ. 81. lib. 1. conſ. 983. lib. 10. ſic etiam Borgnin. dec. 27. nu. 9. & ſeqq. part. 4.

8 Additur, & alia ratio, † quia etiam ſi filius ſimpliciter agnouerit hæreditatem patris, in dubio non præiudicat ſibi in legitima ſecũdum veriorem & receptiorẽ ſentẽtiã, vt latiſſimè defendit, Peregrin. in tract. de fideicom. art. 36. nu. 87. verſ. 45. caſus & in conſ. 67. vol. 1. Idem probant Menoch. conſ. 71. lib. 1. Guttierez practic. quæſtion. lib. 5. cap. 82.

SVMMARIVM.

FRuctus percepti ex hæreditate an ſint hæredis, vel fideicommiſſarij, explicatur nu. 1. an excomputentur in prætio meliorationũ num. 2. An in credito hæredis nu. 4.

Quod emitur ex fructibus perceptis ex hæreditate alterius cuius nam ſit, traditur num. 3.

Introitus percepti ex pecunia deſtinata ad hunc effectum, ſed non exacti, an ſint hæredis, vel legatarij, explicatur nu. 5.

Hæres, purè relictus, adueniente conditione ſub qua alter fuit inſtitutus hæres, efficitur hæres pro parte nu. 6.

ADDITIONES ad quæſt. 20.

1 SVb nu. 2. vt fructus percepti poſt aditam hæreditatem ſint hæredis, adde quòd hoc modo intelliguntur, qui dicunt fructus, perceptos a grauato de reſtituendo fideicommiſſum, non eſſe reſtituendos, quia ſunt ipſius grauati, vt poſt alios probat Menoch. conſ. 1018. num. 12. vol.
2 11. † Nec etiã excomputentur in prætio meliorationum factarum, quia fructus ſunt ſui, & meliorationes augent bona, vt latiſſimè fundãt Vinc. de Franch. dec. 109. & alii penes Peregrin. de fideicom. art. 5. num. 72. de quibus meminit Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Neapol. in verb. fructus meliorationum, de qua materia dixi infra de pignor. & hypothec.

3 Sub num. 4. vt quod emitur ex fructibus ſit hæredis, adde Peregrin. Conſiliariũ de Georg. & alios penes Ioan. Bapt. de Thor. vbi ſupra in verb. mater tranſiens ad ſecunda vota, & eatenus fructus
4 hæreditatis ſunt hæredis, † vt hæres non teneatur eos ſibi excomputare in propriũ creditũ, ſi ſuo debitori ſucceſsiſſet, niſi tamen teſtator expreſsè mandaſſet contrarium, quia dum fuit in poteſtate teſtatoris facere creditorem hęredem, potuit etiã mãdare, vt fructus, percipiendi ex hæreditate, extenuent ſortem, quia ſic etiã hæres adijt hæreditatem, vt poſt alios latiſsimè fundat, Surd. conſ. 291. vol. 2. & dixi aliqua infra part. 3. quæſt. 6. præcipuè nu. 21. etiam in additionibus, ſecus tamen ſi maturati eſſent, viuente teſtatore, vt dixi hic num. 7. † & ideò
5 ſi teſtator legaſſet alicui certam ſummam pecuniarum conuertendam in emptionẽ tot annuorum introituũ, & in vita teſtatoris eſſent maturati aliqui introitus nõ tamen exacti, quòd tales introitus eſſent hæredis, & nõ ſunt legatarij, vt pluribus medijs probat Vinc. de Franch. dec. 254. vbi ſic refert deciſum in Sacro noſtro Cõſilio probant etiam alij plures, quos recẽſent Maſtrill. deciſ. 115. Caſtill. dec. 4. nu. 14. qui ſic deciſum referunt in Regno Siciliæ, de quibus meminit Ioan. Bapt. de Thor. vbi ſupra in verb. legatum certæ ſummæ.

6 Sub nu. 6. hæres vt inſtitutus ſub conditione, adueniente conditione, habeat dimidium hæreditatis vna cum medietate omnium fructuum, adde poſt alios, Surdũ conſ. 439. num. 26. vol. 3. de qua materia dixi infra part. 3. q. 10. in addition.

SVMMARIVM.

DIcenti eſſe bona antiqua, vel feudalia incumbit onus probãdi, præcipuè quando reus idneget numer. 1.

Pecunia, recepta per hæredes pro pace facta de homicidio defuncti, an ſit hæreditaria, & abnoxia creditoribus defuncti declaratur nu.

num.2.quid de pecunia habita per hæ
redes ex tranſactione facta cum credi
toribus hæreditarijs,declaratur num.
3.4.& 14.
Pax non debet eſſe venalis nu.4.
D.Ioannis Franciſci de Ponte mors re-
cenſetur num. 5. & inqua ætate obijt
num.12.eius virtutes narrantur nu.
5.9.& 11.Qua ratione in illa Anti-
phona, Montes Gelboe, comparetur
cum Saul, & Ionatha aperitur num.
6.Vnde nam ducat origin ē, & à quo
explicatur num.8.quamuis eſſet Iu-
dex ſupremus, & doctiſſimus iuue-
nes etiam attentiſſimè audiebat, nec
ab illis erubeſcebat addiſcere nu. 10.
Familia de Ponte ſemper florida, & de-
cora fuit,& ab anno 760.in ea fuerũt
Barones plurium feudorum vſq; ad
hodierna tempora nu.7.

ADDITIONES
ad Quæſt. 21.

1 SVb num. 4. vt dicenti
eſſe bona antiqua, vel
feudalia incumbat o-
nus probandi, præci-
puè quãdo reus id ne-
gaſſet,adde fuiſſe deci
ſum in cauſa illorum
de Vulcanis, vt refert
Ioan.Thom.de Marin.in tract. de gener.
& qualit.feudor.tit.2.de feud.ex pact.&
prouidentia antiq.ſiue pater.num. 32. in
fin.de quo ſolo meminit Ioan. Bapt. de
Thor. vbi ſupra in verb. probandi onus
incumbit ei.
2 Poſſunt etiam diſcuſſa in hac quæſtio-
ne comprobari,† quoniam ſi hæres feciſ
ſet pacem de morte defuncti occiſi,& eſ-
ſet hæres extraneus, & occaſione pacis
factæ aliquã pecuniarum quãtitatem ha-
buiſſet,tunc quia ius vindictæ tunc dici-
tur hæreditarium, ideò illa pecunia etiã
dicitur hæreditaria: ſecus tamen eſt, quã
do ius vindictæ competit ratione filia-
tionis:tunc enim pecunia debita eſt filijs
iure proprio,ita poſt Rip.in l. 4. §. Cato.
nu.102.verſ.conſidero ff.de verbor. obli-
gat.vbi Soccin.Iun nu. 268. verſ. in quo
breuiter vbi etiã Crot.,& alij, quos pro-
bat Phanut.in tract.de inuentar. part. 6.
num.57.& ſeqq.tom.8.tract. part. 2. fol.
3 298.col.3.† At nũc hic hæres iure hęredi
tario,ſeu tanquam hæres ſe concordauit
cum creditoribus defuncti:ſi enim hæres
non eſſet,hoc ius non haberet iuxta tex.
in l. portiones ff. de his, quib. vt indig.
Phanut.loco cit. Igitur ſi nomine hæredi
tario pecuniam illam recepit, obnoxia
eſt creditoribus defuncti, & hoc motiuũ
valde conuincit, & facit quæſtionẽ iſtã
euidentem in damnum hæredis, & in
creditorum beneficiium.
Et quamuis Phanut.loco cit.num. 58.
hoc relinquat cogitandum in pecunia re
cepta,ex pace facta,quoniã videtur accep
4 ta ex turpi cauſa,† cũ non deceat, pacem
eſſe venalem, tamen ratio hæc non con-
cludit,quia eſt pretio æſtimabilis hęc re-
miſſio,vt patet,& dum,prætio mediante
fit;iam fit nomine hæreditario, ex quo
tamquam hæres illud prętium habet;etiã
quia ratio hæc non viget in principali il-
latione,quando hęredes ſe concordat cũ
creditoribus defũcti, vt patet ad ſenſum.
5 Adde etiam circa diſcuſſa hic num. 7.
& ſeqq.quod vidi annotatum manu † vi
ri illius eximij noſtri de Põte, qui die 26.
menſis Iunij,huius anni 1616.in die Do-
minico hora decima ingreſſus eſt viam
vniuerſæ carnis,& ſatis ad propoſitum
faciebat Antiphona Sabathi præceden-
tis Dominicæ quintæ poſt Pentecoſt.
(Montes Gelboe,nec ros, nec pluuia ve-
niãt ſuper vos, quia in te abiectus eſt Cly
pheus fortium, Clypeus Saul, quaſi non
eſſet vnctus oleo, quomodo ceciderunt
fortes in bello? Ionathas in excelſis in-
terfectus eſt: Saul, & Ionathas amabiles
& decori valdè in vita ſua, in morte quo-
6 que non ſunt diuiſi) † quaſi per hoc eſſet
quædam ſimilitudo, & vt recordaremur
de morte talis viri, qui multa peculiaria
habet cũ Saul,& Ionatha: cum illo, quia
ſi Saul, vti Rex, pręlatus fuit Regno,hic
vir vti sũmus Iudex, Regẽs, & Decanus
Sacri Collat. Cõſilij, & alijs titulis, &
honoribus diu huic Regno pfuit,& quaſi
omnes ab eius gubernio,& Doctrina pen
debant: ſi Saul,tanquã Rex per Samuelẽ
Prophetam fuit vnctus oleo, vir hic no-
ſtram Sanctam Religionem ingreſſus, ac
Sacris Ordinibus inſignitus in aſſum-
ptione Sacri Ordinis Præſbyteratus vn-
ctus fuit oleo Sacro, & etiã ſupra Reges
poteſtatem obtinuit: ſi Saul, & Ionathas
7 erant decori, & amabiles,† vir hic valde
decorus fuit non ſolùm propter dignita-
tes,& honores deſuper expreſſos,ſed etiã
quia eius nobiliſſima familia de Ponte

legitimam, & ſic non præſumitur illi re
nunciaſſe, ſed potius, vt conſeruaret iura
ſua illæſa, ita reprobato Alba. conſ. 200.
nu. 24. lib. 1. poſt Soccin. Iun. cōſ. 64. nu.
14. & 15. lib. 2. Caſſiad. Suarez, Gomez
& Vaſquez probat Menoch. conſ. 1019.
vol. 11. & conſ. 81. lib. 1. conſ. 983. lib. 10.
ſic etiã in Borgnin. dec. 27. nu. 9. & ſeqq.
part. 4.

8 Additur, & alia ratio, † quia etiam ſi
filius ſimpliciter agnouerit hæreditatem
patris, in dubio non præiudicat ſibi in le
gitima ſecūdum veriorem & receptiorē
ſententiã, vt latiſſimè defendit, Peregrin.
in tract. de fideicom. art. 36. nu. 87. verſ.
45. caſus & in conſ. 67. vol. 1. Idem pro-
bant Menoch. conſ. 71. lib. 1. Guttierez
practic. quæſtion. lib. 5. cap. 82.

SVMMARIVM.

FRuctus percepti ex hære ditate an ſint hæredis, vel fideicommiſſarij, explicatur nu. 1. an excomputentur in prætio meliorationũ num. 2. An in credito hæredis nu. 4.

Quod emitur ex fructibus perceptis ex hæreditate alterius cuius nam ſit, traditur num. 3.

Introitus percepti ex pecunia deſtinata ad hunc effectum, ſed non exacti, an ſint hæredis, vel legatarij, explicatur nu. 5.

Hæres, purè relictus, adueniente conditione ſub qua alter fuit inſtitutus hæres, efficitur hæres pro parte nu. 6.

ADDITIONES
ad quæſt. 20.

1 SVb nu. 2. vt fructus per-
cepti poſt aditam hæ-
reditatem ſint hære-
dis, adde quòd hoc mo
do intelliguntur, qui
dicunt fructus, percep
tos à grauato de reſtitu
endo fideicommiſſum, non eſſe reſtituen-
dos. quia ſunt ipſius grauati, vt poſt alios
probat Menoch. conſ. 1018. num. 12. vol.
2 11. † Nec etiã excomputentur in prætio
meliorationum factarum, quia fructus
ſunt ſui. & meliorationes augent bona,
vt latiſſimè fundãt Vinc. de Franch. dec.
109. & alii penes Peregrin. de fideicom.
art. 5. num. 72. de quibus meminit Ioan.
Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Nea
pol. in verb. fructus meliorationum, de
qua materia dixi infra de pignor. & hy-
pothec.

3 Sub num. 4. vt quod emitur ex fructi-
bus ſit hæredis, adde Peregrin. Conſilia-
riũ de Georg. & alios penes Ioan. Bapt.
de Thor. vbi ſupra in verb. mater tran-
ſiens ad ſecunda vota, & eatenus fructus
4 hæreditatis ſunt hæredis, † vt hæres non
teneatur eos ſibi excomputare in pro-
priũ creditũ, ſi ſuo debitori ſucceſſiſſet,
niſi tamen teſtator expreſſè mandaſſet
contrarium, quia dum fuit in poteſtate
teſtatoris facere creditorem hęredem, po
tuit etiã mãdare, vt fructus, percipiendi
ex hæreditate, extenuent ſortem, quia
ſic etiã hæres adijt hæreditatem, vt poſt
alios latiſſimè fundat, Surd. conſ. 291.
vol. 2. & dixi aliqua infra part. 3. quæſt.
6. præcipuè nu. 21. etiam in additioni-
bus, ſecus tamen ſi maturati eſſent, viuen-
te teſtatore, vt dixi hic num. 7. † & ideò
5 ſi teſtator legaſſet alicui certam ſummam
pecuniarum conuertendam in emptionē
tot annuorum introituũ, & in vita teſta
toris eſſent maturati aliqui introitus nō
tamen exacti, quòd tales introitus eſſent
hæredis, & nō ſunt legatarij, vt pluribus
medijs probat Vinc. de Franch. dec. 254.
vbi ſic refert deciſum in Sacro noſtro Cō
ſilio probant etiam alij plures, quos recē-
ſent Maſtrill. deciſ. 115. Caſtill. dec. 4. nu.
14. qui ſic deciſum referunt in Regno Si
ciliæ, de quibus meminit Ioan. Bapt. de
Thor. vbi ſupra in verb. legatum certæ
ſummæ.

6 Sub nu. 6. hæres vt inſtitutus ſub condi
tione, adueniente conditione, habeat di-
midium hæreditatis vna cum medietate
omnium fructuum, adde poſt alios, Sur-
dũ conſ. 439. num. 26. vol. 3. de qua ma-
teria dixi infra part. 3. q. 10. in addition.

SVMMARIVM.

DIcenti eſſe bona antiqua, vel feudalia incumbit onus probãdi, præcipuè quando reus id neget numer. 1.

Pecunia, recepta per hæredes pro pace facta de homicidio defuncti, an ſit hæreditaria, & ab noxia creditoribus defuncti declaratur nu.

num. 2. quid de pecunia habita per hæredes ex tranſactione facta cum creditoribus hæreditarijs, declaratur num. 3. 4. & 14.

Pax non debet eſſe venalis nu. 4.

D. Ioannis Franciſci de Ponte mors recenſetur num. 5. & in qua ætate obijt num. 12. eius virtutes narrantur nu. 5. 9. & 11. Qua ratione in illa Antiphona, Montes Gelboe, comparetur cum Saul, & Ionatha aperitur num. 6. Vnde nam ducat originē, & à quo explicatur num. 8. quamuis eſſet Iudex ſupremus, & doctiſſimus iuuenes etiam attentiſſimè audiebat, nec ab illis erubeſcebat addiſcere nu. 10.

Familia de Ponte ſemper florida, & decora fuit, & ab anno 760. in ea fuerūt Barones plurium feudorum vſq; ad hodierna tempora nu. 7.

ADDITIONES
ad Quæſt. 21.

1 SVb num. 4. vt dicenti
eſſe bona antiqua, vel
feudalia incumbat o-
nus probandi, præci-
puè quādo reus id ne-
gaſſet, adde fuiſſe deci
ſum in cauſa illorum
de Vulcanis, vt refert
Ioan. Thom. de Marin. in tract. de gener.
& qualit. feudor. tit. 2. de feud. ex pact. &
prouidentia antiq. ſiue pater. num. 32. in
fin. de quo ſolo meminit Ioan. Bapt. de
Thor. vbi ſupra in verb. probandi onus
incumbit ei.

2 Poſſunt etiam diſcuſſa in hac quæſtio-
ne comprobari, † quoniam ſi hæres feciſ
ſet pacem de morte defuncti occiſi, & eſ-
ſet hæres extraneus, & occaſione pacis
factæ aliquā pecuniarum quātitatem ha-
buiſſet, tunc quia ius vindictæ tunc dici-
tur hæreditarium, ideò illa pecunia etiā
dicitur hæreditaria: ſecus tamen eſt, quā
do ius vindictæ competit ratione filia-
tionis: tunc enim pecunia debita eſt filijs
iure proprio, ita poſt Rip. in l. 4. §. Cato.
nu. 102. verſ. conſidero ff. de verbor. obli-
gat. vbi Soccin. Iun nu. 268. verſ. in quo
breuiter vbi etiā Crot. & alij, quos pro-
bat Phanut. in tract. de inuentar. part. 6.
num. 57. & ſeqq. tom. 8. tract. part. 2. fol.
3 298. col. 3. † At nūc hic hæres iure hęredi
tario, ſeu tanquam hæres ſe concordauit
cum creditoribus defuncti: ſi enim hæres
non eſſet, hoc ius non haberet iuxta tex.
in l. portiones ff. de his, quib. vt indig.
Phanut. loco cit. Igitur ſi nomine hæredi
tario pecuniam illam recepit, obnoxia
eſt creditoribus defuncti, & hoc motiuū
valde conuincit, & facit quæſtionē iſtā
euidentem in damnum hæredis, & in
creditorum beneficium.

Et quamuis Phanut. loco cit. num. 58.
hoc relinquat cogitandum in pecunia re
cepta, ex pace facta, quoniā videtur accep
4 ta ex turpi cauſa, † cū non deceat, pacem
eſſe venalem, tamen ratio hæc non con-
cludit, quia eſt pretio æſtimabilis hęc re-
miſſio, vt patet, & dum, prætio mediante
fit; iam fit nomine hæreditario, ex quo
tamquam hæres illud prętium habet; etiā
quia ratio hæc non viget in principali il-
latione, quando hęredes ſe concordat cū
creditoribus defūcti, vt patet ad ſenſum.

5 Adde etiam circa diſcuſſa hic num. 7.
& ſeqq. quod vidi annotatum manu † vi
ri illius eximij noſtri de Pōte, qui die 26.
menſis Iunij, huius anni 1616. in die Do-
minico hora decima ingreſſus eſt viam
vniuerſæ carnis, & ſatis ad propoſitum
faciebat Antiphona Sabathi præceden-
tis Dominicæ quintæ poſt Pentecoſt.
(Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia ve-
niāt ſuper vos, quia inte abiectus eſt Cly
pheus fortium, Clypeus Saul, quaſi non
eſſet vnctus oleo, quomodo ceciderunt
fortes in bello? Ionathas in excelſis in-
terfectus eſt: Saul, & Ionathas amabiles
& decori valdè in uita ſua, in morte quo-
6 que non ſunt diuiſi) † quaſi per hoc eſſet
quædam ſimilitudo, & vt recordaremur
de morte talis viri, qui multa peculiaria
habet cū Saul, & Ionatha: cum illo, quia
ſi Saul, vti Rex, prælatus fuit Regno, hic
vir vti ſūmus Iudex, Regēs, & Decanus
Sacri Collat. Cōſilij, & alijs titulis, &
honoribus diu huic Regno pfuit, & quaſi
omnes ab eius gubernio, & Doctrina pen
debant: ſi Saul, tanquā Rex per Samuelē
Prophetam fuit vnctus oleo, vir hic no-
ſtram Sanctam Religionem ingreſſus, ac
Sacris Ordinibus inſignitus in aſſum-
ptione Sacri Ordinis Præſbyteratus vn-
ctus fuit oleo Sacro, & etiā ſupra Reges
poteſtatem obtinuit: ſi Saul, & Ionathas
7 erant decori, & amabiles, † vir hic valde
decorus fuit non ſolùm propter dignita-
tes, & honores deſuper expreſſos, ſed etiā
quia eius nobiliſſima familia de Ponte

ſemper florida, & decora fuit, & iam ab
anno 760. in ea fuerunt Barones, & Do-
mini plurium feudorum, conceſſorum
illis per Sereniſſ. Imperatores, & Reges
propter inſigna, & notabilia ſeruitia, vt
eſt verificatum in quodam Proceſſu in
Sacro Conſilio, ex cuius ſententia fuit,
8 cauſa cognita,† declaratū ipſum D. Ioan.
Franciſ. eſſe eiuſdem familię de Pōte, &
originem trahere à quondam Milite
Galterio de Ponte, huius Regni Siniſcal-
co tempore Caroli 2. ac à Rogerio eiuſdē
Galterij fratre, eodem tempore Prorege
in Prouincijs Aprutij, prout hæc, & a-
lia ipſemet pater in allegationibus quas
egit pro reintegratione Marchionis fi-
lii ad ſedile Plateæ Portæ nouę affirma-
uit, & doctiſſimè proſecutus fuit, quas
9 manu ſcriptas habeo † Amabilis etiam
erat ob eius inſignes virtutes: omnes
enim proſequebatur honore, nemini pro
bo viro vnquam iniuriam intulit, & sē-
per dulcis, & modeſtus in conſeruatione
fuit; & quod eſt maximè annotandum,
cùm eſſet ita Iudex ſupremus, & tantis
decoratus honoribus, & in noſtra legali
10 ſcientia ita doctiſſimus; † tamen aliorum
etiam Iuniorum ſententias ita leniter, &
actētè audiebat, ac ſi eſſent eius magiſtri;
& ſi Iuuenes melius ſentijſſent; ipſe non
erubeſcebat mutare ſententiam inconti-
nenti: quo celebri facto, ab omnibus ūni-
tando, duo reſultabant bona, Primū, vt
ipſe eſset veritatis amator, & illam am-
plecteretur, à quocunq; eſſet dicta, prout
ego poſt alios dixi ſupra in Apolog. num.
11. & ſeqq. & præcipuè num. 17. Et ſecū
dò, quòd Iuuenes tali exēplo hortabātur
11 ad magis ſtudendum, & ſimilia facien-
dum: † & relinquo cęteras eius virtutes
tam dū in ſæculo deguit, quā dū in noſtra
Religione, in qua ſpatio triū ferè annorū
ferè duorum vti profeſſus vixit cū maxi-
mo exēplo Sanctitatis, perferendo om-
nia Religionis onera cum maxima alaeri
tate ſpiritus, & ſemper ad matutinas vi-
gilias ſingulis noctibus hilariter aſſurge-
bat, & vt magis deuotè officium diceret,
ſemper ante matutinas pręces per horam
& plus ante alios aſsurgebat, & orationē
mentalem in choro coram Sanctiſſimo
Sacramento quaſi ſemper profuſis lachry
12 mis faciebat: † itaq; plenus dierum, nem
pe annorum ſeptuaginta ſex, ſancto fine
quieuit, & ob dormiuit in Domino, ita
quietè quaſi ſomnū cæpiſset, adeò quòd
multi firmiter tenebant, quòd ob dormiſ
13 ſet, prout iam obdormiuit in Domino. †
Vnde ſicut Dauid in dicta Antiphona,
Saul, & Ionathæ, etiam narrando illorū
virtutes, mortem plangebat, ſic ego huius
amici, magiſtri, & Domini, à quo multū
didici Doctrina, moribus, & prudentia,
narrando eius virtutes, deploro mortem,
obnixè deprecans Deum, vt eodem ſan-
cto fine me quieſcere faciat. Vidi, inquam
annotatum, quòd eſt communis diſtin-
14 ctio, † quòd ſi ceſſio fiat in beneficium
poſseſsoris bonorum, tunc procedunt di
ſcuſsa, ſecus ſi eſset ſimplex ceſſionarius,
quo caſu habet locum tex. in l. ab Anaſta
ſio C. mandat. & ſecundū hoc refert deci
ſum, & regulariter quod percipitur ex
hæredis induſtria, non eſt hęreditarium,
vt eſt tex. in d. l. 3. ff. ad leg. Falcid. l. ven-
ditor ex hæreditate. ff. de hęred. vel act.
vendit. & tradit Andr. in cap. ſi vaſsal-
lus col. pen. verſ. Item dicit gloſ. ſi de-
feud. defunct. mil. fuer. controuerſ.

SVMMARIVM.

Portio, reſeruata in donatione, & non diſpoſita per teſtamētum, non eſt donatarij, ſed hæredum ab inteſtato ſuccedentium donantis, & rationes traduntur num 1. 2. & 3.

Contractus præſumitur factus etiam, ſecundùm ſolitum modum, & conſuetudinem Patriæ nu. 3.

Primus acquirens poteſt dare poteſtatē donatario, & hæredibus alienandi bona ad libitum num. 4. procedit etiā ſi faceret fideicommiſſum, quod factū præſumeretur ſi grauatus illa bona non alienaſſet num. 5. & 6.

Habens feud. à Rege cum poteſtate alienandi, dicitur poſſidere feudum nouū & illud ad libitum alienare poteſt num. 7.

ADDITIONES
ad Quæſt. 22.

1 SVb nu. 4. vt portio reſeruata
p donantē in donatione
pertineat ad venientes ab
inteſtato adde, quod idem
latiſſimè probat Surd. in
conſ. 357. num. 7. in fin. & num. 8. vbi ſic
refert

refert deciſum in illo Senatu, & latiſſimè
in toto illo conſ. probat, vt habens facul-
tatem diſponendi de bonis alicuius, &
per teſtamentum diſpoſuerit generali-
ter de bonis ſuis, iam per talem diſpoſi-
tionem cenſetur diſpoſuiſſe de omnibus
& quibuſcunque bonis, quouis modo, &
ex quauis cauſa, qualitercunq; & quomo
docunq; ſpectantibus ad eius diſpoſitio-
nem, etiam ſi vxor diſponeret ex faculta-
te viri, & ad hoc probãdum citat. Pariſ.
conſ. 72. num. 57. & ſeqq. vol. 3. Alciat.
Ruin. Menoch. & cum eis viginti duos
Doctores: probant etiam Borgnin. deciſ.
12. num. 12. & 18. part. 4. Seſſe, & Ricc.
quos ſequitur Ioan. Bapt. de Thor. in cõ-
pend. deciſion. Neapolit. in verb. diſpo-
nendi facultas, & licet Theſſaur. teneat
contrarium dec. 97. de quo meminit Fon
tanell. in tract. de pact. dotalib. gloſ. 23.
nu. 10. cum ſeqq. nihilominus ipſe noſtrã
firmat ſententiam, pro cuius confirma-
tione plures deciſiones cumulat, quam-
2 uis num. 15. & 16. affirmet † tutius eſſe,
& melius id exprimi in reſeruatione, &
ratio communis ſententiæ eſt, quia com.
muniter vulgus, & in communi loquela
quouiſmodo quis ſibi reſeruet diſponere
de rebus ſuis in aliqua donatione, eſt ad
hunc finem, vt in teſtamento de illa ſum-
ma diſponere valeat, quæ fuit cautela in-
uenta pro validitate donationis omniũ
bonorũ, & cõſequẽter quicquid contra-
rij dicant, vt ſi expreſsè non diſponat do
nans de illa ſumma, ea remaneat penes
donatarium; attamen contrarium eſt ve
3 rius, † quia dum contractus facti præſu-
muntur ſecundùm Iuris diſpoſitionem,
& etiam ſecundùm conſuetudinem Pa-
triæ, & ſecundùm ſolitum eiuſdem loci,
vt multoties replicatum eſt, & iam
ſecundùm diſpoſitionem iuris, &
ſecundùm ſolitum dum aliquis ex-
preſsè non diſponit dè illa ſumma ſibi
reſeruata, iam cenſeatur implicitè, & ta-
citè diſpoſuiſſe in beneficium veniẽtium
ab inteſtato, vtiq; ab hac opinione non
eſt recedendum.
In ſuper ad cõfirmationem diſcuſſorũ
4 in hac quæſt. 22. eſt aduertendum, † quòd
dum in poteſtate primi acquirentis fuit
imponere legem bonis ſuis, & de illis di-
ſponere ad libitum, ſi daret facultatem
donatario aliẽnãdi illa bona ad libitum,
iam bona illa non ſubiacẽt conſuetudini,
vt etiam dixi conſ. 20. num. 35. & 36.
5 vt † dicitur de illo, qui de bonis ſuis facit
fideicommiſſum & dat poteſtatem hære-
dibus alienandi bona illa ſubiecta fidei-
commiſſo, vt valeat alienandi conceſſio,
quia in eiuſdem teſtatoris facultate fuit
non relinquere fideicommiſſum l. ſi fun-
dum p fideicommiſſum §. fin. ff. de leg. 1.
6 cum alijs, mox cumulandis; † valet de-
niq; fideicõmiſſum quoniã factum vide-
tur in illo caſu, quo grauatus bona illa
non alienaret, & quò ad bona non alie-
nata. Soccin. conſ. 123. vol. 3. Iaſ. Ruin.
Crot. Alciat. Cephal. Oſaſc. & alij, quos
probat Surd. conſ. 96. num. 25. vol. 1. &
conſ. 395. num. 1. & ſeqq. vol. 3. Iddem
eſt in propoſito, vt bona, alienata ex tali
licentia, non ſubiaceant conſuetudini:
quò verò ad illa bona, de quibus donata-
rius non diſpoſuit, & inteſtatus deceſſit,
ſeruatur diſpoſitio conſuetudinis, vt de
bonis, ab eo nouiter acquiſitis num. 2. di-
ctum eſt.
7 Iddem procedit in feudis; ſi enim ali-
quis haberet feudum à Rege cum pote-
ſtate diſponendi de illo ad libitum in vi-
ta, & in morte etiam in pręiudicium pri-
mògeniti, hęc clauſula pones quemcunq;
reperitur facit feudum nouum, vt de illo
feudatarius ad libitum diſponat Afflict.
deciſ. 248. num. 1. ad 8. Peregrin. in tract.
de fideicom. art. 16. num. 11. 38. & 103.
vbi alios citat.

SVMMARIVM.

SVBSTITVTIO ad quæ bona ſe extendat num. 1. ſolùm valet in illis bonis, de quibus parentes diſponere poſſunt, & ratio traditur numer. 2.

Hæres non tenetur habere ratũ factum defuncti inualidum nu. 3.

Inuentarium ſecundùm noſtras conſuetudines non prodeſt hæredi, ſi non citentur agnati in eius confectione nu. 4. Vt legitimè conficiatur citari debent omnes intereſſe prætendentes, & etiam cohæres, quod explicatur nu. 5. & 6. fieri non debet ſi nihil eſt in hæreditate, & ratio traditur nu. 7.

Exceptio inuentarij non confecti ſolùm prodeſt creditoribus & legatarijs, & fideicommiſſarijs particularibus, non autem fideicommiſſario vniuerſali. nu. 8. Nec etiam prodeſt filijs ratione

dotis

dotis, vel alimentorum, eò magis, ſi ratione æquitatis deberentur, quod explicatur nu. 10. & 11.

Beneficium ſeparationis bonorũ, non datur ſiquis ſimpliciter adeat hæreditatem etiam ſi eſſet mulier nu. 9.

Tutor, nominatus à matre eius filijs, eſt confirmandus per Iudicem. nu. 12.

DDITIONES
ad quæſt. 23.

1 SVB nu. 4. Ad quæ nam bo-
na ſe extendat pupillaris
ſubſtitutio adde Borgnin.
deciſ. 2. nu. 17. par. 4.
2 Sub nu. 8. vt ſubſtitutio
parentum ſolùm valeat deportione, de
qua poterant diſponere, Adde Ioann.
Bapt. de Thor. in compẽd. dec. Neapolita
nar. in verb. ſubſtitutio, facta à matre.
Vbi de ſola addictione Capycij memi-
nit, & hanc eandem ſententiam diſcuſſo
art. defendit Ioann. Bapt. Lother. in con-
ſuet & ſi teſtator. fol. 38. in addit. incip.
Et circa hãc conſuetudinem, ea ratione,
quia in alijs partionibus cõſuetudo, tol-
lit poteſtatem diſponendi, & ſic ſubſtitu-
tio in illis non tenet.
3 Sub nu. 10. Vt hæres non teneatur ha-
bere ratũ factum defuncti, adde poſt alios
Surd. conſ. 382 nu. 100. & ſeqq; vol. 3.
qui loquitur in feudo, & quòd ſi defun-
ctus alienaſſet feudum antiquum, aliena-
tio eſt nulla, nec hæres in hoc teneretur
habere ratum factum defuncti, vt etiam
poſt alios firmaui infr. par. 3. quæſt. 2.
nu. 6. cum ſeqq;
Sub nu. 11. & ſeqq. De beneficio In-
uentarij circa materiam harum cõſuetu-
dinum in lib. Ioannis Baptiſtæ Loctherij
in Conſuet. Et ſi teſtator. fol. 38. col. 2. ad
4 eſt infraſcripta additio † (Item an hæres,
qui ſucceſſit ex teſtamento defuncto ha-
bentis agnatum, ſi ſciat agnatum præten-
dere habere partem ſecundùm hanc con-
ſuetudinem, an poſſit gaudere beneficio
inuentarij contra agnatum ipſum, non
citatum in confectione illius: adeò quòd,
ſi creditores poſſunt exhaurire portionẽ
bonorum antiquorum, & agnatus velit
habere recurſum contra hęredem, an tũc
ei proſit inuentarium, dicas quòd non, &
ita fuit iudicatum in Sacro Conſ. in cau-
ſa illorum de Albaſio anno 1508. 11. De
cembris Magiſter actorum fuit Paulus
Hodierna; pro qua parte ego, qui eram
5 Aduocatus, allegaui, † quòd in confectio
ne Inuentarij ſunt citandi omnes, quorũ
intereſt, vt dicit Angel. In Authen. de
hęredib. & falcid. & in alio tract. Angeli,
6 ſi cui plus, quàm per leg. falcid. † Et quia
quãdo cohęres eſt reſtituturus cohęredi,
quod plus videtur, debet eum citare in
confectione Inuentarij vt cõſuluit Paul.
de Caſtro in cõſ. 120. incip. notãdum
eſt ad euidentiam ante fin. in 1. vol. ſecun
dùm impreſſionem nouam, quem caſum
nota, vt frequentiſſimum) hæc ille.
Et dum ſermo accidit de inuentario,
7 Adde, quòd, † ſi in hæreditate nihil eſſet,
nõ eſt neceſſariũ, vt cõficiatur, quoniam
inuentarium fit de bonis inuentis in hæ-
reditate, & ideò, ſi in hæreditate nihil
inueniatur nec fieri debet, nec poteſt in-
uẽtariũ, quia nõ entis nullæ ſunt partes,
vt probat Alberic. in l. de creationibus
num. 4 C. de Epiſc. audient, vbi Salycet.
8 & alij. † Et exceptio inuentarij non con-
fecti nihil iuuat fideicommiſſario vniuer
ſali quoniam hęres, etiam inuentario nõ
confecto, reſpectu fideicommiſſarij vni-
uerſalis deducit quicquid ei debetur ex-
quauis cauſa; nam talis exceptio ſolùm
prodeſt creditoribus, legatarijs, & fidei-
commiſſariis particularibus, quibus hæ-
res tenetur inſolidum, ſi non fecit inuen
tarium, ita Paul. de Caſtr. in l. ſi ita tamen
§. ſi ex Trebelliano, nu. 2. ff. ad Trebell.
& in conſ. 186. dubium facit vol. 2. Ro-
land. conſ. 65. num. 13. & ſeqq. vol. 2. Cra
uett. conſ. 144. numer. 50. & plures alij,
quos recenſet, & ſequitur Phanut. in tra-
ctat. de inuentar. part. 7. num. 41. verſ.
quartus caſus, de Franch. dec. 39. num. 4.
Craſſ. in §. inuentarium quæſt. 22.
Sic etiam probant. DD. cumulati hic
9 nu. 13. † quòd quando quis ſimpliciter
adiuit hæreditatem, ceſſaret beneficium
ſeparationis bonorum, adeò vt etiam bo-
na dotalia vxoris vẽdi poſſent ad inſtan-
tiam creditorum viri, ſi vxor eſſet à viro
hęres inſtituta, & ſine beneficio Inuẽtarij
adijſſet hæreditatem, vt habetur in d.
deciſ. 518. Domini de Franch. quamuis
in hoc caſu noſter de Ponte contrarium
probet conſ. 143. vol. 2. de cuius articuli
veritate dixi infra de pignor. quæſt. 16. &
poſui etiam aliqua infra par. 4. tit. de re-
nunciat. quæſt. 5. num. 17. & ſeqq; Vt-
10 cunq; ſit, † quando obligatio defuncti
deſcẽdit ex diſpoſitione legis etiam mu-
nicipa-

nicipali, vt eſt in dote, in legitima,in ali-
mentis, & ſic de alijs; tunc, licèt hæres
non fecerit inuentarium, non poſſet con
tra eum iurari in litem, nec teneretur vl-
tra vires hęreditarias,quoniam hęc one-
ra debentur per officium Iudicis, & ex
vera qualitate,& quantitate patrimonij,
& ſic non augetur, nec minuitur,ſi inuen
tarium non conficiatur. Bald.in l.volun-
tatis num. 9. C. de fideicommiſſ.& alij,
quos probāt Socin.regul.170.verſ. Octa-
uò fallit. Phanut.vbi ſupra num.60.verſ.
ſextus caſus. Surd.in tract. de aliment.tit.
1.quæſt. 10. num. 8. quicquid dubitaue-
rit Iaſ. in l. fin. §.& ſi præfatas num. 2.in
11 4.limitat.C.de Iur.deliber. † quæ omnia
eò magis procedunt, ſi onera prædicta
deberentur ratione æquitatis, vt dos, &
alimenta,quæ debentur ſpurijs;nā æqui-
tas facit, vt hæres non teneatur vltra vi-
res hæreditarias, vt alibi dictum eſt, &
poſt alios probat Vinc. de Franch. deciſ.
536. in fin. & poſt Aretin. Couarr. &
alios probat Menoch. conſ. 89.num.156
cum ſeqq; vol. 1. vbi affirmat omnes in
hoc conuenire.

Poſtremò aduertendū eſt circa diſcuſ-
12 ſa num. 14. cum ſeqq; † quòd, ſi mater in
teſtamento nominaret tutorem filijs, cæ-
teris paribus, hic tutor præferretur om-
nibus alijs, pro vt poſt alios firmauit
Surdus conſ. 428. nu. 12. vol. 3. Confe
runt diſcuſſa par. 3. quæſt. 26. etiam in
addit.

SVMMARIVM.

NOuus vſus Capuanæ, & Nidi nō extenditur ad bona extra diſtrictum huius Ciuitatis nu. 1.

Quaternia, & familia particularis non poſſunt introducere conſuetudinem, & ratione probatur num. 2. & 3.

Conſuetudo, loquens per verbum vniuerſale, an extendatur extra diſtrictum nu. 4.

Sententiæ mutari ſolent ex qualibet leuiſſima qualitate rerum, perſonarum, aut Iudicum nu. 5.

Extera nupta Neapolitano an efficiatur ſui Iuris, & gaudeat beneficio Conſuetut. filius fam. num. 6.

ADDITIONES
ad quæſt. 24.

1 VIDI hanc quæſtionem
fuiſſe diſcuſſam anti-
quiſſimo tempore in
cauſa Gottifredi, &
Decij Caraccioli, &
vidi firmatū per Pro-
ſperum Piſcicellum
Iulium de Anna Gaſparē de leo, & Tho-
mam Naucleriū ex Doctrina Alex. conſ.
128. vol. 1. & aliorum, vt hic vſus non
extendatur ad bona ſita extra diſtrictum,
vt legitur in 4. vol. alleg. Fuluij Lanar.
alleg. 83. fol. 503. à ter. §. tertiò dico.
2 Sub num. 6. vt quarteria, & familia
particularis non poſſint introducere ve-
ram conſuetudinem, Adde Ant.de Butr.
in cap.vlt.de conſuet. & ita communiter
docere Iuriſtas affirmat nouiſſimè Sua-
rez in tract. de legib. lib. 7. cap. 3.n.8. &
ſeqq; vbi hoc probat multis rationibus
3 † tum quia communis vſus populi eſt ne-
ceſſarius in cōſuetudine tum etiam, quia
eſſet neceſſaria poteſtas condendi legem,
quam priuatus habere non poteſt,& ideò
eius vſus in ſuis actionibus non poteſt in-
troducere cōſuetudinē, ſed pactū tātùm,
& eod.lib.7.cap.9.nu.3.& ſeqq.dicit om
nes tenere, vt priuata perſona non poſſit
conſuetudinē introducere ex defectu po-
teſtatis, quia nō poteſt legē cōdere, & to-
to illo capite ſoluit aliqua argumēta,quæ
cōtra hāc noſtrā ſententiā obijci poſſūt.
4 Sub nu.10.vt cōſuetudo, loquēs per ver-
bū vniuerſale,extendatur etiā extra terri
toriū latiſſimè Surd.cōſ.343.n.18.& ſeq.
vol. 3.ſed nō recedo à primæua ſententia.
5 Sub nu.22. Adde, quòd ex leuiſſima
qualibet rerū, vel perſonarum, aut Iudi-
cū, mutata qualitate,ſentētiæ mutari ſo-
lent,vt poſt Bodin.lib.6. ſuę Reipub.cap.
vlt. notat. Theſaur. deciſ. 88. circa fin.
6 Sub n.29.vt extera nupta Neapolitano
nō efficiatur ſui Iuris,& ſic nō gaudeat be
nefi.cōſue.filiusfam.adde de Pōt.in tract.
de poteſt. Proreg.tit.9.in princ.nu. 8. de
quibus etiā meminit Ioān.Bapt.de Thor.
in cōp.deciſ. Neap.verb.filiafam. Sed, vt
dixi, non recedo quòad diſcuſſa in hac q.
24.vt talis nouus vſus non extendatur ad
bona ſita extra territoriū: quid autē dicē-
dū ſit quòad alias conſuetudines, dixi ſu-
pra quæſt. prima etiam in additionibus.

DE

DE SVCCESSIONIBVS EX TESTAMENTO.

PARS. III.

PRIVS tractaui de ſucceſſionibus ex teſtamento, quã de ſucceſsionibus ab inteſtato ſequendo ordinem Iuris, & ob alias rationes diſcuſſas per Napodan. in rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. quod egi quoniam non credebam inſerere verba textus, ſic enim ſecutus fuiſsem ordinem iſtarum conſuetudinum, & credo, quod earum compilatores hac ſola ratione prius egerũt de ſucceſsionibus ab inteſtato, quia paucę erant conſuetudines, de hac materia loquentes, & plures ſunt, quæ loquuntur de ſucceſsionibus ex teſtamento, ſed vtcunq; ſit ponam hic verba omnium conſuetudinũ loquentium de ſucceſsionibus, ex teſtamento.

Pater de bonis, per eum nouiter quæſitis ad libitum diſponere poteſt, reſeruato filijs debito bonorum ſubſidio: de alijs verò bonis paternis, maternis, & à quòcunq; alio latere obuentis medietatem integram omnibus filijs æqualiter relinquere tenetur, expenſas tamen pro aliquo ex filijs factas in eius portione imputare poteſt, & ex iuſta cauſa poteſt etiam filios exhæredare. Hoc dicit Molfeſ.

SI aliquis moriens fecerit teſtamentum habens filios, ſeu, liberos, poteſt de bonis ſuis acquiſitis per eum diſponere pro ſuo arbitrio volũtatis, debito bonorum ſubſidio, in dictis bonis acquiſitis liberis, reſeruato: De bonis aũt paternis, & maternis ipſius defuncti, & alijs bonis ſibi à conſanguineis ex quocunq; latere obuenientibus; vſq ad medietatem tenetur liberis relinquere; Ita tamen, quod defunctus ipſe vni ex filijs pluſquàm alij non poteſt de ipſa medietate relinquere; de reliqua medietate poteſt diſponere pro ſuo arbitrio voluntatis, quod ſi teſtator in vita ſua expenſas aliquas fecerit pro vno filiorum, poteſt alios in teſtamẽto ſuo ad æquare, ſi vult. Verùm poteſt pater, & mater filios ex hęredare, & in totum à ſua ſucceſſione excludere, ſi iuſta cauſa ex hæredationis fuerit.

De ſucceſsionibus morientis ſine filijs ex teſtamento.

Moriens ſine deſcendentibus poteſt de bonis, nouiter quæſitis, ad libitum voluntatis diſponere: de bonis autem ei obuentis ex quacunq; linea de medietate tantum diſponit, nam reliqua medietas eſt proximiorum illius lineę, vnde bona peruenerunt, hoc dicitur Molfeſ.

ET ſi teſtator filios, ſeu liberos, & deſcendentes ex eis in infinitum non habeat; poteſt de bonis paternis, & maternis, & alijs ab agnatis, & cognatis, ſibi obuenientibus diſponere iuxta velle vſq; ad medietatem ipſorum bonorum. Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, prout in capitulis de ſucceſſionibus ab inteſtato dictũ eſt: de bonis verò, per eum acquiſitis, poteſt diſponere pro arbitrio voluntatis.
Has duas Conſuetudines partim explicaui par. 2. loquendo de perſonis, & de bonis, quæ p has conſuetudines ligantur; partim verò in hac 3. par. vbi ex perfeſſo tractatum eſt de ſucceſſion. ex teſtam. vt legenti eſt notum.

De

De filijsfam. volentibus teſtari, & de quibus bonis.

Filijſam. in bonis maternis, & ex materna linea obuentis teſtätur vti patresfam. relicta aſcendentibus paternis legitima: in alijs bonis ſeruatur ius commune b. d. Molſeſ.

FIliusfam. & filiafam. poſſunt de bonis aduentitijs tantùm ſibi à matre præmortua, ve alijs, ex linea materna obuenientibus teſtari, ac ſi pater, vel materfam. eſſent; itaq; non teneatur aliquid patri, vel auo paterno, vel alij, qui ſit in linea aſcendente paterna relinquere, ſi nolit, ſaluo debito bonorum ſubſidio. In alijs bonis aduentitijs, & vndecunq; ſibi obuenientibus iura communia obſeruantur.

SVMMARIVM.

FIliusfa. exterus etiã ſi in hac ciuitate teſtetur non poteſt diſponere, & ſic decisum refertur num. 1.

HANC conſuetudinem in eiſdem locis explicaui, & etiam par. 1. cap. 1. num. 10. cap. 3. num. 10. par. 2. tit. de bonis quæſt. 24. num. 27. & par. 4. quæſtion. 46. num. 28. cum ſeqq.
1 & quæſtion. 53. & alibi: † quæquidem conſuetudo locum non habet in exteris teſtãtibus in hac Ciuitate, vt locis citatis indicatum eſt, & probant etiam Bart. & Bald. in l. 1. C. de ſum. Trinit. Anchar. conſ. 1. in tit. de conſtitut. verſ. procedo vlterius. Imol. in cap. 2. de teſtam. poſt alios Vinc. de Franch. deciſ. 546. num. 22. & in fine dict. deciſ. ſic deciſum refert, & dixi in dicto tit. de bon. q. 24. num. 28. & 29. etiam in addition.

De filiafam. nubente.

Breuis eſt, & non ſummatur.

SEd & mulier non obſtante quòd emancipata non fuerit, eo ipſo quòd nubit, fit ſui iuris.

SVMMARIVM.

FILIAFAM. Neapolit. eo ipſo quod nubit, fit ſui iuris ſecundùm noſtras conſuetudines num. 2. Iddem ſtatutũ dicitur adeſſe Piſis num. 4. An autem hoc procedat, ſecundum Ius commune, ſub num. 4. remiſſiuè.

Extera etiam ſi Neapolit. nubat, nec ſui iuris efficitur, nec tiſtatur, ſecundùm noſtras conſuetudines, & ſic deciſum refertur num. 3.

2 HANC conſuetudinem, quæ loquitur, vt quando filiafam. nubit, efficiatur ſui iuris, iam explicaui ſupra par. 2. tit. de bon. quæſt. 24. num. 28. & ſeqq. etiam in addition. ſic etiam in hac 3. par. quæſt.
3 24. num. 10. & par. 4. quæſt. 51. † Quibus in locis dictum eſt, vt hæc, & præcedens conſuetudo nõ habeat locum in extera, etiam ſi Neapolitano nubat, vt dixi
4 etiam ſup. num. 1. † Dicitur etiam Piſis adeſſe ſimile ſtatutum, vt per Theſaur. deciſ. 237. num. 14. An autem iddem procedat ſecundùm ius commune, latiſſimè tractat idem Theſſaur deciſ. 150.

De muliere habente filios qualiter ſuam dotem diſponit.

Mulier, babins filios, tam de dotibus, quàm de alijs bonis, quouis tit. ei obuentis, ſolùm de decima parte diſponere poteſt, de alijs verò paratis pro eius vſu, ſeu à marito donatis tempore contracti matrimonij, vel quarta babita ex priori matrimonio, liberis inde non ſuſceptis, liberè diſponit, relicta legitima filijs, & parentibus. b. d. Molſeſ.

CONSVET. I.

SI qua; moriens habeat filios, ſeu liberos, poteſt de dotibus ſuis, & alijs, ſibi obuenientibus ab agnatis, vel cognatis iure ſucceſſionis, vel tit. lucratiuo in ſua vltima volũtate relinquere de decem partibus vnam tantùm. Paratum autem pro eadem muliere ſiue ad vſum ipſius mulieris, durante matrimonio, nec non donatum à marito præſente ipſi mulieri tempore contracti matrimonij, & quartam. ſi quam habet ab aliquo alio marito defuncto, a quo liberos non habuerit, poteſt relinquere, & de ijs diſponere pro ſuo arbitrio voluntatis, ſaluo liberis vtriuſq; matrimonij, & parentibus debito bonorum ſubſidio.

Mulieri, inteſtata decedenti, ſuccedunt liberi etiam ex diuerſis matrimonijs in viriles; verùm portio filiarum accreſcit fratribus vtrinq; coniunctis, qui tenentur eas ſecundum paragium maritare. Si verò teſtetur, poteſt de quarta, acquiſita quoad proprietatem meliorare vnum ex filijs: in alijs autem bonis ſeruatur præcedens conſuetudo b. d. Molfeſ.

CONSVET. II.

SI qua mulier, habens filios, vel liberos ex diuerſis maritis, moriatur inteſtata, filij, & filiæ abſq; diſcretione ſexus ſuccedunt eidem in viriles quilibet ſcilicet ex filijs, & filiabus pro æqualibus portionibus, ita tamen, quòd ſi ex aliquo ex ipſis maritis habeat filios, & filias nõdotatas, portiones filiarũ accreſcunt fratribus ipſarũ filiarũ vtrinq; coniunctis, dũmodo fratres ipſi teneantur ſorores ipſas de bonis paternis, & maternis ſecundùm paragium, & facultates maritare. Verùm ſi teſtata decedat, poteſt vnum filium, vel filiam meliorare de quarta, quam quoad proprietatẽ acquiſiuit, & de paratis pro eadem muliere ſiue quantũ ad vſum mulieris cõſtante matrimonio, & de donatis eidem, a viro tempore contracti matrimonij, prout in proximo capitulo continetur; ſuper ijs enim poteſt ipſa mulier liberè diſponere pro ſuo arbitrio voluntatis iuxta tenorem cap. præcedentis.

SVMMARIVM.

CONSVETVDO ſi qua moriens, & conſuet. ſi qua mulier habens vbi nã explicatæ ſint, traditur nu. 5. 7. & ſeqq.

Mulier ſi in decima parte extraneum ſibi feciſſet hæredem, & filios in alijs nouem partibus, ſi filij nõ adeant hæreditates qui nam ſuccedant in illis nouem partibus traditur num. 6.

Mulier qualiter diſponat de bonis corredalibus, traditur num. 9. Corredalia bona quæ nam ſint num. 9.

5 HAS duas conſuetudines plenè
explicaui in hac tertia parte,
quæ tota ferè loquitur de di-
ſpoſitione mulierum, quali-
ter nempè diſponant de do-
tibus, & bonis antiquis, vel nouiter acqui
ſitis, qualiter de bonis habitis, ex primo
viro, vel ab eius cõſanguineis tã ſi adſint,
quam ſi nõ adeſſent filij, ſic etiam quid, &
quãtũ vitrico, vel filijs ſecundi Matrimo
nij relinquere poſſint. Aliqua etiam di-
ſcuſſa ſunt par. 2. tit. de bon. quæſt. 23.
etiam in addition. vbi actum eſt qualiter
mulier poſſit facere ſubſtitutionem, &
ideò, quia ſolùm diſponere poteſt de de-
6 cima parte, † idcircò ſi in decima parte
extraneum ſibi feciſſet hæredem, & in
alijs nouem partibus inſtituiſſet filios, ſi
filij nollent adire hæreditatem non po-
teſt hæres extraneus illas nouem partes
habere per ius accreſcendi, ſed in eis ſuc-
cedunt venientes ab inteſtato, vt in d.
quæſt. 23. probatum eſt. Addi poteſt Me-
noch. in tract. de præſumption. lib. 4. præ
ſumpt. 86. num. 20. & ſeqq. & faciũt, quæ
addidi infra quæſt. 10.
7 Multa etiam ad earũ ornatum tradidi
in hac ead. 3. part. quæſt. 22. part. 4. quæſt.
17. vbi diſcuſſum eſt, an ſoror dotata fa-
ciat partem in beneficium fratris vtrinq;
coniuncti iuxta text. Conſuet. ſi qua mu-
lier habens, de qua etiam quæſtione tra-
dit, Vinc. de Franch. dec. 639. num. 8. &
ſeqq. Quæ quidem conſuetudines vigent
etiam ſi parentes ſint in medio, vt dixi
part. 4. quæſt. 46. nu. 36. & ſeqq.
8 An autẽ mulier, quæ primo loco con-
traxit ſecundum formam conſuetudinis,
poſſit mutare formam capitulorum ma-
trimonialium, dixi part. 6. quæſt. 8. num.
17. & ſeqq. etiam in addition.

Inſu-

Inſuper in rebus corredi, de quo plura dixi d. part. 6. q. 7. num. 18. & ſeqq. etiam
9 in addition. † de bonis, inquam, corredi magni valoris, quod nempe cōſiſtitit in auro, argento, in perlis, & alijs rebus nō paratis ad quotidianum vſum mulierū, tunc hæc bona iudicantur, vti bona dotalia, & de illis non poteſt mulier diſponere, niſi prout diſponit de ſua dote, quod dicit notandum, & menti tenendū Capyc. in hac conſuetud. ſi qua mulier habens ſub num. 41. fol. 203. in addit. incip. nota ex iſta Gloſ. in fin. vbi alia additio incip. Dic, quòd res & faciunt latè diſcuſſa per Theſaur. deciſ. 195. & faciūt quæ dixi dicta par. 6. quæſt. 7. num. 18. cum ſeqq. etiam in addition.

SVMMARIVM.

VERB. diſponere an comprehendat etiam diſpoſitionem inter viuos num. 1.

Licentia diſponēdi, conceſſa alicui, intelligitur etiā de diſpoſitione inter viuos num. 2.

Filius eſt quaſi Dominus in bonis patris, eo viuente: illud tamen ius partim non eſt conſiderabile, quod explicatur num. 3. cum ſeqq.

Legitima debetur filio, viuente patre, quando pater diſſiparet eius bona, vel per delictum patris bona publicarentur, vel titulo lucratiuo bona inter viuos alienaſſet, quod explicatur num. 4. 5. & 6.

Verb. ſuccedat. appoſitum in ſtatuto, vel conſuetudine an prohibeat parentes, ne valeant de bonis ſuis diſponere, explicatur num. 7.

Verb. relinquere, non extenditur ad diſpoſitionem inter viuos num. 8

Verb. habeat, importat neceſſitatem, explicatur num. 9.

Proximus moriturus, quando præſumatur alienare in fraudem num. 10. & 11. Procedit etiam ſi pater taliter bona ſua alienaſſet, quod explicatur. num. 18.

Fraus quando præſumatur ex alienatione bonorum num. 12. 13. & 15.

Alienatio fraudulenta præſumitur non ſolùm quando quis vna vice alienat omnia bona ſua, ſed etiam ſi pluribus vicibus id faciat num. 14. & 15.

Gabella an debeatur de animali infraſta vendito, ſi ſtatutum mandet, vt de quolibet animali vendito ſoluatur gabella num. 16.

Feudatarius ſenex alienās feudum, vel refutās Domino præſumitur in fraudem agnatorū id facere num. 17. Non habet locum, ſi talis feudatarius haberet ſucceſſorem tempore alienationis, vel refutationis, etiam ſi ſucceſſor eſſet ſenex, & poſſet præmori feudatario, & ſic ſeruatum fuiſſe in factis contingentia, refertur nu. 19. 20. & 21. eò magis procedit quando alienatio fit ex iuſta cauſa num. 23. vbi hoc explicatur.

Actus an ſit vtilis, vel damnoſus inſpicitur tempus, quo celebratur nu. 21. Si poſſit ſe habere ad commodū, & incommodum, ſemper reputatur vtilis, nec tranſactio ſuper eo facta reſcindi poteſt, num. 22.

Suſpitio fraudis, & doli ceſſat, quando alienatio fit cum iuſta cauſa nu. 23.

Senex licèt præmori poſſit iuueni, multoties tamē euenit contrariū, & ideò valet tranſactio hæreditatis, inter eos facta, quod explicatur nu. 24. & 25.

Feudū an poſſit alienari in agnatorum præiudiciū declaratur nu. 26. & 27.

Alienatio ex cauſa delicti an ſit volūtaria, vel neceſſaria traditur nu. 28.

Bona minoris delinquentis, vt validè alienentur an ſint neceſſariæ ſolemnitates iuris, traditur num. 29.

Onera hæreditaria reſpectu creditoris deducūtur de omnibus bonis, ſed an hoc procedat reſpectu agnatorum, quibus debetur medietas bonorum antiquorum, ſi nempè illa medietas reficí debeat etiam ex alijs bonis nouiter quæſitis, explicatur num. 30. cum ſeqq. Vbi nu. 33. 34. & 35. referuntur quædam additiones Ioānis Bapt. Lotther. vbi pro, & contra etiam deciſiones citat, cuius dictis reſpondetur num. 36.

Adiudicatio pro dotibus, & antefato vxoris ſuper bonis viri, fit etiam ſi ſit hæres viri nu. 37. & 38.

Confuſio bonorum an inducatur per aditionem hæreditatis ſecundùm noſtras conſuetudines num. 38.

ADDITIONES
ad quæſt. 1.

1 SVb nu. 6. vt verbum diſponere, etiam diſpoſitionem inter viuos comprehẽdat. Adde Surd. qui alios citat conſ. 357. num. 7. vol. 3. & deciſ. 279. nu. 7. & ſeqq. & in d. conſi. 582. nu. 11. Sic ſæpe iudicatum refert in Senatu Mantuano. Adde etiam Menoch. cõſi. 1130. nu. 6. vol. 12. vbi plures citat, & in-
2 fert, † vt licentia diſponendi alicui conceſſa intelligatur tam de diſpoſitione inter viuos, quam etiam in vltima voluntate, ex doctrina Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege. num. 7. ff. de verbo. oblig. Surd. d. deciſ. 279. num. 10. & 11. Tum quia ſubiecta materia hoc ſuadet, tum etiam, vt diſpoſitio potius amplietur in beneficium, quam reſtringatur in odium conceſſionarij.

3 Sub num. 11. Quòd licèt filius dicatur quaſi Dominus, viuente patre, attamen non eſt ſpes certa, & infallibilis, vt dixi ſupra par. 2. titu. de perſon. q. 10. num. 24. etiam in additio. & ideò hoc ius filiorum non dicitur conſiderabile in bonis ipſius patris. Bart. in l. ſciendum in princ. num. 12. ff. qui ſatiſdar. cog. & alibi Iaſ. & alij, quos probat Menoch. conſi. 77. nu. 6. vol. 1. & conſi. 526. num. 9, vol. 6. Et ideò multoties filij priuantur legitima ex diſpoſitione bonorum facta per eorum parentes,
4 vt dixi hic num. 14. & 15. † Bene verum eſt, ꝙ illud ius filiorum habet hanc conſiderationem, vt filij adeant Iudicem, & faciant ſibi aſſignare legitimam in bonis patris diſſipantis bona ſua, vt poſt alios dixi hic nu. 16. & probant etiam Vrſill. in addition. ad Afflict. deciſ. 86. nu. 6. & deciſ. 303. nu. 2. Anna filius in addit. ad patrem ſingul. 531. & alij, quos probat Ioã. Bapt. de Thor. in compen. deciſ. Neap. in verb.
5 legitima an debeat aſſignari, † ſic etiam quando bona patris publicarentur ex aliquo delicto, tunc etiam filij habẽt eorum legitimam, vt ſcripſit Bald. conſi. 171. condemnatus lib. 1. Socin. ſen. Ruin. Dec. Tiraquell. Peregrin. Surd. & cum eis 23. Doctores, connumerato Menoch. conſ. 1192. nu. 14. vol. 12.

6 Inſuper ſi pater titulo lucratiuo inter viuos bona ſua alienaſſet, tunc liberi etiã deducunt eorum legitimam. Bart. in l. Titia, la ſeconda. §. Imperator nu. 1. verſ. ſecundo caſu. ff. de lega. 2. Caſtrenſ. Corn. & alij, quos probant Decian. conſi. 1. nu. 47. lib. 4. Menoch. conſi. 691. nu. 1. lib. 7. & ita fuit deciſum in Rot. Roman. deciſ. 488. num. 9. par. 1 in nouiſſimis, de qua deciſione meminit idem Menoch. conſi. 1126 nu. 20. & ſeqq. vbi pro hac opinione idẽ Menoch. citat 19. Doctores, ſe cum illis connumerato. vol. 12. qui ſecus eſſe dicũt, ſi ex cauſa oneroſa alienata eſſent quicquid dixit Gabr. conſi. 136. lib. 2. & patet ex dictis.

7 Eſt tamen non modica quæſtio, ſi ſtatutum loquatur per verbum, ſuccedat, vt filij ſuccedant quòad bona materna, num mater per teſtamentum poſſit de bonis ſuis diſponere: in qua quæſtione ſic concludũt DD. quòd ſi ſtatutum ſimpliciter dicit, ſuccedant, nec aliter vlterius progreditur neceſſariò ſuccedant; tunc mater poteſt de bonis ſuis per teſtamentum diſponere, quoniam ſucceſſio intelligitur ab inteſtato; ſecus verò eſt, ſi adſint verba importantia neceſſitatem, vt habeant vel debeant ſuccedere: tunc enim non valeret diſpoſitio matris, dum neceſſariò bona illa pertinerent ad filios, ſiue vocatos ex forma ſtatuti, ita poſt Caſtrenſ. in l. ſi cùm dotem. in fin. princ. ff. ſolut. matrim. Corne. Phanut. Roland. Beci. & alios, Surd. conſi. 81. nu. 8. & ſeqq. volum. 1. Sed hoc ceſſat in materia noſtrarum conſuetudinum.

8 Sub num. 18. de verb. relinquere, vt nõ extendatur ad diſpoſitionem inter viuos, adde poſt alios Menoch. conſi. 971. num. 3. vol. 10.

9 Sub nu. 20. verb. habeat, adde poſt alios Surd. conſi. 81. num. 8. vol. 1. quoniam hoc verbũ importat neceſſitatem, vt illæ perſonæ, quę talem portionẽ habere debent, neceſſariò illam habeant.

10 Sub num. 28. vt proximus moriturus alienans bona ſua dicatur in fraudem hoc facere, adde latiſſimè poſt alios Menoch. d. conſi. 971. loquens etiam in marito, vt ſi in articulo mortis conſtitutus, donet aliqua bona vxori, tam in teſtamento, quã extra teſtamẽtum, præſumeretur in fraudem ſtatuti feciſſe donationem, quod va-
11 rijs modis probat, † præcipuè quando donatio fieret in teſtamento, & eò fortius ſi ex aliqua coniectura, id colligeretur, & Io. Bapt. Lotther. in conſuet. Et ſi teſtator fol. 39. col. 3. ponit hæc verba [Addę ad materiam Alex. & DD. in l. ſi filiæ meę

ægræ.

ægræ.ff.ſolut.matrim.pro donatione,quę fit ab eo,qui non pon poteſt veriſimiliter viuere,nam dicitur cauſa mortis,& facit fraudem ſtante ſtatuto, quòd quis non poſſit in fraudem alienare. Adde Andr.de Yſer.in cap.Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic. in 2.col.in verb.& ſic eſt intelligendum.]

12 Inſuper fraus nō ſolum probatur, quādo aliquis vnica vice alienat omnia bona ſua,vel maiorem partem bonorum ſuorū, ſed etiam ſi pluribus vicibus id faciat, dūmodo ceſſet cauſa: quando eadem eſt ratio,ne daretur occaſio fraudis, vt optimè ſcripſit Rip. in l. ſi vnquam q. 8.num.17. C.de reuocand.donat.Corn.conſi.11.col. 9.verſ.ſi verò teneamus.vol. 3. & Tiraqu. quos probat Surd.conſi.297.nu.12.vol.2.

13 † qui loquuntur in donatione omnium bonorum, facta per parentes pluribus vicibus,vt reuocetur per ſuperuenientiam

14 liberorum, & ratio eſt manifeſta, † quoniam non minus dicitur alienatio in fraudem,quę vnica vice fit de omnibus bonis, vel maiori parte, vt ad ſenſum patet, & optimè ſcripſit Bar. in l.nomen.§.filio, in fi.ff.de leg.3.Bal.Alex.& alij,quos probat

15 Surd.d.conſi.297.num.10.11. † quamuis Alex.conſi.16.vol.7.& Peregr.in tract.de fideicom.art.42.nu.42. dicant,vt alienās tres partes bonorum nō dicantur in fraudem alienare, ſed hoc non puto verum, vt patet ex hic diſcuſſis.

16 Hinc dicunt DD. quòd ſi ſtaret ſtatutum, vt de qualibet beſtia vendita ſoluatur gabella,ſi beſtia vendatur in fruſta, ſiue minutatim diuerſis perſonis, vt faciūt macellarij, debetur gabella eadem ratione,vt poſt Iul. Ferret. in tracta. de gabell. nu.414.not.Surd.d.conſi.297.per tot.& hoc ſeruatur in praxi.

17 Sub num. 30. ſi feudatarius eſſet ſenex, & deſperatus de prole, & alienaſſet feudum, quod præſumeretur in fraudem agnatorum id facere, Adde iddem eſſe, ſi talis feudatarius refutaret feudum Domino,gloſ.in cap. 1. §. ſed etiam res.in verb. fraudem,per quos fiat inueſt.Bal. Barbat. Ruin.& alij,quos probat Menoch. conſi. 226.nu.31.& ſeqq.nu.73.& 75.vol.3. vbi nu.24.cum ſeqq.ex gloſ. in cap. de his,ex-

18 tra de ſepultur. Barbat. Couarr. † & alijs probat hoc etiam habere locum, ſi pater eſſet morti proximus, & alienaret bona ſua, præſumeretur.n. id facere in fraudē filiorum,quamuis hoc ſolum non ſit ſatis in patre,ſed aliunde debeat probari fraus, vt poſt Dec.& alios docet noſter de Pont. conſi.114.vol.2. quia de facili non præſumit,vt pater vellet filios, quos plus amat, quàm ſe ipſum, & in quorum infirmitate magis torquetur,velit, inquam, priuare bonis externis, & proinde neceſſariæ sūt aliæ coniecturæ.

19 Verùm quæ dicta ſunt de feudatario, penitus deſperatus de prole, intelligūtur ſi tempore alienationis, vel refutationis nullum habuiſſet ſucceſſorem in feudis: ſi enim haberet ſucceſſorem, quamuis ſenē, & qui veriſimiliter poſſet præmori feudatario, attamen exiſtimo, vt non præſumatur alienatio,& refutatio facta in fraudem: & licèt noſter de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.in tit.de aſſenſib. Regijs,§. 3.nu.22.cum ſeqq. tenuiſſet contrarium, attamen,ſecum diſcuſſi articulum,& mu-

20 tauit ſententiam, † & de facto pluries ſic fuit executum, & præcipuè in alienatione duarum terrarum cuiuſdam Magnę, & Illuſtriſsimæ Dominæ, quæ licet non habebat filios,nec habere deinde poterat, quia fuit ingreſſa in Monaſterium, & habebat ſolummodo duas amitas ſenes, & pretium conuertere volebat in operibus pijs, prout tempore nouitiatus conuertere cæpit,& ſileo iuſtis ex cauſis eius virtutes, & nomen, etiam quia Sacra ſcriptura dicit, ne laudaueris hominem in vita ſua, & nihilominus Sacrum Collaterale Conſilium dedit aſſenſum alienationibus dictorum feudorum; quæ cum effectu vendita fuerunt, & ſic aliàs exe-

21 cutum fuit, & iure quidem, † quia ad diſquirendum an aliquis actus ſit vtilis, vel damnoſus,ſit in læſionem alterius,nec ne, inſpicitur tempus, quo celebratur talis actus, vt ad literam probat tex. in l.ſi voluntate in fi.vbi omnes C.de reſcin.vend. cap.cùm dilecti,de empt.& vend. Bart.in l.2.C.de reſcind.vend.quem ibi omnes ſequuntur,plures alios cumulant,& probāt Pinell.in eod. tract. par.3.cap.4.nu.15.& Surd.conſi.451.nn.33.cum ſeqq.vol.3.& alij paſſim,ſed tempore alienationis adeſt ſucceſſor. Igitur nulla poteſt conſiderari læſio, vel fraus.

22 Confirmatur etiam alia ratione,quia cùm damnum, vel vtilitas pendet à caſu, vel à futuro euentu, itaque actus poſſit ſe habere ad commodum, vel incommodū, ſemper actus ille reputatur vtilis, & legitimus, adeò vt nec tranſactio ſuper eo fa-

cta

ςta reſcindi poteſt. l. de fideicommiſſo. C.
de tranſact.cum alijs cumulatis per Surd.
vbi ſupra num.40. & 41. Et ita eſt in pro-
23 poſito,& ad ſenſum patet: † quæ quidem
opinio eò magis procedit, quando aliena-
tio fieret cum aliqua iuſta cauſa aliquid
faciendi, quia tunc ceſſat omnis ſuſpitio
fraudis,& doli, gloſ.in l.igitur. §.cauſa.ff.
de liber.cau.Bart.& alij plures, quos pro-
bat Menoch. in tract.de recup.poſſeſs. re-
med.5.num.49.& conſ.226.nu.59.& nu.
110. cũ ſeqq.vol.3. vbi optimè hoc expli-
cat locum habere, vt cauſa tantùm ſe ex-
tendat, quantum vrget,& nõ aliter, quo-
niam in eo, quod non vrget, videtur com-
mitti fraus. Cùm igitur in cauſa dictæ Il-
luſtriſsimæ Domine iuſtiſſima aderat cau
ſa faciendi opera pia, quæ cauſa potius
ampliatur, & extenditur, quam reſtrin-
gatur, vt eſt inconfeſſum apud omnes,
& ſic citra controuerſiam fuit conceſſus
aſsenſus.
24 Nec vrget, quòd ſucceſſor ſenex ordi-
nariè præmoritur iuueni; hoc enim non
habetur in cõſideratione, quia multoties
iuuenes præmoriuntur ſenibus. Et hæc
incertitudo non ſolùm iuſtificat talem
25 aſſenſum, † ſed etiam iuſtificat tranſactio-
nem hæreditatis, factam à iuuene cum
ſene, qui habebat vſumfructum in illa
hæreditate, quia ſatis eſt, vt iuuenis, poſſet
prę̨mori, vt latiſſimè poſt Bertrand. conſ.
18.nu.6.vol.1.& alios probat Surd.d.cõſ.
451.nu.41. vol.3.
26 Poſtremò aliqui declarant validam eſ-
ſe feudorum alienationem, etiam in agna-
torum præiudicium ſi in illo loco adeſſet
conſuetudo, vt dicitur adeſſe in Gallia,&
Mantuæ, vt vaſſallus poſſit ad libitum
alienare feuda etiam in agnatorum præ-
iudicium, dummodo accedat conſenſus
directi Domini, vt poſt Deci. conſil.586.
num.1.Curt. Pariſ. Gozadin. Roland. &
Ruin.refert Menoch.d.conſ.226.num.1.
cum ſeqq. quàmuis ipſe contrariam pro-
bet ſententiam, præcipuè num. 37. cum
ſeqq. quòd talis cõſuetudo ſit irrationabi-
27 lis; quod omitto; † quoniam vel eſt feudũ
nouum, vel hæreditarium, & tunc in illis
agnati non habent ius certum quæſitum,
& proinde feudatarius cum aſſenſu Do-
mini, etiam in agnatorum præiudicium
poteſt illa feuda alienare; ſecùs verò ſi eſ-
ſet feudum ex pacto, & prouidentia, ſiue,
vt Siculi dicunt, in forma ſtricta; quia in
illo ex tenore inueſtituræ eſt quæſitum ius
agnatis, ideò non valet alienatio in illo-
rum præiudicium, vt docet Andr. in cap.
1.num.7.de alienat.feud.pater.Afflict.de-
ciſ.112.num.4.vbi Addentes Alex. Crau.
Ruin.Ioan.Thom.de Marin.& alij, quos
probat Menoch. conſi. 545.nu.11. vol.6.
& d.conſi.226.à nu.11.ad nu.53.
28 Sub nu.47.vt alienatio ex cauſa delicti
dicatur voluntaria, adde quod contrariũ
defendit idem Surd.conſi.171.nu.13.vol.
2.quoniam nec verè, nec prę̨ſumptiuè de-
linquens dicitur conſentire, & proinde
talis alienatio non fit ab homine, ſed à le-
ge, ex doctrina Imolæ in cap.ex parte.col.
24. de feudis, & proinde, qui poteſt bona
ſua alienare, non poteſt delinquendo prę̨-
iudicare, vt ſcripſit Bald.in cap.1.§.feu-
dum ea lege, ſi de feud. defunct.milit.fuer.
controu.vbi Afflict. col.vlt.verſ.nono,&
vltimo, Tiraquell. de legib.connub.gloſ.
5.num.150.Sed reſpondetur, quòd ſi con-
ſenſus non ſit directus, eſt in conſequen-
tiam, quoniam faciens actum præſumitur
illum facere ſecundùm legem de illo actu
loquentem, nec poteſt contrarium facere,
& proinde volũtariè dicitur ſe obligare
ad pœnam, & ſic non recedo ab hic di-
ſcuſſis.
29 Sub nu.50.adde ex hic diſcuſſis inferri,
quòd ſi minor fuerit condemnatus per Iu
dicem ad ſoluendum aliquod debitum,&
in vim iudicati vendi debeant bona ipſius
minoris, quoniam hoc debitum originẽ
habet à cauſa voluntaria, ideo in illa ven-
ditione bonorum ſunt obſeruandæ ſo-
lemnitates iuris, nempè ſubhaſtationes
ſunt adhibendæ, alias non valeret vendi-
tio, vt latiſſimè fundat Surd.conſi.30.vol.
1.quoniam tunc demum decretum Iudi-
cis in venditione bonorum minoris fa-
cit, vt remittantur iuris ſolemnitates in
venditione bonorum minoris, quan-
do eſſet alienatio ex cauſa neceſſaria, &
minor non eſſet debitor in quantitate
tantùm, quia tunc origo eſt voluntaria,
vt dictum eſt.
30 Sub num.52. cum ſeqq. de deductione
onerum ex bonis in hac Ciuitate Neapo
lis vidi magnam alterationem fuiſſe cir-
ca per me diſcuſſa in dictis locis, non iam
in primo caſu, quando nempè ſunt onera
primi acquirentis, quia ſumus in claris,
vt deducantur de omnibus bonis ad ele-
ctionem creditoris, nec agnati in hoc ca-
ſu poſſunt aliquid prætendere; ſed fuit in
ſecundò caſu, nempè in oneribus vltimi
poſ-

Digitized by Google

poſſeſſoris reſpectu annuorũ introituũ,
ſiue contractus cẽſualis, ſeu ſubiugatorij,
ſi nempè vltimus poſſeſſor ſuper omnia
bona ſua etiam antiqua vendidiſſet ali-
quos annuos introitus, qualiter nempè
deducantur? Et licèt reſolutio clarè col-
ligatur ex ibidem diſcuſſis, ad maiorem
tamen claritatem, & vt euitetur cauilla-
31 tio ſic diſtinguo, † aut enim quærimus
reſpectu creditoris, & tunc clarum eſt, il-
lum habere electionem deducendi ſuum
creditum ex toto patrimonio debitoris,
& de bonis antiquis etiam de medietate,
quæ ſpectat ad Agnatos; quia eius credi-
tum iudicatur tanquã æs alienum reſpe-
ctu totius patrimonij debitoris, & ita
procedit dicta deciſ. 280. Vincẽ. de Fran-
chis in fin. vt ex eius lectura cernitur, &
magis apartè colligitur ex decreto Sacri
Conſilij in illa cauſa, & cernitur etiam
ex dictis infra conſ. 28. ſi verò loquamur
reſpectu debitoris, ſic intelliguntur per
me diſcuſſa dicto num. 52. cum ſeqq. &
deciſiones Sacri Conſilij eiſdem in locis
32 relatæ, † nempè, vt prædicta onera, pri-
mò deducantur de illa medietate, de qua
debitor diſponere poterat; & ſi onera eſ-
ſent maioris quantitatis, adeò vt credito-
res etiam medietatem, agnatis debitam,
vel partem illius cæpiſſent: túc reficitur,
ſiue reſarcitur integra medietas in bene-
ficium agnatorum de alijs bonis, etiam
de nouiter quæſitis prædicti agnati debi-
toris, vt dixi in hac quæſt. 1. num. 56. &
57. quia eodem modo iudicantur bona
nouiter quæſita, & medietas, de qua agna
tus poteſt diſponere, vt ad ſenſum patet,
& colligitur ex diſcuſſis in tota hac ter
tia parte etiam in additionibus.

33 Ad prędictorum confirmationem cir-
ca prædictã diſtinctionem facit quædam
additio Ioann. Baptiſt. Lotther. in con-
ſuet. ſi aliquis moriens fol. 37. col. 2. quæ
ſic habet (Circa finem iſtius gloſæ aduer-
tit, quia iſta Gloſ. vna cùm Gloſa 1. in
fin. ſupra in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, vi-
dètur contrariare Gloſ. infra in conſue-
tud. ſeqq. ſuper verb. perueniat, ſed dic,
quòd onera eius, à quo obuenerunt huic
teſtatori, deducunt primò vt ſic de rema-
nentibus teneatur iſte teſtator relinquere
medietatem, ſed onera ipſius teſtatoris
deducuntur de alia medietate, de qua po-
teſt diſponere, & ita loquuntur iſtæ Glo-
ſæ, & ita fuit iudicatum per Dominum
Goffredum, & Dominum Angelum de
Rao in cauſa Antonelli Baroni contra
hęredes quõdam Matthæi de Campora,
Videlicet Eccleſiam Annuntiatæ, & ſan-
cti Ioannis ad Carbonetum: nam ſi a pa-
tre meo obuenerũt mihi quinquaginta,
& erat debitor alicui in decem, certè ſo-
la quadraginta dicuntur obueniſſe: & ſi
ego efficior debitor alicuius, nihilomi-
nus dici non poteſt nõ obueniſſe quadra-
ginta, ita fuit iudicatum per Sacrum Cõ-
ſilium in cauſa illorum de Blaſio, alteran-
do, quòd fieret contributio, & fuit iu-
dicatum in Sacro Regio Conſilio, quòd
iſtam medietatem habeant agnati, ſine
onere, adeò, quòd funeralia ſint oneri illi
medietati, de qua diſpoſuit, non autem
in aliqua parte minuant hanc medieta-
tem, & fuit iudicatum in cauſa filij Bar-
tholomei de Loffredo cum quodam Sur-
rentino, & colligitur, ex illa Gloſa quod
iſta medietas debet eſſe integra, non de-
ductis oneribus defuncti, ſed tãtùm eius,
à quo bona defuncti obuenerunt.

34 Item aduerti, nam illa Gloſ. ſuper
verſ. item hanc medietatem, innuit, quòd
deducãtur ab hac portione debita agna-
to ęs alienum contractum ab eò, à quo
bona antiqua prouenerunt, dum dicit
eius, a quo obuenerunt, & non dicit ſim-
pliciter de oneribus defuncti, præſertim
cùm poſſit argui, quæ obueniunt bona
ab vltimo defũcto, ſcilicèt, à primo, & ex
huius conſuetudinis diſpoſitione, & pro
hac opinione vidi in quodam lib. con-
ſuet. Neapolit. qui eſt Magnifici Ioannis
Thomæ de Ianuario quandam Apoſtil-
lam Dom. Stephani de Caieta, quæ eſt
poſita infra in 3. car. Vbi incipit in
Gloſ. ſuper verſ. diſponere, & ibid. col.
35 3. adeſt hæc alia additio †) Et ſic ſentit
Napodan. quòd iſta medietas debetur ſi-
ne aliquo onere, ſed vide Napodan. in
ſeq. conſuet. in verb. perueniat, vbi vide-
tur aliud dicere, ſed poteſt reduci ad cõ-
cordiam hoc modo: quod aut quæri-
mus de onere impoſito ab ipſo teſtatore,
& procedit id, quod dicit hic, vt tale
onus non poſſit minuere hanc medieta-
tem. Aut onus fuit impoſitum ab eo pri-
mo acquirente, à quo peruenerunt dicta
bona, & tunc minuitur dicta medietas,
quia ante omnia de tota maſſa hæredita-
ria detrahi debent onera antiqua, & de-
mum fieri duæ partes dictæ hæreditatis,
& conſequenter dicta medietas in aliquo
minuitur, & ita procedat, quod dicit Na-
podan.

Digitized by Google

podan.in conſuet. ſeq.in verb. perueniat,
& iſta videtur mihi, quòd ſit ipſa veritas,
& ita de facto conſului in quadam cauſa
arbitraria vna cum Domino Marcello
Gazella, & fuit ſuper teſtamento quon-
dam Sigiſmundi Pignatelli: ſed contra-
rium fuit iudicatum in Sacro Conſil. in
cauſa Vincentij de Meſſina eius patruo,
deducenda eſſe onera noua, & impenſas
funeris, & cogita, ſi dici poſset, quod iſta
deciſio procedet pro eo, quia iſta quarta
debetur poſt mortem, & ſic quod iudica-
tur de ea, vt de diſpoſitione cauſa mor-
tis, vide Albert. Brun.in tracta.de ſtat.ex-
cluden. fœmin. in 13. artic. in 8. quæſtio.
& vide Apoſtill.in verb.perueniat, & vi-
de quæ per hanc gloſ. *voluit Mazzeus de
Afil.in deciſ.Sacri Conſilij 347.] Hæc il-
le. Sed, vt dixi, hodie videtur indubitatũ
eſſe, vt onerum deductio fiat modo expli-
cato nu.30. & ſeqq.

36 Nec vrget, quòd aliquibus etiam Do-
ctiſſimis viris videatur durum, vt agnatis
debeatur æquiualens eorum medietatis
in bonis nouiter acquiſitis, dum credito-
res ex omnibus bonis, etiam antiquis, de-
bitoris receperunt ſatisfactionem; & hoc
ea ratione: quia ſi in vita eſt permiſſa alie-
natio, & facta fuit ſine fraude, non debet
iudicari conueniens, vt detur agnatis æ-
quiualens in bonis, nouiter quæſitis, dum
valida fuit alienatio; & ſic per illam dimi-
nuitur medietas agnatorum, vt etiam af-
firmat Lotther.in dict.eius addit. & quòd
in hac ratione fundatur eius conſilium;
nihilominus hęc ratio non conuincit vn-
dequaque, & ſępe fuit deciſum contrariũ,
vt ipſemet Doctor refert in Apoſtillis ci-
tatis, & fuit etiam aliàs deciſum, vt per
Afflict.d.deciſio.347. & alias ſæpe, vt ego
retuli in hac quæſt.57.nu.55. & 56. & hoc
ea ratione, vt nu.57.annotaui, quòd ſem-
per vt poteſt ſaluari medietas agnatorũ,
ſemper ſaluetur tum ad euitandam frau-
dem, tum etiam, quia creditoris arbitriũ
non debet retorqueri in odium agnato-
rum, ne habeant æquiualens ad comple-
mentum eorum medietatis ſuper alijs bo-
nis, etiam nouiter quæſitis, agnati de-
functi.

37 Poſtremo annotandum eſt circa diſcuſ-
ſa num.56. vt adiudicatio, quæ fit pro do-
tibus, & antefato vxoris ſuper omnibus
bonis viri etiã antiquis procedat, quam-
uis vxor eſſet hæres inſtituta ab eius viro,
38 † quia per aditionem hæreditatis non
confunduntur iura mulieris, vt fundat
Vinc.de Franch.deciſ.80. nu. 12. De quo
poſt Capyc.Mouter.& alios meminit Io.
Bapt.de Thor. vbi ſupra in verb. adiudi-
catio. ſed in hoc vide, quæ dixi ſupra par.
2.de bonis q.23.in addition.vbi de hac il-
latione tractatum eſt, & de inuentario nõ
confecto etiam per vxorem.

SVMMARIVM.

PRohibitus diſponere de bonis ſuis, nec etiam in beneficium Eccleſiæ diſponere poteſt.nu.1.

Feudatarius etiam cum aſſenſu Domini non poteſt feudum alienare in agnatorum præiudicium.nu.2.

D. Ioannes Franciſcus de Ponte ſaluatur à contrarietate, an feuda ſint ex pacto, vel hæreditaria, contra quam tenet Auctor, vt in dubio ſint hæreditaria. nu.3.

Hæres creditor teſtatoris an poſſit ſibi ſoluere creditum vnà cum fructibus. nu.4 & 5. vbi explicatur quando creditum ſit confuſum cum hæreditate.

Tutor creditor pupilli, ſibi non ſoluens vſuras, an cenſeatur illas remittere. num.6.

ADDITIONES
ad Quæſt.2.

1 SVb num.2. vt prohibitus di-
ſponere, ſic etiam prohibi-
tus diſponere quòad Eccle
ſiam, adde Abb.in conſi.63.
vol. 1. quem probat Ioann.
Bapt.Lotther.in conſuetud.& ſi teſtator.
fo. 38.vol.1.in addit.incip.Quæro etiam,
& in conſuet. ſi qua moriens. fol. 42. col.
3. incip. Item quæro, pone illam.

2 Sub num. 6. vt non poſſit feudatarius
etiam cum conſenſu Domini alienare
feudum in agnatorum præiudicium, adde
quæ dixi ſupra quæſt.præced.num. 26. &
27. de qua materia latiſſimè tractat Surd.
conſi.305.& conſi.382. vol. 3. vt aſſenſus
Domini nihil operetur, & ex ſpatio 30.
annorũ poſſint agnati reuocare, eſt opti-
mum cõſilium, vt talis aſſenſus præſuma-
tur ſine præiudicio agnatorum: dicitur
enim in illis, (noſtræ Curiæ, & alienis iu-
ribus ſemper ſaluis.)

3 Sub num. 9. adde, quòd noſter de Pont. non eſt ſibi contrarius, quia, vt mihi dixit in tit. de poteſt. Proreg. tenuit opinionem diſputationis cauſa, ſed in lectura feudali tenuit affirmatiuè, vt feuda potius ſint ex pacto, & prouidentia, quam hæreditaria, ſed mihi probatur contrarium, vt dixi, & patet ex hic diſcuſſis, quod latius etiam proſequitur Surd. d. conſi. 305. præcipuè num. 29. cum ſeqq.

4 Poſtremò annotandum eſt, † vt hæres poſſit ſibi ipſi ſoluere id, quod tanquam creditor conſequi debebat ab ipſo teſtatore, & hoc creditum vna cum fructibus ſibi ſoluere poteſt, ita ex tex. in l. debitori, vbi omnes C. de pact. Bart. Roman. Caſtr. Menoch. & alijs probat Surd. deciſ. 92.
5 tota, vbi ſecùs eſſe dicit, † quando non conſtat de voluntate hæredis, vt quia petijt in iudicio, vt ſibi adiudicarentur tot bona hæreditaria pro ſatisfactione eius crediti; tunc enim fructus, quos interim percipit, augent hæreditatem, nec poteſt hæres ſibi retinere, ſed hoc non eſt contra ipſum heredem, quoniam ſuum creditum conſequitur ab ipſis bonis, vna cum fructibus, & intereſſe decurſo, & ſic eſt iddem per diuerſa media: hoc tantùm differt, quia fructus extenuarent capitale, ſi vltra ſuum intereſſe iam eſſent: quod totum pendere poteſt ex prudentis iudicis arbitrio; dum enim hæres debet ſuum creditum habere vna cum fructibus: omne, quod percipit ex bonis hæreditariis, excomputat in eius creditum, & ſic reincidit in iddem, vt dictum eſt, & dixi aliqua infra par. 6. quæſtio. 10. ſub num. 10.
6 † Sic etiam tutor, ſi eſſet creditor pupilli, & ſibi non ſoluit vſuras, dicitur illas remittere, niſi adſit iuſta cauſa illas non exigendi. Aretin. in §. actionum nu. 50. inſtit. de action. Soccin. & alij, quos probat idẽ Surd. conſi. 365. per totum vol. 3.

Ad quæſt. tertiam pro nunc nihil occurrit.

SVMMARIVM.

Donatio, facta per maritũ vxori confirmatur etiã morte ciuili, quod explicatur nu. 1.

Bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo. num. 2.

Teſtes ad conficiendam vltimam voluntatem, quinque neceſſarij ſunt, excepto teſtamento. nu. 3.

Vltima voluntas poteſt probari per duos teſtes, quòd non fuit liberè facta. nu. 4 6. & 8.

Metus vt probetur, an ſufficiant duo teſtes. num. 5.

Donatio cauſa mortis reuocatur per alienationem rei donatæ, & per ſpecialem hypothecam, non autem per generalem, quod explicatur nu. 9.

Donatio inter viuos cum clauſula reuocandi cenſetur reuocata, ſi donans, bona donata alienaſſet inter viuos. nu. 10. ſi dubium ſit, an fuerit reuocata, quid ſit faciendum, traditur nu. 11.

ADDITIONES ad Quæſt. 4.

1 Ex dictis in hac quæſtio. inferri poteſt, quòd, † ſi maritus feciſſet vxori donationẽ propter nuptias, & deinde ob aliquod debitum eius bona publicentur, & ſit bannitus, ſiue foriudicatus cum bonorum publicatione, quòd mulier debet habere quantitatem bonorum, ſibi donatorum, quoniam morte ciuili etiam confirmatur illa donatio, ita Bald. in l. executorem nu. 30. C. de execut. rei iudic. Caſtrenſ. Alexã. Roman. Boſſ. & alij, quos probat Surd. conſ. 171. num. 11. & per tot. vol. 2. Ratio
2 autem eſt manifeſta, † quoniam bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo. gl. in §. relegati: Inſtit. quib. mod. iuſpatronat. pot. ſol. Specul. Ioan. Andr. Bald. Alex. Caſtrenſ. Grammat. & alij, quos probat Surd. d. conſ. 171. nu. 10.
3 Infertur etiam, † quòd, licet ad donationem cauſa mortis, codicillos, vel aliam vltimam voluntatem conficiendam, excepto teſtamento, neceſſarij ſint quinque teſtes. l. fi. in fi. C. de codicill. cum alijs cumulatis per Surd. conſi. 356. num. 1. vol. 3.
4 † Attamen ſi aliquis vellet probare talem donationem cauſa mortis, vel codicillos, &c. non eſſe factos voluntariè ab ipſo donante, vel codicillante ſatis eſt numerus duorum teſtium, prout latiſſimè probat Surd. d. conſi. 356. num. 12. cum ſeqq. ex
5 doctrina Anchar. conſi. 337. nu. 2. † Tum quia ad probãdum metum duo teſtes ſufficiunt,

ſiciunt, niſi interuenerit præſentia Iudi-
cis, amicorum, vel conſanguineorum,
quia tunc tres teſtes ſunt neceſſarij, vt do-
cuit Bald. in l. tranſactionem dominij,
vbi Caſtren.C.de tranſact.vbi Curt.nu.3.
hoc dicit aureum dictum, prout alij hoc
iddem ſequūtur, quos etiam probat Surd.
6 loco cit. nu. 19. † Tum etiam quia ad de-
clarandam voluntatem teſtatoris ſatis ſūt
duo teſtes, quamuis ad eam probandam
neceſſarij ſint ſeptem teſtes, vt latiſſimè
probaui infra conſil. 6. latiſſimè Surd. d.
conſi.356.nu.9.

7 Bene verum eſt, vt in teſtamento tan-
tùm, vt probetur eius reuocatio, facta in-
ter viuos, neceſſarij ſunt tres teſtes, coram
quibus facta fuerat reuocatio apud acta l.
ſancimus.C.de teſtam. cum alijs cumula-
8 tis d.conſi. 356. num. 4. † At ſi probandū
eſſet aliquem per vim, & metum fuiſſe
inductum ad teſtandum, ſufficit probatio
per duos teſtes. Auchar.d.conſi.337.num.
2.in fi.Surd.d.conſi. 356. & dicam aliqua
9 infra par.10.de inſtrum. Curialiſc. † Do-
natio verò cauſa mortis reuocatur etiam
per alienationem rei donatæ, vel per ſpe-
cialem hypothecam dictæ rei donatæ; nā
generalis hypotheca nō ſufficit, ſi nempè
omnia bona ſua donans hypothecaſſet.
Dyn.in l.Stichum, qui meus erit. ff. de le-
gat.primo.Bald. in l.Marcellus.§. Paul.ff.
de donatio.cauſ.mort. Barto. in l.rem le-
gatam. ff. de adim. legat. Natt. conſi. 123.
num. 13. & alij, quos probat Surd. conſi.
171.lib.2.Iacob. Cancer lib. 3. variar. re-
ſolut.cap.28.de legat.nu. 260. Fontanell.
in tracta. de pact. nuptial.clauſ.4.gloſ.26.
idem Natt. conſi. 613. nu.2.lib.3.Neguſ.
de pignor.membr.1.2.par.alios citat Fon
10 tanell.dict.glo.26. vt iddem ſit, † quando
erat donatio cum clauſula reuocandi, vel
diſponendi, quia & ſi fiat inter viuos, ta-
men alienatio valet, & reuocat donatio-
nem: quod latiſſimè proſequitur, & iure
quidem hoc procedit, quia dū habebat fa-
cultatē reuocādi tale donationē, cùm di-
ſpoſuit de bonis donatis, iam realiter talē
11 donationem reuocauit, † & tanto magis
ſi in dicta alienatione adeſſet aliquod ver
bum declaratiuum ſe reuocare illam do-
nationem, & procedere affirmo, etiam ſi
in illa donatione dixiſſet donans, vt non
cenſeatur reuocata donatio, niſi in ſpecie
reuocetur, nam ſatis eſt, quod reuocauit
generaliter donationē factam per inſtru-
mentum cum clauſula omnibus, & ſingu-
lis contentis in prima donatione, quia
dum poſtea alienauit, & diſpoſuit de om-
nibus ſuis bonis, ſatis in ſpecie reuocauit
illam donationem, vt patet ex dictis, vt
enim dicetur quæſt.ſeq.num.4.& 5.mens
donantis ex facto oſtenditur, & ad ſum-
mum ſi adeſſet dubium, & donans eſſet
viuus, poſſet illud factum ambiguum de-
clarare, vt de renūciatione religioſorum
dixi infra de renunciat. quæſtio. 17. ſub
num.41.

SVMMARIVM.

*DOnatio facta ex nunc, &c.
dicitur inter viuos.nu.1.*
*Vltima voluntas quando
tranſeat in contractum,
explicatur nu.2. & 3.*
*Mens donantis talis præſumitur, qualis
ex facto oſtenditur. nu.4.*
*Actus an talis præſumatur, qualis à par
tibus exprimitur, declaratur num.3.
5. & 6.*
*Effectus magis attenditur, quàm deno-
minatio actus. nu.6.*
*Codicillos faciens coram ſeptem teſtibus
dicitur in effectu facere teſtamentum,
præcipuè ſi eſſent instituti venientes
ab inteſtato. nu.7.*
*Teſtator ſoluens legatario legatum ei re-
lictum in teſtamento facit tranſire le-
gatum in donationē inter viuos, ideo
etiam ſi reuocet teſtamentum, non re-
uocatur tale legatum, quod explica-
tur nu.8.*
*Donatio facta ex nunc pro tunc de om-
nibus bonis, de quibus teſtator non di-
ſpoſuerit in vita, vel in morte, quali-
ter interpretetur, & quid ſi donata-
rius prædecederet donanti. num.9.
& 10.*
*Fraus in dubio non præſumitur, præci-
puè in perſona nobili.nu.11.*

ADDITIONES
ad quæſt.5.

1 SVb nume.2. Adde eundem
de Ponte conſil.116.vol.2.
Vt donatio, facta ex nunc,
ſit inter viuos. Et Loffred.
conſil.5. & 9.
Sub num.5.adde poſt alios Surd. conſi.
2 348.toto vol.3. vbi optimè probat, † vt ſi
quis codicillos, vel aliam vltimam volun-
tatem

tatem voluit eſſe irreuocabilem, ac tran-
ſire in donationem inter viuos, vtique
talis iudicatur donatio, quoniam, etiam
in qualibet vltima voluntate poteſt fieri
donatio, & contractus, & quoniam
latiſſimè hoc probat, ideò ſileo probatio-
nes alias, ſic etiam conſi. 356. num. 16. eo.
3 vol. 3. † ſic etiam ſi duos tantùm adhibuit
teſtes in donatione, quamuis facta ſit men
tio donationis cauſa mortis, præſumitur
donatio inter viuos, quoniam hic nume-
4 rus requiritur in tali donatione, † & ta-
lis præſumitur mens donantis, vt ex fa-
cto oſtenditur, ita Petr. & Cyn. in l. inter
priuatos. C. de pact. Alcia. Corn. Crot. Pa-
riſ. Ruin. Natt. Bart. Imol. Crauet. Mant.
Sim. de Pret. & alij, quos probat Surd.
conſi. 450. toto vol. 3. & in ſpecie nu. 16.
& ſeqq.

5 Nec vrget, vt actus talis eſſe præſuma-
tur, qualis à partibus exprimitur, vt ſunt
iura vulgata: hoc enim verum eſt regula-
riter, ſed ſi effectus denotet contrarium,
6 † tunc magis effectus attenditur, quam
denominatio actus. l. ſi vno in princ. ff. lo-
cat. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. Bald.
Roman. Dec. Ruin. & plures alij, quos
probat Surd. d. conſi. 450. nu. 34. vol. 3.

7 Hinc eſt, quòd ſi aliquis conuocaſſet ſe-
ptem teſtes, coram quibus dixit ſe facere
codicillos, tunc illa diſpoſitio erit teſta-
mentum, quoniam numerus teſtium id
exprimit, & ſine dubio erit magis verum,
quando ſunt inſtituti venientes ab inte-
ſtato. Ita Ioan. Andr. in addit. ad Specul.
in titu. de inſtrum. edition. §. compendio-
ſa. nu. 17. in fin. Alex. Rimin. Bald. Salyc.
& alij, quos etiam probat Surd. d. conſi.
8 450. nu. 17. † Sic etiam ſi teſtator feciſſet
teſtamentum, & in eo certa bona legaſſet
alicui, & legatario in eius vita bona lega-
ta tradidiſſet, tunc hoc legatum tranſit in
donationem inter viuos; adeò vt reuoca-
to dicto teſtamento per ſecundum, non
cenſetur reuocatum tale legatum, vt ex
multis probat Afflict. deciſ. 275. vbi ſic re-
fert deciſum in Sacro Conſil. vbi Vrſil. &
alij Addentes alios cumulant, probant
etiam alij, quos ſequitur Polydor. Rip. in
ſuis obſeruation. ſingul. obſeruat. 148. de
quibus meminit Ioan. Bapt. de Thor. in
compen. deciſio. Neapolit. in verb. lega-
tum fundi.

9 Si verò facta eſſet donatio cum dicta
clauſula ex nunc pro tunc, &c. & dictum
eſſet, vt valeret quoad omnia bona, de
quibus donans non diſponeret inter vi-
uos, vel in vltima voluntate, quòd hæc
donatio dicitur pura, reſoluitur tamen
ſub conditione, ſi nempè adſint bona, de
quibus donans in vita, vel in morte non
diſpoſuiſſet: quo fit, vt adueniente morte
donantis, retrahatur donatio ad tempus
donationis factæ, & reſoluãtur hypothe-
cæ cõtractæ medio tempore, ita Oldrad.
conſi. 139. quem probauit Alex. conſi. 82.
vol. 2. & Neguſant. in tract. de pignorib.
memb. 2. par. 2. nu. 4. quos probat Regens
de Ponte conſi. 29. præcipuè num. 7. &
ſeqq. vol. 2. an autem hoc verum ſit dixi
tom. poſter. in tit. de pignor. q. 8.

10 Sub num. 8. cum ſeqq. adde, quòd ſi eſ-
ſet donatio inter viuos, & valeret, & do-
natarius prædecederet, tunc donans ſi-
mul cum alijs fratribus donatarij fratris
ſuccederet, vt poſt Vinc. de Franch. deciſ.
59. Guid. Pap. deciſ. 147. tenet Muta ad
conſuet. Panhormit. cap. 48. num. 18. Sed
hoc an ſit verum, & qualiter debeat in-
telligi, patet ex dictis d. num. 8. cum ſeqq.
& ex diſcuſſis infra conſi. 40. & 41.

11 Sub num. 10. in fin. adde noſtrum de
Ponte conſi. 117. volum. 2. vbi hoc magis
probat, quando donans eſſet perſona no-
bilis, in qua non ita de facili præſumitur
fraus, & iddem poſt alios affirmat in cõſi.
122. nu. 5. eod. vol. 2.

S V M M A R I V M.

TEſtamentum eſt nullũ, ſi in eo pater relinquat filio legitimam ex fructibus, & ratio traditur. nu. 1. & 2.

Legitima, ſic etiam dos relinqui non poteſt in ſolis fructibus. nu. 2. & 3.

Fructus percepti ex iudicio teſtatoris, an excomputentur in legitimam, vel in dotem? traditur nu. 4.

Pater an poſſit grauare filium reſtituere legitimam, & filiam reſtituere dotem traditur num. 5.

ADDITIONES ad Quæſt. 6.

1 SVb num.2.& ſeqq.adde
teſtamentum eſſe nul-
lum, in quo pater reli-
quit filio legitimam in
ſolo vſufructu. Anchar.
conſi.128.ſi huic Fran-
ciſco nu. 2. Barbat. Iaſ.
Fabian. Roderiq. Suar.& Socin. Iun.quos
probat Menoch. conſi. 882. nu.13.vol.9.
2 ea ratione, † quoniam dum leges mandāt
teſtatori, vt filijs relinquat legitimam de
bonis ſuis, & ſic de corpore, & teſtator
ipſe præceptum legis contendit, nulliter
facit actum,& proinde nec per clauſulam
codicillarem ſuſtinetur, dum illa clauſula
non ſupplet ſubſtantiam teſtamentorum,
ſed tantum ſolemnitatem, vt dixi infra
par. 10. & quia vſusfructus non eſt in bo-
nis teſtatoris, quamuis ex eius bonis pro-
ueniat, ex quo eſt hæredis, vt patet ex hic
diſcuſſis par.3.
3 Subnum.21. Adde,quòd non ſolùm in
legitima,ſed etiam in dote, latiſſimè poſt
alios probat Surd. conſi. 291.nu.20.cum
4 ſeqq. † vt in ea non excomputentur fru-
ctus etiam ex iudicio teſtatoris percepti,
dummodo dos non excedat legitimam,
quia in eo,quod excedit debet fieri excom
5 putatio, & ratio eſt, † quia pater poteſt
grauare filiam ad reſtituendam dotem al-
teri in quantum tamen dos excedit legi-
timam, & non aliter, quoniam in legiti-
ma, & ſic etiam in dote, iuxta quantitatē
legitimæ, pater non poteſt grauamen ap-
ponere, vt docuit Cyn. in l. vnic.§.videa-
mus.in fin.C.de rei vxor.actio.Bart.Bald.
Salycet.Caſtren.Alexan.Cagnol.Mantic.
& alij,quos probat Surd.d.conſi.291. nu.
23.& dixi ſupra part.2.titu. de bon.q.19.
nu.15.etiam in addition.

SVMMARIVM.

PAter an poſſit ſimul cum maſculis inſtituere fœminas hæredes, traditur nu. 1.

Dos de paragio an poſſit abſorbere totam portionem debitam filiæ, vel filiabus, explicatur nu. 2. vt congrua dicatur, inſpicitur tempus dotationis etiam in magnis Dominis. nu. 4.

Legitima vt taxetur, attenditur tempus mortis patris nu. 3. An ei præſumatur renunciatum, ſi pater relinquat filio certam portionem cum onere amplius non petendi, explicatur num. 5. & 6. Quid ſi filius acceptaſſet tale onus? declaratur nu. 7. & 8.

Petere quis non poteſt, cuius contrariū non eſſet petiturus in caſu contrario. nu. 9.

ADDITIONES ad Quæſt. 7.

SVb nu.2.adde poſt alios
Menoch. conſ. 1097.
1 vol. 11. † vt pater, re-
licta legitima filijs poſ-
ſit ad libitum diſpone-
re de bonis ſuis,& con-
ſequenter ſunt clara
hic diſcuſſa, vt dum pater non fraudat ma
ſculos portione illis debita, poteſt etiam
filias æqualare cum maſculis, quod etiam
poſt Andr.in conſtit.Regni in aliquibus,
an illa quæſtione, an pater viuens iure
Longobardo, tenet hic Ioan. Bapt. Lot-
ther.in conſuet. ſi aliquis moriens, in ad-
dit.incip. An ergo poſſit filiam.
Sub num. 5. cum ſeqq. Adde poſt alios
Maſtrill.deciſ.48.& deciſ.107.vbi ſic etiā
2 deciſum refert in illo Regno Siciliæ,† vt
dos de paragio in nuptura poſſit abſorbe-
re totā portionem, tam ſi eſſet vna, quam
ſi eſſent plures filiæ,quia eadem in hoc eſt
ratio, vt condigno nubant,quod reſpicit
decorem totius familiæ;ſi tamen tota por
tio non eſſet neceſſaria, tunc arbitrio bo-
ni viri taxabitur paragium conueniens,
vt decenter nubat: quod etiam probant
alij penes Ioā. Bapt. de Thor. in compēd.
deciſ. Neapolit. in verb. legitima an de-
beatur nepoti.
3 Subnum.7. vt legitima taxetur habito
reſpectu ad bona exiſtentia tempore mor-
tis patris, adde plures, penes prædictum
de Thor. vbi ſupra, & in verb. legitima
competens filijs,latiſſimè etiam poſt alios
Menoch.conſi.1149. vol. 12.
4 Attamen, vt dos dicatur congrua, in-
ſpicitur tempus dotationis,vt hic dictum
eſt, & latiſſimè etiam probat Surd. conſi.
216.num.4. & 5. vol.2. Angel.conſi.223.
caſus talis eſt nu.4. Bald. Menoch.& alij,
quos probat Tuſch. in ſua pract. concluſ.

iur.

Digitized by Google

iur. in verb. legitima. concl. 294. nu. 38. & ſeqq. ſub nu. 10. & ſeqq. & vt dixi nu. 12. etiam procedit in magnis Dominis; nam ſatis eſt; vt mulier nubat cum dote conſueta, & hæc eſt ratio deciſionis, vt etiam hic in dorſo huius quæſtionis in ſuo libro annotauit noſter de Ponte.

Circa ſupplementum legitimæ adde
5 eſſe valdè controuerſam quæſtionem, † ſi pater relinquat filio certam portionem cum onere, vt non poſſit amplius petere de bonis paternis, ſi filius acceptauerit legatum, an poſſit petere ſupplementum legitimæ, & pro filio, vt poſſit ſupplementum petere, tenuit Bald. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. quem ibi ſequuntur Salycet. Caſtren. & Iaſ. & pro hac eadem ſententia ſcripſerunt Anchar. Imol. Aretin. Ruin. Pariſ. Roderiq. Bero. Alex. Benedict. Brun. Lup. Gomez. Natt. Roland. Cephal. Phanut. Guliel. de Cuneo, & 15. alij Doctores, quos refert, & probat Surd. conſi. 45. nu. 53. vol. 1. &
6 conſi. 192. nu. 16. & 17. † qui docent hoc procedere etiam data ſcientia ex parte filij, quia ſciebat ius ſuum duraturum, nec illi in dubium præſumitur renunciaſſe, etiam quia non potuit pater apponere
7 tale onus, & plus affirmant, † & locum habeat, etiam accedente voluntate filij non petēdi amplius, quoniam adhuc præſumitur ſibi reſeruare legitimæ ſupplementum, dum nunquam in generali reuocatione venit legitima, & hæc opinio mihi probatur.

Bene verum eſt, quod idem Surd. in hoc parum ſibi conſtans, contrariam ſententiam defendit conſi. 357. num. 32. vol. 3. & pro ſua opinione citat Bald. in l. 1. colum. penul. num. 34. verſ. item pone filio legatum. C. de iur. fiſc. lib. 10. Benedict. Iaſ. Bero. Curt. iun. Deci. Soc. iun. & plures alios, & primam opinionem dicit
8 eſſe veram, † ſi pater in ſpecie non appoſuit, vt nec legitimæ ſupplementum peteret, quia dum filius legatum ſimpliciter acceptauit cum promiſſione non petendi legitimæ ſupplementum in ſpecie renunciauit ſupplemento legitimæ, & quamuis ſecundum ſe non valeret onus, tamen dum legatarius illud acceptauit, ſibi hoc debet imputare: quæ opinio magnam habet ſubtilitatem, & forſan plures citati pro prima ſententia hoc non negarent, & multi expreſsè dicunt, vt nullo modo noceat filiis talis acceptatio, ſed ad tollendam omnem dubitationem tutius eſſet, vt fieret acceptatio, ſaluis eius iuribus quibuſcunque, ſi tamen hoc non adeſſet, nec filius in ſpecie renūciaſſet expreſsè ſupplemento legitimæ, ſemper verior eſt prima ſententia, vt implicitè non cenſeatur renuntiare iuri ſuo, quia in dubio renunciatio non præſumitur, ſed capitur coniectura contraria ad conſeruationem iuris ſui, vt cernitur ex dictis part. 4. tit. de renunciat. q. 1. & ſæpe alias.

9 Sub num. 13. vt quis petere non poſſit, cuius contrarium in caſu contrario periturus non eſſet, adde Crauet. & alios, quos probat Menoch. conſil. 1175. num. 10. volum. 12.

SVMMARIVM.

Diſpoſitio facta per religioſum ante profeſsionem, vt ſapiat naturam contractus, defendit Auctor, & ſe ipſum ab aliorum calumnia tuetur nu. 1. & 2.

Monaſterium ex perſona ingreſſi habet vſumfructum, ingreſſo debitum, durante eius vita. nu. 3.

Filij infidelium ſtatim poſt conuerſionē conſequuntur legitimam in bonis parentis, qui permanet infidelis. nu. 4.

ADDITIONES ad Quæſt. 8.

1 Svb nu. 16. vt vera ratio, cur diſpoſitio, facta ante profeſsionem, infra duos menſes per illum, qui profeſſionem emittere vellent, ſeruata forma Concilij Triden. ſit ad inſtar contractus, ea ſit, quia omnes DD. docent talem diſpoſitionem eſſe irreuocabilem, non autem ſit ratio, vt profeſſus habeatur pro mortuo in mundo; hæc enim ratio potius ſuaderet, vt ſit ad inſtar diſpoſitionis factæ in vltima voluntate: qualiter autē intelligatur hæc propoſitio, vt profeſſus habeatur pro mortuo in mundo, patet ex dictis par. 2. tit. de perſon. num. 31. & 32. & par. 4. tit. de renunciat. quæſt. 16. & ſeqq.

2 Quòd autem alij dicunt hanc quæſtionem non eſſe neceſſariam, quia eccleſiaſtici non ligantur diſpoſitione harum conſuetudinum, nec benè dicunt, nec ad quæ-

ſitum

ſitùm reſpondent. Nos enim inquirimus, qualiter hæc diſpoſitio iudicari debeat, ſi ad inſtar contractus, vel ad inſtar vltimæ voluntatis, ſiue eccleſiaſtici ligentur, ſiue non ligentur conſuetudinum diſpoſitione, & ſic poſui quæſtionem iſtam ad ſciendam veritatem articuli, etiam quia, dum nouitius diſponit per vltimam voluntatem, tunc non habet locũ diſpoſitio Concilij Tridentini, vt patet ex diſcuſſis in dicto tit. de renunciat. q. 16. num. 36. ergo ſignum eſt, vt renunciationes habeantur ad inſtar contractuum, ſi expreſè non cõſtet de vltima voluntate.

3 Sub num. 27. vt monaſterium ex perſona ingreſſi habeat vſumfructum, durante vita ingreſſi, adde poſt alios Maſtrill. deciſ. 153. nu. 26. lib. 2. & noſtrum de Ponte conſi. 159. nu. 7. & ſeqq. vol. 2. vbi meminit de hic diſcuſſis.

4 Sub nu. 31. & ſeqq. adde, quòd ſi filius parentum infidelium conuerſi eſſent ad fidem, deberetur illis filijs ſtatim legitima in bonis parentum infidelium, ſi ambo parentes permaneant in infidelitate, vel ex bonis illius, qui infidelis permanet: quod a maioritate rationis procedit; ſi enim poſt profeſſionem, à patre emiſſam in Monaſterio, debetur filijs legitima, vel ad minus debentur alimenta congrua, vt dixi d. nu. 31. cum ſeqq. Tantò magis procedit in caſu propoſito, quia ſemper conditio conuerſi ad fidem debet fieri melior, prout in ſpecie probant Ioan. de Anan. in c. Iudæi, il ſecondo, per illum text. extra de Iudæ. Addentes ad Felyn. Brun. & Marquard. quos probat Borgnin. deciſ. 21. num. 11. par. 2. vbi in fine ſic deciſum refert, & quod ita ſeruatur in illo Senatu Fiuizanenſi.

SVMMARIVM.

R Enuncians ſuccedit, mortuis fratribus ſine filijs, & ſic deciſum refertur nu. 1. & 2.

ADDITIONES
ad quæſt. 9.

S Vb num. 1. de renunciatione ſororis, adde etiam de Ponte conſi. 61. nu. 43. & ſeqq. in 1. vol. & vt ſuccedat, mortuis fratribus ſine filijs, vt dixi num. 4. & ſuccedat etiam ad feudum, excluſo fiſco, fundat Affl. in cap. 1. §. quin etiam nu. 3. Epiſcopum, vel Ab-
2 batem, † vbi ſic refert deciſum in cauſa Comitis Mugnani cum Portia Ferramoſca, de qua deciſione poſt Liparul. etiam & Vinc. de Franch. deciſ. 327. meminit Ioan. Bapt. de Thor. in verb. ſoror maritata, & dotata à patre, & in verb. ſoror dotata à patre, vel a fratre, vbi etiã citat Loffred. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Lanar. conſi. 60. num. 46. & ſeqq. de Pont. in ſuo oper. feudal. in rub. de ſucceſſ. feud. lect. 12. nu. 24.

SVMMARIVM.

P Ater ſimpliciter inſtituens filios in portione, illis de iure debita, an voluiſſet etiam fœminas inſtituere, titubauit Ioã. Bapt. Lottber. vt refertur num. 1. Auctor tamen ſine titubatione affirmatiuam ſequitur ſententiam. nu. 2.

Pactum appoſitum in fundatione iuriſpatronatus, ne Epiſcopus poſſit in illo ſe ingerere, non valet. nu. 3.

Agnatus, inſtituens alium agnatum in omni eo, quod de iure illi competit, & aliam perſonam facit ſibi hæredẽ vniuerſalem, qualiter intelligatur inſtitutio, declaratur nu. 4. & 5.

Inſtitutio facta quòad aliquem de certa portione, & quòad aliquem vniuerſaliter, qualiter debeat intelligi, varij recenſentur caſus. nu. 5. cum ſeqq.

Hæres inſtitutus in re certa habebit totam hæreditatem, ſi nullus alius ſit datus hæres, & rationes traduntur. nu. 6. cum ſeqq. Prius adit hæreditatem, & poſtea diſputatur an ſit hæres vniuerſalis, vel particularis. nu. 7. Procedere oſtenditur, etiam ſi teſtator expreſſiſſet, ne poſſet aliud petere, quod explicatur nu. 8.

Hæres inſtitutus, durante eius vita, an ſit hæres perpetuus, explicatur nu. 9. & 10. Quid ſi eſſet datus hæres ad certum tempus, qualiter hæc datio hæredis intelligatur, explicatur num. 11. Quid ſi datus eſſet ſub conditione, traditur nu. 12. & 13. Quid ſi eſſet hæres inſtitutus in re certa, & ad certum

tem-

*tempus, ſeu ſub conditione, donec fi-
lij naſcantur, traditur num. 14.*
*Agnatus non poteſt præiudicare alijs
agnatis in medietate eis debita ſecun-
dùm noſtras conſuetudines, vel in por
tionibus feudorum, quod explicatur
num. 16.*

ADDITIONES
ad Quæſt. 10.

SVb num. 4. de deciſione
facta in cauſa cuiuſdã
Surrentinæ meminit
Ioan. Bapt. Lotther. in
conſuet. ſi moriatur fo.
1 17. ibi † (Item ſi pater
inſtituit filios in eo, qđ
de iure eis debetur, tunc videtur inſtituiſ-
ſe etiam fœminas in portione eis debita
de iure communi, non autem in dote de-
bita vigore huius conſuetudinis, quod cũ
retulit ſe ad ius, intelligitur de iure com-
muni, quod eſt dignius, ita ſimpliciter vo
luit Bald. in l. quicunque. C. de ſeru. fugit.
de cuius auitate videas plenè per Felyn.
1. diſt. cap. ius naturale, & Moder. in trac.
de ſtatut. quòd ſtantibus maſculis, fœmi-
na non ſuccedit. car. 5. & cõtra hoc dictũ
Baldi fuit pronunciatum in Sacro Regio
Conſ. in cauſa cuiuſdam Surrentinæ, ſu-
per quo vide Petr. de Anchar. in cap. cano
num ſtatuta. de conſtit. ad car. 43. verſ. &
2 eſt ſimilis quæſtio.) hæc ille, † qui videtur
titubare hic de hac ſententia, ſed loca in-
ferius citando noſtram tuetur ſententiã:
quam opinionem probat etiam de Ponte
in tract. de poteſt. Proreg. tit. 9. in princip.
nu. 6. de quo meminit Ioã. Bapt. de Thor.
in dicto eius compẽd. in verb. filia, quam-
uis inſtitui. Et eſt etiam ratio, quia nec ex-
preſsè poteſt derogare conſuetudini, vt
dixi nu. 5. & 6. & probat etiam Alex. in l.
hæredes mei. § cum ita. ff. ad Trebell. de
quo meminit idem Lotther. in conſuet. ſi
aliquis moriens, in addit. incip. quæro de
pulchra quæſtione.
3 Sub num. 7. & ſeqq. adde, quòd nec etiã
valeret pactum appoſitum in fundatione
Iuriſpatronatus, videlicet ne Epiſcopus
poſſit in eo ſe ingerere, quia ex iuriſdiſpo
ſitione hoc pertinet ad Epiſcopum, & ſic
patronus non poteſt ponere contrarium,
vt poſt Abbatem, & alios probat Rocch.
de Curte in tract. de iurepatronat. part. 1.
in verb. pro eo. nu. 25. & 26. Couarru. in
tract. de ſponſal. par. 2. cap. 3. § 1. in fi.
4 Ex diſcuſſis in hac quæſtione deciſa re-
manet alia quæſtio, videlicet, ſi teſtator
inſtituiſſet ſibi hæredes eius agnatos in
omni eo, quod de iure illis cõpetit; dein-
de aliam perſonam extraneam feciſſet ſi-
bi hæredem vniuerſalem, veluti, Eccleſiã,
vel aliquam aliam perſonam; tunc agnati
cenſentur particulariter inſtituti in por-
tione, illis debita ſecundùm has conſue-
tudines: illa verò perſona extranea eſſet
vniuerſaliter inſtituta in omnibus alijs
bonis, ex regula tex. in l. quoties. C. de hæ-
redib. inſtit. vbi omnes: quam materiam
latiſſime examinat poſt alios Menoch.
conſi. 224. nu. 52. vol. 3. conſi. 483. per tot.
& cõſi. 429. nu. 14. vol. 5. de Frãch. deciſ.
554. par. 4. vbi ex regula eiuſdem tex. dicit
ſe, tanq̃ arbitrũ iudicaſſe infraſcriptum
5 caſum, videlicet, † Annibal Piſciotta
V. I. D. fecit ſibi duos nepotes hæredes,
nempè Iulium Cæſarem, & Scipionem;
vnum in ducatis quindecim mille, alterũ
verò in ducatis decem mille, nullum ta-
men fecit ſibi hæredem vniuerſalem, iu-
dicauit, inquam, ex regula tex. in d. l. quo-
ties. § ſi duo, & ex alijs pluribus, vt, detra-
ctis prius dictis quantitatibus, in quibus
cenſentur legatarij, in toto alio patrimo-
nio ſuccederent æqualiter.
Cùm igitur mentio facta fuerit de in-
ſtitutione particulari, recenſendi ſunt ad
eius declarationem ſequentes caſus, quos
poſt alios recolligit Surd. conſi. 439. num.
6 19. & ſeqq. vol. 3. Primus eſt, † quando
teſtator in re certa inſtituit ſibi hæredem,
& poſt mortem illius, inſtituit ſibi alium
hęredem vniuerſalem, tunc hæres inſtitu-
tus in illa re certa habebit totam hæredi-
tatem per ius accreſcendi, & ſic, detracta
mentione certarum rerum, fit hæres vni-
uerſalis. d. l. quoties, vbi omnes l. 1. § ſi ex
fundo. ff. de hæredib. inſtit. vbi glo. & om-
nes, Socin. Gomeſ. Craſſ. Decian. & alij,
quos probat Surd. d. num. 19. & ratio eſt,
ne aliquis decederet pro parte teſtatus, &
7 pro parte inteſtatus, & hinc eſt, † vt hęres
inſtitutus in re certa, poſſit adire totam
hæreditatem, & poſtea diſceptabitur, an
ſit hæres particularis, vel vniuerſalis, vt
poſt Barto. Alex. & alios ſcripſit Mantic.
lib. 4. de coniect. vltim. volun. tit. 5. art. 7.
nu. 15. Menoch. conſi. 124. nu. 35. & 52.
qui optimè notat hoc expreſsè colligi ex
tex. in d. l. quoties; & in d. l. 1. § ſi ex fun-
do, ex quo, detracta mentione rei particu-
laris,

laris, totam hæreditatem capit; ſubdens
ex doctrina Dyni in l. ſi quis ita hæres in-
ſtituatur. §. legitimis, vbi Bald. ff. de hære-
dibus inſtit. Salycet. Roman. Imol. Capr.
8 Curt. iun. Anchar. Iaſ. & aliorum, † vt hoc
locum habeat, etiam ſi teſtator feciſſet il-
lum hęredem in illa re particulari, & ex-
preſsè mandaſſet, vt nihil aliud capere
poſſet de hęreditate ipſius teſtatoris, ad-
huc enim totam capit hęreditatem, & ra-
tio eſt, quia dum teſtator vult illum eſſe
hæredem, vtique per naceſſariam conſe-
quentiam vult illum eſſe hæredem ſecun-
dum diſpoſitionem iuris, nec teſtator fa-
cere poteſt, quin diſpoſitio iuris locum
habeat in ſuo teſtamento, vt eſt axioma
vulgatum; & ſic rem certam habet hęres
ex voluntate teſtatoris, reliquum vero hę-
reditatis habet ex iuris diſpoſitione, &
per neceſſariam conſequentiam volunta-
tis teſtatoris, vt ex dictis cernitur.

9 Secūdus caſus, ſi vnus ſit inſtitutus hæ-
res, durāte eiūs vita, & alter ſit inſtitutus
poſt eius mortem, tunc inſtitutus in vita
eſt hæres perpetuus, cum onere tamen
reſtituēdi bona hæredi inſtituto poſt eius
mortem, ita Bald. in l. hæreditas ex die. ff.
de hęredib. inſtitu. Angel. Salycet. Imol.
Alex. Peregrin. & alij, quos probat Surd.
d. conſi. 439. nu. 22. & alij, & hoc eſt ma-
nifeſtum, quia ſicut non poteſt decedere
quis pro parte rei, ita nec pro parte tem-
poris poteſt inquam decedere pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus.

10 Tertius caſus eſt, quando teſtator fecit
aliquem ſibi hæredem, durante eius vita,
vel donec vixerit, & nullum alium ſibi fe-
cit hęredem, tunc detrahitur illa condi-
tio, donec vixerit, & fit hęres vniuerſalis
omni tempore, & in omnibus bonis, ita
ex tex. in d. l. 1. §. ſi ex fundo, & in d. l. quo-
ties. §. ſi duo. probant Bart. in d. l. hæredi-
tas ex die, vbi Bald. num. 2. Imol. Mantic.
Craſſ. Gomeſ. Peregrin. & alij, quos ſequi-
tur Surd. vbi ſupra num. 21. Fabius Tur-
retta in tract. de clauſul. codicill. q. 117. &
128. & rationes sūt eædē, prout in primo,
& ſecundo caſu. Verùm ſi teſtator mādaſ-
ſet contrarium, vt ſolùm ſit hęres, duran-
te eius vita, tunc enim poſt mortem inſti-
tuti ſuccederent venientes ab inteſtato,
quos, cenſeretur teſtator in illo caſu ſibi
feciſſe hæredes, vt latius poſt alios fundat
Turrett. d. quæſt. 128. & ſic nec pro parte
rei, nec pro parte temporis decederet te-
ſtatus, & inteſtatus.

11 Quartus caſus eſt, quando ſibi fecit hę-
redem vniuerſalem ad certum tempus pu
ta per annum, & poſt annum fecerit aliū
ſibi hæredem vniuerſalē, tunc ſecundùm
veriorem ſententiā primus hęres eſt vni-
uerſaliter hęres, & præſumitur grauatus
reſtituere hęreditatem illi tali, poſt tem-
pus vnius anni, ita Bald. in d. l. hęrtditas
ex die, vbi Imol. Corne & Areti. ſic etiam
Martin. Angel. Caſtr. Dec. Parit. Peregri.
Craſſ. & Gomeſ. quos probat Surd. d. cōſi.
439. nu. 20. quamuis Bart. in d. l. hæredi-
tas ex die. tenuerit, vt ſint ambo hæredes
ex parte, contra eum tamen eſt receptior
ſententia ex rationibus aſſignatis in ſe-
cundo caſu.

12 Quintus eſt caſus, ſi aliquis ſit hęres in-
ſtitutus ſub conditione, ſiue poteſtatiua,
ſiue caſuali, vel mixta, & nullus alius ſit
datus hęres vniuerſalis, vel in re certa; tūc,
hic talis non erit verè hęres, pēdēte cōdi-
tione: hæc enim ſuſpendit actum, ne poſ-
ſit adire hæreditatem, ſed de iure Præto-
rio poteſt petere bonorum poſſeſſionem,
per quā licèt non habeat ius hæreditatis,
nec dominium illius, habebit tamen nudā
detentationem, & erit tanquam curato
datus hęreditati iacenti, &c. donec illa
conditio purificetur. l. 2. §. ſi ſub conditio-
ne. ff. de bonor. poſſeſ. ſecund. tabul. l. filijs
matrem. C. de inoffic. teſtam. glo. Bar. Go-
meſ. & alij plures, quos etiā probat Surd.
13 loco cit. nu. 24. & ſeq. † Attamen ſi pro
parte eſſet hæres inſtitutus purè, & pro
parte ſub cōditione, efficietur vniuerſali-
ter hæres purè. l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de
hęred. inſtit. niſi in illa portione ei relicta
ſub conditione fuiſſet datus ſubſtitutus;
tunc enim expectabitur euentus condi-
tionis. Si verò vnus eſſet ſub conditione,
& alter hęres purè, iam dixi ſupra part. 2.
tit. de bonis. q. 20. num. 6.

14 Sextus caſus eſt, ſi aliquis ſit hæres in-
ſtitutus in re certa, & ad certum tempus,
ſeu ſub conditione, donec filij ipſius, vel
alterius naſcantur, quoniam inſtitutio fi-
liorum naſciturorum eſt conditionalis,
nempè, ſi filij naſcantur l. 1. §. ineſt autem
ff. de condit. & demonſtr. Socin. Anchar.
Alciat. Cephal. & alij innumeri, quos
probat Surd. vbi ſupra, qui omnes docent,
vt hæres ille in re certa inſtitutus non ha-
beat totam hæreditatem, quoniam dum
adeſt ſpes naſcendorum filiorum, volun-
tas teſtatoris ſtat in pendenti, donec filij
naſcantur, & in ſpecie pro hac opinione
citat

citat Roman. conſi. 134. nu. 6. in fin. Pariſ. Gabr. Menoch. & Molin. quos tamen ſequitur num. 31. cum ſeqq. vbi contraria ſoluit.

15 Verùm in hoc caſu contrariam ſequor ſententiam, etiam quia Doctores, quos citat Surdus pro ſua opinione, ſolum loquuutur in caſu, quando filij naſcituri tãtùm ſunt hæredes inſtituti; tunc interim voluntas teſtatoris ſtat in pẽdenti, donec filij naſcantur; & in hoc caſu DD. benè loquuntur, quia interim dabitur curator hæreditati iacenti, & ſic hæc deciſio non adaptatur ad hunc caſum, & proinde ſicut hæres inſtitutus in re certa habet totam hæreditatem, ita eueniet in hoc caſu: nam illa conditio ſolùm facit, vt, dum fuerit adimpleta, tunc hæres inſtitutus pro parte reſtituet reliquum hæreditatis illis filijs poſtea natis vna cum fructibus, vt patet ex dictis in alleg. quæſt. 20. nu. 6. & cum hac ratione ceſſant omnia motiua ipſius Surdi, & conſequenter, ſi conditio non purificabitur, remanent omnia bona penes dictum hæredem, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & hæc mihi videtur veritas.

16 Vltimò notandum eſt, vt in medietate nõ poſſit agnatus præiudicare alijs agnatis, vt plus vni, quàm alijs relinquat, vt expreſſis verbis cõſuetudines diſponunt, quoniam pro æquis portionibus eſt acquiſitum ius omnibus agnatis, prout etiam dicitur in portionibus feudi; ſi enim feudum ad plures agnatos (vbi ſeruatur ius commune feudorum,) vel ex forma inueſtituræ pertineret, non poſſet agnatus totum feudum vni ex agnatis relinquere; & ſi relinquat non valet diſpoſitio, niſi pro parte ſpectante ad dictum agnatum, ex eadem ratione, ita Bald. in c. 1. §. hoc quoq; col. vlt. verſ. ſeptima concluſio. de cõceſſ. feud. Præpoſ. Fely. Zaſi. Ruin. Brun. & Iacobin. quos probat Menoch. conſil. 211. nu. 142. & 143. vol. 3.

SVMMARIVM.

MVlier, tranſiens ad ſecundas nuptias, non poteſt plus dare vitrico, quàm vni ex filijs primi matrimonij. nu. 1.

Educatio filiorum an ſit concedenda patri, vel matri tranſeunti ad ſecundas nuptias, traditur nu. 2. An ſit facienda penes illum, quem pupillus elegerit, explicatur nu. 3.

Pater relinquens vxori aliquam pecuniarum quantitatem, vt illam diſtribuat inter filios, qualiter teneatur illa bona diſtribuere, latiſſimè explicatur nu. 4. & 5. Si moriatur ab inteſtato, qualiter tunc filij ſuccedunt, traditur nu. 6. cum ſeqq.

Filij inobedientes parentibus bona æterna amittunt, & bonis temporalibus priuari poſſunt. nu. 5.

Cautela quænam ſit, vt filij poſt mortem patris ſint obedientes matri, traditur num. 4. & 5. Vbi varij caſus recenſentur.

Bona relicta per teſtatorem diuidenda inter aliquos, vel inter omnes de familia, ſiue inter filios, qualiter diuidi debeant, & an diuidere debens poſſit vni ex familia omnia bona aſſignare, varij recenſentur caſus. num. 7. cum ſeqq.

Eligere, vel diuidere debens bona inter aliquos de familia, quod ius habere dicatur in diſtributione dictorum bonorum, traditur nu. 7. cum ſeqq.

Primogenitus quando cenſeatur vocatus ad bona, quæ pater alicui diſtribuenda reliquit inter filios, explicatur nu. 10. 11. 12. 14. & 16.

Familia diu conſeruari nequeunt ſine diuitijs. nu. 11.

Patrimonia etiam ampliſſima deſtruuntur per diuiſiones, & melius conſeruantur penes vnum de familia. num. 12. & 13.

Teſtator mandans eius bona eſſe ſubiecta maioratui, cenſetur ad illa bona vocare primogenitum tantùm, & rationes traduntur nu. 14. cum ſeqq.

Faciens actum præſumitur ſe conformare legibus de illo loquentibus. num. 15.

ADDITIONES
ad Quæſt. 11.

1 SVb nu. 4. vt mulier tranſiens ad ſecundas nuptias non poſſit plus donare vitrico, quàm vni ex filijs primi matrimonij, adde poſt alios Vinc. de Franch. deciſ. 666. ſub nu. 5. Maſtrill. deciſ. 175. nu. 16.

P Sub

2 Sub num. 17. cum ſeqq. de educatione
filiorum, vt non ſint educandi penes matrem,
& vitricum, adde poſt alios noſtrũ
de Pont. conſi. 93. nu. 21. cum ſeqq. vol. 2.
& in facti contingentia Sacrum Conſiliũ
iudicauit contra matrem, & vitricum,
vt refert Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo compen.
in verb. filij an ſint educandi, & in
verb. pupilla, & in verb. pupilli educatio.

3 Adde etiam, quòd, ſi puer eſſet proximus
pubertati, vt quia excederet duodecimum
annum, & peteret educari penes
aliquem, Iudex regulariter tenetur aſſentiri
tali petitioni, vt poſt Alberic. in l. fin.
C. de contrario Iudi. tutel. latè Caualcan.
in tract. de tutor. & curat. num. 308. poſt
alios Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 13.
num. 5. & ita fuit deciſum die 26. Martij
1611. in Sacro Conſilio, ad relationem
Conſiliarij de Georgio: cùm enim Matthæus
de Fiore eſſet duodecim annorum,
& petijſſet educari penes Doctorẽ Aloyſium
Antonium Battimellum, eius auunculum,
fuit id ei conceſſum, tanto magis,
quia penes dictum Doctorem educabatur
alius frater maior dicti Matthæi: nam
Doctores maximum commodum conſiderant,
quando frater maior educatur cũ
maiore, vt poſt alios Menoch. lib. 2. de
arbitr. iud. caſ. 168. in princ. & num. 17.
Secus verò ſi Iudex percipiat, vt talis petitio
non ſit vtilis pupillo, vt patet ex dictis
hic nu. 17. cum ſeqq.

4 Ex dictis hic etiam notandum eſt, quòd
ſi pater aliquam pecuniarum quantitatẽ
reliquiſſet vxori, vt illam diſtribueret inter
filios, nec tamen addidiſſet æqualiter,
poſſet mater etiam inæqualiter illam diſtribuere
inter illos, vt latiſſimè fundat
Surd. conſi. 29. 1. vol. tum quia habens licentiam
diſponendi, & alienandi, illam
cenſetur habere liberam, & nullis regulis
limitatam. §. nobis igitur. Auth. de reſtit.
fideic. cum alijs d. cõſi. 29. nu. 8. cumulatis
tum etiam qm̃ habens facultatem diſtribuendi
bona inter illos de familia, ſufficit
vt ea relinquat cuilibet de familia, etiam
in gradu remotiori. l. filiusfam. §. pater. l.
peto. §. fratre, & l. vnum ex familia. §. 1. ff.
de lega. 2. gloſ. Caſtr. Tiraq. & alij plures;
quos probat Surd. d. conſi. 29. nu. 6. & 7.

5 † & hoc facit ad cautelam pater, vt filij
ſint obedientes matri, & multoties hoc
expreſsè dicunt: ſint ergo cauti filij, ne
matribus ſint inobedientes; nam etiam
bonis temporalibus priuari poſſunt, vltra
quod amittunt bona æterna, & citò
morientur, vide quæ dixi ſupra par. 2. tit.
de bon. q. 22. in addit. quòd dum hæc mater
diſponit de omnibus bonis ſuis in beneficium
alterius, etiam bona habita a viro
cum poteſtate diſponendi ad libitum,
ad illum talem perueniunt.

6 Quæſtio tamen eſt non modica, ſi mater,
vel aliquis alius talem habeat poteſtatem
a teſtatore diuidendi bona ſua, vel
aliqua ex illis inter filios, ſiue vni danda,
prout inter viuos, vel in vltima voluntate
ſibi placuerit, & mater ipſa deceſſerit ab
inteſtato, nulla facta declaratione quòad
diſtributionem dictorum bonorum; quiſnam
ad illa bona ſuccedat; an vnus tãtùm
ex filijs, vel omnes æqualiter, & quoniã
de hac quæſtione multa cõſilia egit. Surd.
vt eſt videre conſi. 369. conſi. 375. & alibi
vol. 3. ideo aliquos caſus annotare libet
pro huius quæſtionis reſolutione, nam
aliqua dixi etiã infra par. 4. q. 23. circa fi.

7 † Primus igitur caſus eſt, quando teſtator
ad omnes filios, ſiue ad omnes proximiores
de familia habuiſſet affectum, vt quia
hoc expreſsè dixit, vel ſaltẽ nõ appareat
contrarium de eius voluntate, & tunc ſi
debens eligere, & declarare perſonam illam,
non elegit; omnes filij, ſiue omnes de
familia, in eodem gradu exiſtentes, ſuccedunt
ad dicta bona, quoniam ſicut affectio
eſt æqualis quòad omnes, ſic etiam omnes
æqualiter præſumuntur vocati, ita procedunt
tex. in l. vnũ ex familia. §. rogo. l. cùm
pater. §. hæreditatem, & §. rogo. l. ſi quis
Titio. §. fin. ff. de legat. 2. vbi communiter
omnes, & plures aliæ leges, & Doctorum
auctoritates, quas ferè in vnum collegit
Surd. in conſilijs citatis, præcipuè d. conſ.
375. nu. 3. & nu. 23. §. tertium quoque, &
de hoc non poteſt ſubſiſtenter dubitari,
itaque tranſeo ad alios caſus.

8 Secundus igitur caſus eſt, quando bona
non erant diuidenda inter filios, ſed inter
illos de familia, & tempore mortis
eius, qui habebant facultatem eligendi
aliqui tantùm ex familia erant nati, aliqui
verò erant concepti, ſed in vtero, &
nati ſunt poſt mortem illius: alij verò cõcepti
ſunt, & nati poſt mortem illius, &
in hoc caſu ſolùm ſuccedunt ad illa bona
illi, qui nati erant tempore mortis eius,
qui debebat bona illa diſtribuere, ſic probat
tex. in l. 1. §. ſciendum. l. Titius, & l. itẽ
prætor. ff. de ſuis, & legitim. hæred. Bart.
Bald. Ioan. Fab. Gomeſ. Tiraquell. Rolãd.

& alij

&alij innumeri, quos etiã probat Surd.
d.conſi. 375. num. 20.& in ſimilibus poſt
alios hoc iddem probat Menoch. conſi.
1119.nu.15.& ſeqq.vol.12.
9 Nec deeſt ratio, quoniam dum in vita,
vel in morte debebat eligere, & morte
ipſius terminata fuit electio,& fuit ius ac-
quiſitum illis de familia, quibus tunc tem
poris dirigebatur æqualiter affectio teſta-
toris, ita illi tantum, non autem nondũ
nati ad illa bona ſuccedunt.
10 Tertius caſus eſt, ſi expreſsè teſtator vo
luit in ſingulari, vt vnus tantùm eligere-
tur de filijs ſuis, vel de eius familia, & in
hoc caſu q̃a præſumitur teſtator habuiſ-
ſe affectionem ad primogenitos tantùm,
ideò ſolus primogenitus tunc ſuccedit,
excluſis alijs, & præcipuè hoc locum ha-
bet, ſi pluries repetijſſet, vt vnus tantùm
eligeretur, vel inſtitueretur in dictis bo-
nis, ita Socin. in d.l. quoties.ff. de reb.dub.
Crauet. Natt. Burſat. Roland. Bec.& alij,
quos refert, & probat Surd. d. conſi. 375.
nu.10.cum ſeqq. Qui omnes dicunt hoc
eò fortius locum habere, ſi voluit bona
ſua cõſeruanda eſſe in familia, tunc enim
magis enixè præſumitur eſſe teſtatoris vo
luntas, vt vnus tantùm eligatur de fami-
lia, nempè ſolus primogenitus, & alij ni-
hil habeant, quoniã, vt dixi par. 1. cap. 5.
11 nu. 13. † familia diu conſeruari nequit ſi-
ne diuitijs: dignitatis enim decus, ac ſplẽ-
dor familiæ defenditur, ſubſtinetur, &
propagatur per diuitias. Alex. conſi. 52.
nu. 4. vol. 4. Socin. Iaſ. Bero. Pariſ. Socin.
iun.& alij, quos probat Surd. dict. conſil.
375. num. 14.
12 Et vt hęc omnia commodius fieri va-
leant, & perpetuò fiant, bona peruenire
13 debẽt ad vnum ex familia, † quia per di-
uiſionem etiam ampliſſima corrumpun-
tur, & deſtruuntur patrimonia, cap. ex
literis, de pignor. Hoſtien. Ioan. And. So-
cin. Molin.& alij, quos probat Surd. lo-
co cita. num. 13. & quoniam hoc patet ad
ſenſum, non cumulo alios DD.
14 Hoc eò magis locũ habere debet, quan-
do illa bona voluiſſet teſtator eſſe ſubiecta
maioratui, quoniam de maioratus natura
eſt, vt primogenitus tantùm ad illum ſuc-
cedat, vt eſt notiſſimum; & proinde teſta-
tor per neceſſariam conſequentiam præ-
ſumitur mandare, vt vnus ſolùm eligatur
ſic probat Molin. lib. 2. de primogen. Hi-
ſpan. cap. 4. nu. 45.& 54. Imol. Guid. Pap.
Peralta, & alij, quos probat Surd. d. conſi.
375. nu. 25. & 26. qui omnes probant, vt
ex neceſſaria voluntate teſtatoris in hoc
caſu vnus tantùm, & ſic primogenitus
tantùm ad illa bona ſuccedat, non autem
15 omnes, & hoc probant illa ratione, † quo-
niã vnuſquiſque faciens aliquem actum,
præſumitur ſe conformare legibus, de illo
actu loquentibus. l. ſi duo, vbi glo. Bald. &
alij.ff. de acquir. hæred. Surd. d. conſi. 375.
nu. 26.& latiſſimè conſi. 198. nu. 10. cum
16 ſeqq. volum. 2. † Hoc iddem eſſet, ſi teſta-
tor mandaſſet, vt nominandus ab ipſo hę-
rede, deberet portare arma, & inſignia fa-
miliæ ipſius, & aſſumere nomen eiuſdem
familiæ, & ſucceſſiuè ſolus primogenitus
tunc admittitur, ita Guid. Pap. deciſ. 467.
Gulielm. de Benedict. Tiraquell. Mantic.
Molin. Burſat. Decian. & alij, quos pro-
bat Surd. d. conſi. 375. nu. 17. & ſeqq. nam
quoties vnus tantùm vocatur ad aliqua
bona, tunc clarum eſt, vt ſolus primoge-
nitus admittatur, vt poſt Ioan. Andr. &
Aret. probat Roderiq. in l. quoniam in
prioribus. ampliat. 10. nu. 26. C. de inoffic.
teſtam. Guid. Pap. Menoch. Burſat. & alij,
quos probat Surd. d. conſi. 375. nu. 16. ad
quem me remitto pro reliquis in hac con
trouerſia, hæc enim pauca ſolùm annota-
re volui pro declaratione eorum, quæ in
hac quęſtione diſcuſſa ſunt; videbantur
enim neceſſaria.

SVMMARIVM.

STatutum, corrigens. l. hac edictali. C. de ſecũ. nupt. vt maritus habeat medietatem dotium, in dubio intelligitur, dummodo filij habeant tantundem in bonis matris, & ſic deciſum refertur, niſi ſtatutum expreſſè mandet contrarium. nu. 1. 2. & 3.

Text. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. poteſt corrigi per ſtatutum, quod declaratur nu. 1. 2. & 3.

Legitima filiorum primi matrimonij tollitur per ſtatutũ corrigens. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. quod declaratur nu. 4.

Filij ſecundi matrimonij an poſſint plus habere de bonis maternis, quàm filij primi matrimonij, traditur nu. 5.

ADDITIONES ad Quæſt. 12.

1 ADde etiam, quòd plus
DD.dicunt, vt, quando
per aliquod ſtatutum
ſanciretur, vt, deceden-
te vxore ſine filijs ex ſe-
cũdo matrimonio, & cũ
filijs ex primo matrimo
nio, ſecundus vir lucretur medietatem
dotis, in dubio ſtatutum illud debet intel-
ligi, dummodo filij ex primo matrimonio
habeant tãtundem ex bonis extra dotem
ipſorum matris, quoniam in dubio nun-
quam præſumitur derogatum diſpoſitio-
ni.l.hac edictali, ita Zuccard.conſi.43. nu.
22.& ſeqq.Gabr.conſi.13.num.33.vol.2.
Theſaur. deciſ. 144. nu. 3. vbi innumeros
2 cumulat, † & ſic pluries deciſum refert in
illo Senatu, de quibus meminit Surd.cõſi.
401.nu.11.vol.3.vbi nu.30. & ſeqq. pro-
bat, vt ante omnia filius deducat legiti-
mam, & poſtea fiat diuiſio dotis cum vi-
3 trico. † Si verò expreſsè per ſtatutum eſ-
ſet correcta d.l. hac edictali, & ſecundus
vir medietatem, vel aliquam partem, vel
totam dotem deberet habere, tunc ex por
tione debita viro, non deducitur legitima
filiorum primi matrimonij, ita Curt.iun.
in Authen.præterea.nu.17.C.vnd.vir. &
vxor. Dec. Natt. Roland. Bellon. Phanut.
Crauett.& alij, quos probat Surd. d.conſ.
401.nu.25.& ſeqq. Quoniam hoc ſtatutũ
validum, & iuſtum eſt, vt mulier virũ in-
4 ueniat, vt dixi par. 6. q. 8.in addit. † ideò
per illud poteſt minui legitima filiorum,
etiam quia illam habere poſſunt ex alijs
bonis matris, & ſi nihil aliud mater habe-
ret, tolleretur legitima in conſequentiam
& magis attenditur vtilitas publica, vt
mulier nubat, &c. & hoc modo Surd.loco
cit. nu. 30. & ſeqq.concordat diſsidentes
opiniones in deductione legitimæ filiorũ
primi matrimonij.

Inſuper ipſemet Surd.poſt alios plures,
5 quos cumulat conſi.426.vol.3. tenet, † vt
filij ſecundi matrimonij tunc habeant
medietatẽ præcipuam ex perſona patris,
quia ex diſpoſitione ſtatuti illam haberẽt:
in alia vero medietate ſuccedãt ſimul pro
æquali portione cum filijs primi matri-
monij, quod omitto, & patere poteſt re-
ſolutio ex dictis par.4.q.60.cum ſeqq. Vi-
de addita infra q.20.

Ad quæſt.13.& 14.nihil occurrit, nec etiam ad quæſt. 15.

SVMMARIVM.

Pater cogi poteſt per ſtatutum ſoluere legitimã pro filio delinquente, quamuis tale ſtatutum ſit odioſum, & iniquũ. nu.1.& 2.

Statutum, vt pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, an valeat? nu.2.& 4. An extendatur ad Auum pro delicto nepotis, traditur nu.3.

Iniuria verbalis non dicitur committi, ſi verba nõ ſint iniurioſa, & adſit animus iniuriandi, quod etiam procedit reſpectu principis, quod explicatur num.5.

Dos data ab auo nepti, an imputetur patri in legitimam. nu. 6.

ADDITIONES ad Quæſt.16.

1 ADea, quæ dicta ſunt hic
nu.7.vt pater teneatur
ſoluere fiſco legitimam
filij delinquentis, ſi id
ex forma ſtatuti inue-
2 niatur diſpoſitũ, † ad-
de tale ſtatutum non
ſolùm eſſe contra ius commune, & conſe-
quenter odioſum, & reſtringendum, ſed à
multis vocari iniquum, iniuſtum, & nul-
lum tanquam tirannicum, ita poſt Cyn.
& Bald.in l.ſi qua pœna.ff.de his, qui ſunt
ſui, vel alien.iur. Fabian. Cucc. Surd. &
alios probat Menoch.conſi.1192.nu. 16.
cum ſeqq.vol.12.affirmans, vt propterea
tale ſtatutum non extendatur de vna per-
ſona ad aliam, etiam ſi adeſſet eadem, vel
maior ratio; & ideò ſi ſtatutum mandet,
3 † vt pater teneatur ſoluere legitimã filij,
non extendatur ad auum, vt ipſe teneatur
ſoluere legitimam pro nepote delinquen-
te, quamuis auus veniat appellatione pa-
tris, quia ſumus in correctorijs iuris com-
munis, & ideò ſtatutum intelligitur in
caſu expreſſo tantum; quod optimè pro-
ſequitur in toto ferè illo conſilio, vbi &
veteres, & recentiores cumulat Auctores.
4 Ne tamẽ aliquis in verbis me carpiat,
vt contra Principes audeam loqui, dicen-
do eorum ſtatuta eſſe quoad hoc iniqua,

& tyrannica, prout multi alij notati fue-
runt: eſt aduertendum me in hoc non
habuiſſe intentionem aliquam iniurian-
di, ſed ſolùm referre, quod alij de ſimili-
bus ſtatutis dicunt: & dum de facto fiunt,
5 in quonam caſu locum habeāt? † vt enim
iniuria locum habeat, verba debent eſſe
iniurioſa, & animo iniuriandi prolata,
nec primum illorum ſatis eſt, dum eſt in-
iuria verbalis, vt de verbis prolatis cōtra
Principem ſcripſerunt Deci. conſi. 256.
Ruin. conſi. 145. nu. 11. in fin. vol. 5. poſt
alios Menoch. conſ. 1197. toto vol. 12. vbi
ad ſaturitatem, & proinde potius animo
cōſulendi illos, ne ſimilia ſtatuta faciant,
dixi, quam ob alium finem, vt num. præ-
cedenti etiam notatum eſt, de quo ſtatuto
ſatis etiam tractat Muta ad conſuetu. Pa-
nhorm. cap 43. nu. 58. & cap. 47. nu. 132.
& ſeqq.

Ad quæſtionem 17. nihil occurrit
addendum.

Ad quæſtionem 18. num. 4. in fin. adde
poſt Alex. Crauett. & alios Menoch. conſ.
6 1018. nu. 4. & ſeqq. vol. 11. † vt ſit verum,
ſi pater erat diues, & auus dotaſſet neptē,
quia eò magis per affectionem dotata cen
ſetur, quam materiam etiā latiſſimè exa-
minat Surd. conſi. 361. nu. 31. vol. 3. vt ſi
pater eſſet pauper, cenſeretur neptis do-
tata contemplatione patris.

SVMMARIVM.

REſtitutio rei vnà cū fructibus quando fieri debeat, explicatur nu. 1. & ſeqq.

Fructus induſtriales an ſint reſtituendi vnà cū re in vtroque foro, traditur nu. 2.

Locupletior quando præſumatur factus poſſeſſor ex fructibus induſtrialibus, traditur nu. 3. & 4.

Poſſeſſor bonæ fidei an præſumatur factus locupletior ex fructibus rei, traditur num. 3. & 4.

Poſſeſſor malæ fidei dicitur, qui contra iura mercatur, & tenetur rem cum fructibus reſtituere. nu. 5.

ADDITIONES
ad quæſt. 19.

1 SVb nu. 5. adde eundem
Surd. conſi. 115. nu. 11.
vol. 1. vt fiat reſtitutio
rei vnà cum fructibus,
quando aliquis merca-
tur contra legem, &
num regula tradita nu.
9. & ſeqq. de fructibus perceptis ex melio-
rationibus procedat, dixi infra de pi-
gnor. vbi opportunius hoc cadit.

Verùm dum ſermo accidit de fructuū
2 reſtitutione, quòd, † ſi quæſtio eſſet ſuper
petitione fructuum induſtrialium, tunc
ſunt reſtituendi fructus, quibus talis
poſſeſſor factus fuerit locupletior, vt in
foro conſcientiæ notant Auctores nume-
rati num. 11. & in foro exteriori probant
Barto. Angel. Alex. & plures alij, quos re-
cenſet, & ſequitur Menoch. in tracta. de
recuperan. poſſeſſ. remed. 15. num. 598. &
3 conſi. 1173. num. 11. vol. 12. † Sola tamen
quæſtio eſt, an hoc in dubio præſumatur,
& quod in dubio præſumatur poſſeſſor
ille factus locupletior ex fructibus illis in-
duſtrialibus, docuit Angel. in l. vtrum
in prima gloſ. ff. de petit. hæred. Roman.
Pileus, Ancharan. Alexan. Corn. Crot. So-
cin. ſen. Ruin. Gozad. Socin. iun. Gabr. &
Surd. conſi. 293. num. 14. lib. 2. quos recen
4 ſet Menoch. d. conſi. 1173. num. 11. † Con
traria tamen ſententia mihi probatur,
quam defendit idem Angel. parum ſibi
conſtans in l. in inſula. §. 1. ff. ſolut. matri-
mon. conſi. 153. & alibi. Sic etiam Caſtrē.
Roder. & cum eis 26. Doctores, connu-
merato Menoch. d. conſi. 1173. nume. 12.
quoniam dicenti incumbit onus proban-
di in foro exteriori, vt ſunt iura manife-
ſta. Quando verò aliquis emiſſet bona
minoris, non ſeruatis iuris ſolemnitati-
bus, quoniam præſumitur etiam in mala
fide, ideò reſtituit bona vnà cum fructi-
bus, Socin. conſi. 22. num. 17. volum. 1. So-
cin. iun. Neuizan. Bald. Bec. deciſ. Pede-
mont. & alij, quos probat Surd. conſi. 115
toto volum. 1. & in ſpecie nu. 13.

SVMMARIVM.

VXor, inſtituens virum hæredem, vel contra eum onere reſtituendi illa bona filijs ſecundi matrimonij dicitur id facere ĩ fraudem legis.nu.1. Nec admittitur fraudulenta ſubſtitutio, quod explicatur nu.2.

Relictum vitrico in fraudem legis, aequiritur filijs primi matrimonij.nu.2.

ADDITIONES
ad Quæſt. 20.

1 AD hanc quæſtionem faciunt addita ſupra quæſt. 12. † & eſt etiã notandum, quòd ſi pater, vel mater relinqueret legitimam filijs primi matrimonij, & vxor virum, vel maritus vxorem inſtituiſſet hæredem, cum onere reſtituẽdi hereditatem filijs ſecundi matrimonij, adhuc reuocatur relictum, quoniam præſumitur factum in fraudem legis ſaltem indirectè, vt voluit Bald.conſi.161. vol.1. & melius idem Bald.in conſi. 336. vol. 3. Bertrand.& Rip.quos probat Surd.conſ. 250.tot.vol.2.præcipuè nu.27.& 28. & quia hoc pluribus confirmat medijs, ad eum mitto lectorem, hoc tantùm annota-
2 to, † quòd dum in viro eſt conſumatum primo loco, quod ab vxore relinquitur, & contra, iam inciditur in pœnam dictæ legis, vt omne totum; quod relictum eſt, ſit acquiſitum filijs primi matrimonij, & illa ſubſtitutio non habetur in conſideratione tanquam aliquid coloratum, & factum ad fraudãdam diſpoſitionem dictæ legis, quod latius ibidem proſequitur.

SVMMARIVM.

TEx.in l.hac edictali. C. de ſecund. nupt. non habet locum in titulo oneroſo.num.1.Nec ſi nobilis infirma duceret iuuenem pulchrũ, & robuſtum, quàmuis natum ex ruſtico.num.2. Nec in antefato, & ratio traditur nu.5.& 7.

Pulchritudo iuuenis compenſatur cum nobilitate mulieris nobilis.nu.3.

Cõpenſatio datur in omni materia, quod explicatur nu.4.

Antefatum non debetur mulieri, ſi dotẽ integram non ſoluat. nu. 6. Non continetur in ſtatuto probibẽte donationem, & ratio traditur num.7. An debeat inſinuari, explicatur nu.8.

Dos data à viro ſene vxori iuueni, &c. an ſit reſeruanda filijs primi matrimonij, vel de illa diſponat mulier ad libitum, explicatur nu.9.& 10. Si ſit promiſſa conſtitui per virum ignobilem vxori nobili, & matrimonium ſit tantùm contractum per verba de præſenti, nec conſumatum per carnalem copulam, an vxor illam lucretur, explicatur nu. 11.

Mulier vt ſecundo nubat, nec de facili virum idoneum inueniat, an poſſit ſecundo viro, vel filijs ſecundi matrimonij aliquam ſummam donare.nu.12.

Legitima an diminuatur, ſi pater inter viuos ſua bona donaſſet, vel aliter alienaſſet, traditur nu.13.& 14.

Titulus oneroſus quiſnam dicatur, & quis lucratiuus, traditur num. 14. & 15.

ADDITIONES
ad quæſt.21.

1 SVb nu.1.vt tex.in l. hac edictali. non habeat locum in titulo oneroſo, adde eundẽ de Franch. deciſ.634. & Ricc. in Collect. deciſ.par. 1. c. 51.& de titulo oneroſo & lucratiuo multa ponit Menoch. conſi. 1126. num. 21. & ſeqq. volum. 12. & quod dicitur de muliere nobili, adde,
2 † quòd ſi ſit nobilis, ſed malè affecta ſanitate, ſi nuberet pulchro iuueni, etiam ſi natus ſit ex ruſtico, dicitur iuuenis æqualis
3 conditionis illi mulieri, † quia iuuenis pulchritudo compenſatur cum illa nobilitate ſic malè affecta, vt latiſſimè probat Alex.conſi.209.ponderatis ijs, per tot. & in ſpecie nu.10.vol. 6. quẽ probat Tuſch. in verb.pulchritudo corporis.nu.2. & ſic regula eſt vniuerſalis, vt poſt Bar.& alios probat Alex.d.conſi.209. num.5 & ſeqq.
4 † compenſationem dari in omni materia,

vt

vt nobilitas compenſetur cum diuitijs,
iuuentus ignobilis cum ſenectute nobili,
pulchritudo cum diuitijs, & ſic de alijs,
5 & conſequenter cùm antefatum detur in
recompenſationē dotis, ac virginitatis
amiſſæ, diſpoſitio l. hac edictali in eo non
habet locum, vt dixi nu. 3. & ſeqq. & pro-
bant etiam Roland. Burſat. Milaneſ. &
alij, quos ſequitur Muta ad conſuetu. Pa-
nhorm. cap. 46. nu. 68. & ſeqq. Surd. conſ.
164. nu. 5. vol. 2. Rebell. par. 2. de obligat.
iuſtit. lib. 6. q. 4. nu. 9. cum ſeqq.

6 Sub nu. 4. & 5. vt antefatum non ſit de-
bitum, ſi dos ſit tantum promiſſa, & non
ſoluta, adde poſt alios Menoch. cōſ. 1124.
nu. 37. & ſeqq. vol. 12.

7 Et dum ſermo accidit de antefato, ſiue
donatione propter nuptias, adde quòd vo
catur donatio ob cauſam, & non compre-
henditur in ſtatuto, prohibente donatio-
nem inter viuos, vt ex tex. in l. 1. ff. de do-
natio. & alijs, probat Menoch. conſi. 261.
vol. 3. plures alios citat, & probat Fonta-
nell. in tract. de pact. dotalib. clauſ. 4. gloſ.
19. par. 1. nu. 24. & glo. 29. nu. 1. vbi aliam
aſſignat rationem, quia nempè adeſt pu-
blica vtilitas annexa tali donationi, &
etiam quia vix vlla falſitatis, & fraudis
ſuſpitio in ea dari poteſt, quia in publico
8 fiunt, & ratione receptarum dotium, † &
quamuis ſit quæſtio inter prædictos Do-
ctores, ſi talis donatio debeat inſinuari, cū
reſpectu vxoris non inſinuatur, reſpectu
verò mariti, benè inſinuatur, nempè reſpe-
ctu quantitatis, quæ excedit debitā quan-
titatem talis donationis, poſt Caſtren. &
alios proſequitur Fontanell. loco citato,
Thuſc. in verb. inſinuatio. concl. 199. nu.
22. Mut. cap. 43. ad conſuet. Panhor. num.
75. Farinac. deciſ. 228. & 876.

9 Ad ea, quæ dicta ſunt num. 15. vt dos,
data à viro ſene vxori iuueni, & à uiro
ignobili uxori nobili, & non ſit reſeruan-
da filijs primi matrimonij eſt nonnulla
dubitatio, quoniam contrarium defendit
Surd. in conſi. 164. num. 16. & ſeqq. uol. 2.
ubi in ſpecie loquitur in caſu, quando ma
ritus ſenex duxit uxorem iuuenem, cui in
augmentum dotis dedit ducatos ducen-
tum, ſubdens, ut illi ducati ducentum ſint
filiorum primi matrimonij; tum quià do-
tis augmentum dicitur donatio propter
nuptias, tum etiam, quia de iure Authen-
ticorū, ut habetur in §. propterea. Authē.
neque uir. quod ex dot. & in Auth. uxore.
C. de ſecund. nupt. cum alijs per eum ibid.

10 cumulatis. nu. 22. † tanquam lucrum do-
tis, & donationis propter nuptias, factum
ab altero in coniugibus, reſeruari debet
filijs primi matrimonij quòad proprieta-
tem. Verùm contraria opinio mihi pro-
batur, quoniam vera dos illa, ſiue augmen
tum dotis datur in recompenſatione vir-
ginitatis, iuuentutis, vel nobilitatis amiſ-
ſæ, vt ex communi ſententia d. nu. 15. &
16. probatum eſt, quod ipſemet Surd. af-
firmat d. conſi. 164. num. 66. cum ſeqq. &
etiam conſi. 196. vol. 2. & ſic conatur va-
riare factum in caſu ſuo, quod illud fuerit
augmentum dotis, ſiue augmentum factū
in recompenſationem dotis receptæ, &
ſic habetur, vt donatio propter nuptias,
& ſic erit filiorum primi matrimonij, &
conſequenter quando re vera eſt in recō-
penſationem virginitatis, iuuentutis, vel
nobilitatis amiſſæ, non procedit eius
aſſumptum, & ideo ſi hæc mulier non
habeat filios, poſſet ad libitum de illa
dote diſponere, nec viro teneretur ali-
quid relinquere, quia bona ſua ſunt,
vt ex dictis cernitur, & conſultus re-
ſpondi.

11 Inſuper ſi à viro ignobili eſſet promiſ-
ſa conſtitui dos vxori nobili, & matrimo-
nium eſſet tantùm contractum per verba
de præſenti, nec eſſet conſumatum per
carnalem copulam, nec vxor eſſet tradu-
cta in domum viri, vxor lucratur dotem
prædictam, etiam ſi voluerit tranſire ad
ſecunda vota, & ita fuit deciſum in Sacro
Conſilio, vt per Afflict. deciſ. 61. num. 4.
cum ſeqq. Pariſ. conſi. 95. num. 41. vol. 2.
Frecc. Aloyſ. de Leo, & Iacob. Thoming.
deciſ. 36. in deciſ. Lypſiæ, quos ſequitur
Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſio.
Neapolitan. in verb. dos promiſſa conſti-
tui per virum non nobilem, & faciunt di
cta infra par. 6. q. 13. nu. 12. & ſeqq. quia
etiam in matrimonio non conſumato eſt
vera dos.

12 Ex his decidi poteſt alia quæſtio, quòd
ſi conueniat nubere alicui mulieri, nec de
facili virum idoneum ſuæ conditionis in-
ueniret, tunc non eſſet abſurdum affirma-
re, vt ſecundo viro, & etiam filijs ſecundi
matrimonij aliquam congruam ſummam
donet, quæ arbitrio boni viri iudicetur
congrua, vt mulier illa virum inueniat ſi-
bi æqualem, ſi enim etiam capitula matri-
monialia in hoc caſu mutare poteſt, vt di-
xi infra par. 6. q. 8. nu. 25. cum ſeqq. eò ma-
gis, vt daret talem ſummam conuenientē

eius

eius viro, &c. faciunt tradita quæſtio. ſeq. præcipuè nu. 16.

13. Deci'itur etiam alia quæſtio ex diſtinctione hic facta. num. 16. nam eandem diſtinctionem faciũt Doctores in deductione legitimæ, ex bonis alienatis per patrẽ inter viuos, ſi enim alienatio facta eſſet ex titulo lucratiuo, vt ex donatione ſimplici, vel remuneratoria excedente merita, vel ex ludo, tunc de illis bonis deduci poteſt legitima filiorũ, vt poſt Bar. in l. Titia la ſeconda. §. Imperator. nu. 1. verſ. ſecundo caſu. ff. de legat. ſecundo, Caſtr. Corne. Iaſ. Decian. Peregrin. cum alijs in nu. 20. ſcripſit Menoch. conſil. 1026. nu. 20. vol. 12. Secùs tamen eſſe dicit nu. 23. & ſeqq. & rectè, quádo alienatio facta fuiſſet titulo oneroſo: quæ omnia patere poſſunt ex diſcuſſis in hac quæſt. Menoch. loco citat.
14 nu. 28. & ſeqq. † enumerat titulos oneroſos, vt ſi tantum accipiat, quantum dedit, vel plus acceperit titulus venditionis, titulus permutationis, donatio reciproca, donatio remuneratoria vſque adæqualitatem meriti. Datio dotis ex obligatione, dummodo in omnibus prædictis nulla fraus interuenerit, quoniam tunc reducerentur ad titulos fraudulentos, vt rectè per Barto. & alios probat idem Menoch. in tract. de recuperan. poſſeſ. remed. 9. nu. 112. & 173. & alibi, & ſe ipſum citat dict. conſi. 1126. nu. 30. in fi. vbi nu. 31. & ſeqq.
15 † probat eſſe titulum oneroſum, ſi inter fratres eſſet facta donatio de ſuccedendo ad inuicem, ſi alter eorum præmoriatur ſine filijs, de qua materia dicam infra par. 4. in titu. de renunciat. q. 7. & ratio, vt ſit titulus oneroſus illa eſt præcipua, quoniã ad minus tantum dat, quantum accipit, dũ quilibet tali periculo ſe exponit; alias rationes proſequitur ipſe Menoch. ad quem me remitto.

SVMMARIVM.

MAter, tranſiens ad ſecundas nuptias, perdit proprietatem legati ſibi relicti à primo viro, nu. 1. Quid ſi nuberet infra annum luctus, an etiã perdat fructus, explicatur nu. 2. & 5.

Feſtinantia nimia dehoneſtat ſecundas nuptias, quod varijs rationibus comprobatur. nu. 3.

Pœna ſecundò nubentium intra annum luctus, an hodie ſint ſublatæ, traditur num. 4.

Augmentum dotis ſecundi viri an poſſit ex pacto ſpectare ad filios ſecundi matrimonij, explicatur nu. 6.

Pater ſuccedens vnà cum filijs, non habet vſumfructum in portionibus filiorum, & ſic decisum refertur nu. 7.

Sorores tam ſecundùm noſtras conſuetudines, quàm ſecundùm ſtatutum Mediolani proſunt fratribus eiuſdem matrimonij. nu. 8.

Matri habenti filios ex diuerſis matrimonijs omnes filij ſuccedunt æqualiter, & multis hoc Auctor probat, reuocans, quòd primo loco per errorem in primo vol. fuit typis excuſſum. nu. 9. cum ſeqq. Procedere oſtenditur, & ſecundùm ius commune, & ſecundùm noſtras conſuetudines. num. 10. et 12. Sic etiam per conſuet. Panhormit. nu. 13. & deciſiones relatæ in 1. vol. interpretantur, & explicantur nu. 14.

Hereditas matris non debet diuerſo iure cenſeri quoad ſucceſſionem. nu. 11.

Conſuet. ſi qua mulier habens, declaratur nu. 15.

Mater, tranſiens ad ſecundas nuptias, an poſſit dare aliquid ſecundo viro, vel filijs ſecundi matrimonij, traditur nu. 16.

Expenſæ factæ in fundo dotali, an cenſeantur remiſſæ. ſi maritus legaſſet dotem vxori, explicatur nu. 17.

ADDITIONES ad Quæſt. 22.

1 SVb num. 3. cum ſeqq. vt mater tranſiens ad ſecunda vota perdat proprietatem legati ex primo viro, notan-
2 dum eſt, quòd, † ſi nubat intra annum luctus, priuatur etiam vſufructu dictorum bonorum. l. 1. C. de ſecund.
3 nupt. † tum quia nimia feſtinantia dehoneſtat ſecundas nuptias, & generat ſuſpiciones inhoneſtatis inter vxorem, & ſecundum virum, ne, durante primo matrimonio malam ſecum conuerſationem habuiſſent, vel vxor aliquid malignè egerit contra primum virum, vt feſtinanter ducat ſecundum, tum etiam ob reuerentiam tranſacti matrimonij, ac etiam ob incertitudinem futuræ prolis, cum vix aliter diſcerni poſſet, cuius ſit filius, vt poſt alios

not.

not. Ioã. de Garron. in d.l. 1.nu. 109. Bal.
Alex. Dec. Ang. Pic. Bero. Sylu. nupt. Ne-
uiz. Rip. & alij, quos recēſet Surd. cõſ. 175
num. 1. & ſeqq. vol. 2. quos etiam probat,
4 † quoniam licet hodie ſublatæ ſint pœnæ
ſecundò nubentium intra annum luctus,
procedit quòad pœnas infamiæ, non autē
quòad pœnas introductas in beneficium
filiorum primi matrimonij, vt eſt in hoc
caſu; mulier enim ſecundò nubens, cen-
ſetur renũciare lucro, quod habere poteſt
ex primo viro, dum ſecũdũ duxit, Aucto-
res non cumulo, nam ferè omnes cumulat
Surdus loco cit. nu. 5. & 15. qui tamen co-
natur tenere contrarium nu. 20. & ſeqq.
quoniam de iure canonico ſunt ſublatæ
hodie dictæ pœnæ, niſi tamen reſpiciant
commodum filiorum primi matrimonij,
ita Innoc. in cap. fi. de ſponſal. vbi Hoſtiē.
Ioan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Boich
Bart. Dec. Garron. Abb. Aretin. Felyn. &
plures alij, quos cumulat d. nu. 20. ac etiã
ſequitur.

5 Attamen ſi commodum dictorum bo-
norum pertinet ad filios primi matrimo-
nij, vtique non video qualiter Surdi opi-
nio poſſit ſaluari, niſi expectaſſet per mul-
tos menſes, vt octo, vel ſex menſes; tunc
enim ceſſarēt dictæ rationes de prolis in-
certitudine, permixtionis ſanguinis, &
aliqualiter ſuſpicio maligna contra pri-
mum virum, præcipuè ſi eſſet vxor iuue-
nis, quæ difficilius ſolent reſiſtere contra
feruorem naturę, & ſic ad euitanda maio-
ra mala, poſſet tunc Iudex contrariam
ſententiam amplecti, & hanc etiam meam
ſententiam multis cõfirmat Alex. Raud.
in tract. variar. reſolut. cap. 55. toto, quo-
niam ad ſuggeſtionem nouercæ vitricus,
& è contra præſumitur relinquere plus
filijs ſecundi, quam primi matrimonij, &
ideò non valet relictum, etiam ſi vitrici,
vel nouercæ non fuerit facta mētio, quod
latius proſequitur. nu. 7. cum ſeqq.

6 Si tamen pater ſecundò loco collocaſ-
ſet filiam in matrimonio cum aliquo vi-
ro, & in augmentum dotis dediſſet filiæ
aliquam pecuniarum quantitatem pacto
adiecto, vt illud augmentum eſſet filiorũ
ſecundi matrimonij, validum eſſet pactũ,
& relictum illud non eſſet ſubiectum di-
ſpoſitioni tex. in l. hac edictali, quoniam
non venit ab ipſa vxore, ſed ab alio, & ſic
à patre: & iddem eſſet, ſi ab alio extraneo
aliquam pecuniarum quãtitatem habuiſ-
ſet vxor in augmentum dotis, vt ſecun-
dò nuberet cum tali pacto, & ratio eſt eui-
dens, quoniam de rarò viduæ, quæ ſecun-
do loco nubere velint, inuenirent viros
ſine huiuſmodi pactis in beneficium filio-
rum ſecundi matrimonij, ita poſt Abb.
conſi. 43. nu. 4. vol. 1. Iaſ. conſi. 58. num. 2.
vol. 3. & alios probat Surd. conſi. 255. to-
to volum. 2.

7 Sub nu. 5. vt pater ſuccedens vnà cum
filijs non habeat vſumfructum in portio-
nibus filiorum, quando tranſiuit ad ſecun
das nuptias. Adde Surd. conſi. 116. nu. 29.
& ſeqq. vol. 1. a Gbriel. in commun. opin.
in tit. de ſecund. nupt. concl. 1. & ita fuiſſe
deciſum per Magn. Cur. Vicariæ in anno
1599. die 23. Septembris in cauſa Martiæ
de Rizetta in banca Laurentij de Iacobo,
firmatum vidi in alleg. Petri Antonij de
Amato.

8 Sub num. 15. de ſucceſſ. maſculorum,
cum onere dotandi ſorores de paragio,
alias illæ ſimul cum maſculis æqualiter
ſuccedent, adde adeſſe ſimile ſtatutum
Mediolani, vt fœminæ proſint fratribus
eiuſdem matrimonij, vt habetur in eiuſdē
ſtatutis cap. 279. verſ. hoc intellecto: de
quo ſtatuto meminit Menoch. conſ. 1097.
nu. 4. vol. 11.

9 Sub nu. 16. ad id, quod dicitur. vt in do-
te matris habētis filios ex diuerſis matri-
monijs ſuccedant pro medietate filij pri-
mi, & pro alia medietate ſuccedant filij
ſecundi matrimonij, adde hoc non eſſe
verum, & fuiſſe per errorē ſcriptum (cu-
iuſuis incuria id euenerit) tum quia de iu-
10 re communi ſancitum eſt, † vt omnes fi-
lij etiam ex diuerſis matrimonijs ſucce-
dant matri æqualiter in omnibus bonis
maternis, vt habet. in §. inteſtatorũ. inſti.
de hæred. quæ ab inteſt. deferũ. l. 1. C. vnd.
liber. Authen. in ſucceſſ. C. de ſuis, & legi-
tim. cum alijs cumulatis per Surd. conſi.
426. num. 10. vol. 3. & alij paſſim, & patet
ex dictis par. 4. q. 39. nu. 15. in addit. quod
11 etiam procedit reſpectu dotis; † quoniã
non debet vna, & eadem hæreditas ma-
tris diuerſo iure cenſeri, ita vt ſuccedatur
matri diuerſo iure, vno nempe quòad bo-
na extra dotem, & alio iure in dote, vt
optimè fundat Ruin. conſi. 8. nu. 2. vol. 2.
probant ēt Phanut. in tracta. de lucr. dot.
gloſ. 4. nu. 11. & alij, quos ſequitur Surd.
conſi. 81. num. 12. cum ſeqq. vol. 1. tum
etiam, quia hoc expreſſis verbis habetur
in conſuetud. ſi qua mulier habens. ibi,
12 † Si qua mulier habens filios, vel liberos

Digitized by Google

ex diuerſis maritis, moriatur inteſtata, filij, & filiæ abſque diſcretione ſexus ſuccedunt eidem in viriles quilibet, ſcilicet, ex filijs, & filiabus pro æqualibus portio-
13 nibus] † & quaſi iddem diſponitur per conſuetu. Panhormit. cap. 44. vbi Muta, nu. 2. nempè, quòd ſi vnus ex coniugibus præmoriatur alteri, & ſuperſtes tranſiret ad ſecundas nuptias; natis filijs, vel anno elapſo, confunduntur bona talium coniugum, & vnum corpus efficitur dictorũ bonorum, & tunc tertia pars eſt coniugis ſuperſtitis: alia tertia pars eſt filiorum primi matrimonij, qui tertiam partem bonorum retinent, quando parẽs ſuperſtes conuolat ad ſecundas nuptias: in alia vero tertia parte, quæ erat, & eſſe debebat coniugis præmortui, in illa, inquam, ſuccedunt æqualiter filij primi, & ſecundi matrimonij.

14. Nec vrgent deciſiones Sacri Conſilij in eod. nu. 16. relatę, quia illæ fundantur in renunciatione filiæ ſecundi matrimonij, & ſic dos fuit diuiſa pro medietate in-
15 ter alios filios, † tunc enim habetur ratio conſuetudinis prædictæ ſi qua mulier habens, quando filij vtriuſque matrimonij ſunt omnes ſucceſſibiles, & filiæ non ſunt dotatæ de paragio, vt poſt Vinc. de Frãch. & alios dixi in hac quæſt. nu. 14. probat idem de Franch. deciſ. 639. ex quo dum ſorores ſunt dotatæ, & renunciauerunt in ampliſſima forma, iam dicuntur non exiſtere, & proinde dum ad fratres vtrinque coniunctos non ſpectet onus eas dotandi de paragio, non debent habere portiones dictarum ſororum, dum conſuetudo reſpectum habet ad onus dotandi, vt ex eius lectura cernitur.

16 Poſſet tamen ex hic diſcuſſis fundari, vt opinio relata d. nu. 16. procederet, ſi mulier ſecundò nubens, faceret tale pactũ in capitulis matrimonialibus, vt medietas dotis ſpectaret ad filios ſecundi matrimonij, dummodo concurrerent requiſita in hac quæſt. vltim. quod aliter nubere nõ poſſet, & prout dicitur, quando mulier ſecundo nubens, poſſet mutare formam, & modum ſuccedendi determinatum in capitulis primi matrimonij, de qua re dixi par. 6. q. 8. præcipuè nu. 28. & ſic emendari debent tradita d. nu. 16. & dixi quęſt. præced. nu. 12.

17 Sub num. 23. adde, quòd ſi maritus in fundo dotali feciſſet expenſas neceſſarias, deinde certam dotem vxori legaſſet, vt quia mille recepiſſet, & mille legaſſet, præſumeretur remiſiſſe expenſas factas in dicto fundo dotali: ſecus tamen eſt, ſi ſimpliciter dotem legaſſet, quia tunc deducẽdæ ſunt expenſæ l. Męuia. §. a me. ff. de leg. 2. vbi Bald. Angel. & Caſtr. Barto. & alij, quos probat Afflict. deciſ. 359. vbi num. 3. Sic refert deciſum in Sacr. Conſil. & Addentes cumulant alios, latiſſimè Marius Muta ad conſuet. Panhorm. cap. 47. num. 67. & ſeqq.

SVMMARIVM.

TEx. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. procedit etiam in beneficium fœminarum num. 1.

Fœmina per noſtras conſue- tu atnes ſunt excluſæ ſub conditione, ſi dotentur. nu. 2. An excludantur ſi non adeſſent maſculi, nec deſcendẽtes ex illis tempore ſucceſſionis, explicatur num. 3.

ADDITIONES ad Quæſt. 23.

1 SVb nu. 1. vt tex. in l. hac edictali: etiam procedat in beneficium fœminarum, adde Surd. conſil. 237. per tot. vol. 2. qui nu. 12. in ſpecie reprobat opinionem Angeli loco cit. hic nu. 3. & 4.

2 Sub nu. 5. vt fœminæ excludantur ſub conditione ſi dotentur, adde Bar. in l. vlt. §. 1. nu. 2. ff. ad Tertull. cum alijs innumeris cumulatis per Menoch. conſ. 1170. nu. 28. vol. 12. & præcipuè ſecundùm noſtras conſuetudines, vt dixi nu. 6. itaque ceſſat
3 diſputatio illa Doctorum dicentium, † vt ſi ſtatutum mandaret, vt ſtantibus maſculis, fęminæ non ſuccederent, ſi tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur, adeſſent maſculi, qui poſtea ſine hæredibus decederent, eſſent excluſæ fęminæ, vt poſt Bart. d. nu. 2. Gabr. Bald. Alex. Natt. Socin. Noni. Molin. Tiraq. & alios notat Menoch. d. conſi. 1170. num. 29. & faciunt dicta infra in titu. de renunciat. quæſt. 5. nu. 23. & 39.

SVMMARIVM.

TExt. in l. fœmina. C. de ſecund. nupt. procedit tam in patre, quàm in matre. num. 1.

Emancipatus, vt validè diſponat, tenetur relinquere legitimã parentibus. nu. 2. & 4.

Pater, & filius non debent ad imparia iudicari in legitima. nu. 3.

Filius poteſt dare licentiam parentibus, vt tranſeant ad ſecundas nuptias, non tamen ſufficit ſola taciturnitas. num. 5. & 6.

ADDITIONES
ad quæſt. 24.

1 SVb nu. 3. vt tex. in l. fęmina. procedat tã in patre, quàm in matre, adde poſt alios Menoch. conſi. 1079. nu. 1. vol. 11.

2 Sub num. 7. Adde, vt hoc etiam procedat in filio emancipato, qui, vt validè teſtamentum faciat, tenetur relinquere legitimam parentibus, vt ex tex. in l. Pantonius. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. la-
3 tiſſimè Surd. conſi. 292. tot. vol. 2. † Quoniam pater non debet in hoc eſſe deterioris conditionis ipſo filio emancipato, cui debetur legitima in bonis patris, vt poſt Bald. ſcripſit Mantuan. ſingu. 562. Aſcan. Clemen. & alij, quos probat Surd. d. conſ.
4 292. num. 15. & 16. † vbi hoc dicit eſſe indubitatum, dum iura expreſsè mandant dandam eſſe legitimam parentibus, dum filij diſponunt, & ſic loquuntur de omnibus filijs, qui habiles ſunt ad teſtandum. Et licèt d. conſil. 292. neminem citet, vt debita ſit legitima patri in bonis filij emãcipati, niſi text. in d. l. Pantonius, tamen idem Surd. conſi. 341. num. 7. & 27. vol. 3. pro hac ſententia citat Coſt. in cap. ſi pater, in 3. par. in verb. non poſſit, extra de teſtam. Gomeſ. de teſtam. cap. 9. num. 24. Guliel. de Benedict. cap. Raynutius par. 1. in verb. reliquit num. 31. de teſtam. & quòd ita iudicauit de facto Senatus Montisferrati in d. cauſa, in qua ipſe Surd. conſuluit d. conſi. 292. vt refert d. nu. 27. quãuis contrarium voluerit Bald. in l. vnic. nu. 6. vbi Cagnol. nu. 25. C. quand. nõ pet. par. Mant. quem ſequitur Cucc. in tracta. de legit. in princ. nu. 3. de quibus meminit Surd. d. conſi. 341. nu. 12. in d. num. 27. veriorem ait eſſe primam ſententiam, & rectè, quoniam ſi emancipato debetur legitima in bonis patris emancipantis, ita etiam è contra in bonis emancipati filij, ne ad imparia iudicentur pater, & filius, vt optimè probat per tot. dict. conſil. vbi etiam tractat de tranſmiſſione legitimæ, debitæ emancipato, ſed de vtroque capite dixi infra conſi. 21.

5 Sub num. 18. vt poſſit filius dare licentiam parentibus tranſeundi ad ſecundas nuptias, adde poſt alios Menoch. cõſ. 626. per tot. vol. 7.

6 Sub num. 22. vt non ſufficiat ſola taciturnitas filij, dum parentes tranſeunt ad ſecundas nuptias, adde poſt alios eundem Menoch. conſi. 1079. nu. 2. vol. 11. vbi ſeipſum alibi citat.

Ad quæſtio. 25. pro nunc nihil occurrit.

SVMMARIVM.

VIdua ſeruans lectum vidualẽ, gaudet priuilegijs, quibus gaudebat, viuẽte viro, quod explicatur nu. 1.

Renunciantibus iura ſua nõ datur regreſſus, præcipuè ſi pars aduerſa acceptaſſet renunciationem, quod procedit tam in lite, quàm in ſponſalibus, quàm in omni alio contractu, quod explicatur nu. 2. 4. cum ſeqq.

Nemo poteſt approbare, quod ſemel impugnauit. nu. 3.

Contrahentes ſi voluntariè recederint à contractu, & poſtea reuertantur ad eundem contractum, contractus valet ex nouo conſenſu, non ex antiquo. num. 7.

Hæres qualiter teneatur probare bona hæreditaria fuiſſe teſtatoris, vt obtineat in poſſeſſorio, explicatur num. 8. 9. & 10.

Aſſerens aliquem eſſe mortuũ ſine filijs, debet hoc probare. nu. 11.

Mortuus quilibet præſumitur ſine liberis, niſi probetur contrarium. num. 12. & 13.

Mater in tutela præfertur alijs tutoribus legitimis, ſi velit eſſe tutrix. Non tamen ad id cogi poteſt. num. 14.

An præferatur auo materno. num.

18. *Non præfertur tutori teſtamentario, etiamſi maritus de eo nullam in teſtamento feciſſet mentionem, quod explicatur num. 17. Si creditrix ſit filiorum, an poſſit eſſe illorum tutrix, declaratur nu. 19. & 20.*

Mater ſi eſt minor, & ſit tutrix filiorũ, durãte tempore minoris ætatis, datur adminiſtrator filijs in bonis. nu. 15.

Adminiſtrator, nõ autem tutor datiuus datur, quando tutor teſtamentarius, vel legitimus eſt aliquo modo impeditus. nu. 14 & 15.

Mater in dubio an præſumatur ditari ex bonis filij, explicatur nu. 20.

Creditor ſi datus ſit tutor pupillis debitoribus, & omittat exprimere ſuum creditum, an illud perdat, traditur nu. 21. An iudex poſſit illum dare tutorem pupillis debitoribus; explicatur num. 22.

Mater quando priuetur ſucceſſione filiorum per tranſitum ad ſecundas nuptias ſi nõ petijſſet dare tutorem filijs, explicatur nu. 23.

Quæſtiones plures, quæ ad tertiam partem addi poſſent, recenſentur alibi diſcuſſa. nu. 24.

ADDITIONES
ad quæſt. 26.

1 SVb nu. 6. adde, quòd vidua,
ſeruans lectum vidualem,
gaudet priuilegio conceſſo
eius viro; quo gaudebat, vi-
uente viro, quoniam dici-
tur manere in eodem matrimonio, &
eiſdem potitur priuilegijs. l. feminæ. ff. de
Senator. l. cùm te, & l. vlt. C. de incol. lib.
10. Ioan. Lup. Guid. Pap. Tiraquel. & alij,
quos probat Menoch. conſi. 592. per tot.
volum. 6.
2 Sub num. 8. vt renunciantibus iura ſua
non detur regreſſus, adde poſt alios Mut.
ad conſuet. Panhormit. cap. 50. num. 25.
cum ſeqq. & hæc eſt regula generalis, &
3 fundatur in alia regula, † vt nemo poſſit
approbare, quod ſemel impugnauit cap.
ex eo, de regu. iur. in 6. cap. cùm olim, vbi
Abb. de cenſib. l. quæſitum. ff. de acquiren.
hæred. cum alijs ad hoc propoſitum cu-
mulatis per Surd. conſi. 364. nu. 27. vol. 3.
4 & in ſpecie procedit, † & eò magis ſi pars
aduerſa acceptaſſet ius renunciatum, &
ideò ſi aliquis renunciaſſet liti, & aduer-
ſarius acceptaſſet renunciationem, non
poteſt renuncians ad litem renunciatam
redire. Aretin. Dec. Curt. iun. & alij, quos
probat Surd. loco cit. nu. 30. & in toto il-
5 lo conſi. latiſſimè probat, quòd, † ſi con-
tracta eſſent ſponſalia, & vnus ex ſponſis
recuſaſſet contrahere matrimonium, &
illam recuſationem acceptaſſet alter ſpon-
ſus, vtique ſi vellet, poſſet ad libitum con-
trahere matrimonium cum alio, nec poſ-
ſet primus recuſans ad matrimonium re-
6 dire ſine voluntate alterius ſponſi; † quod
procedit in omni alio contractu; ſi enim
partes voluntariè, & communi conſenſu
7 receſſerunt à contractu perfecto, † vna
pars ſola non poteſt ad contractum redi-
re, niſi ambo contrahentes denuò conſen
tiant, & tūc valebit cõtractus, vt ex nunc,
quia valet ex nouo conſenſu, non autem
ex antiquo; nam primus contractus fuit
reſolutus de voluntate partium. ita Bart.
in l. ab emptione. nu. 14. ff. de pact. Areti.
& Angel. quos probat Surd. d. conſi. 364.
num. 53.
8 Sub num. 9. vt hæres teneatur probare
bona hæreditaria fuiſſe teſtatoris, vel tal-
tem ab eo poſſeſſa, vt obtineat in poſſeſſo-
rio, adde poſt alios Surd. deciſ. 339. lib. 2.
9 vbi contra Marzarium probat † in filijs
eſſe neceſſariam probationem, ad minus
per cõiecturas, nec ſatis eſſe præſumptio-
nem, vt bona illa præſumantur paterna,
& in alijs probat eſſe neceſſariam veram
probationem, & ita pluries decíſum re-
fert in illo Senatu, ſicut etiam dicimus,
10 † vt volens ſuccedere alicui tanquã agna-
tus, vel vnus ex deſcendentibus probare
debet ſe eſſe agnatũ eius, de cuius ſucceſ-
ſione agitur, cùm vnuſquiſque teneatur
probare fundamentum ſuæ intentionis,
vt ſunt iura vulgata, & in particulari hãc
illationem probant Deci. conſi. 13. nu. 4.
in fi. & alibi, Socin. iun. Alba. & Roland.
quos ſequitur Menoch. conſi. 732. num. 7.
vol. 8. conſi. 1119. num. 1. & ſeqq. vol. 12.
vbi ait eſſe plene, & re vera probandum,
11 non autem præſumptiuè. † Sic etiam ſi
aliquis prætendat fratrem ſuum, vel aliũ
agnatum eſſe mortuum ſine filijs, hoc de-
bet explicitè probare ob eandem rationẽ,
& probatio debet eſſe vera, & concludẽs,
non autem præſumptiuè, ut poſt Alex. &
alios probat Menoch. de præſumpt. lib. 6.
præſump. 49. nu. 26. & d. conſi. 1119. num.
12 3. & ſeq. uol. 12. † In dubio tamen pater
præſumitur mortuus ſine filijs, & qui di-
cit

cit illum eſſe mortuum cum filijs, debet
hoc pbare. Bar.in l.qui duos.§.cũ in bello.
ff.de capt.& poſtlimin.reuerſ. idem Bart.
ubi Angel.in l.ex facto.§. ſi quis autem in
fin.ff.ad Trebell. Alex.conſi.29. uolum.2.
quos probat Affl. in conſtit. Regn. Vt de
ſucceſſionibus. num. 52. ubi etiam ſubdit
poſt gloſ.communiter receptam in l. pen.
13 §.cum autem. C.ad Trebell.ubi Bart. † ut
eo ipſo, quòd quis moritur dicatur dece-
dere ſine hærede, niſi contrarium probe-
tur, & faciunt dicta infra par.4.q.59.ſub
nu.17.in addition.
14 Inſuper quia in hac quæſtione actum
eſt etiam de tutela matris, quòd illa præ-
fertur alijs tutoribus legitimis, ſi tamen
tutelam uellet, nõ enim ad id cogi poteſt,
quia lex hoc ponit in eius electione, ſi ue-
lit. Authen. Matri, & Auiæ. C.quan mul.
tutel.offic.fung.pot. Bart.in l.2.num.3.&
10.ff.qui petan.tutor. Socin.iun. Maran.
Grammat. Bero.& alij, quos probat Surd.
15 conſi.175.nu.28.uol.2. † & dum tutelam
acceptat, & eſſet minor, quo caſu non po-
teſt eſſe tutrix, niſi peruenerit ad ætatem
25.annorum, tunc interim non admitti-
tur alius tutor legitimus, ſed dandus eſt
tutor datiuus à Iudice, qui potius dicitur
adminiſtrator, & pro tempore minoris
ætatis matris prædictæ adminiſtrat bona
pupilli. l.fin.C. de legitim. tutor. Bald. Ia-
cobin. Bertrand. Boer. Alciat. Borgnin.&
alij, quos probat Surd. conſil. 159. per
16 tot. uolum. 2. † & hoc idem procedit,
ſi teſtamentarius, uel alius legitimus tu-
tor eſſet impeditus quacunque ex cauſa,
& ita practicatur, quia habenti tutori tu-
tor non datur, ſed adminiſtrator, ut ſciũt
omnes.
17 Verùm mater non præfertur teſtamen
tarijs, & proinde etiam extraneus, & ex-
tranea ſi eſſent dati tutores in teſtamen-
to, & teſtator nullam mentionem feciſſet
de vxore, & ſit de matre filiorum, vtique
tunc mater excluditur à tutela, ex quo ma
ritus, vel præſumitur illam habuiſſe parũ
idoneam in adminiſtratione tutelæ, vel
parum vtilitatis fore pupillis, vt latiſſimè
probat Surd. conſi.428.per tot.vol.3. Et
licèt Afflict. deciſ.183. Peregrin.in deciſ.
18 Patau.28.nu.6. † videantur velle, vt ma-
ter præferatur auo paterno, nihilominus
eorum opinio procedit, ſi detur in teſta-
mento, aliàs ſecus; nam auus paternus
præfertur, vt latiſſimè fundat Vinc. de
Frãch. deciſ. 10. ſi tamen mater nollet eſ-
ſe tutrix, tunc defertur tutela auiæ pater-
næ, ſi adeſt, vel maternæ. Barto. in d.auth.
matri, & auiæ, vbi omnes.
19 Contentio tamen eſt, ſi mater eſſet cre-
ditrix filiorum, ſi poſſet eſſe tutrix, & mul
ti affirment, vt poſſit, quia in recupera-
tione crediti dabitur curator ad lites, vt
eſt quotieſcunq; eſt lis inter tutorẽ, & pu-
pillũ, vt in §. ſi. vbi oẽs de authorit.tutor.
& §.1.& 2. Inſtit.de Attilian. tutor. Bene
verũ eſt, ꝙ ſolet hoc eſſe periculoſũ pupil-
lis, & de facto vidi ſucceſsũ, vt fuerit datus
curator ad lites in quadam cauſa, quòd ta-
lis curator fuit datus ad electionem ma-
tris, qui matri prædictæ nullo modo cõ-
tradixit, & cõtra pupillos indefenſos fuit
lata ſententia etiam pro ſumma non de-
bita; pro cuius reuocatione, valdè inſuda-
ui, quam tamen obtinui coram Conſiliar.
Tappia, ſileo cauſam, & perſonam, hono-
ris gratia. Conſulerem tamen Iudices, vt
nunquam, vel raro matres, creditrices fi-
liorum admittant ad illorum tutelas, niſi
20 qualitas perſonarum aliud ſuaderet, † nã
regulriter, quia genus auariſſimum eſt, di-
tari ſolent ex bonis filiorum, vt ſic magis
cito, & expeditę ſecundos inueniat viros,
& quando adeſt hoc propoſitum denuo
nubendi, tunc mater amore nouelli con-
iugis excoriat etiam filios primi matrimo
21 nij, vt dixi ſupra q.11. † & adeò lex non
confidit de creditore, quòd ſi aliquis cre-
ditor pupilli ſit ei datus tutor à Iudice,
qui neſciuit creditum, & creditor tacue-
rit eius creditum, tunc in ipſo puncto, in
quo ei decernitur tutela, amittit eius cre-
ditum in pęnam, nec poteſt amplius illud
repetere in pęnam ſuæ fraudis, quia præ-
ſumitur habuiſſe malum animum fraudã-
di pupillos, vt poſt Glo.in Authen.mino-
ris, vbi Bart.nu.14.in fin. C. qui tutor.vel
curator.dent.vbi Salyce.nu.14. Riccard.
Malumb. Azor.& alij, quos probat Surd.
conſi. 354. nu. 19.vol.3. & per tot. Quod
puto verum regulariter, ſecus ſi magna
qualitas, & bonitas creditoris excuſaret,
22 & iuſta cauſa obliuionis, † ſi tamen Iudex
ſciat illum eſſe creditorem pupilli, & de-
diſſet illum tutorem pupillo, valeret da-
tio tutoris, Bart.in d. Auth. minoris.nu.
12.vbi Salycet.nu.14.C.qui tutor.vel cu-
rat.dent. Barbat.conſi.60.col.5.verſ. quia
ad hoc reſpondeo. vol. 3. de quibus me-
minit Surd.conſi.354.nu.3.vol. 3.
23 Vltimò, vt mater priuetur ſucceſſione
filiorum, ſi illis non petijt dari tutorem
pro-

procedit, ſi nullus alius adeſſet tutor, ſi enim mater. V.G. ſimul cum alio eſſet tutrix teſtamentaria, vel legitima, tunc quia ipſo iure per tranſitum ad ſecunda vota perdit tutelam, & alius remanet tutor, idcirco tunc non procedit pœna priuationis, dummodo tutor ille eſſet ſufficiens ad adminiſtrandam tutelam, ita Bald. conſi. 403. vol. 4. Socin. conſi. 20. num. 4. vol. 1. Dec. Neuizan. Pariſ. Socin. iun. Marant. Plot. Gabr. Port. Imol. & alij, quos probat Surd. d. conſi. 175. nu. 26. cum ſeqq. vol. 2. adeò vt multi teneant, vt in hoc caſu detur matri reſtitutio in integrum, vt poſt alios probat Oddus in tracta. de reſtit. in integr. q. 82. art. 2. & 3.

84 Poſſent denique in hac tertia parte addi variæ aliæ quæſtiones, videlicet, an teſtamentum auiæ ſit validum, ſi in eo filiam inſtituat hæredem, nepotem verò ex alio filio, vel filia recognouit in tareno vno, & quid in hoc faciat clauſula codicillaris, ſed dixi infra conſi. 22. Sic etiam qualiter clericus diſponat de bonis ſuis, & de fructibus beneficij, ſed dixi infra conſ. 23. Sic etiam qualiter Equites Hieroſolymitani poſſint teſtamenta condere, id dixi infra conſilio 24. Sic denique qualiter mulieres: quæ a montibus aliquarum familiarum dotes habuerunt diſponere poſſint de illis dotibus, ſed dixi infra conſi. 25. & ſic hic inſeri poſſent, & poterunt, ſi primum volumen denuò typis excutietur, & hæc ſatis ſint pro explicatione huius tertiæ partis.

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO,

PARS QVARTA.

Filij vnà cum nepotibus, & deinceps ſuccedunt parentibus in ſtirpem cum onere tamen dotandi ſorores, & amitas ſecundùm paragium, & facultates. h. d. Molfeſius.

CONSVET. PRIMA.

SI moriatur aliquis, vel aliqua inteſtatus, vel inteſtata, relictis filijs, & filiabus, nepotibus, & neptibus, & deinceps ſeu nepotibus ſolùm ex præmortuis filijs, filij vnà cum nepotibus, & deinceps ſuccedunt parentibus in ſtirpem. Et tenentur ipſi ſucceſſores maritare, & ſorores, & amitas ſecundùm paragium, & facultates.

Succeſſor differens maritare ſorores, & amitas vſque ad decimumſextum annum completum, illæ ſuccedant in virilem. h. d. Molfeſius.

§. primo.

EAs autem ipſis ſucceſſoribus differentibus maritare vſque ad annos ſexdecim completos ſecundùm paragium, & facultates, vt dictum eſt, ſuccedunt, & poſſunt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem, vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur eis dare paragium.

In Nepotibus, & alijs deſcendentibus iddem ius ſtatuitur, dum ſuccedunt auo, vel proauo inteſtatis morientibus. h. d. Molfeſius.

§. ſecundo.

Iddem

IDdem iuris eſt in nepotibus,& neptibus,& alijs liberis deſcendentibus,auis, vel proauis ab inteſtato decedentibus,non extantibus parentibus eorum nepotum, & neptum, ſeu pronepotum, & proneptum.

Quæ dicta ſunt de nepotibus,& alijs deſcendentibus intelliguntur de deſcendentibus ex maſculis.b d.Molfeſius.
§. Tertio.

ET omnia,quæ dicta ſunt de nepotibus,pronepotibus,neptibus,& proneptibus,& deinceps intelliguntur in deſcendentibus ex maſculis.

Defuncto ab inteſtato ſine liberis legitimis ſuccedunt proximiores ex parte patris in omnibus bonis,exceptis maternis,in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris. b. d. Molfeſius.

CONSVET. SECVNDA.

SI quis,vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit, filijs, ſeu liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus defuncti, præterquam in bonis,quæ obuenerunt eidem defuncto a matre, vel aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris ſuccedunt.

Defuncto,ſi ſuperſunt fratres,& deſcendentes ex alio fratre,ſuccedunt æqualiter in ſtirpem; fœminæ autem excluduntur à fratribus conſanguineis,qui tenentur eas ſecundùm paragium maritare. b. d. Molfeſius.

CONSVET. TERTIA.

SEd ſi morienti ab inteſtato abſque liberis ſuperſunt frater, ſeu fratres, nepotes,& pronepotes,& in infinitum deſcendentes ex fratre, vel fratribus præmortuis; tunc, licet frater ſit in gradu proximior decedenti; nihilominus filij,vel filiæ,nepotes,& neptes, & pronepotes,& alij deſcendentes ex fratre,vel fratribus præmortuis æqualiter ſuccedunt cum fratribus defunctæ perſonæ in ſtirpem,ſcilicet, itaque ſi inter ipſos nepotes,& pronepotes,& deinceps fratrum præmortuorum ſint fœminæ, quæ habeant fratres conſanguineos,ipſæ mulieres a præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cùm fratres ipſas habeant maritare,vt ſuperius dictum eſt.

Tranſuerſales vlterioris gradus, ſi ſuperius dicti non ſuperſint, eodem iure ſuccedunt, nec ſoror venit appellatione fratris,niſi ſucceſſerit in virilis,quia tunc ipſa, & deſcendentes ab ea habentur pro maſculo.b.d.Molfeſius.
§.vnic.

QVod autem dictum eſt in fratribus,nepotibus,pronepotibus, & proneptibus fratrum præmortuorum,& deinceps;eis non extantibus,intelligendum eſt de alijs in vlterioribus gradibus exiſtentibus agnatis,vel cognatis, & in præmiſſis appellatione fratris,ſoror non continetur, præterquam ſi ſoror partem,vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum; tunc enim ipſa ſoror eiuſdem conditionis eſt, quòad prædicta, ac ſi eſſet maſculus,& eius filij deſcendentes habentur quòad id,ſicut filij, & alij deſcendentes ex maſculis.

Finis Textus.

OMnes ſupradictas tres conſuetudines cum earum §§. ad ſaturitatem explicaui in hac 4. par. quatenus autem commentaria Napodani, & aliorum prudentum indicant taxationem alimentorum, quæ interim dari debent ſororibus, & alijs fęminis excluſis propter maſculos, confusè etiam in hac quarta parte explicaui, ſic etiam par. 3. quæſt. 8. num. 31. & 35. Sed melius eſt hoc declaratum infra par. 5. vbi tam ſecundùm ius commune, quam etiam ſecundùm has conſuetudines hoc explicaui.

Et vt hoc clarius lector introſpicias primã conſuet. ſi moriatur: quæ loquitur de ſucceſſione deſcendentium maſculorũ, & excluſione fęminarum, dummodo dotentur de paragio, explicaui hic q. 29. cum ſeqq. & alibi.

§. eas autem, & §. idem iuris, & §. & omnia, qui loquuntur de maſculiatione fęminarum, ſi deſcendentes maſculi eas non maritent vſque ad 16. annum completum explicati ſunt à quæſt. 1. ad quæſt. 20. & in eiſdem quæſtionibus fuit explicatum quantum ſit paragium, ſi illud fęminæ tranſmittant ad hęredes, & ſic de alijs, vt ibidem videri poteſt.

Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, quę loquitur de ſucceſſione proximiorum ex parte patris in bonis paternis, & proximiorum ex parte matris in bonis maternis, ſi defunctus non reliquiſſet deſcendentes iam patet explicata quæſt. 29. cum ſequentib. ſic etiam infra conſi. 50. multa etiam, quæ concernunt bona antiqua, vel nouiter acquiſita, in quibus tales proximiores poſſint ſecundùm formã conſuetudinis prædictæ ſuccedere ſunt explicata par. 2. in tit. de bonis.

Conſuetud. ſed ſi morienti, quæ loquitur de ſucceſſione fratris in bonis alterius fratris vna ſimul cum nepotibus, & ſic cũ filijs aliorum fratrum, & qualiter detur ſubingreſſio, hic explicata eſt quæſt. 36. 37 cum multis ſeqq.

§. Quod autẽ qui loquitur de ſucceſſione aliorum tranſuerſalium vltra fratres, & filios fratrum, in eiſdem locis explicatus eſt, ſic etiam quæſt. 42. 52. & alibi, vt intuenti patebit, & quando nã tales conſuetudines ceſſent quæſt. 44. cum pluribus ſequentib.

S V M M A R I V M.

DOtatio ſororum conſideratur tempore ſucceſſionis. num. 1.

Conſuetudo excluſiua fœminarum ratione dotis recepta excludit etiam fœminas dotatas antequam promulgata eſſet conſuetudo. nu. 2.

ADDITIONES ad Quæſt. 1.

SVb num. 5. Adde, vt dotatio ſororum conſideretur tempore ſucceſſionis, quia tunc etiam attenditur proximitas, vt patet ex dictis in hac 4. par. q. 56. & hoc eſt adeò verum, † quod
3 ſi poſt dotationem ſororis ſuperueniſſet tale ſtatutum, vel conſuetudo excluſiua fœminarum, iam excluderet fœminas dotatas, quia ſatis eſt, vt tempore delationis hæreditatis fœminæ reperiantur dotatæ, & qualitas illa ſit adimpleta, vt conſuluit Bart. conſi. 31. vol. 1. probant etiam Rub. Alciat. Molin. Roland. Beci. & alij, quos ſequitur Surd. conſi. 553. nu. 4. cum ſeqq. volum. 4.

S V M M A R I V M.

DIſpoſitio teſtatoris regulatur ſecundùm conſuetudinem loci. nu. 1.

Pater inſtituens filiã hæredem ſimul cum maſculis, non cenſetur illam maſculiare, ſed dicitur inſtituta tanquam qualibet perſona extranea, quod explicatur nu. 2. cum ſeqq.

Maſculiatio non poteſt venire ex inſtitutione patris, ſed ſolum ex culpa deſcendentium, qui fœminas, quas excludere poſſunt à ſucceſſione, non maritãt in tempore ſtatuto per conſuetudinẽ, quod explicatur nu. 5.

ADDI-

ADDITIONES
ad quæſt. 2.

1 SVb nu. 2. Vt diſpoſitio teſtatoris reguletur et ſecundùm loci conſuetudinem, etiã ſi ab inteſtato loqueretur. Adde poſt alios Menoch. conſi.867.num. 13. & ſequentib. volum.9.

2 Adde etiam, quòd ſi pater inſtitueret filiam hæredem, non cenſeretur filia maſculiata, ſed haberetur vti extranea perſona, & ſic ſuccederet, & vidi firmatum per Ioan.Bapt.Lotther. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua. §. quod autem fol. 34. vbi ſic habet [Quod autem ſi filia fuit ſemel à patre dotata, deinde in teſtamento paterno eſt inſtituta in dote recepta, vel in alia portione hæreditaria, an tanquam maſculiata ex diſpoſitione patris ſuccedat, poſtea fratri iuxta diſpoſitionem huius conſuetudinis tex. hic videtur innuere, quòd nó-dum requirit, quòd habeat partẽ, vt vnus
3 ex fratribus de bonis paternis, † iddem ſentit gloſ. ſequens, dum dicit, patet ergo, quòd ſoror dotata, &c. quæ ſentit, quòd eo ipſo, quòd eſt dotata, perdit hoc beneficium, ergo inſtitutio ſequens facta per patrem quòad hoc nihil ei opitulatur. Cogita, quia pendet de facto in filia Ioannelli de Accia, & pro hoc facit ratio, quia ſtatim quòd filia fuit dotata, facta eſt velut extranea quòad ſucceſſionem, ergo pater deinde eam inſtituendo hæredem perinde eſt, ac ſi inſtituiſſet extraneam perſonã incognitam ad ſucceſſionem, ex quo ſequitur, quòd ad ſucceſſionẽ fratris deinde non admittetur, ſicut nec extraneus, qui eſſet inſtitutus a patre.] & fol. 35. hoc
4 iddem ſentit ibi, † [Et hoc tam ſi fuiſſet admiſſa, quia frater eam non maritauit, quàm ſi fuiſſet inſtituta à patre, vt dixit Do. Anto. de Alexan. in quadam Apoſtil. hic, & ſic fuit iudicatum in Sacr. Conſilio in cauſa Dominæ Franciſcæ Denticis cũ Domina Maria Brancatia; quod tamen Dom. Antonius prædictus reputat verũ, niſi prius fuiſſet dotata à patre, quia licet inſtituatur ab eo, poſtea non cenſetur maſculiata quòad ſucceſſionem aliorum, quia non venit vt filia, ſed vt extranea.]
5 † Ratio clara eſt, quam ipſe Doctor eximius pro parte indicat, quia pater non poteſt habilitare fœminas ad ſuccedendũ contra formam conſuetudinum in maſculorum præiudicium, etiam ſi expreſsè id vellet, vt ſæpius ſupra par. 3. replicatum eſt; nec in dubio id velle præſumitur, quia in dubio præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione harum conſuetudinum, vt ſæpius replicatum eſt, & præcipuè in hac quæſt. 2. num. 2. Et ſic maſculiatio ſolùm ſuccedit, vel ſi maſculi expreſsè admittãt fœminas ad virilem, vel per neceſſariam conſequentiã, dum non adimplent adimplenda, vt patet ex dictis hic, & in multis quæſtionib. ſeqq. & ideò cenſetur inſtituta filia ſicut perſona extranea.

SVMMARIVM.

MAſculiatio non habet locum contra patrẽ num.1.

Alimenta debentur filia durante tempore nubilis ætatis. num.2.

Legatum dotis, factum filiæ, an ſit extinctum, ſi pater in vita ſoluiſſet dotem filiæ, declaratur nu.3, & 4.

Hæres, non ſoluens legatum dotis, an poſſit purgare moram per viam reſtitutionis in integrum, ne fœminæ maſculientur. nu. 5. Quando ei detur reſtitutio aduerſus ignorantiam inſtitutionis, traditur nu.6. & ſeqq.

Ius adeundi hæreditatem, ſi præſcribatur, an hæres adiuuetur alio remedio, traditur nu.7. & 8. & num.11. & 12. & ſeqq.

Remedio vno ſublato, remanet aliud. num.9.

Bonorum poſſeſſio infra quod tempus peti poſſit, tam in liberis, quàm in tranſuerſalibus, declaratur nu.10. & 11.

Vſufructuarius omnium bonorum tenetur ſoluere onera hæreditaria, & ſic deciſum refertur nu.15.

ADDITIONES
ad quæſt. 3.

1 SVb nu. 3. vt maſculiatio non habeat locum contra patrem, adde Maſtrill. deciſ. 197. nu. 8.

2 Sub nu. 6. in fin. Adde cò magis procedere, quando conditio eſſet

expreſſa,vt ſoluatur legatum dotis,cùm ſit nubilis ętatis;tunc enim eſſet voluntas expreſſa legantis,& ſic ſolùm interim ſoluerentur alimenta.

3 Eſt etiam notandum,quòd,ſi parentes legaſſent dotem filiæ, & poſtea in eorum vita ſoluiſſent dotem,nec poſtea reuocaſſent legatum, videntur legatum illud extinguere,vt ex tex.in l.filia legatorum, C. de legat.Iaſ.Ruin.Pariſ.Campeg.Phanut. & alij,probat Surd.conſi.14.nu.13.latiſſimè conſi.119.nu.10.vol.1. quod eſt ſine
4 controuerſia, † quando eademmet quantitas ſoluitur, & eò magis ſi maior eſſet quantitas; controuerſia eſt tantùm, ſi eſſet minor,& tunc multi tenent,vt debeatur ſupplementum legati, multi verò negant,vt per DD.in d.l.filia legatorum: ſi enim factum eſſet legatum pro filia maritanda,nihil aliud debetur,quoniam in vita eſt extincta cauſa relicti; ſi verò ſit factum pro dote, tunc æquior eſt ſententia, vt ſupplementum debeatur.

5 Addendum eſt etiam circa legatum nõ ſolutum,vt talis legatarius poſſet admitti per reſtitutionem in integrum ex generali clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa, etiam ſi 30.anni eſſent elapſi; nam licèt aduerſus hæredem currat pręſcriptio,tamen datur ei huiuſmodi reſtitutio,vt ſcripſit gloſ. in l.ſi partem. §.ſi fundum. ff. quemadmodũ ſeru.amitt.& in l.ſi ſic.eod.tit. vbi Caſtrẽ. hoc dicit eſſe notorium, & Tiraqu. Bald. Oſaſc.Bec.& alij innumeri, quos etiam probat Surd.conſi.408.nu.13.& 14. vol. 3.dicunt hoc habere locum etiam in præſcript.40. annorum.

Hinc dicunt prædicti DD.& in hoc
6 facto fundatur conſi. Surdi, † quòd ſi aliquis ſit hæres inſtitutus, & neſcit talem inſtitutionem,quamuis ipſe inſtitutus eſſet frater teſtatoris,adhuc datur ei reſtitutio ex dicta clauſula generali, & plus di-
7 cunt, † quòd licèt ius adeundi hæreditatẽ ab aliquo,præſcribatur ſpatio 30.annor. vt ſcripſit Bart.conſi.129.in princ.vol. 1. Bald.& alij omnes, excepto Salycet.in l. licet.C.de iur.deliber. cum alijs innumeris cumulatis per Andr. Tiraqu.in l.ſi vnquam,in verb. reuertatur num.392. C. de reuocand.donat.& poſt alios Surd.d.conſ.
8 408.nu.1.& nu.17. † Attamen poteſt hæres inſtitutus (quamuis non habeat reſtitutionem, vt ſupra) agnoſcere hęreditatẽ per bonorum poſſeſſionem de iure prætorio intra centum dies numerando à die ſcientiæ,ita ex tex.in l.ſuum. C.de iur.deliber.notant ibi Fulgoſ. Caſtr. & Iaſ.probant etiam Bald. Alexã. Roman. Barbat. Dec. Tiraquel. Zuccard. & alij,quos etiã probat Surd. d. conſi.408. à nu.15.ad nu.
9 20. † quoniam vno remedio ſublato, remanet aliud, quod non dependet ab illo. l.ſi domus.ff.de ſeruit.vrban. prædior. & renuncians ius ſolùm ex vna cauſa, non præſumitur renunciare ex alia, vt dictum eſt infra de renunciat. q. 1.& alibi.

10 Eſt benè verum, quòd centum dies dãtur tranſuerſalibus ad petendam talem bonorum poſſeſſionem à die ſcientiæ; liberis verò,& ſic deſcendentibus,datur tẽpus vnius anni,etiam à die ſcientiæ.§.vlt. inſtit.de bonor.poſſ.l. 2.& l.emancipata. C.qui admitt.l. 1. §. largius. ff. de ſucceſſ. edict. Iaſ. Deci. Zuccard. Balb. Emanuel Coſt.Mantic.& alij, quos refert, & probat Surd. d. conſi.408.num.8. & ſeqq.Et quamuis gloſ.in d.l.ſuum,vbi Bart.C.de
11 iur.delib.tenuerunt oppoſitum, † vt ſtãte præſcriptione etiam ſit talis hæres excluſus à remedio bonorum poſſeſſionis; tamen communiter impugnantur,ac Iaſ. ibid.notat opinionem Bart. eſſe hæreticã in iure,quia eſt contra diſpoſitionem iurium,& nullam habet ſubſiſtentem rationem,dum adeſt aliud remedium, cui in dubio non præſumitur renunciatum, quamuis vni eſſet renunciatum expreſſis verbis,eò magis dum renunciatio eſt pręſumpta,vt ſuppono ex materia renuncia-
12 tionis. † Quæ quidem opinio procedit etiam quando alius fuit datus ſubſtitutus, ſi enim nullus datus eſſet ſubſtitutus, & bona illa ad talem hæredem ſpectaſſet per ſucceſſionem ab inteſtato,tunc ſine dubio bona illa pertinerent ad hęredem inſtitutum ſaltem ab inteſtato,prout latius proſequitur Surd.d.conſi.408.nu.21.& ſeqq. Et quoniam hoc caret diſputatione,omit-
13 to proſequi, † quoniam, præſcripta cauſa teſtati ſpatio 30.annorum,datur ſpatiũ aliorum annorum triginta,vt præſcribatur ius adeundi per ſucceſſionem ab inteſtato,vt ſcripſit Bald.in l.licet nu. 6. C. de iur. deliber. ex doctrin. Barto. conſi. 109. Quidam habuit,nũ 3.verſ. ſecundo eſt aduertendum vol.1.Caſtr.in d.l. licet nu. 5. Salycet.Angel.Alex.Iaſ.nu.18.& alij innumeri,quos etiam probat Surd.d.nu.21.
14 † quòd etiam dẽtur maiora tempora, videlicet, 30. anni pro capite teſtati, & 30. alij pro capite V nde liberi,ſi liberi eſſent

30.pro

30.pro capite vnde agnati, & 30. alij pro capite vnde cognati; & omnes dicũt hoc eſſe valde notandum, quoniam etiam in facto ſucceſſit, & ſic fuit iudicatum, & nu. 26.& ſeqq. innumeros alios cumulat, vt vna præſcriptio tollat ius ſuccedendi ex vno capite, & non ex alio.

15 Sub num. 15. Adde, quòd ſi adeſſet vſufructuarius omnium bonorum, ad illum ſpectaret onus ſoluendi onera annua ex fructibus dictorum bonorum. l. fin. §. fin. autem. C. de bon. quę liber. vbi Bald. Salycet. & alij. Couarru. Caualc. & alij, quos probat Caſtill. lib. 1. quotidianar. controuerſiar. cap. 58. nu. 10. & ita fuiſſe deciſum per Sacr. Conſilium pro Capitulo Ciuitatis Iſchæ cum Hoſpitali Sãctiſs. Aununtiatæ de Neapoli de anno 1614. de menſe Nouembris ad relationem Cõſiliarij de Georg. penes Cantonem, vt vidi atteſtatũ in allegat. Petri Antonij de Amato.

SVMMARIVM.

MAſculiatio an locum habeat ſecundùm conſtitutionem Regni, traditur num. 1. Nunquam ſuccedit ſine culpa maſculorum. nu. 3.

Frater minor ſi ſemel admiſit ſororem ad partem, an poſſit ſe pęnitere per remedium reſtitutionis in integrum, explicatur nu. 2.

ADDITIONES ad Quæſt. 4.

1 SVb nu. 1. vt maſculiatio habeat locũ ſecundùm diſpoſitionem Conſtitutionis Regni, probauit etiam Gaſpar de Leo in quibuſdam allegat. quas manu ſcriptas vidi in primo volum. allegat. Fuluij Lanar. alleg. 72. nu. 4.

Sub num. 2. Adde contrarium tenere Bald. Rub. Brun. Socin. & Caſſan. de quibus meminit Oddus in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 63. art. 1. nu. 12. qui teſtatur
2 de communi, † vt fratri minori non detur in hoc caſu reſtitutio in integrum, dũ ſemel ſororem admiſit ad partem, ipſe tamen Odd. oppoſitum tenet in fin. dicti articuli, & etiam quæſt. 89. art. 1. quia ſatis eſt, vt frater minor ex tali admiſſione ſororis ad partem lædatur; & dum adeſt læſio datur reſtitutio; nec ſoror in hoc conqueri poteſt, dum habet ſuum debitum paragium, vt etiam notauit Afflict. deciſ. 370. & Tapia, de quibus meminit Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſ. Neapol. in verb. minor pupillus.

Ad quæſt. 5. nihil occurrit.

Ad quæſt. 6. nu. 8. Adde de Pont. conſi. 50. nu. 6. vol. 1. Afflict. in conſt. Regn. in aliquibus. nu. 69. Pariſ. conſi. 19. nu. 191. vol. 2. de quibus meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. ſoror ad hoc maſculiata,
3 † vt maſculiatio nunquam fiat ſine culpa maſculorum, vt poſt Franc. de Amic. Hierony. à Lauren. & Ricc. notat iddem de Thoro vbi ſupra, in verb. ſoror ſi fratrem pluries.

Ad quæſt. 7. nihil occurrit.

SVMMARIVM.

MInor ſuccedens maiori, an vtatur beneficio reſtitutionis in integrũ declaratur nu. 1.

Appellationi an poſſit renũciari in præiuditium alterius partis, declaratur num. 2.

ADDITIONES ad Quæſt. 8.

1 SVb num. 2. Vt minor, ſuccedens maiori, non vtatur beneficio reſtitutionis in integrum, adde plures alios, penes Ioan. Bapt. de Thor. vbi ſupra in verb. reſtitutio. 8. quamuis etiam maior in cauſa communi vtatur reſtitutione in integrum, conceſſa minori, vt dixi hic nu, 4. & ſeqq. & poſt alios Menoch. conſi. 1048. nu. 9. & conſi. 1074. nu. 10. cum ſeqq. lib. 11.

2 Sub nu. 5. vt non poſſit renunciari appellationi in præiudicium alterius partis, adde, vt duo ſint neceſſaria. Primò, vt altera pars adhæreat appellationi infra tempus legitimum, vt fundat noſter de Pont. ex multis conſi. 7. vol. 1. de quo meminit Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo compen. in
3 verb. adhærere appellationi. † Secundò intelligitur quòad illud caput, à quo fuit appellatum, non autem quòad totam ſententiam, ſi illa continet diuerſa capita, & ab vno tantum fuiſſet appellatum, vt

probant Bald.& Salycet.in l.ampliorem. C.de appellat.tenent etiam Butr.Imol.& alij, quos ſequitur Surd. in alleg. deciſio. 143.nu. 4. cum ſeqq. De quibus meminit Menoch.conſi.1038.num.2.vol. 11.

SVMMARIVM.

MAſculiata ſuccedit ſolùm in damnum illorum, quorum culpa fuit maſculiata, quod etiam ex verbis conſuetudinis probatur num. 1. & ſeqq. Qualiter cenſeatur vt maſculus, declaratur num. 4.

Habilitare alium ad ſuccedendum nemo poteſt in alterius præiudicium. nu. 5.

ADDITIONES ad Quæſt. 9.

1 CIrca diſcuſſa in hac q. vt ſoror maſculiata nõ ſuccedat, niſi reſpectu illarum perſonarum, quarum culpa fuit maſculiata; vrget difficultas, quia etiam ſecundùm noſtras conſuetudines fœminæ non inhabilitantur ſimpliciter ad ſuccedendum, ſed tantùm ſub conditione, dummodo dotentur de paragio, aliàs maſculientur: igitur vna ſemel, quòd fœmina maſculiatur, cenſetur vt maſculus, & ſic habilis ad ſuccedendum quòad omnia bona, vt colligitur ex verbis text.in §. quòd
2 autem, ibi. † [*Et in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur, præterquàm ſi ſoror partem, vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum; tunc enim ipſa ſoror eiuſdem conditionis eſt quòad prædicta, ac ſi eſſet maſculus, & eius filij deſcendentes habentur quoad id, ſicut filij, & alij deſcendentes ex maſculis*] Vbi Napod. nu. 301. in verb. habuiſſet ſubdit hæc verba [Soror autem incluſa ad ſuccedendum iure vtitur maſculorum; eadem conſuet. ſi moriatur. Et ſic tunc continetur appellatione fratris,
3 quod eſt notandum.] † Et habetur etiam in d.conſuet.ſi moriatur, in verb. eas autẽ, quòd, differentibus maſculis maritare fœminas, illæ ſuccedunt, & poſſunt petere integram portionem de paternis, & maternis bonis tanquam maſculi, & ita ob-
4 iecit mihi noſter de Ponte. † Attamen reſpondetur cenſeri tanquam maſculum fœminam maſculiatam: quòad prædicta dicit conſuetudo, vt patet ex verbis relatis nu.2. nempe reſpectu illarum perſonarum, quarum culpa fuit ſecuta maſculiatio, tum quia ſic colligitur ex verbis conſuetudinis, tum etiam quia ſic recta ratio
5 dictat, † quia non poteſt vnus habilitare alium ad ſuccedendum, qui à lege excludebatur a ſucceſſione, niſi reſpectu ipſius tantùm, & non quòad alios; nam quòad illos obſtat fœminis conſuetudo, & dum fœminæ opponunt de maſculiatione, replicant illi eſſe rem inter alios actam, quæ alteri non nocet, vt eſt vulgatum axioma, & hęc mihi videtur veritas, quia ſic etiam Napodanus intelligitur, prout etiam patet ex dictis infra q. 12.

SVMMARIVM.

FRuctus dotis habent iddem priuilegium cum dote. num. 1. Quando cenſeantur remiſſi per virum. nu. 2. cum ſeqq.

Maritus quando ex curſu temporis præſumatur remiſiſſe fructus dotis in beneficium ſoceri, vel vxoris, traditur nu.2. cum ſeqq.

Præſentia cum taciturnitate an ſufficiat ad inducendam renunciationem iuris ſui, explicatur nu. 4.

ADDITIONES ad Quæſt. 10.

1 SVb num. 12. vt fructus dotis habeãt iddem priuilegium cum dote, adde poſt alios Menoch.conſi. 1134.num. 22.& ſeqq.vol.12.

2 Circa diſcuſſa nu. 15. & ſeqq. † vt maritus non præſumatur remittere fructus dotis ſocero, & eius hæredibus, adde contrarium fundare Bald. conſi. 474. vol. 3. Alex. Dec. Corn. & alios cumulatos per Surd.conſi. 270. nu.12.vol.2. quia dum per decennium maritus tacuit, & vxori præſtauit alimenta, præſumitur habuiſſe animum remittendi fructus. Verùm ſententia hic firmata verior eſt, & receptior, quia in dubio nemo præſumitur iuri ſuo renunciare, etiam ſi non petat, quod ſibi
3 debetur, † ideò enim non petijt, quia ſciebat ius ſuum duraturum ex regula tex.in l.ſicut.§.non videtur.ff. quib. mod. pign.vel hypoth.ſoluat.gloſ.Ruin.Socin.

iun.

iun.Rip.Tiraque.& alij, quos in hoc caſu
probat Surd.d.conſi.290.nu.59.& 60. &
4 proinde omnes dicunt, † vt ſola patien-
tia cum taciturnitate non ſufficiat,ſed re-
quiratur aliquis actus poſitiuus, ex quo
poſſit induci cõſenſus, vt dixi infra in tit.
de renunciat.q.19.nu.18.& 31.

5 Ad Doctores relatos pro contraria ſen
tentia,reſpondetur procedere eorum do-
ctrinam, quando vltra curſum decennij
alius actus poſitiuus interuenit,vt ſi mors
mariti interuenerit, & nulla proteſtatio
petendi fructus dotis, tunc enim præſu-
mitur animus donandi fructus, & ita con
cordant has ſententias oppoſitas, Aret.in
§.fuerat. nu.9. vbi Iaſ.num.21.Inſtit.de
action.Roman.Corn.Bald. Nouell. Alex.
Dec.Bero.Gram.Deciſio Pedemont.Ro-
land.& alij,quos probat Surd.d.cõſ.290.
num.13.& alibi.

6 Secundò reſpondet num.51.& ſeqq.vt
procedat, quando vxorem, quæ dotem
viro promiſerat, & non ſoluit intereſſe
dotis per decennium,tunc maritus ob af-
fectionem,quam habet erga vxorem,præ-
ſumitur vſuras dotales remittere ex text.
in l.vir vſuras.ff.de donat.inter vir.& vx.
Alex.conſi.63.nu.14.vol.4.Bero. Alex.&
alijs.

Ad quæſtio.11. nihil occurrit
addendum.

SVMMARIVM.

Debitor in acquirẽdo poteſt præiudicare ſuis creditoribus. num.1.

Fœmina an ſuccedat ad feudum, & quid ſi adſit maſculus, explicatur num.2.& 3.

Feudalia eſſe bona an ſtetur iuramento maſculi in præiudicium fœminarum, explicatur num.3.& 4.

ADDITIONES
ad quæſt.12.& 13.

1 SVb num.7.quæſt.12. Vt de-
bitor in acquirendo poſſit
præiudicare eius creditori-
bus, idem probant Anna
conſ.76. num.2.& alij, de
quibus meminit Io.Bapt.de Thor.in ver-
bo debitor an poſſit repudiare.

Ad quæſt.13.ſub nu.2. Adde poſt alios
Surd.conſ.384. vol.3. qui etiam volunt,
2 † vt fœmina ſuccedat ad feudum empti-
tium, quia ſecundùm eos non eſt propriè
feudum; ſic etiam ad feudum franchum,
vt eſt illud,de quo non ſoluitur ſeruitium
perſonale, vel eſſent feuda conceſſa cum
qualitate allodiali, vt per eos: non enim
3 ingredior hanc diſputationem.† Illud ſo-
lùm notandum eſt, quòd dum adſint ma-
ſculi, & quãdo ſit inter eum,& fœminam
in ſucceſſione, tũc vt fœmina excludatur,
ſatis eſt iuramentum maſculi, aſſerentis,
bona illa eſſe feudalia, vt in c.1.vbi Andr.
Bald. Aluarot.& alij de controuerſ.inter
maſc.& fœm.de benef. dummodo maſcu-
lus plenè informatus ſit de qualitate bo-
4 norum feudalium, † quoniam iuramẽtum
nõ datur ei, qui non eſt plenè informatus
de cauſa ſcientiæ per ſenſum proprium de
illo actu, nec ſufficit fama, vel auditus.
Bart. in l.admonendi nu.57.ff.de iureiur.
Roland.Crauett.Dec.& alij,quos probat
Surd. conſ.449. num.2. vol.3. & toto illo
conſilio examinat illationem hanc de de-
latione iuramenti, quando locum habeat.

SVMMARIVM.

PAragium quo remedio petatur, traditur num.1.& ſeqq. An peti poſſit contra tertios poſſeſſores, explicatur num.2.& 3.

Actio hypothecaria quando detur contra tertios poſſeſſores pro paragio, traditur num 4.

ADDITIONES
ad quæſt.14.

1 SVb num.3. adde, vt ſorori
pro paragio detur etiam
actio in rem ſcripta, vt per
And.in conſt.in aliquibus,
& alios,quos probat noſter
de Pont.conſ.50.vol.2. Adeſt etiam quæ-
dam addit. Io.Bapt.Lotther. in conſuet.ſi
2 qua mulier.fol.47.quæ ſic habet.† *An ius
petendi paragium detur contra tertios
poſſeſſores, & quid in iure petendi legiti-
mam.notãt Bart.Alex.& alij in l.quar-
tam.ff.ad leg.Falcid.Bald.in l.omni mo-
do.C.de inoffic.teſtam.Paul.in conſ.253.
& 254.& vide Afflict.in deciſio.Sacri
Conſilij ſub nu.162.*

Aduerte, quia videtur loqui quat. do poſſeſſor cauſam ab iſto ſuccedente; [illegible] tes enim debentur, etiam pro bonis feudalibus:

Digitized by Google

dalibus: ſi autem feudum deſineret eſſe feudum, quia per confiſcationem verteretur ad fiſcum, vel ad Principem, qui alteri non cedit, non videtur poſſe dici eſſe feudum, & ſic poſſeſſor non teneretur ad paragium, cogitabis, facit, quod notat Andr. in quibus cauſ. feud. amitt. col. pen. ibi, per præmiſſa patet, niſi fortè diceres, quòd in feudo paterno culpa non nocet agnatis, vt per Andr. de vaſſall. decrep. ætat. col. 2. & quæ ſit prim. cauſ. beneſi. amitt. col. pen. cum ſimil.] Quæ additio ibid. fol. 209. ponitur ſub nomine Stephani de Caieta.

3 Et vt mulier habeat ius reuocandi etiã à tertijs poſſeſſoribus, tenent etiam Peregrin. Vrſill. Caſtill. Ricc. & alij, quos probat Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſ. Neapol. in verb. actio contra tertios poſſeſſores, & in verb. filia an poſſit contra tertios poſſeſſores, de Pont d. conſ. 50. nu. 5. cum ſeqq.

4 Quò verò ad actionem tacitæ hypothecæ, vt detur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores, facta executione contra principalem, tenent gloſ. & DD. in Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. Bald. Alex. Neguſ. Natt. Cephal. Caualc. & alij, quos probat Surd. conſi. 191. nu. 10. vol. 2. & ita indiſtinctè iudicari in Sacro Conſilio affirmat Vinc. de Franch. deciſ. 374. num. 5. in fi. & ſi detur tacita hypotheca pro dote, dixi infra par. 6. q. 3. in addic.

SVMMARIVM.

LEgitima an veniat in generali renunciatione, & quid ſi filius promiſit amplius non petere. num. 1. & 2.
An tranſmittatur ad hæredes. num. 3.
An augeatur, ſi augeantur bona poſt mortem patris, declaratur num. 4. & ſeqq.
Calculus quando ſeruari debeat. num. 7.

ADDITIONES ad Quæſt. 15.

SVb nu. 11. Adde, quòd Comenſ. in conſi. 188. incip. Spectabilis Miles. ſic etiam Ruin. Dec. Curt. iun. Tiraquell. & Crauett. quos probat Menoch. conſi. 831. nu. 3. & ſeqq. vol.
1 9. tenent, † Vt etiam legitima veniat in generali renunciatione, quando filius renunciat bonis paternis, viuente patre, ſed eius opinio eſt contra dictum tex. & receptiorem ſententiam, cùm omnes dicant non venire legitimam in generali renunciatione, etiam viuente parête facta, quoniam ſpecialis renunciatio eſt neceſſaria. Gabriel, & alij, quos probat Morot. conſ.
2 9. nu. 20. Quod eatenus eſt verum, † vt locum habeat, etiã ſi filius ſimpliciter adeat hæreditatem, & promittat amplius non petere de bonis paternis, adhuc poteſt legitimam petere, ac eius ſupplementum, quoniam in dubio non præſumitur ei renunciare, vt poſt alios probat Ant. Gabr. tit. de legit. concl. 8. num. 6. latiſſimè Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 100. Quod locum habet, etiam ſi pater prohibuiſſet plus petere, nam adhuc debet expreſsè acceptari prohibitio, vt ex tex. in §. hoc autem. Authen. vt cum de appellat. cognoſ. latiſſimè Mantic. lib. 6. de coniectu. vltim. volunt. tit. 2. nu. 109. faciunt latè diſcuſſa per Peregr. d. art. 36. nu. 81.

3 Occaſione diſcuſſorum in hac quæſtio. notandum eſt, quòd, licet legitima tranſmittatur ad hæredes, & debita ſit habito reſpectu ad bona paterna, exiſtentia tempore mortis patris, vt ex dictis in hac q.
4 cerni poteſt: † tamen eſt maxima contentio inter DD. ſi bona paterna poſt patris mortem augeantur, etiam ipſa legitima augeatur; & affirmatiuam ſententiam poſt multos defendit Surd. conſil. 128. Negatiuam verò Menoch. conſil. 1149. vol. 12. vbi argumentis Surdi reſpondet, & penes eos Doctorum cumulum quilq; inuenire põt: mihi tamen diſtinctione videtur hanc queſtionem dirimendam eſſe,
5 vt etiam aliquando defendi: † aut enim bona paterna augentur ex iure de præterito, & tunc ſine dubio debetur augmentum, quia hoc ius erat in hæreditate patris: ſecus verò ſi augeatur ex iure de futuro, vt etiam in taxatione vitæ militæ dicitur, vt latius examinat Præſes de Frãch. deciſ. 61. faciunt dicta per Cornazan. deciſ. 54. nu. 6. per Capyc. deciſ. 16. & à Peregr. in tract. de fideicom. art. 41. quamuis
6 ipſe art. 36. nu. 20. & ſeqq. † teneat cum opinione Menochij, vt etiam ſi ex cauſa de præterito augeatur hæreditas, non augeatur legitima, ſi ſemel taxata fuerit, quoniam calculo ſtandum erit. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. Sed argumentum hoc, meo exiguo iudicio, non habet
7 vires, † quoniam tunc ſeruandus eſt calculus,

culus, quando læſionem non continet; prout continet, dum non eſt data legitima filio de toto patrimonio patris, dum ius illud erat in hæreditate, quæ opinio magnam habet æquitatem, & iuſtitiam: uideri poſſunt prædicti duo conſulentes: aut verò augeantur ex proſpera fortuna, nempe ex fructibus, ex alluuione, &c. & tunc non debetur ſupplementum legitimæ de tali augmento.

SVMMARIVM.

PAragium ad quem ſummam aſcendat etiam in moniali. nu.1. & 2.

Legitima an debeatur iterum filio, ſi illam cõſumpſit in vita? nu.3.

Text. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. an etiam procedat in ſtatutis, & quid in præſtatione fideiuſſorum, explicatur nu.4. & 5.

Fideiuſſorem dare ſi aliquis teneatur, an ſponte debeat illum dare, explicatur num.6. & 7. An teneatur etiam tunc ſe ipſum obligare de perſona, explicatur nu.10.

Fideiuſſor an ſit liberatus ex dilatione data per creditorem debitori. Quid ſi mutetur principalis obligatio, & ſic de alijs, traditur nu.8. Quid ſi debitor dediſſet creditori aliqua bona in ſolutum, explicatur nu.9.

ADDITIONES
ad Quæſt.16.

1 SVb nu.1. vt paragium non poſſit eſſe minus legitima in nupta; in nuptura verò poſſit abſorbere totam portionem, adde Borgnin. Maxill. Ioã. Andr. de Georg. Viui. & alios plures, penes Ioan. Bapt. de Thor. in uerb. paragium à fratre, & in verb. paragium aliquando. Maſtrill. deciſ.48. & deciſ.107 vbi etiam loquitur de bonis feudalibus.

2 * Sub num.12. De paragio monialis adde poſt alios eundem de Thor. vbi ſupra in verb. legatum dotis.

3 * Sub nu.21. Adde etiam, vt ſi filius conſumeret legitimam, pater non teneatur dare ei aliam legitimam, ſed ſolum alimenta, adde poſt Iaſ. & alios Mutam ad conſuetud. Panhorm. nu.137. & ſeqq. Sic etiã Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ.26. num.22. cum ſeqq. Vbi tam in patre, quam in fratre hanc materiam examinat.

4 Ad interpretationem etiam text. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. & rerum ſignif. vt non procedat in ſtatutis, & ad ſummum, vt pro ſecunda vice verificetur, adde poſt alios Dec. conſi.512. cum Reuerendiſſimus. nu.7. Port. & alios, quos probat Mut. vbi ſupra cap.21. nu.32. & cap. 44. Thuſc. in ſua pract. concluſio. in verb.
5 clauſula toties. concl.353. † vbi loquitur quoties quis ſe obligauit aliquem præſentare toties, quoties: ſed non recedam a diſcuſſis hic nu.27. & ſeqq. precipuè quando ſemel eſt facta præſentatio, & liberatur Reus ex nouo facto Iudicis, & cum nouo fideiuſſore: nã primus fideiuſſor remanet liberatus, non obſtante illa clauſula, vt hic probatum eſt: & tenent etiam Foller. Muſcatell. Farinac. Tap. Ceſar Barz. Peguer. Caball. & Ricc. penes Ioan. Bapt. de Thor. in verb. fideiuſſores de ſtando Iuri.

6 Illud autem notandum eſt, quòd, dum aliquis tenetur dare fideiuſſorem alicui, non tenetur illum ſponte dare, niſi a parte contraria fuerit requiſitus. l. ſi quis filiũ §. ſtipulatio. ff. de collat. bonor. l.2. §. quod ait Prætor. ff. quor. legator. cum alijs cumulatis per Surd. in conſi.124. nu.1. vol. 1. vbi nu.3. & ſeqq. hoc putat eſſe verum,
7 † niſi ex forma ſtatuti eſſet pro forma introductũ, vt in aliquo caſu detur fideiuſſor, vt quis obtinere valeat, vt ſi pars appellans teneatur dare fideiuſſionem parti de ſoluenda quantitate debita in caſu ſuccumbentiæ, quoniam tunc debet ſponte dare fideiuſſorem, vt appellationem proſequi poſſit; eò magis, ſi ex verbis ſtatuti poſſit hoc colligi, vt ibid. explicat num.7.

8 Si verò principalis creditor de nouo conueniet cum ſuo debitore, ac nouam dilationem illi daret ad ſoluendum, tunc liberatus eſſet fideiuſſor, ex quo fit nouus contractus per interuentum nouæ perſonæ, & à primo receditur, Bald. in l. fin. C. de nouat. Alex. & alij, quos probat Surd. conſi.452. nu.6. vol.3. quo fit, vt fideiuſſor ſit liberatus, quoniam vbi obligatio principalis mutatur, vel alteratur, fideiuſſor liberatur, latiſſime Roland. in conſi.58. nu.18. vol.1. Menoch. conſi.246. nu.4. & alij, quos probat idem Surd. conſil.460. num.72. vol.4. & in particulari de prorogatio-

gatio-

ne data à creditore debitori, vt fideiuſſor ſit liberatus, niſi de nouo conſentiat, ex tex. in l.Labeo.ff.de arbitr.l.cum Hermes C.locat.Specul.Io.And.& alij, quos probat Franciſ.Marc.dec.539.nu.1.& ſeqq. quamuis multi de hoc dubitent, vt per Lanar.conſi.23.& per Theſaur.deciſ.125.

9 Hoc eatenus eſt verum, vt locum habeat, etiam ſi debitor dediſſet aliqua bona in ſolutum ſuo creditori, adhuc enim fideiuſſor cenſetur liberatus, quoniã ex illa datione in ſolutum cēſetur ſatisfactum creditori, & quamuis poſtea euincantur illa bona, non reuiuiſcit obligatio contra fideiuſſores, nam ſufficit, vt ſemel fuerint liberati a creditore, ita Cępoll.cautel.123 & alij, quos probat Surd. conſi. 145. tot. vol.1. Sic etiam expirat fideiuſſio, ſi creditor ſuccedat debitori etiam inopi, quoniã actio confunditur per aditionem hæreditatis, vt in vxore ſuccedente eius viro, cōſuluit Roman. conſi.276. num. 1. tenent Alex. Dec. Ruin. Gozadin. Socin. iun. Roland. Menoch. & alij, quos probat Surd.

10 conſi.7.num.21. & ſeqq. vol.1. † Verùm cùm aliquis tenetur dare fideiuſſorem, tenetur etiam ſe ipſum obligare de perſona, quia obligatio fideiuſſoris eſt acceſſoria, & non poteſt ſtare ſine principali. l.1. & l.ſi Stichum.§.fin. ff. de fideiuſſor. tum etiam quia eſt regula; vt teneatur ipſum obligare, qui fideiuſſorem dare tenetur. l. tribus.ff.de vſuſruct.ear.rer. quæ vſu conſum. vbi Bal. Iacob. Butr. & Iacob. de Rauen. Cyn. Bart. Marant. & alij, quos latiſſimè probat Surd.conſi.201.tot.vol.2.

S V M M A R I V M.

FOemina, quæ non admittuntur ad partem, an faciant partem in beneficium maſculorum, etiam in taxanda legitima, traditur nu.1.& 3.

Portio fœminarum, qualiter accreſcat maſculis, explicatur nu.2.

ADDITIONES
ad quæſt. 17.

1 SVb nu. 5. vt fœminæ non faciant partem, dum non admittuntur ad partem, tenent alij, pènes Mutam ad conſuet. Panhorm. cap.47. nu.139. verſ. quod filij; qui tamen confirmat potius opinionem, per me firmatam hic num. 19. & ſeqq.

2 Sub num.13. vt portiones fœminarum accreſcant fratribus, & non hereditati, adde eandem ſententiam probare Conſiliar. de Georgio alleg. 30. præcipuè num.19. & Ricc. de quibus meminit Icã. Bapt. de Thor. in ſuo compē. in verb. portiones ſororum amitinarum, & in verb. ſorores vtrinque coniunctę.

3 Sub num. 20. vt fœminæ faciant partē in taxanda legitima maſculorum, adde etiam de Franch.deciſ.87.nu. 7. Maſtrill. deciſ.1.nu.2. de quibus meminit idem de Thoro in d.verb. ſorores vtrinque coniūctę, in verb. filia fœmina excluſa per ſtatutum, & in verb. legitima relicta a patre ſecundogenito.

S V M M A R I V M.

FIlia ſi à patre ſit præterita in teſtamento non rumpit teſtamentū paternum, & ita deciſum refertur nu.1.

Dotatio filiarum facta per patrem in vita, quando cenſeatur ſufficiens, variæ tradūtur regulæ. nu. 2. cum ſeqq. Vbi explicatur tam ſi à patre, quam ſi a fratribus dotata fuiſſet, etiam ſi tractaretur de bonis tranſuerſalium.

Dotatio ſororis facta per fratrem, an ſororem excludat, & à quibus bonis, traditur nu.4.cum ſeqq.

ADDITIONES
ad Quæſt. 18.

1 SVb nu.3 vt filia præterita non poſſit rumpere teſtamentum paternum, dum adſūt maſculi, Adde Peregri. Monald. & Crott. de quibus meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. filia fœmina maritata à patre. Secùs verò, dum pater habebat ſolùm filias fœminas, quia ſi vnam inſtituat, & aliam prętereat, teſtamentum eſt nullum, vt dixi hic num. 9. & prout ego conſului. Fuit etiam deciſum per Sacrum Conſiliū in anno 1613. de menſe Maij, in cauſa quarundam ſororum, & filiarum quondā Ioan. Iacobi Capycij Latri.

Inſuper quia pluries fuit facta mentio de fœminarum dotatione, idcirco notan-

dæ

dæ ſunt aliquæ regulæ, quas poſt alios re-
collegit Menoch. conſi. 1170.volum. 12.
2 † Prima eſt, ſi pater filiam nuptui trade-
ret in vita, illamque dotaſſet, cenſetur fi-
lia rectè dotata, & conſequenter excludi-
tur per maſculos fratres, & hoc eſt clarũ;
an autem dicatur tunc congruè dotata,
dixi ſupra par.3.q.7.an autem in hoc caſu
ſoror in capillo excludat dotatas ſorores,
dixi infra quæſtio.21. Secunda regula eſt,
3 † quando filia non fuit à patre viuente nu-
pta, & dotata: ſed ipſe Pater in vltimis
conſtitutus reliquit filiæ dotem in teſta-
mento, vt nubere poſſet, & tunc filia di-
citur congruè dotata, & excluditur a ſuc-
ceſſione per fratres maſculos, ſic ſcripſit
Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero.
nu.5.verſ.ſed quando pater. ff. de condit.
& demonſtr.& alibi Bald. Angel.Caſtrẽ.
Alex.Abb.& plures alij ad num.40. con-
numerato Menoch. d. conſil.1170. nu. 3.
qui per ordinem illos enumerat, & eos in
fonte vidit, & conferunt, quæ dicam in-
4 fra par. 6. quæſt. 2. & ſeq. † Tertia regula
eſt, ſi pater nec inter viuos, nec in vltima
voluntete dotauit filiam, ſed patre mor-
tuo, frater dotauit ſororem, & in hoc ca-
ſu ſecundùm noſtras conſuetudines ſoror
excluditur a ſucceſſione patris, quoniam
ſolùm habere debet paragium, ut ſæpiſſi-
mè replicatum eſt: ſecus tamen eſſet, ſi ſta-
tutum mandaſſet, vt mulier dotata exclu-
deretur ab hæreditate patris, quoniam
tunc deberet eſſe dotata tempore mortis
patris, & dum non reperitur tunc dotata,
non excludetur per dotationem fratris,
vt ſcripſit Bart.conſi.31.incip.Quidam
quem ſequuntur Bal.Anchar.Caſtr.Alex.
Corn. Socin. ſen. Natt. & alij in numero
viginti, quos cumulat, & probat Menoc.
d.conſi. 1170.nu.4. & ſeqq. Vbi quædam
contraria ſoluit contra Deci.& quoſdam
5 alios, qui contrarium tenuerunt: † quæ
quidem regula locum habet, tam ſi illi de-
lata tantùm eſſet paterna hęreditas, quàm
ſi adita eſſet, vt latius ipſe Menoch. aucto-
res cumulando probat d. conſi. 1170. nu.
6 19. & ſeqq. † Quarta regula eſt, quando
tractaretur de ſucceſſione trãſuerſalium;
ſed hæc regula commodius examinabitur
infra q.29. vbi diſcutietur, ſi fœminæ vni-
cum paragium ſufficiat, ſic etiam infra
q.21.nu.5. & ſeqq.

SVMMARIVM.

ÆTas legitima ad contrahendum matrimonium quænam ſit, traditur nu.1.

Matrimonium contractum ante 14 annum regulariter eſt nullum, & inualidum, quod declaratur num.2. & 3.

Iudex quidnam attendere debeat, ſi matrimonium ſit validè contractum per aliquos in minori ætate, explicatur num.3.

Oppoſitio de iure tertij an admittatur, ſi vnus ex cohæredibus exigat totum creditum hæreditarium, traditur nu.4.

Bona paterna non poſſunt dici aucta ex induſtria fœminarum. num.5.

Soror in capillo an ſola ſuccedat, excluſis ſororibus dotatis de paragio, explicatur num.6. cum ſeqq. tam ſecundùm noſtras conſuetudines, quàm ſecundum alia ſtatuta.

ADDITIONES
ad quæſt.19.20.& 21.

1 SVb num.4. quæſt.19. circa
minorem ætatem, & habi-
litatem ad contrahendum
matrimonium, adde poſt
alios Surd. cõſ.364.per tot.
2 vol.3.vbi conatur probare, vt † matrimo-
nium contractum ab aliquo iuuene ante
14. annum ſit nullum, & inualidum, &
num.32. ex Staphil. Couarr. Menoch. &
alijs optimè probat, vt in dubio declaran-
dum ſemper ſit matrimonium nullum,
ante legitimam ætatem contractum; quo-
niam vix interuenire ſolent omnes circũ-
ſtantię, ſupplentes defectum ætatis, vt ma-
litia ſuppleat ętatem; eò magis cùm in illa
ætate vix detur perfectus conſenſus vnde-
quaque: multoties enim vix ſciunt, quid
agunt; quia ſi ſcirent perfectè, matrimo-
nium nõ contraherent: vt autem malitia
ſuppleat ætatem, duo præcipuè ſunt ne-
3 ceſſaria, † primò, plena diſcretio ad cogno
ſcendum conſenſum coniugalem, quidnã
ſignificet eſſe cõiugem, matrimonium eſſe
vinculum inſeparabile, habere tanta one-
ra annexa, & ſic de alijs. Et ſecundò, vt ſit
omnino potens ad conſumandum matri-
monium per carnalẽ copulam, nec vnum
ſine altero ſatis eſt: quod latius poſt Abb.

Bertrand. & alios proſequitur nu. 34. cum ſeqq. Itaque iudex conſiderare debet animi ſagacitatem, vt perſpiciat validitatem conſenſus; debet etiam attendere corporis roborem, ac membrorum firmitatem, vt proſpiciat, an complexio talis ſit, quæ ſit habilis ad carnalem copulā conſumandam; ſed, vt dixi num. 4. hæc cognitio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum.

4 Ad quęſt. 20. de oppoſitione de iure tertij addendum eſt, quod ſi aliquis, vt patris hæres, conueniat aliquem ad relaxandum bona paterna, & conuētus opponat actorem non eſſe legitimum contradictorem, quia ſuus pater plures reliquit filios, etiā ſi cū effectu ita ſit, oppoſitio conuenti non militat, quia eſt oppoſitio de iure tertij. Nec vrget, ſi conuentus replicaret, ſe opponere de iure ſuo, ne videlicet iterū conueniatur ab alijs filijs, & cohæredibus ipſius actoris, quia ſatis eſt, vt actor offerat, & præſtet cautionem de reſtituendo portionem illorum bonorum alijs fratribus, ſi ab illis peteretur: ita eſt gloſ. in l. peto. §. fratre. in verb. ſuperſit. ff. de legat. 2. vbi Bald. probant etiam plures alij, quos ſequitur Surd. conſ. 459. nu. 15. vol. 3.

5 Ad quæſt. 21. ſub nu. 4. vt bona paterna dici nō poſſint aucta ex induſtria fœminarum, adde poſt alios Menoch. conſ. 607. nu. 4. vol. 7.

6 Sub nu. 5. Adde, quod regulariter etiam in bonis fraternis ſuccedit ſoror in capillo, quæ prius deducit paragium, ſibi competens, vel nuptæ conferunt earum paragium, & ſic poſtea diuiduntur æqualiter bona fraterna, & ita fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. refert Lotther. in conſuet. Si aliquis moriens. in addit. incip. iuxta etiam iſtam gloſſam. quia eſſet iniquum, vt ſoror dotata haberet paragium præcipuum in damnum aliarum ſororum.

7 Circa diſcuſſa num. 6. ſi ſoror in capillo excludat maritatas à ſucceſſione feudorū, adde Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. q. 42. vbi tenet pro ſorore in capillo etiam in burgenſaticis, prout etiam defendit Surd. cōſ. 100. vol. 1. ſed quid ſeruandum ſit in hoc Regno, & ſecundum has conſuetudines, iam dixi, nam maſculinitatem conſiderit, quo caſu etiam ipſe Theſaur. ibid. num. 5. & ſeqq. tenet, vt omnes admittantur; ſecùs eſſe poteſt in eius ſtatuto, quod excludit dotatas, vt ratio conſeruandi agnationem, & bona in familia, non ſit præcipua, prout eſt in his conſuetudinibus, & ſuo loco notatum fuit, & conſequenter, ēt ſi pater pro filia innupta non præcapuiſſet cōſenſum illam dotando, non cenſetur illā æqualare maſculis ad aliarum fœminarū excluſionem, vt arguit Theſaur. d. q. 42. nu. 8. ſed relinquere illā ſub diſpoſitione cōſuetudinis, vt ſuam habeat portionem ad inſtar aliarum ſororum, & conſequenter omnes ſimul ſuccedāt pro æquali portione, collatis tamen dotibus, vt dictū eſt:

8 † ſi enim ſtatutum conſideraret dotationem, nō autem fauorem familiæ, tunc indotata excluderet ſorores dotatas, prout arguit Theſaur. d. q. 42. Surd. conſ. 85. nu. 18. vbi alios cumulat. Morot. conſ. 7. & alij relati ab ipſo Theſaur. ſic enim mandant illa ſtatuta, vnde ab illis non poteſt fieri illatio ad noſtras conſuetudines, ēt quia, vt refert de Pont. cōnſ. 10. 45. & 62. vol. 1. & dec. 19. in fi. pluries fuit deciſum in beneficium primogenitæ dotatæ, de quo ſolo poſt Franc. de Amicis meminit Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. verb. primogenita an excludat ſecundogenitam, & verb. ſeq. & verb. ſoror, il primo.

Ad quæſt. 22. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

INteſtabilis habetur pro inteſtato. num. 1.

Baro ſi habeat ius ſuccedendi in bonis vaſſallorum, illis ſuccedit, etiam ſi inteſtabiles moriantur. num. 2. An hoc procedat, ſi adſit ſubſtitutio pupillaris, explicatur num. 3. & ſeqq.

Subſtitutio pupillaris qualiter dicatur teſtamentum filij, explicatur nu. 4.

Qui vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam, ēt ſi alter in conſequentiam lædatur. num. 7.

Inteſtatus decedens dicitur ſatis diſponere de bonis ſuis etiam feudalibus in beneficium venientium ab inteſtato, num. 9. Si haberet facultatem diſponendi explicitè, an dicatur validè diſponere, ſi decedat ab inteſtato, explicatur num. 10. cum ſeqq. etiam in materia electionis.

Digitized by Google

ADDITIONES
ad quæſt.23.

1 AD confirmationem, vt in-
teſtabilis habeatur pro in-
teſtato, adde poſt alios Sur
dus conſ.200.volum.2.vbi
2 optimè fundat, quòd † ſi
Barones habeant ius ſuccedendi in bonis
eorum, qui inteſtati decedent, vtique lo-
cum habet eorum ſucceſſio in bonis eorũ,
qui inteſtabiles moriuntur, vt ſunt pupil-
li, vt per eum; quod patet ex hic dictis, &
ita fuit deciſum in illo Senatu, quãuis Ce-
phal. & alij plures contrarium conſulue-
rint, vt affirmat idem Surd. conſ.240. in
3 princ. vol.2. & toto illo cõſ. † hoc probat
locum habere etiam ſi pupillus deceſſerit
cum pupillari ſubſtitutione illi facta per
4 patrem, quoniã † etſi pupillaris ſubſtitu-
tio ſit teſtamentum filij, vt in l. moribus.
ff. de vulg. & pupill. cum alijs ab ipſo cu-
mulatis nu.1. tamen eſt teſtamentum im-
propriè, & fictè, quia ab alio factum eſt, vt
poſt Aret. in d.l.moribus. vbi Alex. num.
21.Brun. & alios notat ipſe Surd. d.conſ.
240.nu.3.& ideò illa cõuentio debet pro-
5 priè intelligi, nõ autem fictè. † Sed in hoc
caſu tenerem contrarium, ſatis eſt enim,
vt dicatur teſtatus decedere ſecundũ iuris
diſpoſitionem, & in hoc non admitto ſen
tentiam Surdi.

6 Non obſtant rationes Surdi, vt hæc
ſubſtitutio ſit in fraudem dominorum, &
ſubditus non poteſt in fraudem domini
aliquid facere. Iacobin. & alij., quos ipſe
Surd. cumulat nu.8. nã reſpondetur nullã
eſſe fraudem dum pater vtitur iure ſuo;
nam de iure illi præmittitur, vt faciat pu-
7 pillarem ſubſtitutionem, † & qui vtitur
iure ſuo, nemini facit iniuriam, etiam ſi
alius in conſequentiam lædatur.l.ſi dona-
turus.§. ſi quis indebitam.ff. de condit. ob
cauſ.l.nullus videtur ff.de regul. iur. latiſ-
ſimè idem Surd.conſ.374. num.17. vol.3.
dixi infra quæſt.26.nu.20.& alibi.

8 Secundò, quia aliter ſequeretur patrẽ
nec fideicommiſſum facere poſſe in bonis
ſuis, quod abſurdiſsimum eſt, & proinde
dum cõuentio locum habere poteſt in eo,
qui nullo modo teſtamentum habet, ideò
non debet extendi ad eum, qui cum pupil-
lari ſubſtitutione decedit.

Sub nu.8.adde Bald. Curt.iun. Cephal.
Crauet.& alios plures, quos ſequitur Me-
noch. cõſ.922.nu.1.cum ſeqq. vol.10. qui
9 probant, † vt inteſtatus decedens, ſatis di-
catur diſpoſuiſſe de bonis ſuis in benefi-
cium eorum, qui illi ab inteſtato ſuccedũt,
etiam ſi eſsẽt bona feudalia, & emphyteo-
tica, ſic etiam conſ.950.num.5.cum ſeqq.
eod. vol.10. & dixi aliqua infra quæſt.65.
num.62.& ſeqq.

10 Verùm, quia diſpoſitio, quæ fieri præſu
mitur à decedente ab inteſtato, dicitur di-
ſpoſitio impropria, idcirco ſi ex forma cõ-
tractus ſit reſeruata alicui facultas diſpo-
nendi de aliquibus bonis, non dicitur di-
ſpoſuiſſe, dum inteſtatus deceſsit, ita Gab.
conſ.91.nu.19.vol.1. Peregrin.in tract.de
fideicom.art.40.difficult.2.nu.59.in fi. &
Crauet. quos probat Surd.cõſ.369.nu.40.
volum.3. vbi nu.41. poſt Mantic.lib.7.de
coniect.vltim.volun.tit.7.col.fin.& Burſ.
11 conſ.266.nu.20. verſ.nec oberũt, † dicit,
id præcipuè locum habere, ſi cõtrahentes
habuiſsẽt voluntatem, vt fieret ſpecifica,
& expreſſa diſpoſitio, vt eſt in materia ele
ctionis, quod latiſſimè ipſe proſequitur,
attamen quicquid ſit in electione, in qua
eſt ratio, vt eligatur perſona idonea, &
ſufficiens ad officium, beneficium, &c.
12 † ſic etiam quicquid ſit, dum expreſsè con
ſtat de voluntate contrahentium; nam eo-
rum volũtas ſeruatur pro lege; nihilomi-
nus regulariter etiam ſi per contractum
quis diſponere debeat de aliquibus bonis,
ſatis diſponere dicitur, ſi inteſtatus dece-
dat, vt hic diſcuſsum eſt, & ex ipſomet
Surdo, & alijs probatum eſt ſupra par. 3.
q.11.in addition.& alias ſæpè.

Sub num.11. Adde, quod de hac deciſ.
meminit Io. Bapt. de Thor. in compend.
deciſ.Neapol. in verb. ius prothomiſeos.
il ſecondo, vbi etiam Tapiam citat.

Ad quæſt.24. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

COnſuetudines an habeãt locum, facto teſtamento, ſi filia renunciauit non ſuccedere. num.1.

Renunciatio non extenditur ad futura, num.2.

Donatio facta contemplatione matrimonij, dicitur ob cauſam finalem, & conferri debet præcipuè dum ſit, vt contrahatur cum certa perſona nu.3.et 4.

Quid ſi fieret, vt quis commodius nubat, explicatur num.6.cum ſeqq.

Donatio facta contemplatione matrimonij, ſtatim reuocatur, non ſecuto matrimonio, vel ſi fuit declaratum nullum, & ſic deciſum refertur num. 5.

Conferri quando debeat donatio facta contemplatione matrimonij, latiſſimè explicatur num. 3. cum ſeqq.

Ius collationis oritur ex ſucceſſione, vt inæqualitas inter ſuccedētes euitetur. num. 9.

Donatio reſpiciēs commodum donatarij, & alterius certæ perſonæ, dicitur ob cauſam, & ita reſoluitur etiam ſi eſſet modalis, quod explicatur nu. 10. et 11.

Deciſio conſ. 36. Auctoris inter quoſnam euenerit, refertur num. 12.

Dos data ab auo nepti, quando imputetur filio in legitimam, refertur caſus notabilis, & explicatur num. 13. 15. & 16.

Auus quando teneatur dotare neptem, traditur num. 14.

ADDITIONES ad quæſt. 25.

1 SVb nu. 1. vt conſuetudines non habeant locum ex teſtamento, etiam quando renūciatio facta eſſet per contractū adde Lanar. Ant. Gam. Parii. & Anton. Gabriel. quos probat Io. Bapt. de Thor. in verb. filia maritata à patre, cui.

2 Sub nu. 2. vt renunciatio non extendatur ad futura, et incogitata, adde Menoch. cōſ. 806. vol. 9. vbi pro hac ſententia enumerat decem, & octo Doctores, ſe cum illis connumerato.

3 Sub nu. 6. cum ſeqq. de donatione facta cōtemplatione matrimonij, vt ſit ob cauſam finalem matrimonij, & proinde conferri debeat, adde vltra conſ. Surdi 243. eund. conſ. 122. nu. 6. cum ſeqq. vol. 2. cum alijs innumeris, quos probat Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 1. nu. 15. in fi. cum plurib. ſeqq. vbi duos ponit 4 caſus in hac materia, primus eſt, † ſi donatio fieret cauſa matrimonij contrahendi cum certa perſona, & tunc ſine dubio eſt ob cauſam finalem matrimonij, quia verba ſolet notariorum, & partium id demonſtrare, nam dicunt, & aliter non contraxiſſent matrimonium, niſi ob dictam donatione, & ita reſidet, & contraria ſoluit, & nu. 35. cum ſeqq. ſic pluries deciſum refert in illa Regia Audientia Cathaloniæ. Secundus caſus eſt, quando donatio facta eſſet cauſa matrimonij contrahendi, & in hoc ſunt opiniones, ſed de hoc caſu eſt dictum conſ. 11. etiam in addition.

5 Illud ſolùm notandum eſt, quod ſi matrimonium non ſequatur, vel ſit ſecutum, & declaratū ſit nullum ob aliquod impedimentum, donatio prædicta reuocetur ipſo iure, & nullius ſit momenti, quoniam præſumitur facta ſub illa conditione ſi matrimonium valide ſequatur, ita ex tex. in l. ſi ego in princ. & l. promittendo. ff. de iur. dot. l. Publius Mæuius. in princ. & l. Titio centum. §. Titio genero, vbi Bart. nu. 1. ff. de condit. & demonſtr. vbi Caſtr. teſtatur de communi Barb. & alijs, probat Fōtanell. d. gloſ. 1. nu. 54. cum ſeqq. & quamuis in quadam cauſam accidiſset hæc diſcuſſio in illo Senatu, & in anno 1606. die 4. Septembris fuerit iudicatum pro irreuocabilitate donationis, vt refert nu. 57. verſ. venit poſt hæc ſcripta. tamen ſub nu. 59. die 16. Nouembris 1610. dicit, reuocatam fuiſſe ſentētiam prædictam, & in melius commutatam, vt donatio fuerit reuocata ob cauſam non ſecutam, quamuis reuocatio verbis expreſſis facta non fuerit: quod latiſſimè proſequitur, ideo ad eum mitto lectorem, & conferunt, quæ dixi conſ. 40. & 41.

6 Inſuper circa alias donationes, quę fūt, vt aliqui commodius nubant, eſt difficultas, ſi debeant conferri, quia huiuſmodi donationes potius dicuntur factę ſub modo, quàm ob cauſam finalem, vt ex tex. in l. 1. C. de his, quæ ſub mod. probat Bart. in l. 1. nu. 21. & in l. quibus diebus. §. Termilius. nu. 2. ff. de cond. & demonſt. & alij penes Surd. conſ. 361. num. 18. & conſ. 369. num. 27. vol. 3. Verùm contrariam tuetur ſententiam, Surd. ex omnium ferè ſententia in d. conſ. 361. nu. 29. cum ſeqq. quo-7 niam regula eſt vniuerſalis, † vt quoties tractatur de ſuccedendo donāti, teneatur donatarius cōferre donationem, ita Cyn. Salycet. Corn. Iaſ. Deci. & alij in auth. ex teſtamento. C. de collation. cum alijs innumeris, per eum cumulatis, & probat etiam poſt alios Fontanell. d. glo. 1. num. 38. cum ſeqq. quamuis multi teneant in 8 hoc caſu, vt conferri non debeat, † quia eſt potius donatio ſimplex, vel ad minus ſub modo, quia eſt fauore matrimonij incerti, dum non eſt determinata certa perſona, & ſic non deberet conferri, & ita

proce-

procederet contraria ſententia, niſi ex-
preſſe, vel ſaltem ex validis coniecturis
conſtaret de voluntate donantis, vt ſit cō-
ferenda: mihi tamen etiam in hoc caſu
contraria probatur ſententia, & omiſſis
varijs probationibus, & rationibus, duæ
9 ſunt ſatis, vna, † vt ius collationis fiat in-
ter eos; qui debent ſuccedere, & ſic ex ſuc-
ceſſione oritur ius collationis, vt euitetur
inæqualitas inter ſuccedentes. l.1.§.inter
eos. ff. de collation. cum alijs cumulatis
per Surd.d.conſi.361.num.39. & ſeqq. &
per Fontanell. vbi ſupra num.38.& 39.&
pater in dubio præſumitur velle æquali-
tatem inter filios, vt dixi par.3.quæſt.14.
10 nu.4.& 5. Secunda ratio eſt, † quia quo-
ties donatio reſpicit commodum donata-
rij, & alterius tertiæ perſonæ, dicitur po-
tius ob cauſam, quam ſimplex. Bart.in l.2.
§.fi.num.2. ff. de donatio. cum innumeris
alijs cumulatis per Andr. Tiraq. in tracta.
ceſſante cauſa. nu. 52. vbi dicit hanc opi-
nionem alium non habere contradictorē,
niſi Bald.conſi.460.lib.3. cui tamen ipſe
Andr. reſpondet nu. 53. Alios plures etiā
pro dicta vera ſententia citat, & probat
Fontanell.d.glo.1.nu.31. Et ad ſummum
aliud prætendi nequit, niſi vt ſit donatio
11 modalis; & tunc eſt alia regula, † quòd, ſi
modus reſpiciat commodum donatarij,
& alterius tertiæ perſonæ, modus ille im-
portat cauſam finalem, & ob modum non
adimpletum reuocatur donatio, vt poſt
Bart. in d.§. Termilius. quem ibi alij com-
muniter ſequuntur Angel. Alexā. Socin.
Bald. Nouell. Alciat. Crauett. Oſaſc. Pere-
gri. & alios probat Surd. conſi.369.num.
27.vol.3.& ita eſt in propoſito de hac do-
natione incerti matrimonij, nam reſpicit
etiam commodum futuræ coniugis, & fi-
liorum, vt patet ad ſenſum, & ex dictis in
d.conſi.11.& etiam in addition. Plura de
modo, & conditione poſui conſ.35.& 36.
12 † & adde caſum conſilij 36. fuiſſe inter
ſororem quondam Illuſtriſs. Cardinalis
Acquauiuæ cum Sacro Mōte Pietatis hu-
ius fideliſſimæ Ciuitatis, & fuit deciſum,
functis aulis, iuxta dictum conſilium, pa-
trocinante Petro Antonio de Amato, &
ex eius doctiſſimo conſilio in illa cauſa
reaſſumpſi potiora: & quia neſciebam
deciſionem cauſæ, & credebam litem eſſe
adhuc ſub Iudice, ideò ſilui perſonas.

Ex prædictis etiam poteſt altera exa-
minari quæſtio diſcuſſa per Surd. conſil.
219. vol. 2. pro qua dicit non inueniſſe
Doctorem, qui illam diſputat, & quæſtio
13 eſt huiuſmodi. † Auus dotauit neptem
ex filio prædefuncto, deinde condidit te-
ſtamentum, in quo inſtituit ſibi hæredem
alium filium, & nepotem ex filio præde-
functo, verùm quia neptis fuit dotata ab
Auo, ſed non habuit dotem, num nepos
debeat imputare in eius portionem dotē
illam, quam habuit eius ſoror, & conclu-
dit negatiuè, & rectè, quoniam collatio
fieri debet de bonis, quæ ipſemet habuit
ab eo, de cuius ſucceſſione tractatur, non
autem de bonis, quæ alius habuit. l. vt li-
beris. C. de collat. vbi Iaſ. & omnes, & opti
ma ratione, quoniam collatio fuit adin-
uenta ad ſeruandam æqualitatem inter
ſuccedentes, ne plus vnus, quàm alius ha-
beat de bonis paternis. d. l. vt liberis, ſed
ille nepos plus non habet patruo.

Accedit prædictis, quoniā vt dixi infra
14 par. 6. q. 4. † etiam auus tenetur dotare
neptes, præcipuè dū mortuus eſt pater,
& conſequenter auus dicitur proprium
debitum exoluiſſe, vt optimè poſt alios
affirmat, & proſequitur Surd.d.conſi.219
nu.15. cum ſeqq. vbi nu.16. poſt Bald. in l.
fin. num.13. verſ. ſed pone. C. de dot. pro-
miſſ. Dec. Pic. Hercul. & Natt. notat hoc
15 etiam habere locum, † quando auus vi-
uente patre dotaſſet neptem, ſed pater eſ-
ſet pauper, vt nullo modo fiat collatio,
quoniam Auus tunc dicitur exoluiſſe de-
bitum proprium; tunc enim dos data ne-
pti ab auo imputatur filio in legitimam,
quando filius erat diues, & auus non te-
nebatur dotare ex officio.

16 Additur etiam, quia caſus iſte eſſet de-
ciſus in matre: ſi enim pater nūc viueret,
non deberet conferre dotem datam nepti
ab auo, vt eſt tex. in l. pater filiæ. ff. de cuſ-
tion. vbi gloſ. l. dedit dotem, vbi glo. ff. de
collat. bonor. cū alijs cumulatis per Surd.
d.cōſi.219.nu.14. Si igitur hoc locum ha-
bet in patre, multò magis in nepote pro-
cedit, ſi verò dos ipſa reperiretur penes
patrem tempore ſucceſſionis, & tunc de-
beret dos ipſa conferri, ſic enim loquitur
tex. & latiſſimè probat idem Surd. conſ.
361. num.30. vol. 3. vbi has opiniones ſic
concordat.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

REnocatio inofficioſa dotis fit vſque ad legitimam filiorum, etiam viuente matre, quod explicatur num. 1. & 3. Procedit etiam in donatione facta contemplatione matrimonij. numero 2.

Pater donans bona ſua alicui tempore, quo non habet filios, an præſumatur donationem reuocare, ſi deinde ſuſceperit filios, explicatur nu. 4.

Ius reuocandi donationem inofficioſam an tranſeat ad hæredes, explicatur num. 4.

Pecunia exacta per creditores poſteriores, an poſſit auocari per creditores anteriores, explicatur nu. 5. & 6.

Ius luendi extinguit hypothecas, quod explicatur nu. 7.

Hypothecæ reſoluuntur per ceſſionem iuris luendi, quod explicatur nu. 7.

Hæres ſi exegerit pecuniam hæreditariã an teneatur illam communicare cum ſuis cohæredibus. nu. 8.

Familiæ honor, & dignitas conſeruatur præcipuè per mulieres. nu. 9.

Nobilitas nulla eſſe poteſt ſine honeſtate. nu. 10.

ADDITIONES
ad Quæſt. 26.

1 SVb nu. 4. cum ſeqq. vt reuocatio dotis inofficioſæ fiat vſque ad legitimam, adde Maxill. & alios penes Ioan. Bapt. de Thor. in verb. do-
2 tem inofficioſam datam. † quod procedit etiam in donatione facta contemplatione matrimonij, vt poſt innumeros probat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus. nu. 68. & 69. C. de reuocand. donatio. cum alijs, penes Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 4. gloſ. 1. nu. 83. vbi ſic etiam refert deciſum, & Tiraquell. vbi ſupra
3 nu. 69. poſt alios infert, † vt reuocatio fiat vſque ad legitimam filiorum ſuperuenientium, etiam conſtante matrimonio, & probat etiam Vinc. de Franch. deciſ. 104. de quo meminit Mut. ad cõſuet. Panhor. cap. 47. nu. 138. & probant alij plures penes Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 28. num. 9. vbi ſic etiam deciſum refert in illo Senatu, die 18. Martij 1606.

4 Plus dixerunt Doctor. quòd, ſi pater donaſſet bona ſua alicui eo tempore, quo nõ habebat filios, deinde ſuſcepiſſet filios, ſi tunc bona donata non eſſent translata in donatarium, & pater non habuiſſet tempus reuocandi donationem, illa donatio præſumitur reuocata ex interpretata voluntate donantis, qui præſumitur reuocaſſe donationem ſi ſuperuixiſſet, ita poſt Caſtren. in l. 2. in fin. C. de poſthum. hæredib. inſtit. Rip. & Tiraquell. probat Menoch. conſi. 994. nu. 13. cum ſeqq. vol. 10. qui tamen nu. 18. & ſeqq. poſt Hoſtienſ. Bald. Salycet. & quindecim alios Doctores, dicit hoc non habere locum, quando dominium dictorum bonorum eſſet trãſlatum in donatarium, & pater donãs per aliquod temporis ſpatium ſuperuixiſſet poſt natiuitatem filiorum, & non reuocauit, quia tunc ius reuocandi non tranſit ad hæredes: quod ego etiam affirmaui hic par. 4. q. 61. num. 6. & in tit. de renunciat. q. 4. num. 14.

5 Sub num. 16. de pecunia exacta per creditores poſteriores, vt non ſit reſtituenda, tenẽt plures alij penes Tuſch. in ſua pract. concluſ. lit. p. concluſ. 201. nu. 8. & penes Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſion. Neapolit. in verb. creditor anterior primus, & in verb. creditor primus hypothecarius, & in verb. hæres cum beneficio legis. Et licèt Surd. conſi. 4. num. 25. & 42. vol. 1. & conſi. 436. nu. 10. vol. 3. in rigore iuris teneat contrarium: de æquitate tamen noſtram tuetur ſententiam ad euitandas lites, & ne vigilantia poſteriorum creditorum ſit in eorum damnum, & negligentia anteriorum ſit in eorum vtili-
6 tatem. † Si tamen adeſſet mala fides, tunc nec conſumptio, nec commiſtio cum alia pecunia iuuaret creditores poſteriores, tunc enim daretur etiam vero Domino non ſolùm conditio, ſed etiam rei vendicatio tanquam contra eum, qui dolo deſijt poſſidere. gloſ. in l. filiusfam. ff. ſi cert. pet. Bart. Angel. & alij, quos probat Surd. d. conſi. 4. nu. 45. de quibus meminit noſter de Pont. conſi. 13. num. 6. cum ſeqq. volum. 2.

Additur etiam, quòd ius potius iuuat diligentiam vigilantium, quàm damnet, & dat cautelas circa hoc, dũmodo ceſſent
7 fraudes, † & ideo eſt adinuentus in hoc Regno Neapolitano hic cõtrahendi mos,

& vſus;

& vſus; cùm enim quis vult cum aliquo contrahere, qui habet introitus aliquos annuos cum Regia Curia, ad hoc vt ſit ſecurus, & tollat hypothecam aliorum omnium creditorum, & ne remaneat obligatus oneribus venditoris contrahit cum ceſſione iuris luendi à Regia Curia, vel cum ciuitate ex pacto ſpeciali inter emptorem, & venditorem, & ſic omnes aliæ hypothecæ reſoluuntur, vt eſt notoria praxis, de qua teſtatur noſter de Pont. deciſ.28.ſub nu. 18. cum ſeqq. quia lex conſiderat id, quod generaliter fit, vt eſt propria cautela emptoris, & ſic eſt in propoſito. Nec eſt omnino diſſimile id, quod di-
8 cunt DD. † vt ſi duo ſint cohæredes, & vnus ex eis exegerit medietatem pecuniæ hæreditariæ, vt non teneatur pecuniam exactam communicare alteri, vt poſt alios probat Ann.alleg.4. vbi ſic deciſum refert in Sacr. Conſil.

9 Sub num.23. vt ſit honor fratris dotare ſororem, adde quoniam mulieres præcipuè conſeruant honores, & dignitates fa-
10 miliarum, † & ideò nulla nobilitas eſſe poteſt ſine honeſtate, vt poſt Bald. in l.humilem. C. de inceſt. nupt. & alijs probat Cephal.conſi.594. & 566. vbi nu. 28. etiã addit, vt vera nobilitas ſit illa, quam quis veris moribus, & virtute comparat, de quibus meminit Ioan.Philipp. Teſtai. alleg.7.nu.95.vol.1.

SVMMARIVM.

Conſuetudines non excludunt ſimpliciter fœminas, ſed ſub conditione, ſi dotentur. nu. 1.

Nati ex fœminis an excludant fœminas à ſucceſſione bonorum, explicatur tã ſecundum has conſuetudines, quàm etiam in materia fideicommiſſi. nu. 2. & 3. An ſuccedant ad feudum, declaratur nu.4.

ADDITIONES ad quæſt.27.

1 Sub nu.12. vt noſtræ conſuetudines non excludant fœminas, ſed potius includãt, ſi non dotētur de paragio, vt in ſimili ſtatuto probat poſt alios Menoch. conſi. 904. num. 28. volum. 10.

2 Ex dictis in hac quæſt. reſoluitur etiam illa quæſtio, ſi nati ex fœminis excludant fœminas a ſucceſſione, hoc eſt, ſi aliquis ab inteſtato ſine deſcendentibus, vel aſcendentibus, & ſine fratribus, ſed ſolùm cum ſorore, & cum nepotibus ex alia ſorore; num nepotes illi excludant amitam, & ſic ſororem defuncti: Verùm hæc quæſtio dupliciter examinari poteſt. Primò ſecundùm has conſuetudines, vel ſimilia ſtatuta, quæ conſiderant agnationem, & ſic vt bona conſeruentur in agnatione, & familia. Secundò, ex fideicommiſſo, & de vtroque dicetur quæſt. 30. Sed reſoluitur quæſtio facili modo: Si enim ſtatutum, vel teſtator habuiſſent rationem conſeruandi bona in agnatione, & familia, & tunc nati ex fœminis non excludunt fœminas, præcipuè ſorores defuncti; quoniã illa eſt proximior, & de familia, quamuis in ipſa finiatur agnatio, vt ſuo loco dictũ eſt, & probant Fulgoſ. conſil. 85. Ioan. Andr. Anchar. Salycet. & alij innumeri, penes Surd.conſi.316. & conſ.416. vol.3.
3 nam omnes in hoc conueniunt: † Si verò vocati eſſent maſculi, & tunc multi tenẽt, vt nati ex fœminis excludant fœminas: de qua materia latiſſimè tractat Mantic. de coniect.vltim.volun.lib.8.tit.18.Surd. d.conſi.316. vbi etiam citat contrarium tenentes, ſed hoc locum habere nequit ſecundùm has cõſuetudines, dum agnatio-
4 nem conſiderant. † Quando verò feudũ conceſſum fuit pro maſculis, & fœminis, multi tenent, vt nati ex fœminis ſimul cũ maſculis aliorum ſuccedant, de qua materia latiſſimè tractat Surd. conſi. 407. vol. 3. quod omitto, quia hic locum habere nequit.

SVMMARIVM.

Conſuetudines non habent locum in fœminis prouenientibus ex maſculis. num. 1.

Fœminæ vt excludantur per noſtras conſuetudines debent dotari de paragio. nu.2. An vnicum paragium illis ſufficiat, explicatur numero 3.

In Regno noſtro an viuatur iure Francorum, vel iure Longobardorum, explicatur num.4. & ſeqq. Vbi recenſetur Andream fuiſſe varium in hac ſententia.

Ius Francorum dicitur ius ſpeciale ſe-
cun-

cundùm conſuetudines Regni, ſeu iddem eſt, quod ius Romanum. nu. 6.

ADDITIONES
ad quæſt. 28. & 29.

1 SVb nu. 1. queſt. 28. vt conſuetudines locum non habeant in fœminis prouenientibus ex maſculis, adde Vinc. de Franch. deciſ. 24. deciſ. 149. nu. 11. & 12. deciſ. 152. nu. 6. deciſ. 157. & alibi. Anna conſ. 45. num. 77. Conſil. de Georg. alleg. 30. vſq; ad nu. 20.

2 Sub nu. 2. quæſt. 29. vt fœminæ excluſæ per ſtatutum debeant eſſe dotatæ de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, adde, quòd ſic etiam fuit deciſum in Regia Camera de anno 1550. in cauſa Comitatus Mignani pro D. Portia Ferramoſca, vt teſtatur Liparul. ad Andr. in cap. 1. nu. 30. circa fin. lit. F. in verb. prædicta verſ. & hæc nota. de natur. ſucceſſ. feud. Vbi citat Luc. de Penn. & Pern. probat etiam Michael Craſſ. & Peregrin. de quibus meminit Ioann. Bapt. de Thor. in verb. filia fœmina, dotata a Patre. de Franch. deciſ. 171. & deciſ. 667. nu. 4. & 8. vbi loquitur ſecundùm terminos Conſtitut. in aliquibus, vt ſi viuatur Iure Franchorum, ſint neceſſaria tot paragia, quot ſunt ſucceſ-

3 ſiones: † Si verò viuatur iure Lõgobardorum, tunc vnicum paragium ſufficiat ad excludendum fœminam ab omnium ſucceſſione, vt notant etiam addentes ad Afflict. in Cõſt. Regn. vt de ſucceſſionib. num. 31. & ſeqq. & poſt Viui. opin. 812. num. 53. & 57. notat etiam Ioan. Bapt. de Thor. in verb. ſoror quæ renunciauit, & in verb. ſoror an ſuccedat fratri, vbi poſt Conſiliar. de Georg. alleg. 30. num. 21. & Ricc. in collect. deciſ. cap. 55. ſubdit, vt ſecundùm noſtras conſuetudines ſufficiat vnicum paragium, etiam dum tractatur de ſuccedendo tranſuerſalibus, vt firmauit hic num. 16. cum ſeqq. & ita dicit fuiſſe deciſum in Mag. Cur. Vicariæ de anno 1611. in cauſa Anelli Nauclerij cum eius ſorore penes Canalem Actuarium.

4 Sub nu. 14. & 15. † quo iure viuatur in hoc Regno, adde, ꝙ Andreas videtur varius in hoc quæſito, nã in prælud. feudor. q. 3. ſub nu. 40. §. vnde in aliqua diſtinguit duo Iura, nempe, Ius Lõgobardorũ, & ius Romanorum, & ſic videtur accipere pro eodem ius Romanorum, & Ius Franchorum: ſed in Cõſtit. puritatem. Vbi Afflict. num. 7. conſiderat quatuor iura. Primò, vt ſit iudicandum ſecundùm conſtitutiones Regni. Secundò, iuxta rationabiles conſuetudines. Tertiò, attento iure Longobardorum. Quartò, ſecundùm ius Romanorum. Et idem Andr. in prælud. feudor. q. 3. nu. 38. & 39. vbi Liparul. in verb. vt Iudices. lit. D. plura concordantia loca Andreæ citat, vt potius in Regno quis præſumatur viuere iure Longobardorũ, prout etiam docet idem Andr. in cap. Imperialem. §. præterea. num. 37. & ſeqq. de

5 prohib. feud. alien. per Federic. ibi † [*In Regno viuitur iure Longobardorum, de offic. magiſtr. Camer. Puritatem, vbi ius commune facit pro aliquo, intentio ſua fundata eſt, niſi alius probet ius ſpeciale. 15. q. 5. omnes baſilicæ. Et ſupra quid ſit inueſt. §. penult. & fin. filij omnes ſuccedunt, & filij filiorum in ſtirpes. C. de legit. hæred. Auth. cessante ſupra de grad. ib. cap. 1.*] Hæc ibi Andræas: Sed quia in d. q. 3. in prælud. feud. nu. 40. in fin. &

6 ſæpe alias tenet, † vt ius Franchorum ſit ius ſpeciale in Regno, ſecundùm conſtitutiones eiuſdem Regni, vt ibid. etiam not. Liparul. in verb. niſi viuerẽt, lit. T. & conſequenter hæc opinio videtur magis recepta, vt potius viuatur in Regno iure Francorum, quod accipitur pro iure Romano, & vltra cumulatos hic nu. 14. probat Afflict. auctoritate eiuſdem Andreæ in dicta conſtitut. Regn. Puritatem. num. 9. vbi affirmat hanc opinionem approbatam a multis doctiſſimis Viris, & ſecundùm eam iudicatum, probat etiam Marant. in ſuo ſpecul. par. 3. nu. 71. quem ſequitur Liparul. d. q. 3. ſub nu. 38. & 39. lit. D. in fi. Vtcunque ſit, quòad paragium non recedo ab hic diſcuſſis.

SVMMARIVM.

IMmunitate conceſſa familiæ quando gaudeant nati ex fœminis, traditur num. 1. & 2.

Fœmina non præſumitur proprium ſexum odiſſe. nu. 2.

Filij, nati ex patre immuni, qualiter gaudeant immunitate, etiam pro debitis contractis viuente patre? explicatur num. 3.

Nepos ex filia an dicatur ex deſcendentibus aut paterni, & ſuccedat ad feudum

dum pauperem, explicatur n.4. & 5. An ſuccedat in emphyteuſim Eccleſiaſticã, & quid ſi eſſet neptis, declaratur nu. 6.
Nati ex ſãguine Regio ex lineã maſculina ſũt immunes à ſolutione Regij ſigilli, & ita in hoc Regno ſunt illi de familia de Aragonia, deſcendentes per lineã maſculinã, ſic etiã illi de Tocco, vti etiã deſcendentes ex ſanguine Regio per lineã maſculinam, quod explicatur ſub nu.1.
Familia de Tocco deſcendit ex ſanguine Regio, & Diſpotis Romaniæ, & Epiri, quod explicatur ſub nu.1.
Rex, & Regina Apolloniæ non ſoluunt dictos regij ſigilli in hoc Regno, ſub nu.1.
Neptis ex filio dicitur de familia aui materni, & ad feudum maternum etiã ſuccedit, quod declaratur nu. 6.
Fœmina, ſi ſuccedat ad aliqua bona, illemet ordo ſeruatur in ſucceſſione, qui ſeruatus fuit in linea maſculina, quod explicatur nu.7.
Nati ex fœminis quando ſuccedant in feudum, & ad alia bona, ad quæ maſculi vocantur, explicatur nu.4. cum ſeqq.
Statutum laicorũ nec Eccleſiaſticos ligat, nec eorum bona, nu.9.

ADDITIONES ad Quæſt. 30.

1 TRactatũ eſt in hac q.30. Si nati ex fęminis gaudeãt immunitate, & iam retuli nu.2. fuiſſe deciſum per Collaterale Conſil. vt refert de Pont. deciſ. 5. nõ gaudere, & fuiſſe denegatã immunitatẽ Sereniſſ. Duci Parmę circa ſolutionẽ dirĩctuũ Regij ſigilli; quia licèt pandecta mandet, vt deſcendentes ex ſanguine Regio gaudeant immunitate ſigilli, tñ ipſe Dux Sereniſſ. deſcendebat ex ſanguine Regio ex fęmina, vt in d. deciſ. diſcutitur, ſed debẽt deſcendere ex linea maſculina, vt d.nu.2. & 3. retuli, & ob hãc cauſã prædicta immunitas fuit obſeruata illis de familia de Aragonia, illis quidẽ qui per lineam maſculinã deſcendebant ex ſanguine Regio; quorum vnus fuit Dux Montiſalti, vt refert idem de Pont. d. deciſ. 5. in fi.

Eadẽ immunitate hodie in hoc Regno fruuntur Rex, & Regina Apolloniæ, ſic ẽt D. Carolus de Tocco, Comes Montis aperti, & D. Leonardus de Tocco, hæredes in hoc Regno Principis Mõtis Militũ & alij deſcẽdẽtes ex Diſpotis Romaniæ, & Epiri, quã hodie Artã vocant, vt probat Raphael Volaterranus lib.8. ſuorum Cõmẽtariorũ fol. 250. Hieronymus Zurita in hiſtor. Regni Aragoniæ lib.4. c.3. in lingua Hiſpana in libro intitulato Hiſtoria del Rey Ernando el Catolico.

Nã iſti Dñi de Tocco per lineã maſculinã deſcendunt ex ſanguine Regio, & vt tales gaudẽt immunitate Regij ſigilli, vt patet ex diuerſis priuilegijs, & aſſenſibus, regiſtratis in Regia Cãcellaria Mag. Cur. Hiſpaniarũ, & huius Regni Neapolis, in quib. dr nihil ſoluit, quia de ſanguine Re-
2 gio. Attñ, † ſi cõceſſio immunitatis fieret a fęmina, vt à Regina, Baroniſſa, &c. quia nõ præſumitur propriũ ſexum odiſſe, tũc nati ex fęminis gauderẽt tali immunitate ex præſumpta mente concedentis, & eò magis ſi ꝑ aliquod tẽpus ita fuiſſet ſeruatũ, ita poſt Anch. cõſi. 339. Dec. Curt. iun. Bero. Rolãd. Gozad. Rube. Boſſi. Benint. & alios probat Surd. conſi. 140. nu. 26. & ſeqq. vbi latiſſimè de hac materia tractat.
3 Ad cõfirmationẽ eorum, quæ dicta ſunt nu.10. vt filij alicuius patris imunis a collectis nõ teneantur ad debita cõtracta tẽpe immunitatis. Adde hoc procedere, etiã in donatiuis, ac ſubſidijs charitatiuis, ſiue adiutorijs, quæ imponũtur vaſſallis a Rege, vel alio Dño: ſi.n. pater erat immunis tẽpe impoſitionis, & iã diuiſa eſſet ſolutio in pluribus annis, intra quos mortuus eſſet pater; adhuc filij gaudẽt illa immunitate, qm̃ inſpicitur origo impoſitionis, quo tẽpore erant immunes ſimul cum patre, vt patet ex dictis d.nu. 10. & latiſſimè ꝓbat Surd. cõſ.145. tot. vol.1. & ꝓbat optimis rationibus, qm̃ ſicut pater teneretur ſoluere collectas, ſi intra tẽpus ſolutionis fieret immunis, ex quo attẽditur initiũ impoſitionis, ita ſunt immunes filij ex poſt facto: quod nota, quoniã quotidianũ eſt.

Circa diſcuſſa in hac queſt. adde, ꝙ non
4 deſunt, † qui dicant nepotẽ ex filia dici ex deſcẽdentib. aui materni, vt ſcripſerunt Alex. d. conſ. 160. nu.3. lib.2. Caſtr. Corn. Soci. ſen. Dec. Alciat. Natt. Imol. Barbat. Gozadin. Capr. Pariſ. & Bero. penes Menoc. cõſ.1043. n.17. vol.11. adeò vt velint,
5 † vt ſuccedant in feudũ, in quo filia ſuccedit, deficiẽtibus maſculis, latiſſimè Surd. conſ. 308. vol.3. At vt nõ ſint ex deſcendẽtib. aui materni, patet ex dictis in hac qſt, & probãt in ſpecie Yſer. in c.1. n.2. de ſucceſ. feud. Bald. Salyc. Curt. & Tho. de Marin. quos cõtra ſe citat Menoc. d. cõſ.1043 nu.15. §.1. ꝙ dicta Lęlia, quorum opinio magis conuenit iuris diſpoſitioni, ex quo fęmina eſt finis familiæ, & ſic DD. qui vo-

cāt natos ex fęmina ad ſucceſſionē bonorũ aui, vt ego ipſe hic n. 13. notaui, nõ eſt ratione familię, ſed rõne repreſẽtationis.

6 Plus tñ dicũt, vt, ſi quis accipiat emphyteuſim Eccleſiaſticã pro ſe, filijs, hæredib. & ſucceſſoribus vſq; in tertiã generationẽ, adhuc neptis ex filia venit ad illã emphyteuſim, nõ exiſtẽtib. maſculis, qñ hæc neptis eſt de familia aui materni. ita poſt gl. i §. alienationis, in verb. emphyteuſim eccleſiaſticã. Auth. de nõ alien. reb. eccl. & poſt Specul. Butric. Azor. & 23. alios Doctores, probat Menoch. in cõſ. 1122. n. 20. vol. 12. & tot. illo cõſ. vbi ſoluit cõtraria, & nu. 23. & ſeqq. enumerat 8. DD. ꝓ contraria parte, inter quos eſt ipſe Menoch, cõſ. 172. n. 26. & alibi, & rñdet in hoc mutaſſe ſniam in melius, & hoc adeò verũ putat, vt ſi eſſet conceſſum ſeudũ à principio ꝓ maſculis, & fœminis, vt nepos ex fęmina excludat neptẽ ex maſculo à ſucceſſione dictorũ bonorũ feudaliũ. Bal. in c. 1. n. 2. de eo, qui ſib. & hæred. maſcul. Aluarot. Philip. Caſata, Calder. Anchar. Affl. Curt. iun. Alcia. Iaſ. Soc. iun. Ferrett. Crauet. Io. Thom. de Marin. Oſaſc. Amod. de Ponte, Alex. Raudenſ. & Decian. quos probat Menoch. conſi. 930. nu. 30. vol. 10.

7 Illud tñ aduertẽdũ eſt, ꝙ, ſi fęmina, vel nati ex eis ſuccederent ad aliqua bona ex ſubſtitutione, vel cõceſſione, tunc illemet ordo ſeruandus eſſet in fœminis, qui iam ſeruatus fuit in ſubſtitutione deſcendentium per lineam maſculinam, vt ſcripſit Soc. ſen. conſ. 49. col. 3. verſ. quibus ſuppoſitis. lib. 1. Anch. & Soci. iun. quos probat Menoch. conſi. 957. nu. 12. vol. 10.

Additur ẽt ad prędictorũ cõfirmationẽ;
8 † vt nati ex fęmina ſuccedãt in feudũ, ſi ex repreſẽtatione, vel ex forma īueſtituræ id colligeretẽ, nec eſſet habita rõ agnationis, vt fuſiſſimè, ac doctiſſ. pariter poſt alios fundat Surd. cõſ. 308. tot. vol. 3. At ſi in cõceſſione, vel acquiſitione habita eſſet rõ agnationis, & familiæ; tũc nullo modo nati ex fęminis ſuccederẽt, & ita tenẽt Ancha. cõſ. 359. Rui. Rub. Alcia. & alij relati per Surd. d. conſ. 308. nu. 1. quos tñ ſequitur nu. 9. & ſeqq. & ſic cõcordat opiniones, & valde gaudeo apud eũ etiã hanc inueniſſe cõcordiam, nã eius auctoritatem magnifacio, cũ ſemper benè ſcripſerit, & nũc plus facio, qm̃ iuriſdictioni eccleſiaſticæ adhæſit, vt patet ex cõſ. 301. tot. de quo cõſilio memini ẽt ad hoc propoſitum ſupr. par. 2. tit. de perſon. q. 7. n. 47. quãuis aliqñ ſibi ipſi non conſtauerit in conſulẽdo, ſed id egerit ob varietates opinionũ, & hoc multoties faciunt etiam homines doctiſſimi, quamuis non ſit bonum.

Ad quæſt. 31. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

AMita an ſuccedat ſimul cũ nepte, explicatur nu. 1.

Fideicõmiſſum an ſit extinctum, ſi vltimus moriens obijt cum filijs, & filij poſtea moriantur ſine filijs, traditur nu. 2.

Onus fideicõmiſſi qñ cenſeatur repetitum in perſona ſubſtituti, explicatur nu. 3.

ADDITIONES
ad Quæſt. 32.

1 SVb nu. 3. Vt Amita ſuccedat ſimul cũ nepte. Adde Surd. conſ. 325. & 416. vol. 3. Nũc Pellicc. Vrſill. & Minad. penes Io. Bapt. de Thor. in cõpẽd. deciſ. Neapol. in verb. neptis filia, & in verb. nepos, an excludat Patruum; Verùm hic Auctor in verb. neptis, & ſic filia fratris, poſt Viui. Grãm. & alios tenet iuxta diſcuſſa hic n. 6 cũ ſeqq. vt neptis ex filio excludat amitã.

2 Sub n. 16. cũ ſeqq. vt fideicõmiſſũ ſit extinctũ, ſi vltimus moriẽs deceſſit cũ filijs, quãuis iſti poſtea moriantur ſine filijs, adde Surd. cõſ. 315. & conſ. 370. nu. 9. vol. 3. & ipſemet Menoch. conſ. 1006. nu. 40. & ſeqq. vol. 11. iã ꝓ opinione Oldradi citat 39. Doctores, & nu. 42. ſic refert deciſum Ferrariæ, & innumeros alios nouiſſimè cumulat, & probat Ludouic. de Caſſanat. conſi. 4. qui ſatis prolixè hãc materiã examinat, & noſtrã tuetur ſententiã, & contraria ſoluit, prout ẽt facit Surd. loco cit. Theſ. deciſ. 270. præcipuè nu. 28. verſ. ex quibus licet. Imo ipſemet Menoch. conſ. 1195. n. 7. vol. 12. vbi ſe ipsũ alibi citat, te-
3 net, † vt onus fideicõmiſſi nunquã ſit repetitum in perſona ſubſtituti, niſi teſtator ꝓceſſerit ad plures gradus ſubſtitutionis, vel adſint aliæ euidẽtes cõiecturæ, qđ ſit repetitũ, & ꝓ hac ſnīa citat 29. DD. itaq; ſibi ipſi nõ cõſtat in hoc articulo, & cõſequẽter nõ eſt recedẽdũ ab hic diſcuſſis, & dicã aliqua infra q. 63. ſub nu. 11. & ſeqq.

Ad quæſt. 33. & 34. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

NEpos, vel neptis ex primogenito excludit patruũ à ſucceſſione bonorum feudalium. nu. 1. An procedat in bonis Burgenſaticis, & in bonis ſubiectis fideicomiſſo, traditur nu. 2. & 3.

Patruus an excludat neptem ex primogenito in bonis burgenſaticis, & in fideicom-

deicommiſſo, recenſetur nu.1.2.& 3.

Ius repræſentationis datur in feudis, in fideicommiſſo, & in bonis burgenſaticis.nu.1.& 3.

Exteri ligantur actiuè, & paſſiuè diſpoſitione conſuetudinum, ſed an excludant fœminas ciues, declaratur numero 4.

Ius repræſentationis an locum habeat, ſi non ſit delatum ius tempore mortis eius, cui ſucceditur, explicatur nu.5. & ſeqq.

Fæmina, nubens in familia, an faciat deficere fideicommiſſum relictum pro cõſeruatione bonorum in familia, explicatur nu.20.cum ſeqq. Quid ſi nuberet poſtquàm eſt factus caſus fideicommiſſi, traditur nu.25.& ſeqq.

Primogenituræ ius quo tempore conſideretur, & an tranſmittatur ad hæredes, explicatur nu.6.cum ſeqq. Et an poſsit renunciari per primogenitum in præiudicium deſcendentium, traditur num 9.& ſeqq.

Renunciatio vnius quando alteri præiudicet etiam in feudis, declaratur nu. 10.& ſeqq.

Linea vna admiſſa ad ſucceſsionem non ſuccedit alia, donec adſunt perſonæ de linea admiſſa.nu.12. & num.18.cum ſeqq.

Princeps non poteſt in aliorum præiudicium tollere ius primogenituræ.num. 13. Nec ius fideicommiſsi, quando vocata eſt certa linea.nume.17.cum ſeqq.

Primogenitura non habet locũ in feudis ruſticis, quia in illis ſuccedunt omnes filij.nu.14.& 15.

Feuda ruſtica quænam ſint, & de cuius licentia alienari poſsint, & qui ad illa ſuccedant, traditur nu. 10.cum ſeqq.

Teſtatorum voluntates regulariter mutari non debent, quod declaratur nu. 24.& ſeqq.

Tempus mortis attenditur in fideicommiſsis.nu.26.

Habilitas ad ſuccedendum attenditur tempore mortis.num.27. Sic etiam ad conferendum, vel recipiendum beneficium, quod explicatur nu.28.

ADDITIONES.
ad quæſt.35.

1 VT nepos, vel neptis ex primogenito in bonis feudalibus excludat patruum ſecundò genitũ per ius repræſentationis, & ſubingreſsionis in locum primogeniti, adde Afflict.in conſtit.Regn. vt de ſucceſſionib.num.22. cum ſeqq. & Menoch. conſi.1082.num.20.vol.11.vbi varias cumulat deciſiones, & 45. Doctores enumerat pro hac ſententia, & citat etiam alios Ioan. Bapt. de Thor.in compend.deciſio. Neapol.in verb.nepos ex ſecundogenito. Et licèt ipſe Menoch.conſi.1146. vol.12.
2 tenuerit, † vt in bonis burgẽſaticis in ſtatuto excluſiuo fœminarũ tenuerit, inquã, cũ opinione Gabrielis, hic relati nu.12.vt patruus excludat neptem ex filio, nihilominus contraria ſententia eſt verior, quã ipſemet Menoch. defendit in tracta. de præſumpt.vt fatetur in d.conſi.1146. nu. 1.& 2.& tuetur etiam conſi.1160. eodem
3 vol.12.vbi probat, † etiam in bonis burgenſaticis dari ius repreſentationis, etiam in materia fideicommiſſi, dum agitur de ſucceſſione aſcendentium, quia ſic de iure ſancitum eſt. §. cum filius, & §.item vetuſtas, inſtit.de hæredit. quæ ab inteſt. deferun.& pro hac ſententia citat 34. Doctores; & hoc eò magis procedit ſecundũ noſtras conſuetudines, vt patet ex diſcuſſis in hac q.35.
4 Illud incidenter notandum eſt, ꝙ, licèt exteri actiuè, & paſſiuè ligentur diſpoſitione harum conſuetudinum, iuxta tradita ſupra tit.de perſon. q. 1. & conſi. 50. nihilominus exteri agnati, vel cognati nõ excluderẽtur ab agnatis ciuibus, vt per Alex.conſ.41.lib.7. Vterque Socin. Brun. Rocch. de Curte, Crauett. & alios penes Menoch.conſi.890. per tot. vol.9. Ea ratione, quia dum forenſibus ſtatutum non nocet, nec eis debet prodeſſe: quæ ratio non militat ſecundùm noſtras conſuetudines: ſi enim eſſent in pari gradu, omnes æqualiter ſuccederent, tàm exteri, quàm Ciues, vt patet ex dictis in locis citatis: nã exteris nocent, & proſunt cõſuetudines, & iddem de eis iudicatur, quod de ciuibus pro bonis ſitis intra diſtrictum, & cõſequenter quæ in hac quæſtio. 35. dicta

ſunt de ciuibus, locum etiam habent in
exteris.
5 Inſuper aduertendum eſt eſſe nõnullã
dubitationem circa ius repræſentationis;
nam aliqui tenent, vt neceſſariò ſit ius de-
latum, vt locum habeat ius repræſenta-
tionis, quoniam in iure nondum delato
perſonæ repræſentandæ nõ habet locum
repræſentatio, ita voluerunt Cagnol. in l.
hæredem.nu.16.ff.de regu.iur.Aret.conſ.
123.nu.4.Magon.deciſ.4.nu.14.a quibus
non diſſentit Marc.Anto.de Amat.deciſ.
61.num.51.
6 Hinc etiam dicunt alij, vt ius primo-
geniture conſideretur tempore mortis
eius, cui ſucceditur, & conſequenter non
habet locum ius repræſentationis, quo-
ties non iure hæreditario, ſed ex pacto, &
prouidentia deberentur alicui certa bo-
na, vt puta feudum, maioratus, & alia ſi-
milia, ſic probarunt Natt.conſ.127.num.
7.& 8.conſi.130.nu.6.Petr.de fideicom.
quæſt.10.nu.144.cum decem ſeqq.Petr.
de Gregor.in tract.de conceſſ.feud.par.2.
q.10.nu.53.& par.4.q.10.nu.16.Milanẽſ.
deciſ.8.nu.220.cum ſeqq.par.1.Menoch.
7 conſi.83.† Verùm in vtroque caſu teneo
contrarium; & in primo caſu ſi eſſet ius
delatum, vtique non haberet locum ius
repræſentationis, ſed potius ex iure tranſ-
miſſionis, quoniam ius ei delatum tranſ-
mitteret, nec eſſet neceſſaria repræſenta-
tio iuxta notata in l.tempus.ff.de hære-
dib.inſtit.& Pariſ.conſi.78.nu.30.lib.2.
vt alios omittam, nam hoc patere poteſt
ex diſcuſſis pluribus in locis in hac 4.par.
& conſi.6.nu.11.cum ſeqq.& conſequen-
ter, vt quis vtatur iure repræſentationis,
non eſt neceſſarium, vt ius ſit delatum tẽ-
pore mortis perſonæ repræſentandæ, ſed
ſatis eſſe, vt ſit perſona quæ ſubingredia-
tur ex iuris diſpoſitione in locum patris,
& ſic de alijs, iuxta diſcuſſa in hac q.35.
8 Nec ſecundum motiuum ſubſiſtet, quia
ſiue ſit feudum hæreditarium, ſiue ſit feu-
dum ex pacto, & prouidentia, & in eo vi-
uatur iure Francorum, vt primogenitus
ſuccedat, ſatis eſt, vt ſemel ſit redactum
ius primogenituræ in perſona primogeni-
ti, qui poſtea ex priuilegio iuris, & ex po-
tentia ſuitatis tranſmittit hoc ius primo-
genituræ ad eius filios, vt hic latiſſimè di-
ctum eſt nu.5.& 6.& per totam quæſtio-
nem etiam in hic additis, & probat etiam
9 poſt alios Surd.conſi.362.nu.6.vol.3.† Et
eatenus ius primogenituræ eſt radicatum
in perſona primogeniti, & de primogeni-
to in primogenitum, vt nec pater poſſit
illi iuri primogenituræ renunciare in
præiudicium filiorum, vt ſcripſit Oldrad.
in indiuiduo conſi.94.col.4.tenent etiam
Io.Andr.& alij in c.licet.de voto. Probãt
etiam Alex.Tiraqu.& alij, quos ſequitur
Menoch.conſi.211.num.144.vol.3.quod
10 eſt clarum in omni materia, † quoniam
quæ iure proprio competunt alicui, nullo
modo præiudicat illi alterius renuncia-
tio; nemo enim poteſt renunciare iuri, qđ
cedit in alterius præiudicium, vel annexã
habet alterius vtilitatem, vt ſcripſit Bart.
communiter receptus in l.ſi quis in con-
ſcribendo nu.3.C.de pact.vbi Salycet.nu.
8.Aret.in §.iddem iuris.nu.33.inſtit.de
exception.Crauett.conſi.80.nu.9.Pariſ.
conſi.73.nu.41.lib.1.cum alijs cumulatis
infra in tit.de renunciat.quæſt.5.etiam
in additio.
11 Hinc eſt, quòd, ſi feudum eſſet antiquũ,
& acquiſitum pro ſe, & ſucceſſoribus, nõ
poſſet vnus inferre præiudicium alteri,
quia tot ſunt conceſſiones, quot ſunt per-
ſonæ vocatæ ex tenore inueſtituræ; &
ideò per renunciationem, vel delictum
vnuſquiſque ſibi tantum præiudicat; &
non alteri.ita Bald.in c.1.nu.3.ſi vaſſall.
feud.priuet.Ypern.Ardizon.Aluar.Curt.
Io.Thom.de Marin.Soci.ſen.Ruin.Dec.
Gozadin.Alciat.& Zaſ.quos probat Me-
noch.conſi.99.num.113.cum ſeqq.vol.1.
12 † & proinde donec adſunt perſonæ de
illa linea deſcendente ex primo acquiren
te ſuccedunt, quoniam ius radicatum in
perſona vnius, deſcendit in eius lineam
quouſque finita maneat, etiam ſi adeſſent
alij proximiores alterius lineæ, quia illi
ſuccederent, finita dicta prima linea, c.1.
de natur.ſucceſſ.feud.vbi Andr.probant
etiam Alciat.Celſus Vgo, Couarru.Bero.
& Molin.quos probat Menoch.conſ.269
nu.4.& 40.vol.3.conſi.690.nu.21.vol.7.
conſi.981.num.12.vol.10.& alibi, Surd.
conſi.403.nu.16.& ſeqq.vol.3. Et hoc eſt
13 adeò verum, † quòd nec Princeps poſſit
tale ius primogenituræ tollere in aliorum
præiudicium, vt poſt Caſtren.Salon.de
Paz.Molin.& alios probat Menoch.cõſi.
805.nu.30.& 31.& conſi.808.nu.30.cum
ſeqq.vol.9.
14 Dum ſermo accidit de primogenitura,
notandum eſt illam non habere locum in
feudis ruſticis, quæ ſunt ſine vaſſallis,
vt ſunt feuda plana, & de tabula, quæ ſo-
lent

Digitized by Google

lent etiam vocari Attanaſiæ;in illis enim
non habet locum Conſtitut. Regn. vt de
ſucceſſionib. quia illa ſolùm loquitur de
feudis quaternatis,ſiue à Rege ſolo, ſiue à
Rege, & Barone teneantur, non autem
15 de prædictis feudis ruſticis, † in quibus
omnes filij ſuccedunt, niſi probaretur
contrarium, vt ſolus primogenitus ſuc-
cederet, vt ibi notat gloſ.in verb. in om-
16 nibus. Vbi Andr. & Affli. nu. 1. † Imò
hæc feuda cum ſolo Baronis conſenſu
alienari poſſunt, vt habetur in conſtitut.
Regn. poſt mortem, vbi omnes, Andr.
in cap. 1. num. 9. & ſeqq. de controuer.
feud. apud pares termin. & alibi, & ita
fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio, teſtatur
Affli.deciſ 243. & 282. poſt alios noſter
de Pont.in tract.de poteſt.Proreg. in titu.
de elect.offic.§.3. & 4. vbi hanc materiam
latiſſimè examinat, & ad varias quæſtio-
nes infert.

Occaſione eorum, quæ hic dicta ſunt
nu.12.& 13.& infra in addition. q.45. vt
donec adſit linea, cui ſemel ſit ius acquiſi-
tum,non admittantur alij de altera linea,
17 & quòd dũ eſt ius radicatum, † nec Prin-
ceps poteſt mutare illud ius ſuccedendi.
Ne adſit aliqua contradictio inter hic di-
ſcuſſa,& ſuperius par. 2.in tit. de perſon.
q.4.in additio.& conſi.18.ibi enim eſt di-
ctum,vt cum legitima cauſa mutari poſſit
hic ordo ſuccedendi,& præcipuè in fidei-
commiſſo,vel maioratu,à quo excludũtur
fœminæ; Adde nullam eſſe contradictio-
nem: ibi enim locutus ſum, quando in il-
la linea ſpe tantum eſſet ius radicatum,&
nonre, & ſic non conſtaret expreſsè de
voluntate teſtatoris,vt non mutetur ordo
ſuccedendi, vt eſt quando eſt vocata certa
18 linea, † nam ſi certa linea à teſtatore vo-
cetur,tunc non poteſt mutari ordo ſucce-
dendi;& donec adſunt aliqui de linea vo-
cata, non poteſt ſuccedere alia linea, &
ſic procedunt hic diſcuſſa, & vltra cumu-
latos nu.11. probant etiam Honded. cõſ.
78.nu.10.& 12.vol.1.idem Menoch.cõſi.
137. nu. 2.vol.2. Decian. conſ.51.nu.26.
vol.2. Rimin. iun. conſi. 651. nu.7.vol.3.
Mantic.de coniectur.vltim.volunt. lib.8.
19 tit.8.num.19. † Nam qui tenent contra-
rium,vt detur mutatio, loquũtur quoties
eſſet vocata agnatio, vel familia teſtato-
ris; tunc enim datur illa legitima inter-
pretatio ex cõiecturata mente teſtatoris,
& præcipuè quando fœmina nuberet in
20 aliquo de eadem familia; † tunc enim, &

fœmina eſt proximior, & ille talis de fa-
milia,quamuis ſit in gradu remotiori, ef-
ficitur tamen proximior affinis teſtatori,
& duobus vinculis coniunctus, & ita ſuc-
cedit,præcipuè quando nondum eſt dela-
tum fideicommiſſum vocatis de familia
per exiſtentiam fœminarum,vt quia tunc
viueret pater earundem fœminarum, &
ſic ſpe tantùm eſſet alijs agnatis ius quæ-
ſitum, vt patet ex facto dicti conſi.18.edi-
ti pro dicto Illuſtriſs. Duce Montisleo-
21 nis; † & quòd Doctores in d.conſi.18. ci-
tati ſic loquantur,patet ex eorum lectura;
nam Crauett. conſ.831.& 887.loquitur
in caſu, in quo illa Iſabella erat nupta
cuidam Honorato de Falconibus,etiam
vocatus ad fideicommiſſum,nam eius etiã
proximiores vti de genere maſculino,&
cognomine teſtatoris vocabantur ad fi-
deicommiſſum,& ſic non erat vocata cer
ta linea.
22 Socinus poſtea, Campeg. & Iaſ. inter
conſilia feudal.Brun. conſ.9. 10. & 11.ſic
etiam Curt.iun.conſi.1.vol.1.loquuntur
in terminis inueſtituræ conceſſæ pro ſe,
& hœredibus quibuſcunque maſculis de
domo, & parentela, & omni ſtipite de
Scarampis, & proinde dum illa mulier
erat nupta in eadem familia, ſine dubio
aderant coniecturæ relatæ dict. conſ. 18.
Iddem erat in caſu conſi. 40. Curt.ſenior.
nam ibi erat vocata tota familia de Fon-
tana,quamuis num.14.& ſeqq. probet,vt
dum mulier non eſt de ſtipite teſtatoris,
excludatur, quamuis nubat in eadem
familia.
23 Iddem procedit circa diſcuſſa per Mã-
tic.d.lib.8.tit.12.nu.10.& à Peregr. conſ.
50.vol.3.à Rauden.conſ.3.nũm.25.vol.1.
loquuntur enim,vt ex eorum lectura cer-
nitur,quando tota agnatio fuit vocata,
& contemplata, non autem quãdo ſolùm
eſt vocata certa linea: & ſic patet nullam
adeſſe contradictionem. Eò magis motus
fui ad hanc declarationem faciendam;
24 † quia regulariter non debemus mutare
teſtatorum voluntates, & per hoc multi
conſuluerunt contra Crauett. etiam dum
eſt vocata agnatio, & fęmina nubit in ea-
dem familia;ex quo dum eſt conſiderata
agnatio, & vt bona conſeruentur in eadẽ
familia, eſt impertinẽs proximitas ex par-
te matris,& ſic non attenditur,ſed potius
voluntas teſtatoris ad perpetuandum fi-
deicommiſſum in vera familia, ne detur
occaſio mulieribus nubendi extra familiã
in

in euerſionem fideicommiſſi, ita ex pluri-
bus contra Crauet. conſuluit Decian. cõſ.
1. præcipuè nu. 192. cum ſeqq. vol. 1. quod
latius probarunt Raudenſ. d. conſ. 3. nu.
25. vol. 1. Ang. cõſi. 283. Soc. cõſi. 15. vol.
4. & Bero. conſi. 96. vol. 2. quod omitto.

25 Inſuper eò magis prædicta procedunt,
quoties eſſet factus caſus fideicommiſſi; ſi-
ue maioratus, vt quia aliquis eſſet mor-
tuus ſine maſculis, ſed ſolùm cum fœmi-
nis; & femina ad euerſionem fideicõmiſſi,
& ad fraudandam illam certam lineam,
à teſtatore vocatam, duxiſſent aliquẽ vi-
rum remotiorẽ de eadem familia; clarum
eſt enim, quòd in hoc caſu hęc mulier, etiã
in familia nupta, nullo modo præiudicat
dictæ lineæ, quia illi lineæ in hoc caſu nõ
ſolùm ſpe, ſed ẽt re fuit ius quæſitum: cla-
rum eſt enim, ꝙ tẽpore mortis vltimi mo-
26 rientis hæc mulier erat excluſa, † & in
fideicommiſſis attẽditur tempus mortis,
non autem tempus præcedens, vel ſubſe-
quens, vt in l. intercidit. ff. de condit. &
demonſtr. l. fratres. ff. de pœn. Bart. Anch.
& alij penes Pariſ. loco citando. Tiraqu.
de retr. lignag. §. 2. num. 105. Molin. lib. 1.
de primogen. Hiſpan. cap. 13. nu. 46. vbi
ad hoc probandum multa iura cumulat,
ſic etiam Mijeres in tract. de maiorat. par.
1. q. 6. num. 46. & 47. Menoch. in tract. de
præſumpt. lib. 4. præſump. 69. Gamm. de-
ciſ. Luſitan. 27. Peregri. de fideicomm. art.
22. nu. 69. conclu. 10. Ludouic. à Caſſanàt.
conſ. 26. pręcipuè nu. 56. & conſequenter
ſi poſtea nupſerit, quàm eſt ius delatum,
hæc habilitas ſubſequens nullius eſt con-
ſiderationis.

Confirmatur prædicta, quia tam in hac
quæſt. 35. quàm ſæpe aliàs replicatum eſt,
27 † vt attendatur habilitas tempore delatę
ſucceſſionis ex regul. tex. in l. ſi filius, & in
l. eius, qui, in princ. ff. de teſtam. Afflict. in
conſtit. Reg. exceptiones. num. 15. cum
28 vulgat. alijs, † quod etiam procedit in
collatione beneficij, vt attendatur habi-
litas collationis tempore collationis, vt
per Dyn. in c. beneficium, extra de regul.
iur. Et iddem eſt penes eligendum, ſeu re-
ſpectu illius, in cuius beneficium debet fie-
ri collatio, ſiue reſignatio beneficij; quia
ſi à principio non eſt habilis, collatio, ſiue
reſignatio eſt nulla, nec conualidatur per
ſuperuenientem habilitatem, Ita glo. in c.
ſi eo tempore. in verb. affectum, de reſcrip.
in 6. vbi Anchar. num. 2. verſ. item nota
gloſ. in clemen. vt ſi, in verb. conſtitutis.
de ætat. & qualit. Bart. Gemin. Deci. &
alij, quos probat Pariſ. in tract. de reſigna.
benefic. lib. 4. quæſt. 1. nu. 13. cum ſeqq. &
q. 2. nu. 15. cum ſeqq. vbi ſic pluries deci-
ſum refert in Rot. Rom. vt per eum; & ſic
dici poſſet de alijs pluribus, quod omitto,
& conſequenter patet explicatum, quali-
ter hic fuerim locutus, & qualiter in dict.
conſi. 18.

SVMMARIVM.

*PAter an ſuccedat ad feu-
da refutata filio, &
quid ad bona donata
vni ex filijs, declaratur
nu. 1. Dum ſuccedit, ad
quæ onera teneatur,
explicatur num. 3.*

*Subingreſſio in tranſuerſalibus vſque ad
quem gradum detur, traditur nu. 2.*

*Fideicommiſſum an tranſmittatur ad
heredes. nu. 4. An inducatur ex ver-
bis precatiuis, & commendatiuis. nu.
6. An in caſu relato. nu. 7. Quid per re-
ciprocam ſubſtitutionem. nu. 8. & 9.
Quid ſi dicatur, vt bona conſeruentur
in familia. nu. 10. & 12. An extenda-
tur de filio ad nepotem. nu. 11.*

*Filij poſiti in conditione an cenſeantur
diſpoſitiuè vocati, explicatur nu. 5.*

ADDITIONES
ad quæſt. 36.

1 SVb nu. 5. vt ad feuda, re-
futata filio, ſuccedat pa
ter ſuperſtes, adde de
Franch. deciſ. 4. Lanar.
conſi. 64. nu. 16. de qui-
bus meminit Ioã. Bapt.
de Thor. in verb. reſu-
tans regulariter. Si tamen eſſent bona Bur
genſatica, quia nempe Pater donaſſet ali-
qua bona vni ex filijs, qui præmoreretur
patri, & tunc quia per talem donationem
illa bona erant effecta filij, & in illis ceſ-
ſant rationes conſideratæ hic nu. 5. & 6.
in feudo refutato; ideò ad illa bona ſucce-
dunt pater, & alij fratres vtrinque con-
iuncti dicti filij præmortui, vt latiſſimè
fundat Vinc. de Franch. deciſ. 59. vbi ſic
refert deciſum in Sacro Conſil. probant
etiam Vrſill. ad Afflic. deciſ. 315. de Pont.
conſi. 19. nu. 21. & 68. vol. 1. Viui. Borgni.
Milanen. Io. And. de Georg. & Ricc. quos
ſe-

ſequitur idem de Thor. in verb. pater an ſuccedat filio.

2 Sub nu. 8. vt in tranuerſalibus ſubingreſſio non excedat primum gradum de iure communi, Adde Surd. conſi. 394. vol. 3. De iure verò conſuetudinario ſeruanda ſunt, quæ dixi hic nu. 10. & adde, quòd de deciſio. 157. de Frãch. & de hic diſcuſſis meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. amita tertio loco, & in verb. ſubingreſſio quamuis, cum ſeqq. vbi etiam citat Conſiliar. de Georg. alleg. 30. nu. 57.

3 Sub num. 13. & 14. Pater ſuccedens in feudo refutato teneatur ſoluere releuiũ, & teneatur ad onera contracta per filium pro concurrenti valore feudi, vt docet Andr. in c. 1. de gradib. ſucced. in feud. ſub nu. 14. & in prælud. feudor. nu. 104. adde Io. And. de Georg. Franciſ. de Amic. Bãbacar. & Iacob. Thominc. quos probat idem de Thor. in verb. pater ſuccedens in feudo antiquo, & in verb. pater refutans, vbi citat etiam Lanar. & Ann.

4 Circa diſcuſſa num. 15. cum ſeqq. † de tranſmiſſione fideicommiſſi ad hæredes, vt colligatur ex cõiecturis, adde ſic etiam

5 procedere in illo iuris articulo, † An filij poſiti in conditione, cenſeantur vocati: de quo, relatis antiquis, & modernis, latiſſimè diſputat Peregri. in tract. de fideicom. art. 28. vbi in fi. dicit, adhuc eſſe litem ſub Iudice, quamuis in conſ. 50. num. 57. & ſeqq. conſi. 52. nu. 142. & ſeqq. vol. 1. & alibi dicat eſſe magis receptam opinionem, vt cenſeantur vocati; ſed plures tenent contrarium, de qua materia tractat etiam Caſtill. lib. 2. quotidianar. controuerſ. c. 12. præcipuè ſub nu. 5. & ſic magis recepta eſt opinio, vt regulariter non cenſeantur vocati, niſi ſaltem conſtet ex coniecturis leuibus, vt latiſſimè poſt alios probant Molin. lib. 1. de primogen. Hiſp. c. 6. nu. 7. cum ſeqq. Surd. deciſ. 162. Maluaſ. Honded. Menoch. & alij penes Fontanell. in tract. de pact. nuptialib. clauſ. 4. glo. 24. num. 7. cum ſeqq. & nouiſſimè per Ludouic. Caſſanat. conſil. 4. qui fuſiſſimè vtranque materiam examinat, & varias coniecturas cumulat, ad eos mitto lecto-

6 rem. † Sic etiam an ex verbis precatiuis, & cõmendatiuis, iunctis cõiecturis inducatur fideicõmiſſum, vide prædictos DD. & in ſpecie Menoch. cõſ. 1135. vol. 12.

7 Poteſt etiam hic examinari quæſtio, ꝙ ſi teſtator inſtituiſſet primogenitum ſuæ ſororis hæredem, cui ſubſtituit poſtea alios eius fratres, & in defectum ſubſtituit matrem dictorum nepotum, & in ipſorũ omnium defectum ſubſtituit alios agnatos, ſi primogenitus ſucceſſit, & poſtea mortuus fuit, non relictis alijs fratribus, ſed matre tantùm, quæ poſt factum caſum ſubſtitutionis ſuſcepit alios filios, quòd licet ipſa fuerit hæres ante natiuitatem filiorum, tamen quia mens teſtatoris eſſe præſumitur, vt ſemper nepotes, vt magis dilecti præferantur alijs agnatis, vocãtur ad fideicommiſſum, excluſis agnatis, vt latiſſimè conſuluit Surd. conſi. 125. tot. vol.

8 1. † Si verò loquamur quòad fideicõmiſſum, ſiue quòad ſubſtitutionem fideicommiſſariam reciprocam; tunc ſatis etiam ſunt coniecturæ, dummodo ſint neceſſariç, & vrgentes; regulariter enim non admittuntur coniecturæ in hoc fideicommiſſo, latiſſimè Menoch. conſi. 489. num. 10. Rimin. conſi. 371. num. 174. Mantic. Burſat. Peregri. & alij, quos probat Surd. conſi. 329. nu. 2. cum ſeqq. vol. 3. & conſi. 443. vol. 3. Et proinde idem Surd. conſil. 336. ſub nu. 11.5. nec aduerſatur vol. 3. ex communi ſententia affirmat eſſe neceſſa-

9 rium, † vt ſit inductum fideicommiſſum reciprocum. Primò, quòd omnes ſint honorati titulo inſtitutionis. Secundò, vt ſubſtitutio facta fuerit vltimo morienti. Tertiò, vt facta fuerit in omnibus bonis, de qua etiam materia latius agit idem Surd. conſi. 412. à nu. 1. ad nu. 8. In ſpecie

10 dum voluit, † vt bona conſeruentur in familia, cenſetur inductum fideicommiſſum etiam in aliorum beneficium extra inſtitutos, quoniam hæc non eſt extenſio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam; ſed eſt declaratio eius, quod in fideicommiſſo continetur ex voluntate teſtatoris, & ſic omnes cenſentur ſucceſſiuè, & gradatim grauati illa bona reſtituere illis de fãmilia teſtatoris, ita Bald. in l. quoties. num. 8. C. de fideicom. Socin. Pariſ. Rub. Crauett. Roland. Fulgoſ. Iaſ. Cæpoll. Dec. Cuma. Riminal. & cum eis 22. Doctores connumerato Surd. d. conſi. 443. num. 10.

11 & ſeqq. vol. 3. † Et proinde licet regulariter fideicommiſſum non extendatur de filio ad nepotem, niſi in ſpecie de eo loquatur fideicommiſſum, vt dixi infra de Renunc. q. 17. num. 13. Attamen quando agitur de conſeruanda agnatione fit talis extenſio; quoniam tale fideicommiſſum eſt fauorabile, ita ex benigniori interpretatione probat Soci. iun. conſi. 181. num.

39. vol.

39.vol.2.Capyc.deciſ.108.nu.15. Cepha. Menoch.Burſat.Marzar. Zanch. Rimin. Mantic. Petra,Theſau.Sim.de Præt.Molin.quos probat Surd.d.conſi.4.3. nu.28. & ſeqq. vbi alios citat, & conſi.448. in princ. alios citat, quamuis hoc dicat non eſſe verum ſemper,niſi coniecturę ſint vr-
12 gentes; † ſola enim conſideratio agnationis non eſt cauſa extendendi fideicōmiſſum ad filios,vt ſuperius dictū eſt, & ideo locum habet,vt vnus ex inſtitutis nō poſſit diſponere, ſi non habeat filios, quando prohibitus eſt diſponere,quoniam reſpectu ſui durat fideicommiſſum in beneficiū nepotum,qui ad illa bona vocātur,quamuis nepotes ipſi non ſint aſtricti ad fideicommiſſum, & ſic concordarem opiniones, quādo decedit ſine filijs, ita in eo eſſe verificatum fideicommiſſum,quod etiam concedit Surd.d.cōſi.448.nu.16. & ſeqq.

SVMMARIVM.

Subingreſſio quando locum habeat, traditur nu.1.

Inſtitutio facta reſpectu plurium, in dubio cenſetur facta pro æquis partibus,quod explicatur nu.2.

Hæres ſi debeat declarare aliquam portionem hæreditatis ad aliquem ſpectare, & morte præuentus non declarauit, an cenſeatur facta declaratio? explicatur num.3.

Inſtitutus cum onere nominandi vnum ex familia teſtatoris,ſi in vita nō nominet, quinam ſuccedant ad illa bona? explicatur nu 4.

Nominare debens aliquem de familia teſtatoris, & morte præuentus non nominat,quid faciendum ſit,explicatur nu.3.& 4.

Pater an vti poſſit fructibus feudi filiorum.num.5.

ADDITIONES ad Quæſt. 37.& 38.

1 Circa ſubingreſſionem, de qua actum eſt in hac quæſt.37.notandum eſt de iure cōmuni locum habere, quando agitur de ſucceſſione aſcēdentium, vel de ſucceſſione patrui; ſed locum non habere, quando agitur de ſuccedendo patruo magno; vt ſcripſit Bart.in Authen.poſt fratres. C.de ſuis,& legit.hæredib.vbi Salyce. probant etiam Dec.Angel.Curt.Iul.Clar.Rub.Socin.iun.& Parſi.quos ſequitur Menoch. conſi.828.nu.15.vol.9.

2 Eſt etiam notandum pro eadem quęſt. 37.quòd ſi aliquis inſtituat ſibi hæredem Antonium eius fratrem,& filios Petri alterius fratris, quòd ſi expreſsè non fuerit facta inſtitutio pro æquis portionibus, fit ſucceſſio in capita, vt Antonius habeat integram medietatem bonorum teſtatoris,& reliquam medietatem habeant filij dicti Petri,quia dicuntur collectiuè vocati.l.interdum,& l.ſi liber homo.§.Titius, el primo.ff.de hæred.inſtituen.vbi Ange. Afflict.deciſ.309.nu.2.tenent etiam Bart. Alex.Iaſ.& alij,quos probat Surd. conſi. 178.nu.7.& ſeqq.vol.2.

3 Plus conſuluit ipſe Surd. & hic eſt caſus dicti conſilij,quòd,ſi teſtator, non habens filios,ſuam vxorem inſtituit hæredē cum onere dandi honorabilē portionem hæreditatis cuidam ſuo nepoti ex fratre, & etiam ſubſtituendi plures nepotes alterius fratris, quòd dùm illa vxor,morte præuenta,talem declarationē, & electionem non fecit,vt ille vnus nominatus expreſsè habeat medietatem totius hæreditatis; filij verò alterius fratris habeant aliā medietatem, & hoc ea ratione, quoniam vocati ſunt illi nepotes nomine collectiuo,alter verò nepos vocatus eſt nominatim: ſi enim hoc non eſſet, iam omnes admitterentur pro æquali portione;
4 † quia inſtitutus cum onere reſtituendi vni ex pluribus,quem elegerit de familia, ſiue de proximioribus teſtatoris, ſi non faciat electionem cui velit reſtituere; omnes proximiores cenſentur æqualiter vocati ad bona teſtatoris,ex tex.in l.vnum ex familia.§.rogo,& §.itaque.ff.de lega.2. l.cùm quidam.§. idem ait.ff.eod. Tiraqu. & alij,quos probat Surd.d.conſi. 178.nu. 1.& ſeqq.

Sub num. 6. quæſtio.38. Adde Suarez, & Molin. quos etiam probat Menoch.
5 conſi.1022.vol.11. qui tenent, † vt pater habeat commoditatem vtēdi, & fruendi fructibus feudi: ſed contrariā opinionem iuxta hic diſcuſſa, tenet etiam Surd. in tract.de aliment.tit.4.q.10.nu.27. & prima opinio tueri poſſet, quoties feudatarius non impediretur ſeruire Domino, ſi pater vteretur fructibus feudi.

SVM-

SVMMARIVM.

F*Oemina vtrinque coniũcta an excludant fratres coniunctos ex vno latere, traditur nu.1.*

Filij ex diuerſo matrimonio inſtituti, & ad inuicem ſubſtituti, qualiter ſuccedant. traditur nu.2.3.&4.

Soror vterina in antefato lucrato per matrem an excludat alios remotiores. num.6.

Succeſſio proxima, & immediata an attendatur ſecundùm noſtras conſuetudines, traditur nu.7.remiſſiuè.

ADDITIONES
ad quæſt.39.

1 SVb nu. 1. Adde hoc etiã procedi in fœminis, vt feminæ vtrinque coniunctæ in ſucceſſione fratris vtrinque coniuncti excludãt coniunctos ex vno tantùm latere, ita Bal. & Salycet. in Auth.ceſſante, & alij, quos probat Menoch. conſi. 527. volum.6.

Ex dictis etiam in hac quæſt. reſoluitur
2 illa Doctorum controuerſia,† ſi pater habeat filios ex diuerſis matrimonijs, & illos in ſuo teſtamento inſtituit, inæqualiter tamen, quoniam plus reliquit filijs vnius, quam filijs alterius matrimonij; illos tamen ad inuicem ſubſtituit: ſi aliquis eorum moriatur, an vtrinque coniuncti tantùm, vel etiam cõſanguinei vocati dicantur ad fratris præmortui portionem, de qua materia latiſſimè diſputat Surd. conſi.31. vol. 1. vbi tam in compendioſa, quàm in vulgari, & pupillari, quam etiã in fideicommiſſaria ſubſtitutione loquitur, & omnes ferè DD. in vnum collegit, & regula eſt vniuerſalis, vt ſi pater ſimpliciter eos ſubſtituit, omnes æqualiter vocentur, quoniam bona ſunt paterna, & ideò æqualiter omnes ſuccedunt, & ſic ſubſtituti præſumuntur. ita Bart. in l. Lucius.num.21.ff. de vulgar. & pupill. Bald. Ang. Salycet. Caſtren. Menoch. & alij plures, quos refert, & probat Surd. loco cit. nu. 20. & ſeqq. ad quem pro reliquis me
3 remitto, † ſecus tamen eſſet, ſi colligi poſſet, vt ſubſtitutio facta fuerit aliomodo, vt nati ex primo eſſent ad inuicem ſubſtituti, ſic nati ex ſecundo, tunc enim ſolùm vtrinque coniuncti ſuccederent. l. fi. ff. ad Trebell. Surd. loco cit. nu. 18. & 19. Qualiter autem valeat ſubſtitutio vigore harum conſuetudinum dictum eſt par. 2. tit. de bonis quæſt. 23. Vide quæ dixi ſupra par. 3. q. 22. ſub nu. 16. quòad bona materna. In conſuet. Lottherij, in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. fol. 31. in antiquis, excuſſis de anno 1518. adeſt hæc additio ad dicta
4 ibi per Napod. videlicet, † [*Adde, quòd iſta quæſtio non reperitur in libris antiquis, & iſta deciſio videtur contraria deciſioni quæſtionis primæ eiuſdem gloſæ, incip. Sed pone Titius, qui habet duos filios, ſed poteſt dici, quòd non eſt contraria, quia ibi ideò inſpicitur origo, quæ fuit cõtinuata linea de matre in filium, & ſic mutatione perſonæ non mutatur ſtatus rei: ſecus hic, quia de filio in matrem non continuatur linea, & ſic mutatione perſonæ mutatur ſtatus, ſeu natura rei, &c. Propterea, &c. Cogitabis, quia etiam in perſona fratris dicitur linea collateralis, vt hic in gloſ. in verb. linea. Propterèa in primo caſu in perſona fratris cõſideratur perſona, & linea; ſed in matre perſona tantum; & hoc colligitur ſupra in hac gloſ. in verb. aut loquimur de natura ciuili. & ita, ſtante prædicta ratione diuerſitatis, fuit iudicatũ in Sacro Conſilio.*] & paulo poſt ſubdit. [*Iſtud ideò eſt, quia linea eſt mutata, alias ſecus, vt dicit Napod. ſupra in 2. col. & ita fuit in Sac. Conſ. iudicatum de facto.*]

5 Sub num. 13. ibì [Et ſic conſanguinei fratres; ſi verò ſint paterna, ſuccedant fratres vterini] corrige, & ſic vterini fratres; ſi verò ſint paterna, ſuccedant fratres conſanguinei, & de aliquibus ex prędictis meminit Ioan. Bapt. de Thor. in verb. proximiores ex parte matris, quãuis ibi nõ meminit de hic diſcuſſis, meminit tamen in verb. ſoror vterina: vbi etiam citat Anto. Gamm. deciſ. 9. num. 2. Ioſeph de Seſſe de-
6 ciſ. 52. nu. 23. Senatus Aragoniæ, † vt ſoror vterina præferatur alijs proximioribus in antefato lucrato per matrem ex primo matrimonio, quia ſunt bona materna, quia intelligitur, dum non adſunt filij ex primo matrimonio.

7 Dicunt tamen aliqui, vt attendatur proxima, & immediata ſucceſſio ſecun-

dùm noſtras conſuetudines, ex diſcuſſis per Vincẽ. de Franch. deciſ. 696. nu. 4. Sed de hac illatione dixi latiſſimè conſi. 50.

SVMMARIVM.

Conſanguineus an ſuccedat ad feudũ maternum, traditur nu. 1.

Vterinus frater excludit ſororem vterinam, tam à ſucceſſione feudorũ, quàm etiam burgenſaticorum etiam ſecundùm Conſtit. Regn. in aliquibus, quod declaratur nu. 2. & 3.

Iuspatronatus ad maſculos tantùm ſpectat, etiam ſecundum Conſtit. Regn. in aliquibus, quod explicatur nu. 4.

Soror vtrinque cõiuncta an excludatur à fratre conſanguineo, vel vterino à ſucceſſione feudorum, traditur num. 5. & 6.

Frater conſanguineus, vel vterinus an excludat ſororem vtrinque coniunctam à ſucceſſione feudorum. num. 5. & 6.

ADDITIONES
ad Quæſt. 40.

1 SVb nu. 8. vt conſanguineus ſuccedat in feudo materno, & vterinus in paterno, adde Conſiliar. de Georg. Franciſ. de Amicis, Milaneuſ. & Villan. penes Io. Bapt. de Thor. in verb. filius fratris carnalis, & in verb. frater an ſuccedat fratri.

Adde etiam circa hic diſcuſſa, quòd vi-
2 di agitatam quæſtionem † ſi frater vterinus excludat ſororem vterinam a ſucceſſione bonorum maternorum ſecundùm diſpoſitionem Conſt. Regn. in aliquibus, prout eam excludit ſecundùm noſtras cõſuetudines, vt ſuperius ſæpè dictum eſt, prout hic etiam dixi, vt illam excludat à ſucceſſione feudorum, & affirmatiuam ſententiam iudico veriorem. Primò ex prædictis, quia ſi locum habet in feudis,
3 etiam procedit in alijs bonis. † Secundò, quia dicta conſtitutio conſiderat maſculinitatem, & dotationem, & locum habet etiam in bonis maternis, de quibus vterina dotari debet, vt dixi ſupra in hac 4. par. q. 20. nu. 15. probant etiam Vinc. de Franch. deciſ. 171. & deciſ. 667. nu. 4. & 8. de Pont. conſil. 74. volum. 1. Vnde ſatis eſt ſorori vterinę habere paragium de bonis, a quibus excluditur per fratrem vterinum, & ita etiam conſultum vidi per aliquos doctos viros.

4 Illud incidenter notandum eſt, vt dicta conſtitutio habeat etiam locum in iurepatronatus, nam ab eius ſucceſſione excluduntur fœminę, & ſolùm maſculi ſuccedunt cum onere dotandi fœminas de paragio, ita Anchar. in c. ex inſinuatione. nu. 2. de iurepatronat. probant etiam Federic. de Sen. Rocch. de Curt. Lambertin. Borgnin. & alij, quos ſequitur Ricc. in ſua prax. iurispatronat. deci. 193. & deciſ. 211. nu. 274.

Inſuper circa ſucceſſionem feudorum quòad fratrem vtrinque coniunctum, cõſanguineum, & vterinum, iuxta diſcuſſa
5 in hac quæſt. 40. adde, † quòd ſi adeſſet ſoror vtrinque coniuncta, tunc ſine dubio ei præfertur frater conſanguineus: nam tũc agitur inter ſexum maſculinum, & fœmininum, & inter eos nullus poteſt eſſe concurſus in hoc, vt practicari poſſit duplicitas coniunctionis. Ideò conſanguineus præfertur. Vrſill. d. deciſ. 38. nu. 13. Loffred. Io. Andr. de Georg. Borgni. & Ricc. de quibus meminit Ioã. Bapt. de Thor. in compend. deciſio. Neapol. in verb. frater conſanguineus tantùm, & in verb. ſoror vtrinque coniuncta, vbi etiam citat Viui. opin. 334. nu. 3. Et in dictis conſuetudinibus Io. Bapt. Lotther. in conſuetu. ſi quis, vel ſi qua, ſol. 34. verb. cum fratres, adeſt Apoſtill. manu ſcripta ſine Auctore, quam tamen ponit Piſanell. in conſuetud. ſed ſi morienti, ſub nu. 284. fol. 155. neſcio cuius ſit, ſic tamen habet ad confirmationẽ
6 prædictorum. † *[Sentit Napod. hic, quod ſoror vtrinque coniuncta excluditur à fratris ſucceſſione, extante fratre conſanguineo tantùm, quod clarius probatur ex tex. huius conſuet. & vide in ſeq. conſuet. Quod autem, in verb. ſoror nu. 298. & vide ſupra in verb. nepotes. Quod ego magnifacio ad cauſas feudales; nam licet in feudo vtrinque coniunctus excludat coniunctum ex vno tãtum latere, vt dicit Andr. in conſtit. vt de ſucceſſionib. tamen frater conſanguineus tantum excludit ſororem vtrinque coniunctam, vt hic, & hoc modo fuit iudicatum in fauorem Federici de Sancto Blaſio de Territorio, quod potuit fratri ſuccedere, licèt ſuperfuiſſet ſoror nomine Maria ex vtroque*

roque

roque latere coniuncta, & ipſe ex vno tantùm latere, & fuit hoc in feudo Perſani in Sacr. Reg. Conſil. anno 1509. Sed proceſſit non facto dubio de hoc, quia Fe dericus egit contra tertium poſſeſſorem] Quæ verba poſui ad maiorem declarationem prædictorum, & videatur cuius ſit talis additio.

SVMMARIVM.

NEptis excludit filium alterius neptis, & ratione probatur. nu.1.

Pater quantum relinquere poſſet filio naturali. n. 2 & ſeqq.

Auus quantum relinquere poſſit nepoti legitimè nato ex filio naturali. num. 3. & 4.

Vncia, quæ debetur filio naturali, qualiter taxetur, & cui incumbat probandi onus valoris bonorum, traditur nu. 5. & 6.

Succeſſio an detur inter filios natos ex damnato coitu, traditur nu.6.

ADDITIONES
ad quæſt.41.42.& 43.

AD quæſtio.41. ſolùm additur, ſi compendioſa ſubſtitutio eſſet facta in contractu an locum habeant, quæ hic diſcuſſa ſunt, ſed dixi conſi.20.

1 Sub num. 5. quæſtio. 42. Adde quæ dixi ſupra queſt.32. & infra quæſt.45.nu. 40. quòd neptis exiſtens in tertio gradu, excluderet filium alterius neptis, quia ille eſt in quarto gradu, & hoc quando tractatur de ſuccedendo amitæ, & ſic in linea tranſuerſali, quia tunc ceſſat ſubingreſſio, & proximior in gradu excludit remotiorem, quod etiam probat Vinc.de Franch. deciſ. 166. & Conſiliar. de Georg. quos ſequitur Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo compend. deciſio. in verb. neptis in tertio gradu.

2 Ad quæſt. 43. Adde, quòd ſi pater vellet relinquere nepoti legitimè nato ex filio naturali, eadē diſtinctio fieri deberet; nam ſi haberet filios legitimos, & naturales; tunc nepoti ex filio naturali non poſſet auus relinquere, niſi vnciam, prout poſſet illam relinquere filio naturali;
3 † quod fuit introductum, ne auus per indirectum faceret fraudem legi, ne relinqueret nepoti, quod filio relinquere non poſſet, vt ad literam probat tex. in l. 1. C. de naturalib. liber. Barto. communiter receptus in l. Gallus. §. quod ſi is. ff. de liber. & poſthum. probant etiam Bald. Iaſ. Dec. Crauett. Couarru. Rip. Iul. Clar. & alij plures, quos ſequitur Surd. in conſi. 177. nu.17. & per tot. vol.2. vbi nu. 18. cum ſeqq. ex doctr. gloſ. in l. fi. C. de naturalib. liber. vbi Odoffred. & alij omnes infert,
4 † quòd ſi non adeſſet proles legitima, ſolùm poſſet pater relinquere filio ſpurio alimenta, ſic etiam nepoti, quando adeſſet proles legitima; & ſi plus relinqueret, iam reuocaretur relictum, & ita deciſum refert in illo Senatu in conſi. 186. in prin. eod. vol. 2. ſolum enim Auus poteſt bona ſua relinquere nepoti legitimè nato ex filio naturali, quando non haberet prolē legitimam, vt habetur locis citatis.

5 Quò verò ad vnciā inſpici debet quantitas patrimonij, exiſtentis tempore relictæ vnciæ, itaque ſi fuerit relicta per donationem, inſpicitur patrimonium tunc temporis exiſtens; nec deinde augetur vncia, ſi patrimonium non augeatur: ſi verò ſit vncia relicta per vltimam volūtatem, inſpicitur etiam patrimonium exiſtens tempore mortis, vt latiſſimè probat Surd. conſi. 216. toto vol.2. & faciunt quæ de paragio filiæ dixi par. 3. quæſt. 7.
6 † Onus autem probandi, vt bona relicta non excedant vnciam, conuenit ipſi filio naturali, vel nepoti, nec interim mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum, quoniā ipſe eſt actor, & in eo, quod petit, tenetur probare eius intentionem, tanto magis, dum contra ſe habet iuris regulam, ne plus habere valeat: quod varijs modis probat Surd. conſi. 248. per tot. vol. 2.

7 Sub nu. 26. Vt inter natos ex damnato coitu non detur ſucceſſio, adde, quòd hāc etiam materiam latiſſimè examinat Theſaur. lib. 1. quæſtio. forenſ. quæſtio. 22. vbi etiā diuerſas ſpecies filiorum illegitimorum recenſet: tradunt etiam plura Borgnin. deciſ. 10. num. 5. par. 3. Seſſe. Anto. Faber, & Ricc. de quibus meminit Ioan. Baptiſt. de Thor. in ſuo compendio, verb. ſpurius natus.

SVMMARIVM.

Conſuetudines non habent locum, patre, vel matre exiſtente in medio. nu. 1.

Statutum excludens matrem à ſucceſsione filiorum fauore cognatorum, illam nõ excluderet fauore agnatorum. num. 2.

Si matrem excluderet à ſucceſsione filij, illam non excluderet à ſucceſsione filiæ, & ratione probatur. nu. 3.

ADDITIONES
ad Quæſt. 44.

1 SVb nu. 1. vt conſuetudines
non habeant locum, patre,
vel matre exiſtente in me-
dio, adde, quòd in ſimili ſta
tuto iddem probant Bald.
Ang. Dec. & alij, quos ſequitur Menoch.
conſi. 958. nu. 2. lib. 10. vbi ſe ipſum alibi
citat.

Additur etiam ad explicationem diſ-
2 cuſſorum hic, † quòd, ſi ſtatutum expreſ-
sè excluderet matrem propter agnatos, &
ſic fauore maſculorum, illam non exclu-
deret propter amitam, quoniam hoc ſta-
tutum eſſet odioſum, & in ſuo proprio ca
ſu deberet intelligi, & ad alium caſum nõ
expreſſum nullo modo extenderetur, vt
probauit Bald. conſi. 473. circa quæſtionẽ
lib. 5. probant etiam Caſtren. Ruin. & alij
quos ſequitur Menoch. conſi. 807. nu. 67.
cum ſeqq. volum. 9. vbi num. 77. ob ean-
dem rationem poſt treſdecim Doctores,
3 probat, † quòd, ſi mater excluderetur ex-
preſsè per ſtatutum à ſucceſſione filij, non
excluderetur à ſucceſſione filiæ, cùm
illa ſit fœmina, & bona ſua tranſeunt ad
alienam agnationem, & etiam vt ius
commune quanto minus fieri poterit,
corrigatur: quæ omnia magis confirmãt
diſcuſſa in hac quæſtione, ne mater cen-
ſeatur excluſa per has conſuetudines à
ſucceſſione filiorum, dum conſuetudines
expreſsè id non induxerunt.

SVMMARIVM.

Proximitas gradus non datur in eadem linea, ſed potioritas, & Conſiliarius Rouitus quòad hoc defenditur. nu. 1. & ſeqq.

Loca Andreæ, quæ contrarium ſuadere videbantur, recenſentur num. 2. & expenduntur num. 4.

Linea primogeniti an ſit diuerſa à linea ſecundogeniti, traditur num. 3. cum ſeqq.

Linea multoties accipitur pro gradu, quod explicatur nu. 5. & 7.

Linea vna admiſſa ad ſucceſsionem non ſuccedit alia linea, donec adeſt aliquis de linea admiſſa, quod declaratur num. 6.

ADDITIONES
ad Quæſt. 45.

1 SVb nu. 57. cum ſeqq. Quate-
nus Conſiliarius Rouitus
dixit in eadem linea non
dari proximitatem gradus,
ſed dari potioritatẽ, quia,
nempe, vna perſona eſt potior alia, & ſic
filius eſt potior nepote, & ſic deinceps,
quod totũ euenit ratione gradus, ex quo
ſunt in primo, ſeu potiori gradu. Fuerunt
2 factæ duæ oppoſitiones. † Prima ex do-
ctrina Andreæ in c. 1. num. 31. de natur.
ſucceſſ. feud. vbi Andr. per illum text. vi-
detur probare cõtrarium ibi (proximio-
res reſpectu aliarum linearum) & ſic lo-
quitur in eadem linea, & dicit dari pro-
ximitatem lineæ: & ne dicatur eum lo-
qui in ſucceſſione feudorum, & ſic lineam
accipere pro gradu, & conſequenter vt
primogenitus tanquam de linea vocata
primo loco à legibus feudorum, ſuccedat,
notetur ibi loqui Andream de ſucceſſio-
ne feudi, attento iure communi feudorũ,
de quo ſuccedunt omnes filij, & ſic loqui-
tur, quãdo feudum erat diuiſibile, & iddẽ
affirmat in c. 1. nu. 3. an illa, qui interfecit
fratrem Domini ſui.
3 Secunda difficultas eſt, quia negari nõ
poteſt, vt natus ex primogenito in quali-
bet linea ſit de vna linea, quæ proximior
eſt de iure Francorum, dum eo iure atten-
to, ſola ſuccedit, nam ex ſecundogenito ſit
alia linea, & ſic nati ex eo aliam lineam
con-

conſtituant, & ſic de alijs, & conſequen-
ter vna, & eadem eſt linea deſcendens, vel
collateralis, & ſuas habet ſubdiuiſiones,
vt alia ſit linea primogeniti, alia ſecundo-
geniti, & ſic de alijs, & linea primogeniti
eſt proximior; quod eſt contra diſcuſſa
per prædictũ eruditiſſimum Conſiliariũ.
4 † Verùm difficultates ſunt apparentes, nõ
autem ſubſiſtentes: nam inter fratres, &
eorum filios vna, & eadem eſt linea colla-
teralis, ſiue deſcendens, prout ſunt bona,
& in ea linea datur potioritas gradus, &
ob illam vnus præfertur alteri, & hoc vo-
luit Andr. loco cit. nam d. num. 31. in fin.
quod dixit de proximiori linea, exponit,
ideſt, proximiores agnati, & conſequen-
ter lineã accepit pro gradu, vt proximior
in gradu ſit potior, & ſic potior ſit filius,
nepote, & ſic deinceps: quæ quidem ex-
poſitio clara eſt, omnes enim ſcimus tri-
plicem eſſe lineam; vnam aſcendentem,
alteram deſcendentem, alteram vero col-
lateralem, & in earum ſingulis datur pro-
ximitas, ſiue potioritas gradus; & ſic li-
nea accipitur pro gradu.

Ad ſecundam difficultatem eodem mo
5 do reſpondetur, † vt linea accipiatur pro
gradu, & in alio gradu poſtea detur ſuus
ordo ſuccedendi; & ſic primo vocentur
primogenitus, & deſcendentes ab eo, qui-
bus omnibus deficientibus, vocentur ſe-
cundogenitus, & deſcendentes ab eo, &
6 ſic de alijs, † & conſequenter donec ad-
ſunt de gradu, ſiue de linea primogeniti,
nullus ſuccedit de linea, ſiue de gradu ſe-
cundogeniti, vt probauit Caſtrenſ. conſi.
164. nu. 5. verſ. & ſi fuit actum lib. 2. pro-
bant etiam Præpoſit. Socin. ſen. Couarru.
Dec. Vaſqu. Alciat. Peralt. & Molin. quos
ſequitur Menoch. conſi. 981. num. 12. lib.
10. probat etiam Maſtrill. deciſ. 65. nu. 1.
& hoc modo intelliguntur omnes, qui di-
cunt in linea collaterali dari diuerſas li-
neas, quòd quilibet frater ſuam facit li-
neam, & quòd vnus frater licet deſcendat
ex eodem latere patris, nõ tamen dicitur
de linea alterius fratris, vt notant præci-
tati DD. ſic etiam Comenſ. conſi. 263. nu.
10. Ruin. conſi. 9. lib. 1. Natt. conſi. 22. lib.
1. Oſaſc. deciſ. 23. num. 34. Decian. conſi.
7 127. num. 14. lib. 3. † loquuntur enim in
proprio, accipiendo lineam pro gradu;
nam linea eſt nomen collectiuum, & con-
tinet plures gradus, vt patet ex latiſſimè
diſcuſſis per Menoch. in tract. de præſum-
ptionib. lib. 4. præſump. 186. nu. 38. conſi.
497. lib. 5. conſi. 951. vol. 10. & ſæpe aliàs,
& conſequenter patet defenſio diſcuſſorũ
per dictum doctiſſimum virum.

SVMMARIVM.

SVccedi poteſt alicui diuerſo iure, & ratione probatur. nu. 1.

Mater an ſuccedat ſimul cum patre, & fratribus vtrinque coniunctis in dotibus filiarum. nu. 2.

Frater an ſolus ſuccedat in dote data ſorori. nu. 3.

Filiusfam. poteſt inſtituere ſibi parentes, qui ab inteſtato ei non ſuccederẽt. num. 4.

Vxor ſi virum hæredem ſibi faciat, vel contra, an teſtamentum ſit validum tam ſecundùm ius commune, quàm ſecundùm noſtras conſuetudines, traditur nu. 5. cum ſeqq.

Teſtamentum factum blanditijs viri, vel vxoris, an ſit validum, explicatur nu. 5. cum ſeqq.

Blanditiæ etiam cõiecturis probari poſſunt. nu. 9.

Legitima matris an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius patrimonij, latiſſimè explicatur tam ſecundùm ius commune, quàm ſecundùm noſtras conſuetudines. nu. 10. cum ſeqq.

Pater, & filius non debent ad imparia iudicari, præcipuè in legitima. nu. 12.

ADDITIONES ad quæſt. 46.

SVb nu. 4. & ſeqq. Adde
Surd. conſi. 553. vol. 4.
1 † quia tunc duplex cen
ſetur patrimonium, ſi-
ue hereditas, & duplex
ille iudicatur homo,
cui vno iure ſucceditur
in vno patrimonio, & alio iure ſuccedi-
tur in alio patrimonio, prout eſt etiam,
quando aliquis haberet bona in diuerſis
locis, in quibus eſſent etiam diuerſa ſta-
tuta, & hic eſt caſus dicti conſilij, vt ipſe
refert nu. 16. cum ſeqq. & eandem opinio-
nem hic firmatam probant Viui. & Fran-
ciſ. Monald. de quibus meminit Io. Bapt.
de Thor. in ſuo compend. deciſ. in verb.
fratres conſanguinei.

Inſu-

2 Inſuper quòd hic dicitur, vt cum patre ſuccedant mater, & fratres vtrinque coniuncti, procedit, quando tractatur de ſuccedendo in bonis filiorum, nec pater haberet aliud iuris remedium, & ideò ſi pater promiſiſſet dotem filiæ, & in caſu reſtitutionis dotium ſtipulationem appoſuit, vt ipſi patri dos illa reſtituatur; tunc virtute illius ſtipulationis ſolus pater in dotem illam ſuccedit, excluſis matre, & alijs fratribus etiam vtrinque coniunctis: pater enim ſuccedit tanquam in bonis ab ipſo profectis. ita Bart. in l. poſt dotem. in fin. ff. ſol. matrim. & in l. quod ſcitis. C. commun. de ſucceſſ. vbi Caſtrenſ. Alex. Roma. Angel. Campeg. Fab. de Ann. & alij, quos probat noſter de Pont. conſi. 69. nu. 1. &
3 2. vol. 2. Sic etiam è contra, † ſi frater dotaſſet ſororem de proprio, & pactum appoſuiſſet, ſi illa deceſſerit ſine filijs, vel cum filijs, & illi decedant in pupillari ætate, dos reuertatur ad dotatem; tunc ſolus frater ſuccedit ex illo pacto, excluſis alijs, etiā patre, vt fundat de Frāch. deciſ. 491. vbi ſic deciſū refert in S. Conſ. alios citat, & probat Caſtill. deciſ. 25. num. 11. de quibus meminit Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolita. verb. pater an admittatur.

4 Sub num. 33. vt poſſit filiusfamilias inſtituere ſibi parentes hæredes, qui ab inteſtato illi nō ſuccederent, adde Aloyſ. de Leo, & alios, penes eund. de Thor. vbi ſupra in verb. diſpoſitio facta per aliquem ciuem.

5 Sub num. 39. Adde, quòd hoc eò magis procederet, quando vxor virum ſuum ſibi feciſſet hæredem, omiſſis parentibus, tunc enim adeſſet alia coniectura, vt blāditijs viri illum ſibi feciſſet hæredem, nō autem liberè, & ſic eo magis teſtamentum
6 eſſet nullum, † nam licet vir vxorem, & cōtra blanditijs inducere poſſit ad faciēdum ſe hæredem, & inuicem inſtituendū. l. fin. C. ſi quis alter. teſt. prohib. cum alijs innumeris cumulatis per Surd. conſi. 373.
7 nu. 2. cum ſeqq. † Attamen tale teſtamentum non caret fraude, & ſuſpitione, præcipuè ſi per prius aliud eſſet factum teſtamentum, in quo legitimos ſucceſſores feciſſet ſibi hæredes, tunc enim communiter concludunt ſecundum teſtamentum eſſe nullum, & inualidum, & hæreditas reſtituitur hæredi ſcripto in primo teſtamento, vt poſt Angel. & alios innumeros probat Surd. loco cit. præcipuè num. 14.
8 cum ſeqq. † Itaque cùm ex diſpoſitione harum conſuetudinum bona debeantur agnatis, & cognatis, nec mulier validè poteſt aliter diſponere, ſi per teſtamentum inueniatur aliter diſpoſitum, & ſignanter in beneficium viri, vtique teſtamentum prædictum non valeret, & bona deberent reſtitui illis, qui virtute harum conſuetudinum vocantur, & præcipuè quando probarentur ſuaſiones doloſæ, & fraudulentæ, vt latiſſimè proſequitur Surd. vbi ſupra num. 18. & ſeqq. qui etiam num. 21. cum ſeqq. ex communi ſententia probat hoc eſſe verum, etiam ſi nullum præceſſerit teſtamentum, vt debeantur bona venientibus ab inteſtato, non ex vi teſtamēti, ſed ex vi codicillorum, in quos in hoc caſu reſoluitur teſtamentum, vt per eum:
9 † quæ quidem blanditiæ etiam coniecturis probari poſſunt, vt probant etiam Afflict. deciſ. 69. num. 7. Crauett. & alij, quos ſequitur Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 395. in nouis. & in conſi. 996. vol. 10. vbi hoc latiſſimè proſequitur.

10 Excitauit etiam quæſtionem Petr. Anto. de Amato circa legitimam matris, an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius, & an ſit totius patrimonij, vel ſolùm de illa portione, de qua filius poterat diſponere, & ex hic diſcuſſis num. 26. cum ſeqq. videbatur dicendum, vt ſit de toto patrimonio; nam licet Vincē. de Franch. teneat, vt ſit tertia tertiæ in deciſ. 63. nihilominus vt ſit tertia totius tenuerunt Oldrad. Bald. & alij, quos probat Crauett. conſil. 110. nu. 3. plures alij cumulant Theſaur. deciſ. 172. ſic etiam Ann. conſ. 122. vol. 2. vbi num. 13. enumerat 32. Doctores pro hac ſententia, ſe cum illis connumerato, & probant plures alij, quos ſequitur Surd. conſi. 404. num. 6. cum ſeqq. vol. 3. probat etiam noſter de Pont. conſil. 68. per tot. vol. 1. vbi bis ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio, refert, & reſpondet dictæ deciſ.
11 63. de Franch. † quòd Sacrum Conſiliū non iudicauit legitimam matris eſſe tertiam tertiæ, ſed iudicauit teſtamentum eſſe nullum, & matrem ſuccedere vnà cū filijs, & hæc opinio hodie receptior videtur, & faciunt etiam diſcuſſa per Peregrin. in tract. de fideicom. art. 38. num. 13. cum ſeqq. Maynard. Ricc. & alios penes Io. Bapt. de Thor. vbi ſupra in verb. legitima auiæ, qui etiam tractant, quando pater, vel mater veniunt contra teſtamentum filiorum. Igitur hoc iddem procedit ſecun-

dùm noſtras conſuetudines, quæ non habent locum, patre, vel matre exiſtente in medio, præcipuè in eorum beneficium, vt ſæpius in hac quæſt. replicatum eſt.

12 Addi etiam poteſt alia pōderatio; quia parentes, & liberi non debent ad imparia iudicari, præcipuè in legitima, vt ſæpe ſuperius replicatum eſt, ſed conſuetudines introduxerunt, vt dum pater diſponit de bonis antiquis, de ſola medietate diſponere poſsit, & alia medietas ſit filiorum; cùm diſponit de bonis nouiter quæſitis, de omnibus illis debetur legitima filijs, ſeruata forma iuris communis, & iddem eſt in matre de bonis nouiter quæſitis: de dotibus autem, & bonis antiquis ſolùm diſponit de decima parte, & reliquæ nouem partes ſunt filiorum, prout latiſſimè in hac 4. par. fundatum eſt, & conſequenter videbatur fundata intentio matris reſpectu totius patrimonij filij.

Nihilominus hæc quæſtio poteſt du-
13 pliciter agitari. † Primò, ſi filius non habeat patrem, nec parentes paternos, in quorū poteſtate ſit, vel habeat, & ſit emancipatus. Et ſecundò, ſi ſit in poteſtate parentum. In primo caſu, ſi diſponit de bonis per eum quæſitis, clarum eſt, quòd, ſi parentes habeat, tenetur eis legitimam relinquere, & tunc legitima matris de iſtis bonis erit tertia totius, vt eſt ſecundū ius commune, prout colligi poteſt ex hic
14 diſcuſſis num. 43. cum ſeqq. † Si vero diſponeret de bonis antiquis, nec haberet parentes paternos, ſed ſolùm matrem, & parentes maternos, & tunc d. nu. 43. cum ſeqq. examinata eſt hæc quæſtio, vt teneatur talis filius diſponere, ſeruata forma conſuetudinum, vt ſolùm poſſit diſponere de medietate, & alia medietas ſit matris, & parentum maternorum, prout loco citato declaratum eſt, & multis rationibus comprobatum, vbi plures retuli tenentes contrarium, vt matri ſufficiat legitimam de omnibus bonis, quamuis non exprimant, ſi ſit tertia tertiæ, vel tertia totius patrimonij, quo caſu decidenda eſſet quæſtio ſecundùm terminos iuris communis, & receptiorem ſententiam, deſuper relatam.

15 In ſecundo caſu, ſi habeat paternos parentes, & tunc ſi etiam habeat parentes maternos, quia tunc diſponere poteſt de bonis maternis, idcircò medietas bonorū maternorum erit dictorum parentum maternorum, & de aliæ medietate tenetur relinquere legitimam paternis parentibus; & ſic legitima tunc erunt duæ vnciæ ex toto patrimonio, prout latiſsimè hic comprobaui nu. 40. 41. & 42. Si tamē haberet parentes paternos, & non haberet parentes maternos, tunc etiam affirmo, vt diſponeret, ſeruata forma conſuetudinum, & ſic de medietate tantùm poſſet diſponere, & alia medietas eſſet parentum paternorū, ex rationibus hic diſcuſſis pluribus in locis, & ferè per totam ipſam quæſtionem.

SVMMARIVM.

Damnatus in perpetuum ad Regias triremes habetur pro mortuo, quod explicatur nu. 1.

Securitas etiam nulliter alicui conceſſa ſeruari debet, & ratione comprobatur. nu. 2. & 3.

Captus, pendente ſecuritate, etiam nulla, debet reponi in priſtinam libertatē, & ſic deciſum refertur. nu 3.

Bannitus an poſſit facere teſtamentum, traditur num. 4 & 5.

Foriudicatus an poſſit facere teſtamentum? nu. 4. & 5.

Bona, ſubiecta fideicōmiſſo, an publicetur, publicatis bonis alicuius? & quid quoad fructus. num. 6. & 7.

ADDITIONES
ad quæſt. 47.

1 Sub nu. 6. de damnato ad regias triremes in perpetuū, vt non ſuccedat, & ſit omninò excluſus à ſucceſsione, & faciat locum alijs agnatis, & cognatis, adde poſt alios innumeros Maſtrill. deciſ. 167. tota lib. 2. vbi num. 16. ſic pluries deciſum refert in illo Regno tam in M. R. C. quàm in Sacro Conciſtorio S. R. C.

Sub nu. 12. de ſententia lata, ſecuritate
2 pendente, vt ſit nulla, adde, † quòd etiam ſi nulliter eſſet alicui conceſſa huiuſmodi ſecuritas, vt quia Iudex non habebat poteſtatem concedendi talem ſecuritatem, & conceſsit, iam ſeruari debet talis ſecuritas, nec quis ſub fide Regis, & publica decipiatur. Bart. in l. is, qui reus. num. 12. ff. de public. iudic. Alberic. & Boſſ. quos probat Farinac. conſi. 45. nu. 29. conſi. 53. nu. 1.

nu.1.& conſi.59.nu.16.vbi bona additio,
quæ alios citat, latiſſimè Surd. conſi. 298.
per tot.& in ſpecie nu. 22. cum ſeqq. vol.
2.Menoch.lib.2.de arbitr. iudic. caſ.336.
Borgni.deciſ.1.nu.45.in 1. par. de Frāch.
deciſ.415.probat etiam Conſiliar. Rouit.
in prag.1.nu.3.de guidatic.varias deciſio-
nes poſt Tapiam ponit Io.Bapt. de Thor.
in compen.deciſ.Neapol. in verb.captus,
pendente ſecuritate, qui omnes dicunt,
3 † vt ſi poſt talem ſecuritatem ille talis ca-
peretur debeat relaxari,& reponi in pri-
ſtinam libertatē, quia nemo ſub fide Re-
gia, & publica decipi debet, & ita etiam
de facto vidi ſeruatum in quodam famoſo
bannito, qui ſub falſa ſecuritate fuit ca-
ptus,& tamen fuit repoſitus priſtinæ li-
bertati,& faciunt dicta conſi,11. nu.55.

Ex dictis de publicat.bonorum ſub nu.
4 14. reſoluitur alia quæſtio, † ſi bannitus,
vel foriudicatus poſſit condere teſtamen-
tum de bonis ſuis, & an poſſit vti benefi-
cio ſtatuti ad teſtandum, de qua quæſtio-
ne latè diſputat Surd.conſi.314.vol 3.vbi
alios cumulat,& ex aliorum dictis ſic quę-
ſtionem reſoluit, vt poſſit teſtamentum
facere ſecundùm ius commune, non autē
ſecundùm formam ſtatuti, & inſuper, vt
de bonis ſitis intra territorium ſtatuentiū
non poſſit teſtari, ſed poſſit teſtari de bo-
nis ſitis extra diſtrictum, ſeruata tamen
forma iuris communis,ita Bar. q.1.incip.
Lucanæ Ciuitatis, Iacob. de Ann. Neu.
Iul.Clar.Natt.Neuizan. Peregrin.& alij,
quos ipſe cumulat num.2. & rationem af-
fert nu.3.ex doctr. Bart. in l. amiſſione. §.
qui deficiunt.ff.de capit.dimin. Cyni,Sa-
lycet.Bald.Loffred.Decian.Menoch. &
5 aliorum, † vt banniti noſtri temporis nō
amittant ea, quæ ſunt iuris communis,li-
cèt perdant iura Ciuitatis, vt ſunt ſtatu-
ta, & conſequenter dum filiusfam. ex be-
neficio conſuetudinum iſtarum poteſt te-
ſtari,ſi eſſet foriudicatus priuaretur bene-
ficio teſtandi, illi dato per has conſuetu-
dines, dum perdit iura Ciuitatis, & hoc
iddem confirmat conſi.394. num. 23. &
6 ſeqq.vol.3. † Verùm non publicantur bo
na ſubiecta fideicommiſſo, ſed deferuntur
alijs vocatis ex forma fideicommiſſi. l.Sta
tius Florus. §.Cornelio Fęlici. ff. de iur.
fiſc. vbi omnes, & l.cùm pater. §.hæredi-
tatem.ff.de lega.2.Angel. Alex.& alij in-
numeri,quos probat Surd. conſi. 412.per
7 tot. vol. 3. quamuis aliqui teneant, † vt,
durante vita delinquentis fideicommiſſa-
rij publicētur fructus fideicommiſſi.Bart.
Caſtrenſ. Imol. Alex.& Rip.in l.ex facto,
§.ex facto.ff. ad Trebellia.Boer.Boſſ.Fari-
nac.& alij, quos probat Surd. deciſ. 254.
num.13. vt alios omittam; quamuis ſi eſ-
ſet facta prohibitio contraria à fideicom-
mittente, nec etiam hoc haberet locum.

Ad quæſt.48. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

1 *HAereticus licèt ſit inca-
pax ſucceſſionis, eius
tamen filij ſuccedūt,
ſic etiā nepotes, quod
explicatur nu.1.cum
ſeqq.*

2 *Crimen hæreſis an æ-
quiparetur crimini læſæ Maieſtatis
humanæ, traditur nu 2.*

3 *Nepos ex patre hæretico an ſuccedat auo
fideli,& quid ſi auus etiam fuiſſet hæ-
reticus,& eſſet reuerſus ad fidem; ſed
pœna hæreticorum mortuus eſſet, ex-
plicatur nu.3.cum ſeqq.*

ADDITIONES
ad Quæſt.49.

1 QVæ dicta sūt in hac quę-
ſtione, vt hæreticus ſit
incapax ſucceſſionis,
nō procedit quòad eius
filios; nam filij capaces
ſunt ſucceſſionis aui, &
aliorum agnatorum,&
cognatorum, vt poſt Abbat. Zabarell.
Gemin. Imol. Franch. Simanch. & alios
plures teſtatur Menoch.conſi.805.nu.23.
& ſeqq. conſil.808.vol.9. & conſil. 1128.
vol.12. vbi nu. 10. Butricar. Bald.Iaſ.&
2 alios plures cumulat, † & in hoc caſu cri-
men læſæ Maieſtatis humanæ,non æqui-
paratur cum crimine læſæ Maieſtatis di-
uinæ: nam ſi eſt crimen læſæ Maieſtatis
humanæ,filius delinquentis priuatur ſuc-
ceſſione quarumcūque perſonarum, quo-
niam leges ciuiles ſic expreſsè mandarunt
l.quiſquis.C.ad leg.Iul. Maieſt. quod non
expreſſerunt in crimine hæreſis Sacri Ca-
nones: nam tex. in c. vergentis, de hære-
tic.loquitur,vt filius priuetur ſucceſſione
bonorum patris tantùm; quicquid con-
trarium dixerit Zanchin. in tract. de hæ-
retic.cap.28.nu.2.nam contra eum tenēt
Correr.& Iul.Clar.quos probat Menoch.
d.conſ.

Digitized by Google

d.conſi.1128.num.18.cum ſeqq. Quam ſententiam probat etiam Surd. qui alios citat conſi.386. per tot. volum.3. vbi plus
3 tradit ex recepta ſententia, † vt nepos ex filio hæretico reuerſo ad fidem,& tradito Curiæ ſæculari, & ab ea cremato ob hæreſim, quamuis, inquam, nepos excludatur à ſucceſſione patris hæretici,ſuccedit tamen auo fideli, quoniam hæc ſucceſſio competit nepoti ex propria perſona, & vitium patris illi non nocet, & pro hac ſententia num.16. citat Guid. Pap. conſi. 94.num. 5. Caſſan. Simanch. Menoch. &
4 alios. Sed hoc rectè intelligit nu. 12. † Si auus eſſet fidelis, quoniam ſi eſſet hæreticus, nepotes excluderentur ab illius ſucceſſione,ex tex.in c. ſtatutum, el ſecondo,
5 de hæret.in 6.† Si tamen hæreticus pater, vel auus conuerrerentur ad Fidem, & reciperentur ad ſacramenta,& communionem Eccleſiæ, traderentur tamen in pœnam delicti Curiæ ſæculari, per quam fuiſſent concremati, multi in hoc caſu affirmant, vt filij,& nepotes illis ſuccedāt, quia tex.in d. c. ſtatutum ſolùm procedit, quando pater, vel auus moreretur hæreticus,vt ibi not.gloſ.Ioan.And. Geminian. Anchar. & alij plures hoc tenent, quos citat Surd.d.conſi.386.nu.14.& quamuis aliqui teneant contrarium,quia ſatis eſt, vt moriatur pœna hæreticorum,Surd.tamen vbi ſupra num.25. cum ſeqq. ſic concordat has ſentētias, & hæc ſecunda procedat, quando bona patris, vel aui eſſent publicata,& applicata fiſco Eccleſiaſtico.
6 † Prima verò ſententia procedit, ſi nulla facta eſſet bonorum publicatio; quæ concordia magnam habet æquitatem, quia ſi hæreticus conuertatur ad fidem, & hæreſim abiurauit, licet moriatur, & puniatur pœna debita hæreticis, non tamen moritur hæreticus,ſed fidelis, & in pœnā delicti illa pœna obijt: quam ſententiam probant etiam plures alij, penes Salas in tract. de legib. diſp. 15. per tot. & præcipuè ſect.4.vbi latiſſimè de hac materia tractat.

SVMMARIVM.

DElinquens ſi reſtituatur ex gratia Principis non recuperat bona, niſi expreſſè ad id reſtituatur, & tunc non recuperat bona alteri quæſita,nec fideicommiſſum, quod explicatur nu. 1.2.& 3.

Reſtitutus quoad pœnas an recuperet bona,& fideicommiſſum. num.1.2.& 3

Nō recuperat locum in præiudicium tertij.nu.8.Nec beneficium alteri collatum. nu.5.

Teſtamentum an ſubſtineatur ex clauſula codicillari. nu.6.

ADDITIONES ad Quæſt.50.& 51.

1 SVb nu. 5. & ſeqq. quæſt. 50. vt ſi delinquens non reſtituatur ad bona, ad illa non cenſeatur reſtitutus, adde Andr.in c. 1. de vaſſall. decrep. ætat.& in c.1. hic finitur lex. Aquilin.& Tap.de quibus meminit de Thor.in ſuo compend.in verb.dominium bonorū donatorum.

2 Ad confirmationem, vt reſtitutus etiā ad bona non recuperet bona, quæ alteri erant acquiſita ex dicto crimine latiſſimè tractat Surd. conſil. 203. vol. 2. præcipuè nu.9.& ſeqq. quoniam reſtitutus ſolùm recuperat bona, quæ erant penes fiſcum, tunc temporis;non autem illa, quæ erant quæſita tertio.l.1.& d.l.fi.vbi Bart.& alij
3 C. de ſenten. paſſ. † & proinde ſi ex delicto vnius factus eſſet caſus fideicommiſſi, quia nempe.teſtator inſtituit aliquos hæredes,quibus delinquentibus,& bonis publicatis,ſuccederent alij, & factus eſſet caſus,vt illi delinquerent, & bona venirent in totum, vel in partem publicanda, & factus eſſet locus ſubſtituto, qui eſſet admiſſus ad illa bona: tunc ſine dubio, etiāſi delinquens poſtea reſtituatur, non recuperat bona alteri quæſita ex dicto fideicōmiſſo,& hic eſt caſus conſilij ipſius Surdi, quod optimè fundat, & contraria ſoluit, latiſſimè Menoch.conſi.1126.num.40.& ſeqq.vol.12. Borgnin.deciſ.14. præcipuè nu.9. & ſeqq.par. 1. qui etiam docet poſt
4 alios, † vt ſi aliquis priuetur loco ſuo, deinde ex Principis gratia reſtituatur, nō recuperat locum in præiudicium eius, qui medio tempore locum acquiſiuit; quia hæc reſtitutio non retrotrahitur in præiudicium tertij,& ad hoc probandum citat Alex. Iaſ. Alber. Nell. & plures alios,
5 vt per eum,& fuerunt hic diſcuſſa. † Ideo nec recuperat beneficium alteri collatū, & ſic de alijs bonis,vt latiſsimè proſequitur Odd. q.48. præcipuè art.3. & 4. in tract.de reſtit.in integr.

6 Sub num. 9. quæſtionis 51. Adde quòd quando eſſet defectus voluntatis, teſtamẽtum non ſuſtineretur ex clauſula codicillari, vt poſt Turrett. Peralt. & alios probat Caſtill. deciſ. 59. nu. 55. Rotæ Siciliæ, ſed de hac materia dixi infra par. 10. q. 18. & conſi. 22.

Ad queſtiones 52. & 53. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

Adoptiuus an ſuccedat ad feuda. num. 1.

Dictio (Seu) qualiter intelligatur. numero 2.

ADDITIONES ad Quæſt. 54. & 55.

1 Sub num. 11. quæſtionis 54. Adde, vt adoptiuus ſuccedat ad feuda, quoties in ſpecie ad id fuit adoptatus, vel quando feuda eſſent conceſſa ex cauſa oneroſa, vel ob benemerita, vt ſcripſit Bald. in cap. ſignificauit, in fi. de reſcrip. probant etiam Roman. Dec. Pariſ. Decian. & alij, quos probant Menoch. conſi. 925. tot. vol. 10. & Surd. conſ. 317. vol. 3. præcipuè nu. 8.

2 Sub nu. 4. cum ſeqq. quæſt. 55. de dictione (Seu) & ſimilium, adde, quòd eius natura eſt etiam, vt ſtet declaratiuè cap. vt officium. §. ad conſcribendas. de hæretic. cum alijs cumulatis per Menoch. conſil. 737. num. 1. lib. 8. Sed hoc venit, quia ſic ſermonis ratio expoſcebat ibi (Scriniarius, ſeu Tabellio.)

SVMMARIVM.

Proximitas vltimi morientis, vel eius, à quo vltimus moriens bona habuit, attẽdatur in ſucceſſione. nu. 1. In fideicommiſſo an attẽdatur proximitas teſtatoris, vel vltimi morientis. nu. 2. cum ſeqq.

Ioannes Maria Coſcia laudatur nu. 4.

Affectio, & proximitas teſtatoris conſideratur in eius ſucceſſione, quod explicatur nu. 1. & ſeqq.

Subſtitutus dicitur habere bona à teſtatore, non autem à grauato. nu. 6.

Legatum dotis, factum proximioribus de aliqua familia, qualiter intelligatur, traditur nu. 9.

Proximior in gradu excludit remotiorẽ etiam in ſucceſſione iuriſpatronatus, quod explicatur nu. 10.

ADDITIONES ad Quæſt. 56.

1 An attendatur proximitas vltimi morientis, vel eius, à quo moriens bona habuit, dixi conſilio 50.

2 Poteſt etiam examinari quæſtio circa fideicommiſſum, ſi in eo ſuccedat proximior vltimi morientis, vel proximior teſtatoris, in qua hincinde eſt magnus catalogus Doctorum, & vt attendatur proximitas vltimi defuncti, ſcripſerunt Bald. Angel. Caſtrẽ. Socin. Corn. Bald. Nouell. Alex. & quamplures alij, quos probat Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 11. gloſ. 1. nu. 20. verſ. quæ autem ſupra, latiſsimè Surd. conſi. 370. nu. 10. vbi hodie ſic dicit eſſe obtentum in pluribus curijs vol. 3. & pro hac parte cumulat 70. Doctores, & ſic iudicatum refert in Rot. Roma. deciſ. 72. in 1. par. in nouis. Fuit etiam deciſum in Sacro Conſ. in cauſa Conſiliarij de Salamanca, quamuis de ea ſententia pendeat reclamatio.

3 Contrariam tamen ſententiam, vt attẽdatur proximitas teſtatoris, tenuerunt Bar. & alij innumeri, quos probat Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſol. 10. nu. 27. cum ſeqq. innumeros alios cumulat, & probat Theſaur. deciſ. 64. tota, vbi ſic refert deciſum in illo Senatu, tenet etiam Peregrin. alios cumulans, in tract. de fideicomm. art. 20. tenet idem Surd. deciſ. 66. nu. 13. vbi alios cumulat,
4 & citat ſe ipſum conſi. 31. nu. 29. † & dum eſſem iunior Academicus in Academia Ioannis Mariæ Coſciæ mei præceptoris, Iureconſulti celeberrimi, qui in publico ſtudio pluribus legit annis, & optimis moribus, ac literis prædíti, ſic defendi, &
5 obtinui, & ratio eſt ineuitabilis, † quoniã in bonis teſtatoris ſucceditur, ideo eius affectus, & proximitas attendi debet; vt eſt tex. in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.
6 & clarum eſt, † vt ſubſtitutus dicatur habere bona ab ipſo teſtatore, non autem

à gra-

à grauato, vt latiſsimè probat Crauet.cõſ. 144.quem refert, & ſequitur idem Surd. deciſ.8.nu.24.& patet ad ſenſum, & cùm hæc ſit verior, & receptior ſententia, ſi aliud nõ conſtet ex verbis teſtamenti, nolo amplius in hoc inſiſtere, nã videri poſſunt dicti Auctores, ſic etiam Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.12. nu. 30. vbi hanc dicit eſſe communem, ſic eam communem dicit Io. Dilect.de art.teſtan. tit.15.cap.21.Roland.conſi.70.Menoch. de præſumpt.lib.4.præſump.75.num.16. & conſi.815.nu. 61. vol.9.vbi per ordinẽ 41.Doctores cumulat, & ſecundùm hanc ſententiam, ſæpius fuiſſe iudicatum affirmat Peregrin. d. art.20.& contraria opi-
7 nio varijs modis interpretatur, † Sed poteſt locum habere, quãdo eadem eſt linea teſtatoris, & grauati; quoniam tunc ſemper linea grauati præfertur, ex quo ab ipſo teſtatore deſcendit, & eadem eſt linea, & donec adeſt aliquis de linea ſemel admiſſa ad ſucceſsionem, ille ſemper præfertur, vt ex tex.in cap.1.de natur.ſucceſſ. feud. & alijs pluribus, probaui ſupra q. 35.in additio.& q.45. & in hac propria materia fideicommiſsi poſt Molin. Ceph. Natt. & alios plures probat Surd. conſil. 370.num.15.& ſeqq.vol.3.& hanc etiam cõcordiam poſt alios admittit Caualcan. in quodam eius reſponſo, edito de hac materia poſt tract.de brach.Reg. vbi ad ſaturitatem.

8 Inſuper limitatur ex alijs varijs coniecturis, & præcipuè ſi teſtator mandaſſet, vt ſuccederetur in ſtirpes, & non in capita; quia tunc non præſumitur, vt teſtator habuerit curam, & protectionem de ſua proximitate, quia de gradu non eſt vis aliqua, quando ſuccedítur in ſtirpes, vt ſcripſerunt Fulgoſ.Caſtrenſ.& Corne.in Authen.defuncto. C. ad Tertullian. probant etiã Cephal. & Petr. quos ſequitur Surd. d.conſi.370.nu.13.

9 Eſt etiam notandum, quòd, ſi factum eſſet legatum dotis proximioribus de aliqua familia, non ſolùm tale legatum includit illas, quæ ſunt proximiores de familia teſtatoris, quæ ante omnes alios præferuntur, ſed etiam includit alios cõſanguineos, quæ admitti debent poſt illos de familia, & poſt conſanguineos vocantur aliæ mulieres de familia, ſiue de quarterio, vt ex pluribus probat Lanar.conſi. 53.vbi ſic refert iudicatum in Sacr.Conſi. de quo meminit Ioan.Bapt. de Thor. in compend.deciſ. Neapolit. in verb.legatũ dotis factum mulieribus.

10 Poſtremò notandum eſt, vt proximior in gradu excludat remotiorem etiam in ſucceſsione iuriſpatronatus, relicti pluribus de familia; nam tex.in l.cùm ita.§. in fideicommiſſo. ff. de legat.2.etiam in hac materia procedit; ita poſt Bald. conſil. 1. nu.8.vol.3.& alios probat Menoch.conſ. 380.vol.2. probant etiam Gabr. Couarr. Mynſinger.& alij, quos ſequitur Ricc. in ſua prax.iuriſpatronat.deciſ. 199.& quãdo plures ſimul ſuccedunt ad iuspatronatus, fit ſucceſsio in ſtirpes, non autem in capita. Clement.ſi plures, vbi omnes de iurepatronat.Innocẽ.& alij, quos probat Ricc.loco cita.deciſ.210.& 211. vbi poſt alios etiam probat, vt fiat ſucceſsio cum qualitate hæreditaria.

SVMMARIVM.

Foemina an ſuccedat ad feudum, traditur nu.1.

Natus, & illicò mortuus an proſit, vel noceat alteri quoad ſucceſsionem, explicatur nu.2.

Filiorũ ſimul cum patre mortuorũ, quis eorum præſumatur prius obijſſe. num. 3. & 4.

Iuuenes plus reſiſtunt morti, quàm ſenes, & ratione probatur nu.5.

Faciens actum, præſumitur ſe conformare cum legibus, de illo actu loquentibus.num.6.

ADDITIONES
ad quæſt.57.& ſeqq.

1 AD quæſt.57.Adde Surd. conſi.349.volum.3. vbi tractat articulum, vt fœmina ſuccedat ad feudũ conceſſum pro maſculis, ſi illud feudum perueniat in diuiſione ad vnum ex fratribus, qui non habebat niſi fœminam: ſed hæc quæſtio ceſſat in hoc Regno, in quo fœminæ ſuccedunt ad feudum in defectum maſculorum, vt dixi ſupra quæſt.32.& ſæpe aliàs.

Ad quæſtionem 58.nihil eſt additum.

2 Ad quæſtionem 59. ſi natus, & illicò mortuus noceat alijs circa ſucceſsionem;

adde etiam Menoch. conſi. 880. nu. 10. & ſeqq. nu. 9. Sed nō recedo ab hic diſcuſſis: ſi enim non naſcatur tempore legitimo, regulariter nec nocet, nec prodeſt, vt hic firmaui num. 2. cum ſeqq. & ſic procedit dict. deciſ. 236. Afflict. hic citata, quatenus fuit dictum patrem non ſuccedere filio, nato in octauo menſe, quia filius erat mortuus, nec conſtabat de alia infirmitate: de qua materia latiſſimè ibi tractatur, & de ea etiam tractant Piſanell. Craſſ. Maſcard. Pellicc. Borrell. Caualcan. Alex. Trentacinque, & alij, penes Ioan. Bapt. de Thor. in verb. pater an ſuccedat filio nato in octauo menſe.

3 Sub num. 17. & 18. Adde, quòd ſi filij eſſent maiores non præſumerentur mortui ante parentes, & ideò ſi pater ſimul cū filio moriatur in bello, vel alibi, præſumitur prius mortuus pater, vt eſt tex. ad literam in l. qui duos. §. cùm in bello. ff. de reb. dub. vbi omnes latiſſimè Menoch. de præſump. lib. 6. preſump. 50. nu. 21. cum ſeqq. poſt Couarr. & alios Fontanell. in tracta. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 7. par. 2. nu.
4 38. & ſeqq. † & hoc intelligunt, quando ex legis diſpoſitione filius deberet patri ſuccedere, quoniā pater præſumitur prius mortuus, non autem procedit, quando agitur ex diſpoſitione hominis, quia tunc hæc regula non habet locum, vt poſt Bar. in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. & alios tenet Emanuel Coſt. in d. §. cùm in bello, in verb. patrem prius mortuum num. 16. Sed nullo modo probanda eſt eorum opinio, etiam dum ſucceſſio fit ex facto hominis, vt ex fideicommiſſo, donatione, &c. quoniā ſi ex iuris diſpoſitione pater prius mori præſumitur, & etiam ſecundùm na-
5 turalem curſum, † quoniam maioris virtutis, & roboris ad moriendum ſunt iuuenes, quam ſenes, itaque quouis modo fie-
6 ret ſucceſſio, ſemper hoc eueniret, † etiam quia dum homo contrarium non exprimit, præſumitur ſe cōformare cum diſpoſitione iuris, de illo actu loquentis, vt toties replicatum eſt, & hanc opinionem probat ex multis Couarr. lib. 2. var. reſolu. cap. 7. nu. 7. Peregrin. de fideicom. art. 43. nu. 53. verſ. Accurſius autem, probant ēt Menoch. Purpurat. & Soci. quos ſequitur Fontanell. loco cit. nu. 44. & ſeqq. vbi infert ad confirmandam donationem inter patrem, & filium per mortem patris, & alios caſus, &c.

Ad quæſt. 60. nihil eſt additum.

S V M M A R I V M.

Haeres quando teneatur approbare factum defuncti tam in burgēſaticis, quam in feudalibus, explicatur num. 1.

Grauari nemo pōt à teſtatore in bonis, quæ habet iure proprio. nu. 2.

Lucrum dotis debitum viro ex forma ſtatuti tranſmittitur etiam non agnitū. num. 3.

Portio, ſeu medietas debita per has conſuetudines tranſmittitur etiam non agnita. nu. 4.

Agnati, & cognati non poſſunt auctoritate propria capere medietatem, eis debitam. num. 5.

Filius non poteſt legitimam capere auctoritate propria, ſed facto iudicis. num. 6.

Subſtitutio declaratur ab inſtitutione. nu. 7. 11. & 12.

Vna pars teſtamenti declarat aliam. numero 8.

Fideicommiſſum an extendatur ad ſubſtitutos, traditur nu. 9. An cenſeatur perpetuò introductum, ſi teſtator mādauit, vt eius bona perpetuò deueniāt ad deſcendentes de gradu in gradum, traditur nu. 10.

Inſtitutio facta de primogenito in feudalibus, & de ſecundogenitis in burgenſaticis, ſi omnes ſint ſubſtituti, qualiter ab ea declaretur ſubſtitutio, traditur nu. 12.

Pater, & filius ſi vocantur ad ſucceſſionem, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, etiam in præſentatione iuriſpatronatus. nu. 13.

ADDITIONES
ad quæſt. 61.

1 SVb num. 6. quæſtionis 61. vt hæres non teneatur approbare factum nullum defuncti, adde Crauett. conſ. 200. num. 5. & 7. Pinell. in tract. de bon. matern. l. 1. par. 3. nu. 83. limit. 9. & 10. & præcipuè locum habet in feudis, vt non teneatur habere ratam diſpoſitionem nullam, factam a defuncto, And. in c. 1. §. donare. nu. 8. qualit. olim feudum alien. poter. & in cap. Imperialem. nu. 15.

de

de prohib.feud.alien.per Federic.vbi Ca-
merar.fol.48.lit.E.Afflict.deciſ. 240.in 3.
dub.Lotfred.conſi.1.num.16.& conſi.10.
nu. 24. de Pont.conſi.61. nu.31.vol.1. &
fuit hoc latè diſcuſſum annis non longè
decurſis in cauſa fideicommiſſi facti per
Cardinalem Pinellum: ſecus tamen eſſet,
quando factum non eſſet omninò nullum
ex iuris diſpoſitione, de qua materia latiſ-
ſimè ſcripſerunt tam in feudis, quam in
burgenſaticis, Menoch.conſi. 89. per tot.
vol.1.Surd.conſi.305.nu.30.& ſeqq. cõſi.
382.nu. 26. volum.3. & alibi. Grammat.
deciſ.93.nu.9.

2 Hinc eſt etiã, ꝙ ſi aliquis ex iuris diſpo-
ſitione, vel ex alterius beneficio deberet
poſt mortem alterius habere aliqua bona,
non poſſet in illis bonis grauari a teſtato-
re, ita Caſtren.conſi.199.Viſis dubijs.col.
vlt. verſ. præterea lib. 2. & alibi Grãmat.
d.deciſ.93.nu.11.vbi in fin.ſic refert deci-
ſum in Sacro Conſil.Menoch.d.conſi.89.
nu.98.& ſeqq.vbi hoc explicat.

3 Sub nu.11.de tranſmiſſione medietatis
non aditæ, adde ad confirmationem, quo-
niam ſi ex forma ſtatuti delatum eſſet lu-
crum viro in dote, vel alijs bonis vxoris,
vtique maritus tranſmitteret hoc lucrum
ad eius hæredes, quamuis ab eo non eſſet
agnitum, ita Barto.in l.ſi arrogator, in 5.
oppoſit.ſolut.2.ff.de adoption.vbi Iaſ.nu.
24. pluribus deciſionibus hoc cõprobat:
& hanc eandem ſententiam poſt Alexan.
Phanut.Pinell.& Roland. de lucr. dot.q.
47. nu. 7. probat Surd.conſi.341. num.5.
volum.3.& dixi infra conſi. 48. nu.11. &
ſeqq.vbi inſerui conſilium Franciſci An-
tonij Villani.

4 Inſuper ad confirmationem principa-
lis quæſtionis, vt portio debita ſecundum
has conſuetudines nõ debeatur titulo hę-
reditario, ſed ex prouidentia conſuetudi-
nis, & ſic in titulo particulari, adde, quòd
eandem ſententiam probauit Franc. An-
ton.Villan.vt retuli infra conſi. 48. num.
10. & ſeqq.& in ſimili ſtatuto varijs ra-
tionibus probat Alex.Raudenſ.deciſ. 19.
num.19.cum ſeqq.par.1.deciſ. Piſan. In
5 omni tamẽ ſententia † non poſſunt agna-
ti propria auctoritate capere hanc medie-
tatem, ſed illam capere debent ab hærede
inſtituto, vel facto iudicis, vt colligitur
ex dictis per Napoda. in conſuet. & ſi te-
ſtator, in verb.perueniat.nu.29.ibi [*Item
implicat, vt tradatur poſſeſſio*] & paulo
poſt [*Non ergo capient propria auctori-
tate, &c.*] quod etiam patet, quia hæc
6 medietas æquiparatur legitimæ, † quam
filius capere non poteſt propria auctori-
tate, ſed officio iudicis illam conſequitur.
Bar.in l.2.C.quand.& quib.quar.par. de-
beat.Bal.Caſtren.& alij, quos probat Iaſ.
in l.3.§.etenim col.4. de acquir.poſſeſ.&
dixi conſi.9.nu.18.& 19.& ſæpe alias.

7 Sub num. 16. vt ſubſtitutio declaretur
ab inſtitutione, adde poſt alios Surd. cõſi.
315.vol.3.vbi multis medijs hoc probat,
8 & præcipuè ex illa ratione, † quoniam
vna pars teſtamenti aliam declarat.l. qui
filiabus, vbi Iaſ.ff.de legat.1. & ſic vnum
fideicommiſſum declarat aliud, quòd la-
tius poſt Crot. Deci. Ruin. Bero.Cephal.
Socin.& alios, Surd. d.conſi.315.num.6.
comprobat, & toto illo conſil. probat,
9 † vt dum pater feciſſet fideicommiſſum
filijs inſtitutis, caſu quo ſine filijs decede-
rent, non tamen fideicommiſſum exten-
ditur ad ſubſtitutos, & ſic ad filios, & de-
ſcendentes filiorum, quòd latiſſimè com-
probat: ſolùm tamen ex illo notandum
10 duxi, † quòd ſi teſtator per fideicommiſ-
ſariam ſubſtitutionem dixerit, vt bona
ſua continuè, & perpetuò deueniant ad
deſcendẽtes ex filijs de gradu in gradum;
tunc eſſet inductum perpetuum fideicom
miſſum, & reale; quoniam onus eſſet in-
iunctum rei, & tranſiret ad omnes ſucceſ-
ſores. At ſi dictum eſſet, vt deſcendentes
ſui venire debeant ad eius bona perpe-
tuò, & continuè de gradu in gradum; tũc
quia teſtator locutus fuit in perſonam, &
ſic perſonæ illæ cenſentur vocatæ ordine
ſucceſſiuo, hoc eſt adueniente caſu fidei-
commiſſi omnes ſuccedentes in quocun-
que gradu reperiantur, ſuccedant; ſemota
tamen prærogatiua gradus, nempe ſi om-
nes ſint proximiores in eodem gradu, ex
tex.in clemen.1. de cenſib. Bart.Bald. Sa-
lycet. Curt.ſen. Socin. Pariſ. Alban. &
Beci.quos probat Surd.conſi.315. nu. 20.
11 & ſeqq.Sed, vt d.nu.16.dictum eſt, † pro-
cedit regulariter talis interpretatio ſub-
ſtitutionis ab inſtitutione, ſi contrarium
non probetur ex voluntate teſtatoris, vt
etiam poſt alios probat Surd. conſi. 363.
nu. 12. cum ſeqq.vol.3.& noſter de Pont.
12 conſi.58.vol.2.vbi optimè probat, † quòd
dum pater primogenitum in feudalibus,
& ſecundogenitos in burgenſaticis ſibi
fecit hæredes, & eos poſtea ad inuicem
ſubſtituit, quòd ſecundogeniti tantùm
cenſeantur ad inuicem ſubſtituti in bur-
gen-

genſaticis, non autem primogenitus; nam iſte cenſetur ſubſtitutus in defectum omnium ſecundogenitorum, vt latiſſimè vir ille doctiſſimus probat, ad quem mitto lectorem. Illud ſolùm aduertendum eſt,
13 † quòd, dum pater, & filij vocantur ad ſucceſſionem, iuxta tradita nu. 10. ſucceſſio intelligitur ordine ſucceſſiuo, nempe pater dum viuit, & filius poſt mortem patris. Bart. & alij communiter in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. quod procedit etiam in præſentatione iuriſpatronatus, vt poſt Oldrad. Calderi. Lambertin. & alios probat Ricc. in ſua prax. de iurepatron. deciſ. 194.

S V M. M A R I V M.

PRinceps poteſt cum iuſta cauſa tollere facultatem teſtādi alicui. nu. 1.

Hæres inſtitutus in re certa habet totum patrimonium per ius accreſcendi. nu. 2.

Pater, qui non amat filios, præſumitur demens. nu. 3.

Aequalitas ſeruari debet inter filios, quod explicatur nu 4.

Statutum mādans ſeruari certas ſolemnitates in teſtamentis, an locum habeat in teſtamento inter liberos, traditur nu. 5.

A D D I T I O N E S
ad Quæſt. 62.

1 SVb num. 3. adde, quòd Princeps cum causa poteſt prohibere alicui facultatem teſtandi, Bald. conſi. 297. teſtator in fin. lib. 2. Fulgoſ. Caſtren. Alex. Corne. Curt. iun. Ruin. & alij plures, quos probat Menoch. conſil. 956. vol. 10. & addit iuſtam eſſe cauſam, ſi Princeps id faciat pro bono publico. Secundò, ſi quis rebus ſuis malè vtatur, vt eſt prodigus. Tertiò, ne pater filios inæqualiter faciat hæredes: quod latiſſimè proſequitur toto illo conſil. & faciunt dicta ſuperius par. 2. tit. de bonis q. 19.

2 Sub num. 16. circa ius accreſcendi, vt inſtitutus in re particulari ſit hæres in totum, adde Surd. deciſ. 338. num. 16. & quę addita ſunt ſupra par. 3. q. 10.

3 Sub num. 21. adde etiam, quòd pater præſumeretur demens, ſi charitatis filiorum obliuiſceretur, vt poſt Bald. & Socin. notat Menoch. conſi. 1140. nu. 15. volum. 12. ex tex. in l. 2. & l. Titia. ff. de inofficioſ. teſtamen.

4 Sub num. 22. quòd omnes filij ſunt æqualiter inſtituendi, vt inter eos ſeruetur æqualitas, adde, quòd ſi teſtamentum à patre factum inter liberos contineret inæqualitatem, nullum haberet priuilegiū, vt poſt Romanum, Socin. ſen. Ruin. & alios plures, probat Menoch. conſi. 956.
5 num. 14. & ſeqq. volum. 10. & ideò, † ſi ſtatutum loqueretur de teſtamentis, nempè, vt adhibeantur certæ ſolemnitates in teſtamētis, & hoc reſpiceret commodum liberorum, tunc tale ſtatutum comprehendit teſtamentum inter liberos, quia in fauorabilibus ſtatutum loquens de teſtamentis, complectitur etiam teſtamentum inter liberos, ſecus tamen eſt, ſi id eſſet in odium filiorum, vt quia ſtatutum arctaret parentes ad ſolemnitates contra ius commune, ita Iaſ. Socin. iun. Natt. & alij, quos probat Surd. conſi 314. num. 9. cum ſeqq. vol. 3.

S V M M A R I V M.

SVbrogatio præſumitur facta, ſi hæres vendidiſſet merces paternas, & loco earum alias emiſſet, quod explicatur nu. 1.

Fideiuſſor de iudicato ſoluendo, an teneatur ſi cauſa remittatur ad aliud tribunal, optimè explicatur nu. 2. Quid ſi reus eſſet abſolutus à iudice, coram quo eſt datus fideiuſſor, traditur numero 3.

A D D I T I O N E S
ad Quæſt. 63.

1 SVb num. 18. de ſubrogatione bonorum ex hoc deducitur, quòd, ſi hæres vendiderit paternas merces, & ex illarū pecunia alias merces emerit, quòd merces emptæ ſunt ſubrogatæ loco paternarum mercium; quia dum iddem exercitium continuauit, eò magis ex iuris diſpoſitione colligitur facta ſubrogatio, gloſ. in l. tabernam, de pignor. act. Neguſant. in tract. de pignor. in 2. membr. ſecundæ par. num. 24 & ita firmatum vidi in quibuſdam allegationibus

mer-

mercatorum de Medicis per Rouitum, & Petr.Anton.de Amatis.

2 Sub num. 26. & 27. vt fideiuſſor de iudicatum ſoluendo in vno tribunali, non teneatur, ſi cauſa remittatur ad aliud tribunal, adde poſt alios Maſtrill. deciſ.126. nu.10. ſecus tamen eſſet, ſi fideiuſſio fuiſſet præſtita in tribunali inferiori, & cauſa ex remedio appellationis deuolueretur ad tribunal ſuperius, vt a Curijs Baronũ ad Regias Audientias, & ſic gradatim ab Audientijs ad Magnam Curiam, & a Magna Curia ad Sacr. Conſil. quia iſta ſunt Tribunalia ad inuicem ſubordinata, & fideiuſſio fuit præſtita reſpectu cauſæ cum ſubordinatione ad omnia Tribunalia ſubordinata, & in quibus tam iure ordinario, ſeu in prima inſtantia, quam etiam per remedium appellationis illa cauſa tractari ſoleat: & ideò dum non ſunt Iudices diuerſæ qualitatis, non prohibetur ſubrogatio, vt ex pluribus fundant Vrſill. in additio.ad Afflic.deciſ.202.de Franch. deciſ.320.& 334. probant etiam Theſau. Muſcatell.Peguer.Battagli.& Ricc. quos ſequitur Ioã.Bapt. de Thor. in compend. deciſ.Neapolit.in verb.fideiubens in vno Tribunali,& in verb.fideiuſſor de iudicatum ſoluendo in vno Tribunali, vbi poſt Vincen. de Franch. deciſ.208.Muſcatell.

3 Petr.Caball.& Ricc. † dicit etiam habere locum, quamuis reus in primo Tribunali, in quo fuit præſtita fideiuſſio, eſſet abſolutus, ratione iam dicta, quia fideiuſſio eſt præſtita reſpectu cauſæ cum dicta ſubordinatione.

SVMMARIVM.

RElligiones incapaces ad ſuccedendum quanam ſint, traditur nu. 1.

Nouitio, vel oblato morienti ab inteſtato, an ſuccedant eius proximiores, vel Monaſterium, traditur nu.2.

Forenſi ab inteſtato defuncto, qui nam ſuccedant in Ciuitate Panhormi, traditur nu.3.

ADDITIONE ad quæſt.64.

1 SVb num. 1. vt religiones incapaces non ſuccedant, ad de eundem Menoch. conſi. 1014. vol. 11. vbi num.12. enumerat 42. Doctores, qui pro maiori parte ſcripſerunt ante Concilium Tridentin. vt mendicantes nõ excepuati a iure ſint capaces bonorum immobilium, vt ea poſſidere valeant, quod Conſilium fecit Menoch. pro quodam Collegio Sancti Fidelis Societatis Ieſu, ponens diſtinctionem inter Domos profeſſas, vt ſint incapaces ad ſuccedendum, & poſſidendum, & Collegia, vt ſint capacia, vt eſt videre penes eum num. 15. Attamen diſtinctio non viget, quia domus profeſſę non ſunt ab intrinſeco incapaces, ſed ab extrinſeco; quia voluntarie nolunt poſſidere, ſed poſſunt, ſi vellent, in communi poſſidere, vt cernitur ex diſpoſitione dicti Sacri Concil. Triden. ſeſſ.24.titu.de regular.cap. 3. Sed hoc relinquo, quia non facit ad caſum.

2 Sub num.3.de oblatione tacita, vt ſuccedat Monaſterium eo modo, vt nu.3.notatum eſt, & ſic intelligitur deciſ. 40. de Franch.& intelliguntur alij relati per Io. Baptiſtam de Thoro in ſuo compend. in verb.bona ingredientis Monaſterium; nã plures tenent contrarium, quos retuli nu. 4. & ſeqq. quia; dum aliquis moritur nouitius, ad eius bona ſuccedunt eius proximiores, vt etiam probat Brunor. in ſuo compend. propoſit. iur. in verb.bona nouitij morientis, vbi dicit ita ſeruari in praxi, & ſic debet cõſtare ſaltem ex coniecturis contrarium, & ad ſummũ debent proximiores ſimul cum monaſterio dicta bona diuidere, vt dixi d. nu. 3. & ſic non recedo a diſcuſſis in hac quæſt.

3 Sub num.21.adde, quòd etiam Panhormi adeſt conſuetudo, quòd, ſi forenſis ab inteſtato decedat, & infra annum vnum, & menſem non compareant eius conſanguinei, de bonis defuncti prius ſoluentur impenſæ funeris, deinde ſoluuntur debita, & malè oblata, ſi quæ adſint, & hoc per Prætorem, & Iudices Ciuitatis tantũ, confecto per eos inuentario bonorum, & ſi, elapſo dicto tempore treſdecim menſiũ, nemo compareat, tunc bona defuncti diuiduntur in duas partes æquales, quarum

vna

Digitized by Google

vna pro anima defuncti pauperibus erogata, reliqua fiſci iuribus annotetur, vt mandat dicta cõſuet.cap. 38. vbi Muta ad plures quæſtion. infert, quas omitto.

SVMMARIVM.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum? num.1.

Ratio conſeruationis bonorum in familia ſiue maſculinitatis, an inducat fideicommiſſũ, traditur n.2.

Fideicommiſſum introducitur fauore familiæ, & maſculinitatis, quod explicatur num 2. Dum eſt factum fauore maſculorum, fœminæ vltimi morientis debent dotari de paragio, & habent vltra legitimam debitam Patri. nu 3.

Subſtitutus an ſuccedat instituto poſt factam profeſſionem? nu.4. An ſit expectanda mors naturalis, vt habeat bona ſubiecta fideicommiſſo, vel ſatis eſt ſola profeſſio varij recenſentur caſus, nu.5. cum ſeqq.

Monaſterium, an durante vita ingreſſi, habeat fructus bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, recenſentur varij caſus nu 4. cum ſeqq.

Interpretatio, quæ venit ex effectu ſubſecuto, dicitur Regina omnium interpretationum. nu.11.

Obſeruantia diuturna an interpretetur dubios actus præcedentes, traditur nu. 12. & 13.

Obſeruantia ſubſecutæ ſtatur inter hæredes, quando dubia erat voluntas teſtatoris, quod explicatur nu.14.

Bona eccleſiaſtica ſi tranſeant ad ſæculares, debent ſoluere gabellam. nu.15.

Clericus, faciens ſibi hæredem perſonam extraneam, & relinquens agnatis, & cognatis portionem, illis de iure debitam, intelligitur de portione ſecundũ has conſuetudines. nu.16. & ſeqq.

Interpretatio illa capi debet, quæ vtriq; partis ſit conſultum, & euitetur contradictio. nu.18.

ADDITIONES
ad quæſt. 65.

1 Sub num.7. vt Monaſterium excludat ſubſtitutum, adde poſt alios Rodriq. tom.2. quæſt. regular. q.78. art.4.

2 Sub nu. 16. de conſeruatione bonorum in familia, adde, vt talis conſeruatio ſit adeò fauorabilis, vt fideicommiſſum extendatur ad caſum, ad quem aliter non extenderetur, vt legi poteſt penes DD. hic citatos num. 15. & 16. & ideò ſi pater feciſſet filio pupillarem ſubſtitutionem hoc modo (& ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; ſine filijs maſculis ex eo legitimè deſcendentibus deceſſerit, &c.) tunc ſine dubio cenſeretur habita ratio maſculiationis, & conſeruationis bonorũ in familia, & pater cenſeretur grauatus per fideicommiſſum reſtituere dicta bona filijs ſuis in conditione poſitis, vt ex quadraginta Doctoribus, ſe cum illis connumerato, probat Menoch. conſi. 1017. vol. 11. ſed de hoc dixi ſupra quæſt. 32. & 36. etiam in additionibus: & dum familia eſt contemplata, inducitur fideicommiſſum tam in caſu mortis, quam in caſu cõtrauentionis l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. pater filium. ff. de legat. 3. & in hoc non adeſſe contradictorem, docet Curt. iun. conſi. 145. num. 10. latiſſimè Craſſ. in § fideicommiſſum. q.5. & Peregrin. de fideicom. art. 14. nu. 13. cum ſeqq.

3 Illud autem notandum eſt, quòd, dum adeſt fideicommiſſum factum fauore maſculorum, tunc fœminæ vltimi morientis debent dotare de paragio, & vltra etiam debent habere legitimam debitam eorum patri, quam deducunt de fideicommiſſo, ita Caſtren. conſi. 102. lib. 2. Corne. conſi. 197. lib. 1. Menoch. conſi. 88. nu. 50. vol. 1. & conſi. 151. in 1. dub. vol. 2. Decian. cõſi. 10. vol. 2. Peregrin. in tracta. de fideicom. art. 37. præcipuè nu. 25. qui omnes plures alios cumulant, & licèt Cephal. conſ. 105 vol. 1. tenuerit oppoſitum, attamen poſtea mutauit ſententiam, vt not. Peregri. loc. cit. quoniam paragium, quod debetur fœminis in caſu fideicommiſſi, non imputatur cum legitima debita patri ipſarum, vt per eos, ad quos mitto lectorem.

4 Sub nu. 18. vt ſubſtitutus ſuccedat poſt pro-

profeſſionem inſtituti, quando Monaſterium eſſet incapax bonorum, ſecus ſi capax, adde latiſsimè tradita per Menoch. conſi.980.vol. 10. & ita pluries fuiſſe deciſum in Senatu Cathaloniæ, teſtatur Fōtanell. in tracta. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ,2.nu. 37. fol. 46. probant etiam Maſtrili.deciſ.65.num.3. cum ſeqq. & noſter de Pont.conſi.159.per tot. volum.2. & in ſpecie nu.22.

5 Ex dictis etiam nu.17.& 18.vt in reſtitutione bonorum fideicommiſſo ſubiectorū, expectāda ſit mors naturalis ſubſtituti; nec ſufficiat mors ciuilis, vt eſt profeſſio, eadem quæſtio euenire poteſt in teſtamento ipſius ingreſsi; ſolent enim quatuor caſus diſtingui. Primus eſt, ſi teſtator expreſsè voluit, vt expectari debeat mors
6 naturalis.† Secundus, ſi voluit, vt ſufficiat profeſsio, & in his duobus caſibus quæſtio caret diſputatione, vt teſtatoris volūtas ſeruetur, quoniā in claris non egemus coniecturis, & teſtatoris voluntas totum facit, quæ etiam totum facere dicitur. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit.& demonſtr. Bald. Imol. Rub. Ruin. Couarr. Molin. Ieſuita, & alij, quos probat Menoch. conſi. 980. num. 6. & ſeqq. volum.10.

7 Tertius caſus eſt, quando ſumus in dubio, vt quia non conſtat de teſtatoris voluntate; ſi velit expectandam eſſe mortem ciuilem, vel naturalē, ſed ſimpliciter fuit facta mentio de morte, & teſtator cogitaſſet de religionis ingreſſu, & in hoc caſu expectanda eſt mors naturalis inſtituti. Ita Imol.in l.1.nu. 23. in fin. verſ.ſatis tamen puto. ff. de teſtam.poſt Suar. Menoc. d.conſi.980.nu.12. quoniam appellatione mortis in dubio intelligitur de naturali. l.ſed & ſi mors.§.1 .ff. de donatio. int. vir. & vxor.cum alijs cumulatis per Menoch. loco cit.nu. 13.

8 Quartus caſus eſt, ſi cogitauit teſtator de religionis ingreſſu, nulla tamen mentio mortis facta fuit, & tunc receptior eſt opinio, vt expectari debeat mors naturalis, ita Bart.in d.l.1.num.7.ff.de teſtam.& in Auth.ſi qua mulier.num.10.vbi Salyc. num.9.C.de ſacroſan.eccleſ.Specul.Bald. Abb. Dec. Felyn. Pariſ. Bero. Ruin. Gozadin. Suarez, & Emanuel Coſt. quos probat Menoch. d.conſi. 980. num. 10. §.altera opinio. Quamuis Imol.in dict. l. 1. num. 23. verſ. aut ſumus in dubio, teneat contrarium: quem ſequitur Rube. conſil. 155. num. 5. & malè: ſi enim in tertio caſu cenſetur cogitaſſe de morte naturali, ita etiam in quarto, dum omnis teſtator poſt mortem ſuam vult exequendum eſſe teſtamentum, & implicitè ex teſtamenti eſſentia hoc velle intelligitur, cū morte teſtatoris confirmetur teſtamentū, vt eſt notiſsimum.

9 Nec vrget ratio Imolæ, vt non ſit intētio teſtatoris, vt tranſeat in monaſteriū, quod ipſe alteri reliquit, quoniam hęc ratio vigeret etiam in tertio caſu, & tamen vrget, quia vult in illum tranſire poſt eius mortem naturalem.

10 Nec ſecundò vrget, quòd habeatur pro mortuo in mundo poſt profeſsionem emiſſam, ſiquidem hæc eſt mors ciuilis, & de ea in dubio non præſumitur cogitaſſe; etiam quia eſt mortuus ex parte ſua, tamē de licentia Summi Pontificis, vel Pręlati Monaſterij poteſt de bonis ſuis diſponere. Bart.in d.l.ſed & ſi mors.nu. 2. & in d. Authen. ſi qua mulier. num.9. & 14. vbi Bald.nu.8.& 9. Caſtr. nu. 3. Iaſ.nu. 26.& 33. Alex. Dec. Bero. & Decian. quos probat Menoch. loco cita. nu.13. Itaque ratio non militat.

Sub num. 56. vt non ſit mutandum, quod certam habuit interpretationem,
11 adde hoc eſſe præcipuè verum, † quoties interpretatio venit ex effectu ſubſecuto; nam hęc obſeruantia dicitur Regina omnium interpretationum, vt poſt innumeros probat Surd.conſi.297.num.8. vol. 2. & conſi.362.num.10.volum.3.& dixi in-
12 fra conſi. 34. † nam longa obſeruantia tam actus dubios præcedentes, quam etiam diſpoſitiones quaslibet interpretatur, vt poſt alios probat Crauett. conſil. 104.num.13.& 22.& latiſsimè. Menoch. conſi.722.ſub nu.13.verſ.ita etiam.conſi. 745.num.37.volum.8.& conſi.845.num. 23.volum.9.vbi num.24.ex doctrina Bar.
13 & aliorum † dicit hoc eſſe verum, niſi verba conceſsionis, vel contractus eſſent clara, quia tunc verbis ſtatur, non autem obſeruantię, dum hæc interpretatur actus
14 dubios, vt dictum eſt, † & in ſpecie inter hęredes, & ſucceſſores ſtatur obſeruantiæ ſubſecutæ, quando voluntas teſtatoris erat dubia, præcipuè ſi eſſet contra hæredes talis interpretatio, vt dixi in alleg. conſi.34.nu. 4. & ſeqq. & præcipuè dum eſt obſeruantia continua multorum annorum, vt ex tex.in l.quędam.ff.de rebus dub. Roman.conſi.271.colum.2. Crauett.

conſi. 101. nu. 3. Bero, Afflict. & alijs pro-
bat Menoch. conſi. 742. nu. 13. conſi. 745.
nu. 37. vol. 8. conſi. 947. num. 4. vol. 10. &
conſi. 1124. nu. 20. vol. 12.

15 Sub nu. 12. vt ſi bona Eccleſiaſtica trã-
ſeant ad ſæculares, ſubijciantur oneribus
ſoluendi gabellas, adde, quod licèt bona
Eccleſiæ non ſoluant gabellam, emens ta-
men ab Eccleſia, gabellam ſoluit, quia
mutatione perſonę mutatur priuilegium.
Bart. in l. licitatio. §. fi. ff. de publican. &
vectigal. Salycet. Archidiac. Abb. & alij
plures, penes Surd. conſi. 307. nu. 6. vol. 3.
Sed qualiter hoc procedat dixi infra de
contrah. empt. quæſt. 20.

16 Ex diſcuſſis etiam in hac quęſtione po-
teſt ſolui ſimilis quæſtio, vt ſi clericus fe-
ciſſet teſtamentum, & loca pia, vt alios ex-
traneos ſibi feciſſet hæredes, & agnatis eã
legaſſet portionem, quæ de iure illis de-
betur, ſi clericus haberet bona antiqua,
vtique ad medietatem dictorum bonorũ
antiquorum cẽſetur vocaſſe agnatos, quia
præſumeretur illis reliquiſſe portionem
eius debitam ſecundùm hoc ius conſuetu-
dinarium, & hoc à maioritate rationis,
dum moriens præſumitur vocare ad eius
bona vocatos per has conſuetudines, vt
patet ex hic diſcuſſis num. 62. cum ſeqq.

17 † Secundò, quia dans alicui ex legato, vel
alia vltima volũtate portionem aliquam
bonorum, intelligitur de portione ſecun-
dùm hoc ius conſuetudinarium, vt dixi
ſupra par. 3. quæſt. 10. etiam in addition.
Tertiò, dum eccleſiaſticus ſi velit, poteſt
vti hoc iure conſuetudinario, vt dixi ſu-
pra par. 2. tit de perſon. quæſt. 7. etiam in
addition. & conſi. 27. per talem vocatio-
nem agnatorum præſumitur voluiſſe tol-
lere omnem difficultatem, & litem, vt
agnatis, & cognatis reliquerit portionem
debitam ſecundùm has conſuetudines, vt
pars ſuorum bonorum conſeruentur in
eius familia, & hæc mihi videtur veritas,
18 † etiam quia in omni interpretatione eã
capere debemus, qua euitetur contradi-
ctio, & vtrique parti, vt eſt in hoc caſu,
cõſulitur. l. adoptiuus. §. 1. ff. de ritu nupt.
Bald. & alij, quos probat Menoch. conſi.
494. nu. 23. volum. 5. conſi. 1168. num. 12.
& ſeqq. volum. 12. & ſæpe alias, & hæc eſt
opima interpretatio in hoc caſu, & ratio-
nabilis, vt de medietate cenſeatur ad libi-
tum diſpoſuiſſe, & ad aliam medietatem
vocaſſe agnatos, & cognatos, tãto magis,
quia omnis actus præſumitur factus ſecũ-
dùm loci conſuetudinem, vt ſæpè repli-
catum eſt, præcipuè in hoc caſu, dum ſo-
lùm per has conſuetudines, non autem
per ius commune debetur portio agnatis,
& cognatis.

DE RENVNCIATIONE.

SVMMARIVM.

FEudum per refutationẽ, an remaneat antiquũ, vel efficiatur nouum, & quid in hoc Regno, traditur nu. 1. & 2.

Compenſatio datur officio Iudicis, etiam ſi partes illi renuncient. nu. 3.

Metus, vt probetur ſufficiunt coniecturæ. nu. 4.

Renunciatio non extenditur de caſu ad caſum. nu. 5. nec ad feudum, maioratũ, vel fideicommiſſum. nu. 7. Nec ad ius particulare. num. 8. Abſenti facta, an poſſit reuocari ante acceptationem. num. 17.

Tranſactio non extenditur de caſu ad caſum, nec ad ius acquiſitũ ex noua cauſa, quod explicatur num. 6.

Donatio in dubio non præſumitur. nu. 9.

Procœmium declarat cauſam finalem renunciationis, quod explicatur nu. 10.

Animus talis præſumitur, qualia facta ſequentur. nu. 11.

Teſtes citati in tempore, an poſſint examinari poſt lapſum temporis, explicatur nu. 12.

Inſtantia an pereat in Sacro Conſ. num. 13. Si ſit perempta, an poſſit reſtaurari in criminalibus. num. 14 & 15. Per biennium perimitur in criminalibus. num. 15.

Renuncians an poſſit contrauenire renun-

nunciationi, declaratur nu. 16.

Donatio abſenti facta, an poſſit reuocari ante acceptationem, traditur nu. 17. & ſeqq. Si eſſet facta Eccleſiæ, non poſſet reuocari, & ratio traditur numero 21.

Hæres non poteſt reuocare donationem, quā poterat reuocare defunctus. n. 18

Donatarius etiam abſens præſumitur acceptare donationē ſibi factā, & ſufficit acceptatio notarij. nu. 19. & ſeqq.

Obligatio non naſcitur ex ſola ſtipulatione notarij ex contractu vltrò, citroque obligatorio reſpectu abſentis, ſed requiritur illius ratificatio, & ratio traditur nu. 22.

ADDITIONES
ad quæſt. 1.

1 SVb nu. 4. & ſeqq. de refutatione, adde, quòd feudum dicitur antiquum in refutante, & nouum in refutatario, ita Andr. in cap. 1. in prin. de vaſſall. decrep. ætat. & alibi, vt per noſtrum de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de refutatio. feudor. in princ. nu. 20. & ſeqq. vbi nu. 37.
2 † ſubdit fuiſſe neceſſarias gratias, prout per noſtrum Sereniſs. Regem fuerunt cōceſſæ huic Regno, & Ciuitati, vt per quaſcunque refutationes nunquam feuda intelligerentur fieri noua, ſed ſemper intelligerētur refutari ſub natura antiqui feudi, & in eis ſuccederent omnes illi, qui alias ſuccedere deberent ſecundùm naturam antiquorum feudorum, ac ſi refutatio facta non eſſet, & hoc iure vtimur in hoc Regno.

3 Sub nu. 17. vt compenſatio fiat Iudicis officio, non obſtante renunciatione partium, adde Nunc. Pellicc. Pād. Surd. Put. & alios, quos probat Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. in verb. compenſatio an admittatur aduerſus inſtrumentum dotale.

4 Sub num. 25. adde, vt ad probandum metum ſufficiant coniecturæ; quia, dum in dubio renunciatio non præſumitur, quælibet coniecturæ ſufficiunt ad probādum, quòd non fuit facta libera. Cyn. in l. carcerem. C. quod met. cauſ. Barto. Plot. Alciat. Roland. Oſaſc. Menoch. & alij, quos probat Surd. conſi. 395. num. 25. & ſeqq. vt ſi adeſſet antecedens proteſtatio, quòd liberè non renunciat, & ſic de alijs, vt per eos.

5 Sub nu. 33. & ſeqq. vt renunciatio non extendatur de caſu ad caſum, adde poſt
alios Mut. ad conſuet. Panhorm. cap. 44.
6 num. 19. & ſeqq. † & iddem eſſet in tranſactione, vt ſi facta eſſet tranſactio inter aliquos non petendi aliqua bona, & poſt tranſactionem mortuus eſſet aliquis; ob cuius mortem bona ſubiecta fideicōmiſſo eſſent deuoluta tranſigenti, tranſactio non extēderetur ad hunc caſum; quando eſt ius acquiſitum poſt tranſactionem ex noua cauſa, cui non præiudicat trāſactio, vt latiſſimè probat Surd. conſil. 418. per
7 tot. vol. 3. † Sic etiam, ſi aliquis renunciaſſet bonis paternis, vel maternis, vtique poſſet petere feudum, maioratum, emphyteuſim, vel fideicommiſſum, quæ non habet ex patre, vel reo, in cuius beneficium renunciauit, ſed aliunde, præcipuè ſi ei obueniant poſt renunciationem, vt latiſſimè etiam in religioſo, probat poſt alios Rodriq. tom. 2. quæſtio. regular. q. 78. art. 14. tot. latiſſimè Surd. conſ. 447. tot. vol. 3.
8 † Sic etiam non extenditur renunciatio ad ius particulare, vt dixi hic num. 46. & etiam conſi. 47. num. 11. & ſeqq. Lanar. conſi. 75. Surd. conſi. 513. cum alijs pluribus cumulatis per Ioan. Philipp. Teſtai alleg. 12. nu. 80. cum ſeqq. vbi ad plura in-
9 fert, † & in dubio non præſumitur donatio, vt dixi hic nu. 42. & tanto magis, quādo quantitas eſſet magna, vt poſt Io. And. & alios notat idem Menoch. conſi. 184.
10 nu. 4. vol. 12. † & ex proœmio renunciationis colligitur cauſa finalis renunciationis, & hæc cauſa reſtringit renunciationem. Alex. conſi. 7. viſis vol. 2. & poſt Andr. probat de Pont. conſi. 1. num. 25. idem Alex. conſi. 55. & conſi. 119. vol. 5. Areti. conſi. 163. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 5. num. 3. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 2. nu. 12. Viui. deciſ. 216. num. 3. & ſeqq. Grammat. deciſ. 101. Tuſch. in verb. Proœmium, vbi ad plura infert, vt per eum.

11 Sub nu. 50. adde, vt talis præſumatur animus, qualia facta ſequentur, & facta ſint magis proxima vero, quàm verba nuda; nam plerunque quis fictitiè loqui poteſt, ſed factum oportet eſſe verum. Bald. in l. non ignorat, ſub nu. 18. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Iaſ. conſi. 102. nu. 3. vol. 4. Crauett. conſi. 204. ſub nu. 11. Cephal. cōſ.

75.num.3. Maſcard. de probation.concl.
12 95. num. 3. † & ſucceſſiuè licet teſtes ci-
tati in tempore poſſint examinari nõ ob-
ſtante lapſu temporis, quod eſt notoria
praxis vtriuſque Curiæ, & poſt Specul.
Bart.& alios notat Surd. conſi. 8. num. 1.
id tamen non procedit, ſi ex forma ſtatu-
ti eſſet præfinitum tempus, infra quod
fieri deberent probationes, quia tunc per
lapſum temporis cenſetur pars renuncia-
re iuribus ſuis,& nolle amplius teſtes exa-
minare,vt latiſſimè fundat Surd. d. conſi.
8. per tot.
13 Sub nu. 33. de peremptione inſtantiæ,
adde diſcuſſa in conſi. 47. vbi tractatum
eſt,an pereat in Sacro Conſil.& de reſtau-
ratione eiuſdẽ inſtantiæ,adde Surd.conſi.
144.vol.2.vbi num.13.cum ſeqq.conatur
14 probare, † vt Princeps etiam in crimina-
libus poſſit aliquando cum iuſta cauſa, &
de plenitudine poteſtatis reſtaurare in-
ſtantiam,quamuis iure ordinario id face-
15 re non poſſit; † quia per biennium peri-
mitur inſtantia in criminalibus. l. fi. C. vt
intra cert.temp.& etiam actio criminalis
extinguitur,ex quo præſumitur accuſator
iuri ſuo renunciare, adeò vt poſtea non
audiatur,etiam refectis expenſis, ita Bald.
in l.abolitionem.C.de adulter. Salycet.in
l.properandum.§.fi.nu.2. C. de iudic, Ca-
pyc.deciſ.206.num.4. Alexan. Iacobi.de
Sancto Georg.Grãmat.Marant.Iul. Clar.
Roland. & alij penes Surd. d.conſi. 199.
nu. 1. quamuis fiſcales hoc multoties non
ſeruent,& malè id faciant,nec ne, ipſi vi-
deant, quia non eſt præſentis ſpeculatio-
nis hæc diſputatio.
16 Sub nu.66. Adde,quod renuncians po-
teſt etiam contrauenire renunciationi, ſi
eſſet enormiter læſus vltra dimidiam iu-
ſti pretij,ſiue valoris; nec in hoc iuuat de-
cretum Iudicis,ita Anchar.conſi. 38. col.
2. Caſtren. Aret. Abb. Alex. Afflict. Gram-
mat.& alij plures, quos probat Menoch.
conſi.848.nu.34.vol.9.
17 Sub num. 70. & ſeqq. Vt renunciatio,
& donatio facta abſenti poſſit reuocari
ante acceptationem, factam ab eo, cui fit
donatio, vel in cuius beneficium eſt facta
renunciatio, adde eund. Menoch. conſil.
733.nu. 21.vol. 8. vbi pro hac ſententia
enumerat 29. Doctores, & iddem tenet
conſi. 945. nu. 3.lib.10. probat etiam no-
ſter de Ponte conſi.120. vol.2. vbi in fine
iudicatum refert pro Brianna de Miro,
donataria omnium bonorum Proſperi
18 de Miro,eius fratris, † quòd, ſi donans in
vita non reuocauit donationem, non po-
teſt eius heres illam reuocare,vt tetigi hic
num. 71. & 72.ex quo hoc ius reuocandi
non tranſit ad hæredes; vt dixi quæſt.ſeq.
nu.4.& ſeqq.
19 Inſuper ſi donatarius ſciuiſſet donatio-
nem ſibi factam eſſe, cenſetur illam acce-
ptaſſe, & ratificaſſe, vt ſcripſit Roman.
conſil.252.& conſil.353.probant etiam
Guid.Pap.Dec.Socin.Pariſ. Crauett. Ce-
phal. Roland. Surd. & Theſaur. quos ſe-
quitur Menoch.conſi.1153.num.13. vol.
12. vbi ſe ipſum alibi citat, & num. 54.
citat vigintiſex Doctores, ſe cum illis cõ-
20 numerato, † vt ſufficiat acceptatio No-
tarij,& vt ratificatio donationis præſu-
matur ex ſola ſcientia donatarij, probat
poſt alios nouiſsimè Fontanell. in tracta.
de pact. nuptialib. clauſ. 4. in princ.num.
21 14. cum ſequentib. † Verùm ſi eſſet do-
natio facta Eccleſiæ, vel alijs locis pijs
ſufficit ſola acceptatio notarij in foro ex-
teriori,quia præſumitur in foro interiori
acceptata per Eccleſiam, & per Deum,
qui omnem noſtrum bonum actum acce-
ptat, prout latiſſimè probat Ioſeph Lu-
douic.in deciſio. Peruſin.29. vbi ſic etiam
deciſum refert, de quo meminit Alouſ.
Riccius in ſua Collect. part. 1. cap. 43.
probant etiam Deci. Soci. iun. Rimin.
Menoch. & plures alij, quos ſequitur
idem Riccius in ſua prax.rer.eccleſ.deciſ.
23. num. 2. Conferunt etiam diſcuſſa per
Vinc.de Franch.deciſ.168.
22 Poſtremò notandum eſt, quòd ex con-
tractu vltrò, citroque obligatorio non
naſcitur obligatio reſpectu abſentis ex
ſola ſtipulatione Notarij ante illius ab-
ſentis ratificationem, quia non poteſt
Notarius obligare abſentem ſine eius
conſenſu, quamuis poſſit abſenti acqui-
rere, quia hoc reſpicit illius commo-
dum, quod ſi velit, poteſt reſpuere, ita
Barto. in l. nec ei §. eorum, in fin. ff. de
adopt. Rube. Alexandr.conſil. 117. num.
5. cum ſequentib. Molin. de Hiſpan. pri-
mogen. lib.4. cap.2. num.69. Surd.deciſ.
111.num.4.& 10.Gratian.deciſ.88. num.
4. & plures alij, quos ſequitur Ioannes
Philipp. Teſtai dicta alleg.12.nu.68. cum
ſequentib.

SVMMARIVM.

REnunciationis qualitas colligitur ex coniecturis, ſi nempe fuerit facta pro fratribus vtrinq; coniunctis, vel etiam pro conſanguineis, quod declaratur num. 1.

Expreſſum magis operatur, quàm tacitum, & ſubintellectum. num. 2.

Fructus futuri ſi emantur, reſoluitur contractus in locationem, & conductionem, quod explicatur num. 3.

Hæres non poteſt reuocare donationem abſenti factam. num. 4. nec acceptare renunciationem, non acceptatam per defunctum. num. 5.

Rex diſponit ad libitum de feudis. numero 6.

Barones non poſſunt prohibere vaſſallis ne ædificia, ſiue tabernas conſtruant, quod explicatur num. 7.

Confeſſioni damnum paſſi an ſtetur, traditur num. 8.

Iuriſdictio limitatè conceſſa non poteſt prorogari. num. 9.

ADDITIONES
ad quæſt. 2. 3. & 4.

SVb num. 12. q. 2. adde, quòd
Surd. poſt alios in cõſ. 244.
1 nu. 14. & ſeqq. probat, † vt
ex cõiecturis etiam colligi
poſſit qualitas renũciationis, in quorum beneficium fuit facta etiã in beneficium fratrum conſanguineorũ, & non eſt modica coniectura, vt facta præſumatur, ſeruata forma conſuetudinum, & præcipuè quãdo patri fuit facta renunciatio, tum quia pater pro omnibus filijs præſumitur renunciationem acceptare, vt poſt alios tradit Surd. loc. cit. nu. 15. & dixi infra q. 6. tum etiam, quia vnuſquiſq; præſumitur actum gerere ſecundùm formam conſuetudinis, vt millies explicatũ eſt, quicquid dixerit Franciſc. de Aretin. conſ. 91.

2 Sub num. 10. q. 3. adde, quòd expreſſum magis operatur, quam tacitum, & eſt maioris efficaciæ. l. cùm quid. ff. ſi cert. petat. Bart. Bald. & alij, quos probat Menoch. conſ. 110. nu. 45. lib. 2. & conſ. 296. nu. 77. lib. 3. Grat. conſ. 55. nu. 33. vol. 1. Cephal. conſ. 56. num. 25.

3 Sub num. 14. adde, quòd dum emuntur fructus futuri, reſoluitur emptio in contractum locationis, & conductionis, ſeu, vt eius naturam imitetur adeò vt fiat remiſſio mercedis pro rata, ſi fructus dãnificentur, vel non naſcantur in ea quantitate, in qua colligi ſolebant. Bart. in l. cotem ferrò. §. fin. nu. 11. ff. de publican. & vectigal. Bertach. & alij, quos probat Vinc. Carrot. in tract. de locat. & cond. in tit. de vendit. in herba quæſt. 6. fol. 50.

4 Sub nu. 14. quæſt. 4. adde, † vt hæres nõ
poſsit reuocare donationem abſenti factam, vt additum eſt ſupra q. 1. ſub nu. 71.
cum ſeqq. & iddem eſt in renunciatione,
5 † vt hæres non poſſit illã acceptare, ſi non
ſit acceptata, viuente renunciante, adde poſt alios Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapol. in verb. donatio facta abſenti.

6 Sub num. 24. vt Rex diſponat ad libitum de feudis, &c. adde de Ponte conſ. 7. per tot. vol. 2.

7 Sub nu. 30. & ſeqq. adde, quòd nec etiam Barones poſsũt prohibere, ne vaſſalli ędificia conſtruant, ſiue tabernas pro hoſpitio exterorum, & ſic de alijs, vt expreſsè determinatur in dictis pragmat. ſub tit. de Baronib. quas nouis, & eruditiſſimis exornauit commentarijs vltra antiqua Conſiliar. Rouit. & pręcipuè in prag. 14. Carol. Quinti, qui circa prædicta videri poteſt.

Circa lucrum ceſſans, vel damnũ emergens, de quo tractatum eſt hic nu. 32. adde
8 poſt alios Menoch. conſ. 1027. vol. 11. † &
circa damnum paſſum non ſtatur confeſſioni eius, qui damnum patitur, quia tanquam principalis eſt in hoc ſuſpectus, & ideò aliunde hoc probare debet. Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. 2. verſ. extra not. ff. ſi cer. petat. Anchar. Alex. Dec. & alij, quos probat Menoch. d. conſ. 1027. nu. 5.

9 Sub num. 38. cum ſeqq. † vt iuriſditio limitatè conceſsa non poſſit prorogari, adde tex. in Auth. habita. C. ne fil. pro pat. vbi Bald. col. 8. verſ. ſuper hoc diſtingue. Capyc. deciſ. 9. nu. 16. Franc. Marc. deciſ. 529. nu. 7. par. 2. Natt. cõſ. 82. nu. 7. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defe. iuriſdict. nu. 52.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

REnunciatio parentum, etiã iuramento firmata, non nocet filijs in illis, quæ poſſunt filijs habere iure ſanguinis, & ex propria perſona, vt eſt feudum fideicommiſſum nobilitas, iuſpatronatus, & ſic de alijs num. 1. 2. & 3.

Iuſpatronatus renunciatum à patre, an ſit etiam amiſſum quò ad filios renunciantis, traditur nu. 3.

Inuentarium inducit ſeparationem bonorum etiam ſecundum noſtras conſuetudines. nu. 4.

Mater excluſa à ſucceſſione, an etiam filij cenſeantur excluſi. nu. 5. & ſeqq.

Nati ex fœminis an ſuccedant cum patruis, traditur nu. 6.

Infecta primitiua, quando ſit etiam infecta deriuatiua, explicatur num. 7. & 17.

Filij etiam hæredes parentis renunciantis, vt non teneantur reſtituere, quod mater habuit tẽpore renunciationis, traditur nu. 8. & 10. & ſic arbitratũ refertur num. 11. Verùm Auctor hoc probat locum habere, quando renunciatio euanuit, & ad illum caſum non ſe extendit, non autem quando venitur contra renunciationẽ, & uiuis rationibus hoc probat, et ſeipſum à calũnia cuiuſdam Aduocati confundentis articulos tuetur. nu. 12. cum ſeqq. & ſic procedere laudum nouiſſimè factũ oſtendit nu. 18. & ſeqq.

Portionem receptam per matrem tempore renunciationis, an teneatur filius reſtituere, ſi ſuccedere prætendat, traditur nu. 8. cum ſeqq.

Contractus prohibitus ex diſpoſitione iuris non debet in fraudem legis defendi, quod explicatur nu. 9. 16. & 17.

Renunciatio caducatur, ſi viuente renũciante moriatur ab inteſtato ille, in cuius beneficium fuit facta renunciatio. nu. 19. ſi pluribus hæreditatibus fiat, non tenet, niſi reſpectu bonorum, de quibus renũciãs fuit dotata. nu. 20.

Calumnia conturbat ſapientem, & perdit robur cordis illius. nu. 21.

Cautela quænam ſit, vt filij teneantur reſtituere portionem receptã per matrem, vel maritus portionem receptã per vxorem, traditur nu. 22.

ADDITIONES
ad quæſt. 5.

1 SVb num. 5. vt renunciatio
vnius, alteri non noceat,
etiã ſi vallata eſſet iuramen
to, adde poſt alios de Pont.
conſ. 40. num. 6. Hartman
Piſtor. lib. 5. obſeruat. in tit. de renunciat.
cap. 25. Surd. conſ. 370. num. 17. & ſeqq.
2 volum. 3. † quod procedit in omni iure, &
pręcipuè in filijs, qui iure proprio, ſiue iu-
re ſanguinis aliquid haberẽt, vt eſt ius no-
bilitatis, admiſſio ad Sedile, & ſic de alijs;
tunc enim renunciatio parentum, filijs
non nocet, ex quo iure proprio, nõ vt hæ-
redes patris ea habent. l. 3. ff. de interdict.
& releg. And. in c. præterea, poſt num. 15.
quæ ſit pri. cau. benef. amitt. & ſæpè alias
plures cumulant, & probant And. Tiraq.
de nobilit. cap. 35. num. 4. & Molin. lib. 4.
de Hiſpan. primog. cap. 8. nu. 6. & cap. 9.
quam materiam latiſſimè examinat, &
varijs medijs probat noſter de Pont. in
quodam ſolemni conſil. facto pro admiſ-
ſione ad Sedile Portænouæ Horatij de
Ponte eius filij, nõ obſtante renunciatio-
ne eius patris: quod conſilium manu ſcri-
ptum habeo, & forſan typis excutietur.
3 † Procedit etiam in iurepatronatus; quã-
do filij ius illud haberent iure proprio,
& ex pacto primi acquirentis, ſeu patroni
fundantis, tunc patris, vel matris renun-
ciatio eis non nocet, ex eadem ratione: ſe-
cus tamen ſi pater, vel mater iuſpatrona-
tus fundaſſẽt, quia ad libitum poſſunt re-
uocare fundationem, vt poſt Archidiac.
in c. vnico de iurepatr. in 6. Alex. Alban.
Pariſ. Afflict. Iul. Clar. & alios probat
Ricc. in ſua prax. iuriſpatr. deciſ. 216.

4 Sub num. 18. vt inuentarium inducat
ſeparationem bonorum, etiam ſecundùm
noſtras conſuetudines, adde poſt alios no-
ſtrum de Pont. conſ. 143. vol. 2.

5 Sub nu. 22. vt excluſa matre per formã
ſtatuti à ſucceſſione, excludantur etiam
filij, adde eundem Menoch. conſ. 823. nu.
10. & 22. vol. 9. Surd. conſ. 85. per tot. prę-
cipuè num. 10. cum ſeqq. Sed contrariam
ſententiam, vltra Auctores relatos nu. 26.
tuetur Conſiliar. de Georg. alleg. 29. nu. 9.

6 Sub nu. 36. & ſeqq. vt nati ex fœminis
ſi proximiores ſint, ſuccedãt cum patruis,
adde eund. Surd. conſ. 370. nu. 17. & ſeqq.
vol. 3. & ideò procedit reſolutio tradita
num.

num.38. & ſeqq. vt latiſſimè probat Me-
noch. conſ.976. vol.10. vbi 19. Doctores
7 cumulat, vt † infecta primitiua, ſit etiam
infecta deriuatiua, nempe quando mater
excluditur ob vitium naturale, nempe ra
tione ſexus, tunc etiam filij excluduntur,
vt eſt in feudo, & in fideicommiſſo, quod
latius etiam probat conſ. 1036. nu.5. &
ſeqq. vol. 11. vbi Riccardum Malumbr.
Ioan. Andr. & cum illis 25. Doctores cu-
mulat.

Vidi firmatum in quibuſdam allega-
tionibus factis pro Elionora Brancacia
cum Cæſare, Camillo, Hieronymo, &
8 Marcello, Pignatellis, † vt filij, etiam ſi eſ-
ſent hæredes matris renunciantis, nō te-
neantur reſtituere, quod habuit mater tē-
pore renunciationis: & primò hic Aduo-
catus dicit, Doctores per me citatos in
hac quæſt. hoc non dicere, & conſequēter,
ſi ego gratis id dico, gratis etiam negari
poteſt. Secundò, mouetur ex doctrina An
dreæ in c.1. §.commercia. verſ. cùm con-
tractus. de prohib. feud. alien. per Lothar.
9 vbi docet, quòd † ſi contractus ex ſe eſſet
illicitus, non debet alia via circumſcribi
lex vetans, & conſequenter id, quod lex
prohibet, nec directè, nec indirectè ſerua-
ri debet, quia dum non tenet principale,
ceſſat etiam omne acceſſorium, & hanc
deciſionem valde exclamat (quamuis non
10 faciat ad caſum, vt infra dicetur.) † Ter-
tiò ſubdit in indiuiduo, Cōtra me tenere
Morot. a me hic citatum num.2. tenet, in-
quam, cōſ.22. nu.10. & Hartman. Piſtor.
lib.5. obſeruation. in d. tit. de renūc. c.25.
11 vt non teneantur filij reſtituere, † & ad-
dit iſte Aduocatus die vltimo Martij an-
ni proximè præteriti 1615. ſic fuiſſe ar-
bitratum per Conſiliarios Gaſparem Pa-
latium, Cæſarem Alderiſium, & Scipionē
Rouitum, nempe vt dicta Elionora, pro-
ueniēs ex Beatrice Pignatella matre, quæ
renunciauerat, in bonis extra diſtrictum
ſit hæres pro medietate; in bonis verò in-
tra diſtrictum ſit hæres pro quinta parte,
in bonis, inquam, Ioannis Andreę Pigna-
telli fratris amitini dictæ Elionoræ, & ab
inteſtato defuncti.

Verùm hic Aduocatus, meo paruo iu-
dicio, non penetrauit articulum. Et pri-
mò non videtur capere difficultatem ar-
ticuli, & verbis contendit iniurioſis, vbi
iuridicè debebat loqui; imò mihi videtur
non perpendiſſe, vel ad minus capere no-
luiſſe, quod ego hic ſcripſi, nec Doctores,
quos pro ſe citat, id dicunt, nec deciſio di-
ctorum Dominorum arbitrorum, facit ad
caſum, vt mox omnia ſubijciam.


Primò igitur non videtur capere, ſeu
penetrare difficultatem articuli; nam, ni
fallor (prout non fallor, quia plures ſic
exiſtimarūt, & iure quidem, vt mox ſubij-
12 cietur) † Aliud eſt quærere, ſi filius, hæres
matris, debeat reſarcire, ac reſtituere,
quod mater habuit ex bonis illius, in cu-
ius beneficium renunciauit, & aliud eſt, ſi
debeat id reſtituere, quando vel matris re-
nunciatio euanuit, vel non ſe extendit ad
illum caſum: itaque cùm non diſtinguat,
ſeipſum inuoluit. Dixi igitur in hac quæ-
ſtione, quòd, ſi filius prætendat ſuccedere
in bonis illius, in cuius beneficium mater
renunciauit, & ipſe filius ſit hæres matris
renunciantis, & renunciātio teneat, &
prætendat filius ex capite læſionis, vel
aliunde contrauenire, tunc ſine dubio te-
netur filius reſtituere quicquid mater ha-
buit ex illis bonis, prout etiam eius mater
ad id tenebatur: & hunc primum caſum,
ſiue articulum in hac quæſtione diſcuſſi:
13 † nam omnis ratio ſuadere videtur, ne
plus haberent filij renunciantis, quam
ille, qui nunquam renunciauit, & etiam
quia ſi mater renuncians vellet contraue-
nire, deberet conferre dotem, ſiue portio-
nem receptam, vt patet ad ſenſum, & sūt
innumeræ leges, deciſiones, & doctrinæ,
quarum aliquas hic recenſui, præcipuè
nu.8. & 9. Nec Doctores, quos pro ſe citat
loquuntur in hoc primo caſu, ſed ſolùm
in ſecundo, in quo etiam procedit deciſio
relata, vt mox omnia ſubijcientur.

14 Secundus igitur eſt caſus, quando re-
nunciatio matris ex aliqua cauſa euanuiſ-
ſet, vel non ſe extenderet ad hunc caſum,
& tunc vera eſt opinio, vt ſi filius præten-
dat ſuccedere ex propria perſona, nullo
modo teneatur reſtituere quantitatem il-
lam, receptam per matrem, & iure quidē,
quia ſucceſſionem vltimi morientis habet
iure proprio, quia nempe ad illam voca-
tur ex diſpoſitione iuris communis, vel
municipalis, & ſic ſatis eſt, vt ſuccedere
poſſit ex propria perſona, vt latiſſimè di-
15 ſcuſſi in hac q. 5. † Portionem verò rece-
ptam per matrem, habet filius alio iure,
nempe, vt ſucceſſor, vel hæres matris, vt
ſunt iura vulgaria in l. ſi poſt mortem. §. fi.
ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. & alibi paſ-
ſim, vt notant Morot. d. conſi.22. nu.10.
& Piſtor. d. cap.25. quod ego etiam hic af-
firmaui

firmaui nu. 6. cum ſeqq. & ſic Aduocatus ex aduerſo, vt libidinem impugnãdi proſequeretur, & gratis me impugnaret, noluit aduertere ad ea, quæ ſcripſi forſitan ne intelligeret, vt bené ageret, ſed contra iſtos receſui aliqua ſuperius in Apologia.

16 Nec vrget deciſio Andreæ, non enim videtur facere ad caſum noſtrum, quia hic non habemus legem prohibẽtem, ne mater, recepta dote, poſſit renunciare, ſed potius permittentem, vt valida ſit renunciatio, dummodo non adſit enormis læſio, vel fraus, nec aliquid aliud violentum iuxta tex. in cap. quamuis. de pact. in 6. vbi omnes cum aliis innumeris cumulatis in 17 toto hoc titulo de renunciatio. † & ſic infecta primitiua, inficitur etiam deriuatiua; ſeu, deſtructo principali, corruit acceſſorium.

18 Nec etiam deciſio facta in hac cauſa aliquid vrget, nam etiam procedit in hoc ſecundo caſu, quem Domini Arbitri deciderunt, vt ipſimet mihi aperuerunt, & manifeſtè cernitur ex ipſomet facto, vt ex infraſcripta arbore colligitur, quæ ſic ſe habet.



Igitur Beatrix Pignatella ſupponitur dotata a dictis quatuor eius fratribus de bonis paternis, & ex legato paterno, quæ renunciauit in forma omnibus ſucceſſionibus ſibi deuolutis pro præterito, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſibi deuoluendis in futurum ab inteſtato tantùm, & promiſit non contrauenire, & ꝙ nec etiam filij poſſent contrauenire ex propria perſona, & ſi contrauenirent, reſtituerent omne totum, & quicquid ipſa Beatrix recepit, & in hoc fundabatur prætenſio aduerſariorum. Mors verò Io. Andreæ Pignatelli non accedit in vita Beatricis renũciantis, ſed longè poſt eius mortem, & ſic ſucceſſio dicti Io. Andreæ nunquam fuit deuoluta Beatrici, quæ renunciauit, & promiſit eius filios non contrauenire, etiam ex propria eorum perſona, & propterea hic caſus non fuit comprehenſus in renunciatione, & ſucceſſiuè nulla contrauenta eſt ex parte Eleonoræ Brancatiæ eius filiæ, quæ venit ad ſucceſſionem Io. Andreæ delatæ non Beatrici matri, ſed ſibi poſt mortem matris, quapropter caſus erat citra controuerſiam, quia renunciatio ad hunc caſum non ſe extendebat, & ſic non poterat prætendi reſtitutio quantitatis receptæ:

19 † Eſt etiam ſecunda ratio; quia etiam Io. Andreas mortuus eſt ſine filijs; quo caſu etiam reſpectu renunciantis caducatur renunciatio, vt dixi infra quæſt. 17. & probant etiam de Pont. conſi. 39. nu. 1. & 3. volum. 1. & Lanar. conſi. 49. nu. 1. & 6.

20 † & etiam quia ſi mulier, vna dote recepta, renunciet pluribus hæreditatibus, eius renũciatio ſolùm manet reſpectu bonorum, de quibus fuit dotata, vt in dicta quæſt. 17. etiam in additionibus latiſſimè fundatum eſt, & conſequenter luce clarius cernitur veritas articulorum, in adaduertentia Aduocati contrarij, & mea defenſio, & iure cum illo, & non verbis contumelioſis pugnare volui; ſatis enim eſt contra iſtum, quod contra alios dixi 21 in dicta Apologia; † quamuis calumnia conturbat ſapiẽtem, & perdet robur cordis illius, vt habetur Eccleſiaſtæ cap. 7. hoc eſt, deijcit, ſeu refrigeſcit animum illius.

22 Eſt tamen aduertendum, quòd noſter de Ponte, quem hic citaui num. 15. non loquitur in cautela reſpectu filiorum, vt teneantur reſarcire de proprio, ſed loquitur in cautela reſpectu viri, qui tenetur de proprio reſarcire quicquid vxor receperit contemplatione renunciationis faciẽdæ

dæ, ſi cum effectu poſtea non renunciat; quod procedit etiam ſi maritus dicat ſe feciſſe totum poſſe, & quòd vxor noluit renunciare, & ſic cautela, vt filij teneantur reſarcire omne totum, & quicquid mater habuit, ſi velint contrauenire renunciationi, eſt ordinaria, & conſueta in omnibus inſtrumentis renunciationum ſingularum mulierum, vt etiam hic euenit, & nota eſt lippis, & tonſoribus: procedit tamẽ iuxta ſuperius explicata, & ita mihi iuris eſſe videtur.

SVMMARIVM.

Renunciatio facta in beneficiũ fratrum, de quibus fratribus intelligatur, traditur num. 1. An extẽdatur ad futura. nu. 2.

Reſtaurum generaliter promiſſum, quando debeatur. num. 3.

Verba contractus, & vltimarum voluntatum debent eſſe clara, & rationibus comprobatur. num. 4.

Notariorum imperitia multa mala introducit in Repub. quæ recenſentur num. 5.

Pactum factum inter fratres de non diſponendo de illorũ bonis, qualiter valeat, traditur nu. 6. & 7.

Occidens aliquem, vel curam illius negligens, priuatur eius ſucceſſione. nu. 8.

Filius non poteſt occidere patrem bannitum, nec frater fratrem. nu. 9.

Pactum factum inter coniuges, vt filij ſuccedant ad aliqua bona, qualiter valeat. num. 10.

Pactum de futura ſucceſſione an ſit validum cum iuramento, traditur numero 11.

Teſtamentum ſi confirmetur iuramento an poſſit reuocari. num. 12. Quid ſi in eo eſſet aliqua clauſula ſpecialis, vt reuocari non poſſit, niſi fiat mentio illius clauſulæ, traditur nume. 13. & 14.

ADDITIONES ad Quæſt. 6. & ſeqq.

1 Sub num. 19. quæſt. 6. in beneficium quorum fratrũ præſumatur ſoror renunciare, adde Conſiliar. de Georg. & Franciſ. de Amic. quos ſequitur Ioan. Bapt. de Thor. in verb. donatio ſi fuerit facta à viro vxori.

2 Sub num. 33. vt renuncians etiam iuri de futuro præſumatur ſolùm renunciare iuri de futuro, quod de præſenti competit, adde Gabriel. in tit. de iur. dot. concluſ. 1. num. 26. cum ſeqq. Muta ad conſuet. Panhorm. cap. 44. nu. 20.

Sub num. 43. cum ſeqq. adde poſt alios Surd. conſi. 431. per tot. vol. 3. vbi confirmat omnia hic diſcuſſa de quietatione ge-
3 nerali, & proinde conſuluit, † quòd, licèt quidam conductor ſalis in illo Ducatu habuiſſet reſtaurum de voluntate illius Sereniſſimi Ducis pro quibuſdam annis, & agentes eiuſdem Ducis pro dicto reſtauro quietaſſent gabellotum, intelligitur quietatio pro illis tantùm annis, pro quibus expreſsè habuit reſtaurum, & non quòad alios annos, & ita iudicatum refert in illo Senatu.

4 Quòd autem dicitur, vt verba debeant eſſe clara, adde hoc eſſe neceſſariũ ad tollendas Aduocatorum, & aliorum cauſidicorum cauillationes; qui per tales cauillationes multiplicant lites, vt poſt Bald. notauit Crauett. conſi. 47. nu. 2. & conſi. 105. nu. 2. Menoch. conſi. 611. nu. 12. vol. 7. Tiraquel. & alij, quos probat Surd. cõſ. 322. nu. 74. qui etiam conſi. 572. lib. 4. poſt
5 Bald. Alex. & alios plures notat, vt † notariorum imperitia conſcientias hominũ in magno diſcrimine ponat, mundum deſtruat, & teſtamenta ſubuertat, cùm enim notarij ignorent, quid teſtator voluerit, multoties alijs eorum verbis proprijs, & imperitis conficiunt teſtamenta, etiam contra teſtatorum volũtates, & hoc quotidie experientia diſcimus, ideo ſileo alias probationes.

6 Sub num. 5. cum ſeqq. quæſtio. 7. vt pactum factum inter fratres in dubio valeat in vim teſtamenti, & non obſtante tali pacto poſſint de bonis diſponere, adde Conſiliar. de Anna conſi. 53. Ioan. Bapt. de

Thor. in verb. conuentio reciproca. Me-
noch. conſi. 1150. num. 16. vol. 12. Fonta-
nell. de pact. nuptial. clauſ. 4. in princ. nu.
7 9. fol. 33. † Secus tamen ſi conſtaret eſſe
contractum inter viuos, vt quia factum
eſſet pactum in viã donationis, & fratres
ad inuicem ſibi reſeruaſſent certam por-
tionem, de qua teſtari poſſent, vt poſt Ol-
drad. Bar. Alex. Deci. & alios innumeros
probat idem Menoch. conſil. 1126. vol.
12. Si tamẽ fratres nihil ſibi reſeruaſſent,
non valeret pactum, vt concordando opi-
niones probat idem Menoch. conſil. 591.
num. 5. & ſeqq. vol. 6. & vt ſit pactum de
ſuccedendo, quando executio eſt dilatata
poſt mortem, tenet etiam Menoch. conſi.
1028. vol. 11. vbi pro hac ſententia citat
23. Doctores.
8 Sub nu. 13. vt quis priuetur bonis eius,
quem occidit, vel cui cauſam mortis de-
derit, vt eius bona conſequatur, vel eius
curationẽ neglexerit, adde poſt alios Me-
noch. conſi. 1189. num. 20. cum ſeqq. vol.
12. vbi nu. 27. cum ſeqq. hoc probat habe-
re locum, etiam ſi ſanguine coniuncti eſ-
9 ſent banniti, † vt ſi filius occiderit patrẽ
bannitum, frater fratrem, ſic de alijs ex
communiter notatis in l. ſi adulterium cũ
inceſto. §. liberto. ff. de adulter. Ang. Dec.
Iul. Clar. & alijs per eum cumulatis.
10 Sub nu. 14. & ſeqq. de pacto facto inter
coniuges, vt ſit validum, adde poſt alios
Menoch. conſi. 803. nu. 39. & 40. & 815.
nu. 15. vbi pro hac ſententia citat 26. Do-
ctores, ſe cum illis connumerato, probant
etiam alij, quos ſequitur Fontanell. in
tract. de pact. nuptialib. clauſ. 8. glo. 9. par.
4. nu. 16. cum ſeqq.
Ad quæſt. 8. nihil eſt additum.
11 Sub nu. 1. quæſtio. 9. vt pactum de futu-
ra ſucceſſione valeat cum iuramento, te-
net etiam Theſaur. deciſ. 225. de quo me-
minit Menoch. conſi. 923. nu. 14. Sed non
recedo à contraria ſententia, hic firmata
nu. 9. cum ſeqq. per rationes in ea diſcuſ-
ſas cum alijs cumulatis conſi. 42. & 43.
12 Poſtremo quia in hac eadem quæſt. 9.
nu. 22. facta fuit mentio de teſtamento, vt
poſſit reuocari, non obſtante iuramento
de non reuocando, adde hoc eſſe verum,
etiam ſi in primo teſtamẽto interuenerit
clauſula derogatoria, vt ſi teſtator dixerit
13 † [*Volo hoc meum teſtamentum valere, non obſtãte quouis alio teſtamento, quod forſitan in futurum faciam, declarando illud eſſe nullum, & inualidum, tanquã non factum de mea voluntate, & volo hoc primum valere omni futuro tempore, niſi in ſecundo interueniat Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica.*] Ad-
huc enim tale teſtamentum reuocaretur
per ſecundum, & ſatis eſſet derogatio per
hæc verba [*non obſtante quocunque alio teſtamento per me facto, quæcunque verba derogatoria habente.*] Hęc enim clau-
ſula tollit omnem aliam præcedentem, vt
poſt alios probat Menoch. in tracta. de
pręſumpt. lib. 4. præſumpt. 166. & conſil.
14 1093. vol. 11. † Et huiuſmodi clauſulæ
ſolent apponi per mulieres in earum te-
ſtamentis; multoties enim dubitant (vt
de facto accidit) ne cogantur per viros ad
eorum libitum facere teſtamentum in be-
neficium ipſorum virorum, & ideò con-
ſultò apponunt illam clauſulam, Et quia
hoc viri, & et Notarij ſciunt, apponunt
dictam derogationem per illam aliã clau-
ſulam, & ſic prima clauſula ſolùm intro-
ducit coniecturam, vt mulier illa nõ om-
nino liberè fecerit ſecundum teſtamentũ,
ſed blãditijs viri, iuxta dicta ſuperius par.
4. q. 46. pręcipuè ſub num. 39. & ſic adiun-
ctis alijs adminiculis, ſecundum teſtamẽ-
tum declararetur nullum, vt loco citato
dictum eſt.

SVMMARIVM.

Claudicatio an detur in contractibus correſpectiuis, explicatur numero 1.

Promiſſio de fideiubendo non eſt fideiuſſio. num. 2.

Promiſſio de vendendo an ſit vera venditio, & transferat dominium in emptorẽ, vel impediat translationem dominij recenſentur varij caſus. num. 3. cum ſeqq.

Promiſſio de donando an importet verã donationem. nu. 7. & ſeqq.

Donatarius primus, vel ſecundus præferatur in bonis donatis, traditur nu. 7. cum ſeqq.

Obligatio mariti, quando vxor non vult renunciare, an valeat num. 10. remiſſiuè.

Renunciatio non trahitur ad incogitata nu. 11. & ſeqq. & num. 15.

Certioratio iuris, quod renunciatur, debet præcedere renunciationem. nu. 11.

Si fiat per virum uxori, ſatis eſt. num. 12. & 13.

Renunciatio mulieris cum conſenſu viri, vel in præſentia conſanguineorum liberè præſumitur facta, & ratione probatur. nu. 13. & 14.

Renunciatio generalis an extendatur ad incognitas, explicatur num. 15. 16. & 17.

ADDITIONES
ad quæſt. 10. & 11.

1 SVb nu. 4. vt in contractibus correſpectiuis non detur claudicatio adde eudem Menoch. conſi. 659. nu. 4. lib. 7. niſi tamen cõſtaret cõtrarium ex voluntate partium ſaltem implicitè, vt eſt quando quis contrahit cum Eccleſia, vel cum minore, nam ex parte Eccleſiæ, & minoris non valet contractus, valet tamen ex parte alterius, quia ſic ius mandat. l. ſicut. §. 1. iuncta l. ſeq. ff. locat. cum alijs cumulatis ab eodem Menoch. conſil. 697. nu. 2. eod. vol. 7. & hoc ſciunt omnes.

Sub num. 23. Adde, ut contra Ruinum iudicatum ſit, vt per Triuiſan. deciſ. Venet. 69. lib. 1. de quo meminit Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo compend. in verb. fideiu-
2 bere promittens, † quoniam debet cum effectu ſequi fideiuſſio, nec ſatis eſt ſola promiſſio.

3 Hinc etiam dicunt de promiſſione de vendendo, quòd, ſi promiſſio ſit facta purè de vendendo, res vendita eſſet certa, & pretium etiam eſſet certum, quòd vel in totum, vel ſaltem pro parte eſſet ſolutum, vt ſi dicerem, promitto tibi vendere hanc domum pro mille aureis, & tu reſpondes, & ego pro eodem pretio ducatorum mille promitto tibi emere, tunc iſte contractus dicitur perfectus, & cõpletus, vt poſt gloſ. Bald. Socin. ſen. & 19. Doctores, probat Menoch. conſi. 946. num. 12. lib. 10. & Theſaur. deciſ. 233. nu. 10. Sic pluries de-
4 ciſum refert in illo Senatu. † Si verò venditio facta fuerit ſimpliciter, & nulla pars pretij fuerit numerata, tunc eſſet mera promiſſio de verdẽdo, quæ non transfert dominium in emptorem, ſed transfert ſolum actionem, vt poſſit venditorem cogere, vel ad rem illam vendendum, vel ad ſoluendum intereſſe, vt probant DD. numerati, quos ſequitur Menoch. vbi ſupra num. 11. & hoc iddem probat Surd. conſi. 372. vol. 3.

5 Poſtremò, & ſic eſt tertius caſus, quando res eſt certa, & pretium eſſet incertũ. nec poſſet certificari (quia nempe non eſſet commiſſum liquidandum in arbitros, &c.) & tunc contractus non dicitur perfectus ex defectu pretij incerti. l. neceſſariè. ff. de peric. & commod. rei vend. l. vlt. C. de contrahen. empt. cum alijs cumulatis per Menoch. vbi ſupra nu. 13. cũ ſeqq. per Surd. d. conſi. 372. num. 8. cum ſeqq.

6 † & ſucceſſiuè quando non eſt vera venditio, ſed tantùm pactum, ſiue promiſſio de vendendo, non impeditur translatio dominij, ſed ſolùm datur actio ad intereſſe contra promittentem, vt patet ex dictis, cum alijs innumeris cumulatis per eund. Surd. conſi. 399. per tot. vol. 3. præcipuè ex tex. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. l. ea lege. C. de condit. ob cauſ. nam ſolùm impediretur translatio dominij, quoties vltra talem promiſſionem venditor obligaſſet in ſpecie illa bona, cum pacto de non alienando. l. ſi venditor. §. ſi. ff. de diſtract. pignor. Bar. Bald. Salycet. Roman. Alex. & alij communiter, quos probat Surd. d. conſi. 399. nu. 4. cum ſeqq. Sed an tunc præferatur ſecundus emptor, dicam infra de contrahen. empt. vbi hoc diſputatum eſt. quæſt. 18.

7 Eſt etiam incidenter notandum prædictorum occaſione, quòd, ſi Petrus v. g. promiſerit mihi donare aliqua bona, deinde alteri ea bona donaſſet, & ei cum effectu tradidiſſet, iam hic ſecundus donatarius mihi præferretur, nec ego contra ipſum ſecundum donatarium haberem aliquod ius, ſed ſolùm contra promittentem haberem actionem ad intereſſe pro quantitate donata, ſiue promiſſa donari. l. quoties, vbi Iaſ. & omnes. C. de rei vẽdic. cap. per tuas de donat. Innoc. in cap. 2. de conſuet. Andr. in prælud. feudor. q. 6. & in c. 1. col. 2. verſ. quantum ad illum verò, qui ſucceſſor. tenean. lo ſecũdo. Luc. de Penn. in l. prædia. col. 4. verſ. tertiodecimò inducitur. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.

8 † Semper enim ſecundus, cui fuit tradita res donata præfertur, & præcipuè quando ſecundus donatarius eſſet dignior primo, vt ſi eſſet Eccleſia, & ſic de alijs: & hoc eatenus verũ exiſtimarunt DD. quod etiam procederet, ſi in prima donatione adeſſet clauſula conſtituti, & præcar. ad-

huc enim preſertur ſecundus donatarius,
cui fuit tradita poſſeſſio rei donatæ, ita
Dec. in l. contractus. col. 5. ff. de regul. iur.
& conſi. 247. col. 2. verſ. quantum verò, &
conſi. 598. Corne. conſi. 126. licet in hoc
lib. 1. Bellamer. conſi. 39. col. 4. & ſic teſta-
tum uidi per Ioan. Angel. Piſancl. & alios
9 eximios viros, † & hoc eò magis procede-
ret, ſi donans in prima donatione reſer-
uaſſet ſibi ius illam reuocandi, nam ſatis
eſſet talis reuocatio per ſecundam dona-
tionē, ut dixi ſupra ſuo loco. & præcipuè
ſi facta eſſet abſenti, vt poſt Iul. Clar. &
alios probat Tuſch. verb. donatio cōſ. 641.
nu. 22. & ſeqq. & licèt eod. verb. cōſ. 699.
teneat cōtrarium, quando prima donatio
eſſet acceptata, vt præferatur primus, eius
opinio nō eſt vera, ſed ſolum primus agit
ad intereſſe cōtra donantem, vt dictū eſt.
10 Sub num. 25. & 26. de obligatione uiri,
quando uxor nollet renunciare, adde quod
iddem tenet Grammat. Muſcat. Bertazol.
Surd. Mangrel. & alij, quos probat Io. Ba-
ptiſta de Thor. in uerb. promittēs curare.
11 Sub num. 3. quæſtio. 11. ut renunciatio
non trahatur ad incogitata, & ideo con-
ſtare debet de certificatione iuris, quod
renunciatur, adde poſt alios Maſtrill. de-
ciſ. 106. num. 49. & ſeqq. lib. 2. & ſic etiam
iudicatum refert Viui. deciſ. 316. nu. 18.
de quo meminit idem de Thor. in uerb.
renunciatio facta per filiam, an extenda-
tur, dixi aliqua ſupra par. 1. cap. 6. nu. 17.
12 † & certioratio ſi fieret per uirum eius
uxori, uel per conſanguineos alijs conſan
guineis, eò magis ualerent renunciatio-
13 nes; † nam renunciatio facta cū conſenſu
uiri, uel in præſentia conſanguineorum,
facit ceſſare omnem metum, & per conſe-
quens omnem circunuentionem, iuxta
tex. in l. tranſactionem, ubi Bart. & alij. C.
de tranſact. Præſ. de Franch. deciſ. 129.
14 nu. 11. † etiam quia uiri ſemper intendūt
conſequi iura ſuarum vxorū, vt bene fun-
dat Gramm. deciſ. 62. & ſic præſumuntur
vxores, in ſpecie certioratæ, iuxta tradita
15 in hac q. 11. nu. 4. & 16. † Sed hoc ex qua-
litate perſonarum, & bonorum renūcia-
torum colligitur, ſic etiam ex cauſa ipſarū
renunciationum, iuxta addita ſuperius
q. 1. præcipuè ſub nu. 33. & ſeqq. quamuis
aliqui dicant, vt ſi in genere eſſet cogitatū
de iure competente, eidem renuncianti,
16 † & renunciatio eſſet generalis, quòd ex-
tenderetur ad incogitata, vt latiſſimè fun
dat Rot. Rom. diuerſorum deciſ. 149. tot.
Crauet. cōſ. 875. nu. 11. Menoch. in tract.
de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 151. nu. 22.
& 23. quia dum adeſt clauſula vniuerſa-
lis, cenſetur in genere cogitatum de quo-
cunque caſu, qui accidere poſſet, licèt in
ſpecie cogitatū non eſſet, vt latiſſimè fun-
dat Roland. conſ. 54. lib. 3. probant etiam
Natt. Crauet. & alij plures, quos ſequitur
Brunor. à Sole in ſuo compend. propoſit.
17 iur. in verb. dictio omnis. † Attamen hoc
etiā intelligitur iuxta ſuperius expreſſa,
vt attendatur cauſa renunciationis, qua-
litas perſonarum, & ſic de alijs; nam tales
clauſulę ſunt potius de ſtylo notariorum,
vt ſæpius replicatum eſt, & præcipuè hic
num. 5. & ſeqq. & proinde attendendum
eſt factum, & cauſa renunciationis, ſic etiā
attenditur quantitas recepta per renun-
ciantem, vt etiam dicetur infra q. 17.

Ad quæſt. 12. nihil eſt additum.

SVMMARIVM.

*HAbens ius renunciatum, po-
teſt ad libitum diſponere,
in damnum renuncian-
tis, num. 1.*

*Hæres an poſſit vti eadem
facultate, qua vti poterat defunctus,
traditur num. 2. & 3. vbi etiam expli-
catur, ſi procedat in vltimis volunta-
tibus.*

*Renuncians facit locum alijs ex ſucceſſo-
rio edicto. num. 4.*

*Dictio, quouis modo, & c. qualiter inter-
pretetur, traditur nu. 5.*

*Pacta, quæ fiunt ſecūdum nouum vſum
Capuanę, & Nidi habentur loco fidei-
commiſſi, quod explicatur nu. 6.*

*Pacta nuptialia qualiter habeantur loco
fideicommiſſi, explicatur nu. 6. & 7.*

*Conſilio ſenum Reſpub. rectè viuit, ſed
iuuenum conſilio ruit. nu. 8.*

*Cauſidici mali ſubuertunt Rempub. nu.
9. remiſſiuè.*

*Miraculum linguæ S. Antonij de Padua
recenſetur nu. 10.*

ADDITIONES
ad quæſt. 13. 14. & 15.

1 SVb num. 1. quæſt. 13. vt ha-
bens ius renunciatū, diſpo-
nat ad libitum, adde de
Franch. deciſ. 690. & Ricc.
de quibus meminit Ioann.
Bapt. de Thor. in verb. filia renūciās patri.

Sub

Sub nu. 5. eiuſdem quæſt. adde, quòd po-
teſt hæres vti eadem facultate, & licentia
renunciandi, qua vti poterat defunctus,
dum viueret, eſt enim eadẽ ratio, & proin
de ſi defuncto fuit relictum aliquod lega-
tum, & non acceptauit illud, morte præ-
uentus, poteſt hæres vel acceptare, vel etiã
repudiare, vt latiſſimè probat Surd. conſ.
300. per tot. vol. 3. & hoc eſt manifeſtum
in iure; nam omnia, quæ licent defuncto,
licent etiã hæredi in hoc, quia eius cõmo-
dũ reſpicit. l. hæres in omne ius. ff. de acq.
hęred. & l. cùm hæredes. ff. de acq. poſs. cũ
alijs cumulatis per Surd. d. cõſ. 300. nu. 8.
3 cũ ſeqq. † Hinc eſt etiam, ꝙ ſi hæredi duo
cõpetebant, nempe legatũ, & hæreditas,
poteſt vnum acceptare, & alterum repu-
diare. l. qui filiabus §. fin. vbi Iaſ. nu. 4. ff. de
legat. 1. l. ſi qua C. famil. hercisc. de qua
mater. latiſſimè tractat Surd. vbi ſupra
num. 12. cum ſeqq.

4 Sub num. 11. quęſt. 14. vt per renuncia-
tionem fiat locus alijs per ſucceſſorium
edictum, ac ſi ſecuta eſſet mors naturalis,
adde Alciat. lib. 4. parergon. cap. vlt. DD.
in rubr. C. qui admitt. Menoch. conſ. 211.
num. 13. volum. 3. de Franch. deciſ. 92. de
Georg. alleg. 23. num. 26. quos duos vlti-
mos ſequitur de Thor. in ſuo compen. in
verb. auia an ſuccedat.

5 Sub nu. 25. & ſeqq. eiuſdem quęſt. circa
illas dictiones, *Quocuis modo*, &c. adde
etiam Ruin. conſ. 123. nu. 11. lib. 2. Socin.
iun. conſ. 2. nu. 21. & conſ. 22. nu. 5. lib. 1.
Cephal. conſ. 688. num. 7. lib. 5. Menoch.
conſ. 344. nu. 19. lib. 4. Crauett. conſ. 447.
num. 6. qui dicunt, vt huiuſmodi verba,
ſiue dictiones comprehendant omnem
modum, ſiue principaliter, ſiue inciden-
ter, ſiue directè, ſiue indirectè, quamuis eſ-
ſent maiora expreſſis, vt per eos.

6 Sub nu. 13. quæſt. 15. addi poteſt alia
conſideratio, quia pacta prędicta, quæ fiũt
ſecundùm dictum nouum vſum Capuanę,
& Nidi habentur loco fideicommiſſi, vt
de pactis nuptialibus latiſſimè poſt alios
tradũt Peregr. de fideicomm. art. 51. Fon-
tanell. in tract. de pact. dotalib. clauſ. 4. gl.
7 25. nu. 5. † qui etiam docent, quòd ſicut in
fideicommiſſo ſucceditur primo acquirẽ-
ti, non autem vltimo morienti, ita eueniet
in hoc caſu, & ſic attenditur proximitas
teſtatoris, non autem hæredis, ſeu illius, à
quo vltimus moriens bona habuit, vt etiã
addidi ſupra par. 4. q. 56. & latiſſimè di-
ctum eſt infra conſ. 50.

Sub nu. 21. eiuſdẽ quæſt. adde Carau. in
rit. 101. nu. 3. vbi de ſenibus hæc carmina
refert contra iuuenes, & digna memoriæ.

8 *Roma vetus, veteres cũ ſe rexere Quirites*
Nec bonꝰ immunis, nec malus vllꝰ erat.
Defunctis patribꝰ, ſucceſſit praua iuuẽtꝰ
Conſilio cuius præcipitata, ruis.

Sed de his dixi aliqua ſupra in Apolog.

9 Quod autem dicitur de malis cauſidi-
cis, & de iudicibus indoctis ſub num. 23.
cum ſeqq. adde Vinc. Carrat. in tract. de
locat. & cond. par. 2. tit. de ſublocat. q. 32.
num. 58. fol. 103. vbi plura tradit, & mul-
tùm cõtra eos inuehitur. eſt locus dignus
ad legendum.

Sub nu. 30. de illo dicto, fruſtra niti, &c.
adde Diu. Hieron. in præfat. in Eſdr.

Sub nu. 35. de lingua illius Infidelis poſt
10 mortem, † adde eſſe vulgatũ miraculum
illud de lingua S. Antonij de Padua, Or-
dinis Fratrum Minorum; cùm enim eius
corpus 32. annos poſt eius fęliciſſimum
obitum trãſlatum eſſet ad Eccleſiam ma-
gnam Paduanam, lingua eius recens, &
rubicunda reperta eſt, ac ſi eſſet corpus vi-
uum: quam, dum in manibus deuotè rece-
piſſet Seraphicus Doctor D. Bonauentu-
ra, tunc eiuſdem Ordinis Generalis Mi-
niſter, ita magnis cum lachrymarum im-
bribus affatus eſt. O lingua benedicta, quę
Deum ſemper benedixiſti, & alios benedi
cere docuiſti; nũc perſpicuè cernitur quã-
ti meriti fueris apud Deum, cui oſcula de-
uotè figens, illam honeſtè collocari cura-
uit. vt refert Octauianus de Martinis in
oratione habita in canonizatione S. Bo-
nauenturæ.

S V M M A R I V M.

LEgatum factum filiæ, vel alteri, vt nubat, an debeatur, ſi ingrediatur monaſterium, traditur nu. 1. 2. & 4.

Subſtitutioni an fiat locus, ſi pater legaſſet paragium filiabus, quas inuicem ſubſtituit, ſi vna ex illis ingrediatur monaſterium, traditur nu. 3.

Simonia non dicitur, ſi quis fundet monaſterium, vel fundatum inſtituat cum onere recipiendi aliquas moniales ſine dote. nu. 5.

Renunciatio facta ante religionis ingreſſum, vt nõ ſubiaceat diſpoſitioni Concilij Trid. refertur nu. 6. Contrariam tamen ſententiam fundat Auctor ve-

ris

ris rationibus, & mutauit primæuam ſententiam, vt etiam fraudes euitentur, vt eſt videre nu. 7. cum ſeqq. & cò magis, ſi fierent contemplatione ingreſſus. nu. 10.

Diſpoſitio Conc. Trid. circa ſolẽnitatem renunciationum faciendarum per nouitios, habet locũ etiam in maioribus ſexdecim annis. nu. 11. & 12. An habeat locum in vltimis voluntatibus. nu. 13. Quid in donatione remuneratoria, vel quæ fieret cauſidico pro tuendo nouitio, vel nouitia in iudicio, traditur nu. 14. & 15.

ADDITIONES
ad quæſt. 16.

1 SVb num. 2. vt iddem legatũ
relictum filiæ, ſi nubat, debeatur,
ſi ingrediatur monaſterium,
adde poſt alios
Surd. cóſ. 192. nu. 20. vol. 2.
Sed cõtrariam ſententiam, quam ego hic
defendi num. 8. probat poſt alios Mut. ad
conſuet. Panhorm. c. 47. nu. 102. & ſeqq.
plures alios citant, & probant Theſaur.
lib. 1. quæſtion. forenſ. q. 60. tota. & Fontanell.
in tract. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 2.
num. 35. fol. 46. qui dicunt, hanc opinionem
hodie eſſe magis communem.

2 Solet tamen controuerti, ſi teſtator reliquerit
ſuis filiabus, vel neptibus ducatos
duos mille pro ſingularum maritagio, &
eas ad inuicẽ ſubſtituiſſet: ſi aliqua ex illis
non nuberet, ſed fieret religioſa, amittat
legatum, & factus ſit locus ſubſtitutioni,
& affirmatiuè poſt gloſ. in Auth. cui relictum.
C. de indict. viduit. toll. Comẽſ. Soc.
& Bald. nouell. conſuluit Menoch. conſ.
1016. vol. 11. Negatiuè tamen poſt alios
ſcripſit Mantic. lib. 11. de coniect. vltim.
volunt. tit. 18. num. 26. & Rimin. iun. de
quibus meminit Menoch. loco cit. Et hęc
3 opinio regulariter eſt verior; † quoniam
dum ſimpliciter relinquitur legatũ alicui
nomine dotis, ſi illa monaſterium ingrediatur,
debetur ei dos illa, quoniam eſt matrimonium
ſpirituale, & ſic non dicitur
ſine nuptijs puella, quæ monaſterium ingreditur.
§. ſed hæc præſenti. Authent. de
ſanctiſs. Epiſcop. Auth. niſi rogati. C. ad
Trebell. vbi Cyn. Bald. Caſtr. & alij, quos
probat Surd. d. conſ. 192. per tot. & in ſpecie
num. 19. latiſſimè Maſtrill. deciſ. 153.
4 † vbi ſic etiã refert deciſum in illo Regno
Siciliæ, & conſequenter ſequendo æquitatem,
deberetur ad minus moniali paragium
ingreſſarum, vt dixi hic nu. 8. & ſupra
par. 4. q. 16. Nec ſubſtitutioni ſit locus
per ingreſſum religionis, vt dixi ſup. par.
3. q. 8. nu. 28. & ſeqq. & alibi dictum eſt.

5 Sub nu. 14. adde etiam, quòd ſi aliquis
inſtituat hæredem, vel fundet monaſteriũ
monialium cum onere recipiendi gratis,
& ſine dote aliquas puellas, valeret onus,
nec eſſet ſimonia, ex quo contineret cauſam
piam; & illæ puellæ reciperentur, vt
eleemoſynaliter educarẽtur de bonis teſtatoris,
ſiue fundatoris. ita Speculator in
tit. de inſtrum. edict. §. nunc aliqua. verſic.
ſcias, quòd inter relicta. Rom. conſ. 235.
Tiraq. & alij, quos probat Surd. cóſ. 295.
per tot. vol. 2. vbi etiam reprobat tenentes
contrarium, & optimis medijs.

6 Sub nu. 15. de renunciatione facta ante
ingreſſum religionis, vt non ſit ſubiecta
diſpoſitioni Conc. Trid. adde, quòd de dicta
declaratione Sacræ Cõgregationis ſuper
d. Conc. Trid. meminit etiã Quarant.
in verb. monaſteria, & conuentus monialium
fol. 330. in fi. & reprobat etiam con-
7 trarium tenentes: † ſed contrariam opinionẽ
vltra relatos hic nu. 29. tenet Rodriq.
in ſua ſumm. par. 1. cap. 90. nu. 1. &
reuera, licet in puncto iuris, & inhęrendo
corticibus verborum dicti Sacri Conc. ſit
verior opinio negatiua, vt locum non habeat
diſpoſitio Sacri Cõcilij, quod loquitur
de donatione, & renunciatione facta
per nouitios infra duos menſes ante profeſſionem,
nihilominus contraria ſententia
eſt magis ęqua, & magis videtur rationabilis,
ex quo in ea viget etiã ratio dicti
8 Sac. Conc. vt ad ſenſum patet, † quia ſi talis
donatio, ſiue renunciatio eſſent validę,
ſequeretur, quòd ſi ille donans, vel renuncians
non ingrederetur religionem, priuaretur
bonis ſuis ſine eius voluntate, &
cõtra diſcuſſa ſuperius de donatione facta
contemplatione matrimonij par. 4. q. 25.
in addit. nempe, ſi cauſa non ſequatur, valeat
donatio, quod eſt improbabile, & idem
eſſet, ſi poſtquam fuit ingreſſus religionem,
vellet inde exire, & ad ſæculum
redire, & ſic omnia inconuenientia in his
caſibus reſultarent, quæ reſultant, dum fit
renunciatio, vel donatio poſt religionis
ingreſſum, & experientia didici, & manibus
palpaui, vt hæc opinio in praxi ſit
9 tenenda, † & practicãda etiam vt fraudes
euitentur, ſolent enim parentes allicere
liberos, ſic etiam fratres ſorores, vel alios

fratres

fratres allicere ſolent ad ingrediendum
religiones, & ante ingreſſum illorũ procu
rant ſibi fieri ab illis huiuſmodi renuncia
tiones, & donationes; & illi quodã repen
tino feruore ſpiritus apparentis renun-
ciationes faciunt, & poſtea in religione,
re maturius conſiderata, vident ſe eſſe ſe-
ductos, & vellent inde exire, & viuunt cũ
maxima inquietitudine, & proinde ob ſu
ſpitionem, quod eis non datur remedium
annullandi renunciationes, & bona ipſo-
rum ſunt penès dictos donatarios, & vix
poſſent habere alimenta, & conſequenter
nõ poſſent proſequi lites, vt renunciatio-
nes declararentur nullæ a ratione, & cau-
ſa ceſſante, & proinde concludendum eſt
prædictas donationes, & renunciationes
nullius eſſe momenti, niſi in illis ſeruetur
10 diſpoſitio dicti ſacri Conc. † Et eò magis
locum habent, ſi fierent contemplatione
ingreſſus, quia tunc eſſemus in claris. Et
hanc declarationem egi paucis menſibus
poſt impreſſionẽ dicti primi voluminis,
cùm eſſem Panhormi, & audiui, quòd hic
Neapoli ex hac mea opinione fuit orta
contentio, & lis inter quandam Nouitiã,
& eius fratres, & ad euitãdos dubios litis
euentus, tranſactione negotium termina-
runt, cum maximo damno dictæ Noui-
tiæ.

11 Sub nu. 32. & ſeqq. vt diſpoſitio Conc.
habeat locũ etiã in maiore ſexdecim an-
nis, probat etiam Intrigl. ſing. 350. nu. 2.
lib. 1. Cęned. in collect. ad ius can. par. 1.
12 collect. 50. nu. 5. † Verùm Martell. Con-
uerſan. in addit. ad d. ſingul. 350. Intrigl.
ſub nũ. 2. tenet contrarium; ſed gratis di-
cit, nec rationem concludentem allegat,
& ſatis eſt, vt ſac. Conc. ad vnam formam
reduxerit renũciationes faciendas per no
uitios, ſiue maiores ſint, ſiue minores, &
quia ſecundùm hanc ſentẽtiam eſt pluries
deciſum, ideò non eſt de ea amplius dubi-
tandum, cùm mutari non debeat, quod
certam habuit interpretationem, vt dixi
ſupra par. 4. quæſt. 65. num. 56. etiam in
addition.

13 Sub num. 36. & 37. vt diſpoſitio dicti
Concilij non habeat locum in vltimis vo
luntatibus, probãt etiam addentes ad In-
trigl. d. ſing. 350. ſub nu. 2. quamuis aliqui
mihi retulerint fuiſſe deciſum contrariũ,
ſed deciſionem non vidi, nec verba Con-
cilij, nec eius diſpoſitio poſſunt adaptari
ad vltimas voluntates, quæ reuocabiles
ſunt, & ideò non recedo ab hic diſcuſſis.

14 Inſuper, † dum eſſem Panhormi, vidi
maxime altercatum inter doctiſsimos vi-
ros illius vrbis (quibus multum abundat,
nam ſpatio vnius anni cum dimidio ibi
moratus ſum, & manibus palpaui, prout
latius dicam infra tomo ſeq.) ſi diſpoſitio
Concilij locum habeat in donatione re-
muneratoria, & in ſatisfactione debiti: &
poſtquam hinc inde fuerit multùm cer-
tatum, tandem de menſe Martij 1614.
fuit deciſum non habere locum, quatenus
tamen eſſet vera ſatisfactio debiti, & vera
remuneratio, & ſatisfactio non excederet
merita, quia nulla lex prohibitiua habet
locum in ſatisfactione debiti, nec etiam
in remuneratione ſeruitiorum: quatenus
tamen ſumma donata æquiparetur meri-
tis, vt multoties ſupra probatum eſt, præ-
cipuè par. 3. q. 21. etiam in addit. & caſus
15 deciſus fuit iſte, † nam quædam Nouitia
fecit quandam donationem cuidam cau-
ſidico, vt in iudicio cauſam ipſius Nouitię
defenderet; fuit, inquam, deciſum dona-
tionem valere pro ſumma concernente
iuſtum ſalarium dicti cauſidici, & pro le-
gitimis expenſis in iudicio factis, quia pro
iſtis ſummis eſt ſatisfactio debiti, quæ non
prohibetur per Concilium.

SVMMARIVM.

REnunciatio facta per ſorores, euaneſcit, ſi fratres præmoriantur ſororibus, & ratione probatur. nu. 1. & 2. Idẽ procedere oſtenditur reſpectu ſororum monialium. nu. 6. & 7.

Subſtitutionem allegans, debet probare caſum ſubſtitutionis. nu. 3.

Renunciatio facta per mulierem, vna dote recepta, an valeat, traditur nu. 4. & 5. An ſit realis, vel perſonalis, deducitur ex intentione renunciantis. num. 8.

Religioſus ſicut poteſt ſuum teſtamentum interpretari, et declarare, ita etiã poteſt renunciationem declarare. nu. 9. cum ſeqq.

Ius alteri acquiri non poteſt contra intentionem renunciantis. nu. 11.

ADDITIONES
ad quæſt. 17.

1 SVb nu. 9. cum ſeqq. vt renunciatio euaneſcat, ſi omnes fratres, quorum contemplatione ſoror renunciauit præmoriantur renuncianti, adde Napod. in conſuet. ſi moriatur, in verb. & ipſi ſucceſſores, a nu. 31. ad nu. 35. Loffred. in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Crauett. conſi. 42. Marant. diſput. 10. nu. 15. de Pont. conſi. 39. in 1. dub. vol. 1. & dixi ſupra hoc tit. quæſt. 5. in additio. Lotther. in d. conſuetud. ſi moriatur, vbi ſic habet (Aduerte, quia limitatio Ludouici d. côſ.
2 22. non videtur bona, † nam ſi præſupponitur, quòd exiſtente fratre maſculo, illa renunciatio habet tacitam conditionem, ſi maſculi ſuperuiuant, ergo eodem modo illa renunciatio etiam facta per acceptilationem habet dictam conditionem tacitam, & conſequenter non poteſt conſiderari, quòd ſit penitus extinctum ius dictæ renunciantis ipſo iure, niſi maſculo fratre ſuperuiuente, & non eo mortuo, & certè iſta reprobatio habet ſaporem.) hæc ille, & dictum eſt etiam infra conſil. 48. num. 15. & ſeqq.

3 Sub nu. 13. vt allegans ſubſtitutionem debeat probare caſum ſubſtituaionis, vide Surdum, & cum eo 38. Doctores, quos probat Menoch. conſil. 1088. num. 74. volum. 11.

4 Sub num. 15. adde, quòd ſi mulier pro vna dote renunciet pluribus hæreditatibus, videlicet, paternę, maternę, &c. vt communiter fieri ſolet, vt non valeat renunciatio reſpectu hæreditatum, quarum nihil renuncians habuit, ex quo continet renunciatio læſionem enormiſſimam, & ſatis iniquum dicitur, vt pro vna dote tot renuncietur hæreditatibus, ita Anchara. conſi. 39. Socin. conſi. 263. nu. 4. verſ. prætereà facit vol. 2. Caſſan. d. conſi. 69. Neuizan. conſi. 22. nu. 54. verſ. item & ſi omnia Ruin. conſi. 60. nu. 23. vol. 3. quem probat Petr. Bellacomb. in commun. opin. lib. 4. tit. 15. cap. 3. Surd. conſi. 393. nu. 42. vol. 3. qui citat etiam Alciat. Cephal. & alios, tenent etiam Decian. conſi. 39. nu. 8. lib. 2. Marzar. conſi. 29. Minad. in conſt. Regn. in aliquibus, in 8. notab. nu. 16. nouiſſimi Addentes ad Afflict. deciſ. 161. nu. 6. Mangrell. ad Bart. in l. pactum quod dotale. C. de pact. Lanar. conſil. 49. num. 7. & 8. qui
5 etiam dicunt, † quòd ſi eſſet modica læſio, valeret renunciatio, & ita procedit opinio tenentium contrarium, quos probat Menoch. conſi. 371. lib. 4.

6 Vt quæ dicta ſunt de renunciatione ſororum ſęcularium, vt ſuccedant; ſi omnes fratres præmoriâtur ſine liberis, procedant etiam reſpectu ſororum monialiû, quia euaneſcit renûciatio, vt dixi hic nu. 37. & ſeqq. Adde latius diſcuſſa infra côſ. 49. Et licet Maſtrill. deciſ. 65. teneat contrariam opinionem cum deciſione 375. Vincent. de Franch. de quo etiam meminit Ioan. Bapt. de Thor. in verb. ſorores; nihilominus in caſu Maſtrilli fratres fecerunt teſtamentum, quo caſu clarum eſt, vt renunciantes excludantur, & ſuccedant hæredes inſtituti per fratres, ut
7 dixi ſupra quæſt. 13. † Sed in caſu noſtro ſecus eſt, prout etiam latiſſimè fundatum vidi per Petr. Anto. de Amat. in alleg. D. Clementiæ Pignatellæ, Monialis in Monaſterio Reginæ Cœlorum cum Cæſare Pignatello, & aliis. Plus enim ſpiritus habere debet, quam caro; & ſic plus præſumuntur amare propriam religioné, quam conſanguineos extraneos, qui non deſcendunt ex fratribus, vt poſt Anan. conſi. 87. in princ. & alios notat Surd. conſi. 333. ſub nu. 11. in fi. vol. 3. & faciunt dicta ſuperius par. 3. q. 27.

8 Inſuper, quia ex intentione renunciantis iudicatur renunciatio realis, vel perſonalis, vt per Aretin. conſil. 3. Crauett. conſil. 42. num. 3. Caſſan. conſi. 69. Viui.
9 deciſ. 216. nu. 16. & alios. † & Iudex debet adamuſſim cognoſcere intentionem renunciantis, vt poſt alios admonet Couarr. in cap. quamuis. §. 3. num. 4. de pact. in 6. Idcircò ſi eſſemus ĩ dubio, poſſet Religioſus ſuam voluntatem, & intentioné declarare, vt etiam Doctores dicunt in teſtamento religioſi, quòd licet religioſus ſecundum receptiorem ſententiam non poſſit teſtamentum reuocare; attamen ſi eſſet dubium, poſſet illud declarare, & valebit illa declaratio, & ita fuiſſe pluries practicatum, affirmat Roderiq. tom. 3. quæſtion. regular. quæſt. 69. art. 3. tradunt etiam alij penes Sâchez lib. 6. de matrim. diſput. 17. num. 11. & dum lex ita præſumit, & Doctores ita interpretati ſunt,
10 † vt renunciatio in hoc caſu euaneſcat, etiam in hoc caſu reſpectu monialium, ſic eſt concludendum; & quatenus eſſet dubium

bium

bium, ſtaretur declarationi eorundem renunciantium, qui ſic pluries declarauerunt, vt hic dixi num. 38. & ſeqq. & ſic etiam ſemper præſumuntur declarare, & proinde declaratio habetur pro appoſita, & quatenus dubium eſſet, denuò poſſet fieri declaratio, vt ſic ceſſet omnis dubita-
11 tio. † nec poteſt dici ius quæſitum alteri per illam renunciationem contra voluntatem renunciantis, vt ſæpiſſimè ſuperius replicatum, & conculcatum eſt, præcipuè conſi. 1. etiam in eius additionibus, & conſi. 39.

SVMMARIVM.

IVs conſuetudinariū an veniat in renunciatione. nu. 1.

Notarij imperiti contractus euertunt, vltimas voluntates, & familias deſtruūt. n. 2.

Pacta inſolita arguunt contractum ſimulatum, & vſurarium. nu. 3.

Pater ſi fateatur emere bona de pecunia filij, cui nam acquirat, traditur nu. 4.

Maritus promittens vxori, vt locet bona ſua, non cenſetur iuribus ſuis renunciare. nu. 5. Si promittat reſtituere dotem, an cenſeatur remittere portionem ſibi debitam per ſtatutum, explicatur nu. 6.

Tex. in l. qui patitur. ff. mandat. vt præſens, & tacens cenſetur cōſentire qualiter procedat, explicatur num. 7. & ſeqq.

Præſens, & tacens quando cenſeatur conſentire. nu. 8.

Donatarius ſi conſentiat teſtatori, vt diſponat de bonis donatis, an præſumatur renūciaſſe donationi, traditur nu. 9. & 10.

Licentia patris, vt filius diſponat ad pias cauſas, qualiter eſſe debeat, traditur nu. 11.

Patris interuentus dum filius contrahit matrimonium, an illum obliget ad reſtitutionem dotis, traditur nu. 12.

Religionem ingrediens dolo alterius an ſit obligatus? & quid ſi dolo feciſſet profeſſionem? traditur nu. 13.

ADDITIONES
ad Quæſt. 18. & 19.

1 SVb nu. 8. quæſt. 18. vt in renunciatione nō veniat ius conſuetudinarium, vide infra conſi. 47. nu. 14.

2 Sub num. 12. contra notarios, qui non vtuntur verbis vſitatis, ſed volunt eſſe puri Grammatici, vt videantur elegantes, & inuoluunt contractus in deſtructionē familiarum, adde, quòd contra eos valde inuehitur. Carrot. in tracta. de locat. & conduct. par. 2. tit. de ſublocat. quæſt. 33. num. 18. fol. 105. Imò clauſula vnius inſtrumēti tranſplantant in aliud, & quod conuenit emptori, applicatur conductori, quod eſt propriè emphyteutæ, tribuunt cenſuario, & ſic de alijs, vt poſt Specula. not. Carrot. d. nu. 18.

3 Sub num. 17. Adde, quòd etiam pacta inſolita arguunt contractum ſimulatum, vt poſt Bald. Angel. Alex. & alios probat Menoch. conſi. 1182. nu. 5. & conſ. 1183. num. 7. volum. 12. nam huiuſmodi pacta faciunt etiam contractum vſurarium, vt notant præfati DD.

4 Sub num. 6. quæſt. 19. Adde, quòd, ſi pater confiteretur emiſſe aliqua bona de pecunia filiorum exiſtentium in eius poteſtate, nec appareret filios edoctos eſſe, ſiue inſtructos in aliquo exercitio, in dubio præſumitur emiſſe de propria pecunia, & illam donaſſe eius filijs, vt poſt gloſ. in l. cùm oportet, vbi Cyn. Bart. & alij. C. de bon. quæ liber. probat Capyc. deciſ. 203. num. 19.

5 Sub num. 9. & ſeqq. Adde, quòd, ſi maritus permitteret vxori, vt locaret bona ſua alijs, non cenſetur maritus per illum conſenſum præiudicare iuribus ſuis, ex quo præſumeretur ea ſibi conſeruaſſe intacta, & illæſa, ita Bart. & Bald. in l. cùm quædam C. de admin. tutor. Butr. Caſtrē. Afflic. Gab. Menoch. & Ioſeph Ludouic. quos probat Carrot. in d. par. 2. de loc. & conduct. tit. de locat. ratione offic. q. 1. nu. 6. & ſeqq. fol. 72.

6 Sub nu. 14. vt maritus promittens reſtituere dotem, poſſit ſibi retinere portionem ſibi debitam, adde Dec. conſi. 196. & conſi. 402. Natt. conſi. 108. quos probat Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit. de dontaio. int. vir. & vxor. fol. 173. col. 2. §. quando maritus. Crauett. conſi. 294. Menoch.

noch.conſ.256.lib.3.& plures alios citat,
& probat Gaſpar Theſaur.lib.2. quæſtio.
forenſ.quæſt.91.quòd requiritur expreſsè
renunciatio, quamuis pro contraria ſen-
tentia aliquos citet Rendin. in promptuar.
receptar.ſententiar. in titu. de renunciat.
quamuis colligi non potui quid ipſe ſen-
tiat, ſed non eſt recedendum a prædicta
ſententia communiter recepta, vt ſit ne-
ceſſaria expreſſa renunciatio.

7 Sub num.18.adde, quòd tex.in l.qui pa
titur. ff. mandat. procedit quando agitur
de lucro alterius, ſecus ſi ageretur de dam-
8 no, & præcipuè ſi eſſet magnum; † quia
nunquam præſens cenſetur conſentire,
& regulariter non ſolum requiritur præ-
ſentia cum taciturnitate, ſed eſt etiam
neceſſarius aliquis actus poſitiuus, vt de-
clarant Roman. in l.quæ dotis.nu. 52. ff.
ſol.matrim.Iaſ. Rip. Crauett. & alij plu-
res, quos probant Surd.conſi.290. nu.60.
vol.2. Menoch.conſi.1085.nu.12.vol.11.
& ita debet intelligi opinio illorum Do-
9 ctorum, † qui dicunt, quòd ſi donatarius
conſentiat teſtatori, vt faciat teſtamentũ
de bonis illi donatis, dicatur ex tali con-
ſenſu ius ſuum amittere, & bona ei dona-
ta ſint illorum, in quorum beneficium te-
ſtator diſpoſuit ex regul. tex. in l.ſicuti. §.
vẽditoris.ff. quib.mod. pign. vel hypoth.
ſoluat.& probant Bald. Dec. Tiraquell.
Peregrin. & alij, quos ſequitur Menoch.
10 conſi.1099.nu.6. & ſeqq. vol. 11. † Nam
hoc verum puto, ſi vltra præſentiam in-
terueniat aliquis actus poſitiuus, ex quo
poſſit colligi conſenſus expreſſus, alias ſe-
cus, vt patet ex dictis, & confirmatur etiã
ex latè diſcuſſis per noſtrum de Pont. cõſ.
11 160. vol.2. vbi latiſſimè probat, † quòd
licèt filiusfamilias ex iuris diſpoſitione
poſſit diſponere ad pias cauſas cum licen-
tia patris, non tamen ſufficit ſola præſen-
tia patris, ſed requiritur expreſſa licentia,
quod latiſſimè probat, & patet, & ex
dictis etiam infra par.8.q. 3. tota.

12 Sub num. 23. vt ſolus interuentus pa-
tris, dum filius contrahit matrimonium,
non obliget patrem ad dotem receptam
per filium, adde quòd ita fuit deciſum in
Sacro Conſilio, in cauſa Monaſterij San-
cti Gaudioſi cum Ioanna Carlina, ad re-
lationem Conſiliarij Sancti Iacobi, vt re-
fert Ioan. Baptiſta de Thor. in ſuo com-
pend.in verb.prælatio an ſibi locum, &
dixi etiam infra part.5.quæſt. 7. num. 17.
etiam in addit.

13 Poſtremò ſub nu.25. adde, quòd etiam
ſi dolo quis induceretur ad ingrediedum
religionem eſſet ualidus ingreſſus, quia
dicitur dolus bonus, & fraus utilis, ut
Deo ſeruire ualeat ad utilitatem animæ
ſuæ cap.cùm dilectis, in fi.ubi Abb.& alij,
& extra de his, quæ ui, metuſue cauſ. fiun.
cum alijs cumulatis per Menoch. conſil.
917.uol.10. quòd procedit quòad ingreſ-
ſum; quia, durante anno probationis ex-
peritur, ſi uelit poſtea profeſsionẽ emit-
tere: nam ſi metu, uel dolo induceretur
ad profeſſionem emittendam, uel ad uo-
uendum religionem. nec uotum ualeret;
nec teneret profeſſio, ut habetur locis ci-
tatis, & in hoc conueniunt omnes Theo-
logi, & Summiſtæ.

Finis Quartæ Partis.

DE

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS.

PARS QVINTA.

Filij aliquando in domo patris, & aliquando extra domum paternam alimentantur à patre, & ideò non rectè ſummatur. Molſeſius.

CONSVET. PRIMA.

SI quis habet filios, ſeu liberos cuiuſcunque ſexus, & filij, ſeu liberi nolint cum ipſo eſſe, vel pater nolit ipſos, vel aliquem ex ipſis tenere ſecum in domo, pater debet ſecundùm numerum filiorum, vel liberorum, connumeratis perſona ſua, & vxoris in numero liberorum de bonis paternis, & maternis ſuis, & alijs obuenientibus ei à quibuſcunque conſanguineis ſuis agnatis, vel cognatis; necnon de bonis datis eiſdem parentibus in dotem à matre, ſiue liberis communibus alimenta præſtare. Itaq; matri ipſi, mortuo viro, nullum præiudicium ſuis dotibus, quas, mortuo viro, liberas habere debet, generetur: videlicet, ſi habeat filios duos, & habeat vxorem, vel non habeat, pater, retenta ſibi pro ſe, & vxore ſua, iddem ſi non habeat vxorem, medietatem fructuum dictorum bonorum paternorum, & maternorum, reliquam medietatem fructuum prædictorum bonorum teneatur dare ipſis filijs ſuis pro ſubſtentatione ipſorum. Et ſi contingat vnum ex ipſis filijs mori, ſuperſtes filius habeat pro ſubſtentatione ſua tertiam partem fructuum bonorum ipſorum, reliquis duabus partibus retentis ipſi patri vxorem habenti, vel non, & iddem ſeruatur, ſi vnum tantùm quis habeat filium.

Filijs non morantibus cum patre, datur pars fructuum bonorum maternorum pro rata: pater verò, etiam ſi vxore careat, duas habet partes, & retinet etiam ſibi portiones filiorum, ſecum manentium. h.d. Molſeſ.

CONSVET. II.

QVòd ſi aliquis habeat filios, ſeu liberos, pluſquam duos, & ipſi filij, vel aliquis eorum nolit cum patre ſuo morari, vel pater nolit ipſos, vel aliquem eorum morari ſecū; tenetur ipſe pater dare pro alimentis, & ſubſtentatione ipſi non moranti, vel nolenti morari cum eo, partem de fructibus prædictorum bonorum facta dinumeratione perſonarum ipſorum filiorum, ſeu liberorum, & perſonarum ipſius patris, & vxoris ſuæ pro rata, ſiue pro virili ipſorum liberorum, & patris, & vxoris eius, & prædictas duas viriles partes de dictis partibus habeat idem pater, ſiue habeat vxorem, ſiue non. Et reliquas partes contingentes alios filios, & filias cum patre morantes, ſimiliter pater retineat pro vita, & ſubſtentatione ipſorum filiorum, donec cum patre morantur.

Portio filij mortui ſine filijs, vel filiæ nuptæ accreſcit alijs fratribus, & parentibus: ſed de bonis nouiter quæſitis, non ſoluuntur alimenta; ſemper tamen proprietas, & poſſeſſio bonorum apud patrem remanent. h.d. Molſeſ.

CONSVET. III.

VErùm ſi aliquis ex ipſis filijs deceſſerit, vel aliqua ex filiabus nupſerit, portio fructuū ipſorum contingens ipſum filium morientem, vel filiam, quæ nupſit, accreſcat pro rata, prout de ipſis fructibus contingat fratres, & ſorores defuncti, vel nuptæ, & patri

ipſorum pro dictis duabus virilibus, ipſum contingentibus pro ſe, & vxore ſua, vt dictum eſt. Nepotes autem ex filio præmortuo habeant in præmiſſis caſibus partem dictorum fructuum, quæ contingeret patrem ipſorum, ſi viueret. De bonis verò per eum acquiſitis, non tenetur pater, auus, vel proauus paternus dare liberis quicquam pro vita, & ſubſtentatione. In omnibus prædictis caſibus, & proprietate, & poſſeſſione ipſorum bonorum, apud patrem remanentibus.

Mulier de dotibus, donatiuo, & quarta, etiam de fructibus, non tenetur liberis alimenta præſtare: de excadentijs, & alijs bonis obuentis, nempe fructibus, tenetur quilibet pro virili alimenta dare, ſua perſona computata. h. d. Molfeſius.

CONSVETV. IIII.

M*Vlier de dotibus, donatiuo, & quarta ſua non tenetur liberis alimenta præſtare; quinimo de fructibus ipſarum dotium, donatiui, & quartæ poteſt in vita ſua donare, facere, & ordinare, quod velit. De excadentijs verò omnibus vndecunque ſibi obuenientibus iure ſucceſſorio, vel alio, tenetur quibuſlibet filijs ſuis, & nepotibus deſcendentibus in infinitum ex vno, duobus, tribus viris, vel deincept ſuſceptis, & habitis alimenta præſtare; cuilibet, videlicet pro virili, de fructibus bonorum ipſorum, computata perſona ſua in numero filiorum, & pro ſe vnam partem de fructibus bonorum ipſorum retineat talem, qualem vni ex filijs dare tenetur.*

Parentes ob vitium ingratitudinis poſſunt liberis denegare alimenta. h. d. Molfeſius.

CONSVET. V.

I*N omnibus caſibus, vbi pater, & mater tenentur aliqua alimenta præſtare liberis ſuis, ipſa denegare poſſunt, ſi cauſam ingratitudinis liberi ipſi contraxerunt.*

HAs quinque Conſuetudines in hoc titulo explicaui, vt ex eius lectura cernitur. Primam quidem, quæ loquitur, vbi, & quando teneantur parentes liberis ſuis alimenta præſtare, explicaui quæſt. 2. 8. & alibi. Secundam, quæ loquitur de perſonis, quibus debentur alimenta ſecundùm noſtras conſuetudines pro certa rata, & portione, iam declaraui q. 3. & 6. Tertiam conſuetudinem diſponentem, ſi portio alimentorum vni debita, finiatur eius morte, & alteri accreſcat; explicaui quæſtio. 5. & 7. vbi etiam declaraui quartam conſuetudidem, quæ loquitur de quibus bonis teneatur mulier liberis ſuis alimenta pręſtare, & in eadem quæſtio. 5. num. 9. & 10. declaraui, an ſemper de bonis nouiter quæſitis, non debeantur liberis alimenta. Quintam denique conſuetudinem, quæ loquitur de cauſis, ob quas parentes poſſint denegare alimenta liberis, iam explicaui quęſt. 12. & 13. Quid autem veniat appellatione alimētorum, & quæ ſint eorum priuilegia, tractaui quæſt. 1. Qua actione alimenta petantur, declaraui quæſt. 4. An autem alimenta cedi poſſint, diſputaui q. 10. Et denique ſi alij præter parentes teneantur alicui præſtare alimenta, recenſui quæſt. 11. cum ſeqq. Et conſequenter omnes conſuetudines, & earum materias, & ſi non ſatis, ſaltem ſufficienter explicaui.

SVMMARIVM.

ALimenta aſsignata per patrē filio ſtudenti, debent augeri, ſi ei non ſufficerent. numero 1.

Hæres poteſt conueniri ratione alimentorum, etiam durante tēpore ad conficiendum inuentarium, & ratione probatur. num. 2.

Filius an poſſit petere alimenta extra domum patris, ſeu bona materna, ſi matrimonium eſſet cōtractum more magnatum, traditur nu. 3. cum ſeqq. Quid ſecundùm ius commune, explicatur nu. 7. & 8.

Pater an poſſit penes ſe retinere bona materna, quando matrimonium eſſet cō-tractum

tractum more magnatum, traditur nu.3.& ſeqq. An hoc procedat reſpectu dotis aduectitiæ filiæ, traditur nu.9.& ſeqq. Habet vſumfructum in bonis filiorum.nu.6. Sed illum non habet in dote aduentitia filiæ, nec in dote cõſignata filio.nu.11.& 12. Eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, etiã ſi in illis non haberet vſumfructum. nu.10.& ſeqq. Procedit etiam ſtante prohibitione in contrarium, & rationibus comprobatur.nu.13.14.& 16.

Mos magnatum an in totum receſſerit à conſuetudine in ſcriptis redacta, traditur nu.4.cum ſeqq.

Filia poteſt diſponere de dote aduentitia num.11. Si nollet cum patre manere, ſed extra domum patris alimenta habere, vbinam ſit educanda, traditur num.18.

Mater cur non poſſit adminiſtrare bona filiorum, traditur nu.15.

Filius in qua ætate eſſe debeat, vt poſſit petere alimenta extra domum patris, traditur nu.19.

ADDITIONES ad quæſt.1.& 2.

1 SVb num.12.quæſtio.1. Adde, quòd ſi pater filio, ſtudenti in aliquo loco, aſſignauerit certam pecuniarum quantitatem pro alimentis, & inter eos fuiſſet facta conuentio, ne filius poſſet plus petere; tamen, conuentione illa non obſtante, poteſt filius petere ſupplementum alimẽtorum, ſi illa ſumma aſſignata per patrem ei non ſufficiat ſecundùm ipſius qualitatem, & pater tenetur ſupplere, vt latiſſimè poſt alios probauit Decian. conſi.38. volum.2.

2 Sub nu.22. Adde, quòd licet hæres non poſſit conueniri a creditoribus defuncti infra annum, quem habet ad conficiendũ inuentarium, poteſt tamen conueniri fauore alimentorum, quia corpus non patitur hanc dilationem, vt poſt Angel. in l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus, quàm per leg. Falcid. probat idem Surd. in eod. tracta.de aliment.tit.1.q.44. nu.37.& deciſ. 323.num.10.

3 Circa diſcuſſa q.2. eſt maxima contentio, ſi procedat retentio bonorum maternorum penes patrem, & ſi filius habeat electionem petendi alimenta extra domũ patris, vel dotes maternas, quando matrimonium eſt contractum more Magnatũ; nam pro parte affirmatiua duo vrgent.
4 † Primò, quia conſuetudo ſeruatur reſpectu antefati, etiam quando eſt contractum matrimonium more Magnatum, ſi cõtrarium expreſsè non ſit deductum in pactũ, vt ſuo loco dictum eſt infra par.7.q.2.nu.
5 12.& ſeqq. † & ſecundò, quia noſter de Pont. conſi.61.num.57.vol.1. videtur tradere pro regula, quòd vbi non inuenitur diſpoſitum contrarium per hunc nobiliũ morem, attendatur conſuetudo in ſcriptis: ſed non ſunt rationes concludentes; quia, ſi mos magnatum reducit ſucceſſio-
6 nem ad ius commune, vt par.1.cap.3. † dictum eſt, clarum eſt, quòd de iure communi pater habet vſumfructum in bonis aduentitijs filiorum. l.1. vbi omnes C. de bon. mater. Capyc. deciſ.56. nu.4. plures alios cumulant, & probant Ann. conſi.17 num.49.& ſeqq. vol.1.& Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.7. par.3. nu.13.& ſeqq.& conſequenter eſt etiã
7 clarum, † vt filius non habeat hanc electionem de iure communi petendi alimẽta extra domum patris, & ideo contrariã ſequor ſententiam, dum non adeſt legitima cauſa; & quia quòad antefatum idemmet de Pont. vt d.q.3.num.12. cum ſeqq. retuli, tenet, vt ſeruetur ius commune, & ideò, vt dixi, non ſunt rationes concludẽtes, & ſic ſeruandum eſt ius commune,
8 quo ſancitum eſt, † vt, ſi re vera non poſſet filius habitare cum patre, poſſet extra domum patris habere vſumfructum dotium maternarum, vt ſcripſerunt Imol. Caſtren. Alex. & alij in d.l.ſi conſtante.§. tranſgrediamur.ff.ſol.matr.

9 Vidi tamen maximè altercatum, ſi pater ſit legitimus adminiſtrator dotis aduentitiæ eius filiæ, & ſi poſſet illam penes ſe retinere. In quo quæſito, ſi filia vellet cum patre manere, clarum eſt, vt interim pater teneatur dare alimenta filiæ, etiam ſecundùm quantitatem dotis relictæ tam à matre, quàm ab altero extraneo, vt patet ex dictis hic quæſt.5. ſic etiam quæſt.6. nu.18.& q.7.& conſequenter pater erit interim legitimus adminiſtrator bonorũ filiæ, & citatur ad hoc propoſitum Curt. iun. conſi.152. incip. Præſupponitur in facto. Ad quem ſe remittit Præſ. de Frãch. in conſuet. ſi qua moriens, ſub num.2. fol.

195. in addit. incip. An autem. verſ. & an
10 pater. † Et licet Curt. loquatur in dote
profectitia, & ſub nu. 4. verſ. & ideò quic-
quid ſit in dote aduentitia, nō audeat hoc
affirmare in aduentitia dote, id ſuit, quia
tunc opus non erat, & conſequenter non
negat, quin ſit pater adminiſtrator; nam
licèt in dote aduentitia non acquiratur
11 vſusfructus patri, † ſi dos illa fuerit conſi-
gnata filiæ, quo caſu poſſet filia etiam ſine
conſenſu patris dotem illam alienare, vt
etiam ſcripſit Bald. in Authen. quod locū
q. 4. C. de collation. Surd. in tract. de alim.
tit. 8. priuileg. 74. nu. 5. Barboſ. in l. ſi cum
dotem. §. transgrediamur. num. 25. ff. ſol.
12 matrim. Fontauel. d. par. 3. nu. 21. † Sicut
etiam in dote conſignata filio, non acqui-
ritur patri vſusfructus, vt poſt Bart. Alex.
Roman. & alios probat Surd. conſi. 116.
num. 21. vol. 1. Fontan. loco cit. num. 15.
cum ſeqq. Bald. Nouell. in tracta. de dot.
par. 6. priuil. 34. Addentes ad Capyc. dec.
56. citata lit. B. Nihilominus pater eſt le-
gitimus adminiſtrator in bonis aduenti-
tijs filiorum, etiam in quibus non habet
vſumfructum; tum quia ex illis bonjs pa-
ter habet ſaltem commoditatem, vt ſcri-
pſit Bald. in l. 1. C. de bon. mater. Loffred.
conſi. 10. Aret. in §. 1. Inſtit. per quas per-
ſon. nob. acquir. latiſſimè Prѕ. de Franch.
deciſ. 10. nu. 10. Fontanell. loco cit. nu. 27.
& ſeqq. & nu. 38. vbi alios citat Cuman.
in l. cum filio; vbi Iaſ. nu. 157. ff. de legat. 1.
Boer. deciſ. 199. num. 8. Pariſ. Bald. & alij
penes Surd. d. conſi. 116. nu. 13. (quamuis
ipſe num. 73. contrarium teneat, quando
pater priuaretur vſufructu per alienatio-
nem bonorum ſubiectorum fideicommiſ-
ſo: de qua re nunc non diſputamus.) tum
13 etiam, quia, † licèt pater nullum haberet
vſumfructum, & expreſsè fuiſſet prohibi-
tus capere vſumfructum, adhuc tamen ob
lucrum, & vtilitatem filij pater eſt legiti-
mus adminiſtrator dictorum bonorum;
quia nullus præſumitur melius bona filij
adminiſtrare, quā pater, cùm nullus præ-
ſumatur capere melius conſilium pro fi-
lio, quàm pater; vt poſt alios dixi par. 2.
14 tit. de bon. quæſt. 23. num. 18. † & ſic hoc
ius adminiſtrandi bona filiorum non cō-
petit patri ratione vſusfructus, ſed potius
ratione patriæ poteſtatis. l. cùm oportet.
§. non autem. C. de bon. quæ lib. latiſſimè
Aſcan. Clem. in tracta. de patr. poteſt. ef-
fect. 12. Tiraquell. Pinell. Anto. Faber, &
alij, quos probat Fontanell. loco cit. num.
28. cum ſeqq. vbi etiam quædam contra-
15 ria ſoluit, † vbi etiam diſputat hoc non
habere locum in matre; quia nec vſumfru
ctum habet in bonis filiorum, nec illos
habet in poteſtate; & etiam quia ipſa po-
tius indiget conſilio, & auxilio, quam vt
ea alijs præbeat, vt d. quæſt. 23. notaui, &
licèt de facto fuiſſet deciſum contrarium
in dicto eius Senatu Cathaloniæ de anno
1600. refert tamen num. 31. eiuſdem
par. tertiæ, vt de anno 1607. fuerit reuo-
cata ſententia.

Inſuper hoc eatenus eſſe verum affir-
16 mat num. 24. & ſeqq. † vt procedat, etiam
ſi patri eſſet prohibita adminiſtratio bo-
norum aduentitiorum filij, & ita deci-
ſum refert in illo Senatu, & num. 26. in
fi. reprobat deciſionem 59. Maſtrilli, con-
trarium tenentis: & quia, vt dixi, hanc
materiam latiſſimè proſequitur, ad eum
mitto lectorem: nam omnes notant in
17 d. l. 1. C. de bon. mater. † vt pater ſit legi-
timus adminiſtrator bonorum filij, &
etiam hæreditatis, quæ ab aliquo eſſet fi-
liæ relicta, & ſuper ea poſſet etiam pater
transfigere, ſi id eſſet in vtilitatem filiæ. l.
generaliter. §. negotia. C. de ſecund. nupt.
Bal. Natt. Pinell. & alij plures, quos pro-
bat Surd. conſil. 451. per tot. vol. 3. & in
tract. de alim. tit. 8. priuil. 37. & priuil. 56.
nu. 38. & alibi.
18 Poſtremò, ſi filia nollet cum patre ma-
nere, & vellet extra domum patris perci-
pere alimenta, tunc pater conſignat illi
bona materna, & aduentitia, vt ex illjs
fructus habeat, ſed tenetur manere in lo-
co, illi aſſignando per patrem, vel per iu-
dicem, vt latiſſimè dixi infra quæſtio. 8.
19 † Sicut etiam intelligitur de filio, vt de-
beat habere legitimam ætatem ad hoc, vt
habeat talem electionem, alias ſecus, vt eſt
deciſio Napod. hic in conſuet. Si quis ha-
beat, in verb. maternorum. verſ. ſed cuius
eris, & ita affirmatum vidi per eximios
viros.

S V M M A R I V M.

DOs ſpuria an poſſit ex pacto reuerti ad patrē, & quid ob ſeruitia præſtita per ſpuriam patri, traditur num. 1. & 2.

Filiatio ex ſola nominatione filij proba- tur nu. 3.

Alimenta debentur, pendente compro- miſſo,

miſſo ſuper filiatione. nu. 4. In eorum præſtatione ſufficit ſummaria cognitio. nu. 5.

Compromiſſum non admittitur in articulo iuris. nu. 6. & ſic deciſum refertur. num. 7.

Sumptus litis debentur etiam perſonis Eccleſiaſticis. nu. 8.

Meliorationes an debeantur, prout fuit expenſum, vel prout fuit res meliorata, declaratur num. 9.

Socer an poſſit repetere alimenta præſtita nurui, & quid ſi ſint promiſſa ſub ſpe habendi aliqua bona, ſiue fructus loco alimentorum, declaratur nu. 10.

ADDITIONES
ad quæſt. 3. & 4.

1 SVb nu. 12. quæſtionis tertiæ,
adde Surd. conſi. 310. vol.
3. vbi etiam probat, quòd,
etiã ſi ex forma ſtatuti dos
ſpuriæ eſſet applicanda vi-
ro, poſſet tamen pater apponere pactum
in conſtitutione dotis; vt, mortua filia
ſpuria ſine liberis, dos reuertatur ad do-
tantem, & hoc probat optima ratione,
quoniam licet pater cogatur dotare ſpu-
riam pro qualitate alimentorum, non ta-
men cogitur dotem relinquere penes vxo
ris hęredes, cùm hęc dos ſucceſſerit loco
alimentorum, quæ morte finiuntur; &
quia hoc optimè fundat toto illo cõſilio,
nec pertinet ad hanc materiam conſue-
tudinum, ideò omitto; notaui hoc, quo-
niam ipſe dicit à nemine inueniſſe tactam
2 hanc quæſtionem. † Si tamẽ filia præſti-
tiſſet magna ſeruitia patri, quę excederẽt
paternam pietatem, tũc ratio haberetur,
vt mulier ad minus de dotis medietate
poſſet diſponere, vt tenet Minad. d. deciſ.
21. de Franch. d. deciſ. 283. nu. 8. Borgnin.
deciſ. 10. nu. 28. & ſeqq. par. 3. & Ricc. de
quibus meminit Io. Bapt. de Thor. in com
pend. deciſ. Neapolita. in verb. dos data
ſpuriæ.

3 Sub num. 14. & ſeqq. de verificanda fi-
liatione, vt pro alimentis ſufficiat nomi-
natio patris, vt aliquem nominaſſet filiũ,
adde poſt alios Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo
compend. in verb. filiatio in iure, noſter
4 de Pont. conſi. 3. vol. 2. † Et licet petere-
tur compromiſſum tanquam inter Con-
iunctos, nihilominus interim debentur
alimenta, ex quo cauſa præſtationis ali-
mentorum, lite pendente, dicitur clara,
& executiua, & ſic non compromittitur,
vt optimè probat Barbat. in addit. ad Bar.
in l. prętor. ff. de tuto. & curat. dat. ab his,
5 & optima ratione; † tum quia in præſta-
tione alimentorum ſufficit ſummaria Iu-
dicis cognitio abſque termino, & com-
promiſſum non poteſt hanc cognitionem
impedire; nam illud ſolùm habet locum
in his, quę requirũt altiorem indaginem,
vt eſt deciſio punctualis. Anchar. conſil.
6 183. alias 184. poſt num. 3. † tum etiam
quia hic eſt merus articulus iuris, & cla-
rus, vt patet ex hic diſcurſis, & in articulo
iuris non cadit compromiſſum. Bald. in l.
ancillę. C. de furt. & in l. cùm proponat.
C. de rebus credit. ſicut etiam cauſa in-
ſtrumẽtalis non compromittitur, vt fuit
deciſum per Sacr. Conſil. vt teſtatur Ca-
pyc. deciſ. 48. probant Alex. conſi. 62. vol.
2. Roman. conſi. 262. Grat. conſi. 155. nu.
14. vol. 2. & Borrell. in pragm. 1. de com-
promiſſ. præcipuè §. 2. gloſ. 1. quæſt. 9. nu.
7 64. & ſeqq. † & iam die 15. Decembris
1615. patrocinante Petro Antonio de
Amato, facta relatione in Sacro Conſilio
per Conſiliarium Frecciam, iunctis aulis
in cauſa Ioannis Franciſci de Franchis,
ac Liuiæ Ambroſinæ coniugum cum Ioã-
ne Baptiſta Ambroſino, fuit prouiſum
procedendum eſſe in Sacro Conſilio, non
obſtante petito compromiſſo, & dictis
coniugibus, fuerunt liberati ducati 1400.
in cauſam declarandam, & ſic patet ve-
riſſimas eſſe deciſiones prædictorum Au-
ctorum.

8 Sub num. 16. vt alimenta, & ſumptus
litis debeantur etiam Eccleſiaſticis, adde
Farinac. Rebuff. & alios, penes Ioã. Bapt.
de Thor. loco cit. in verb. alimenta an ſint
præſtanda ſorori.

Sub num. 9. & ſeqq. quæſt. 4. adde eun-
dem Surd. conſi. 324. num. 16. & ſeqq. vol.
3. vbi etiam ex communi ſententia pro-
9 bat, † vt tantum ſit reſtituendum quòad
meliorationes, quantum res fuit meliora-
ta, non autem quantum fuit expenſum, &
idem eſſe probat quòad hypothecam,
quæ datur mutuanti ad refectionem rei,
vt detur pro quantitate, quæ neceſſariò
fuit expenſa pro refectione rei, & non
aliter.

10 Ex dictis etiam reſoluitur alia quæſtio
tacta per Surd. loco cit. vt ſi ſocer pro ali-
mentis nurui, & eius matris certam quã-
titatem aſſignaſſet, pacto adiecto, quòd, ſi

quædam

quædam prædia ad nurum pertinentia recuperari nó poſſent, & interim matrimonium ſolueretur, liceret ſocero repetere alimenta præſtita matri ſecundùm decentem taxationem, vtique alimenta repeti poſſent ſecundùm taxationem fructuum, qui recuperari non potuerunt: ſic enim vtrique parti eſt conſultum, ſocero quidem, vt tantundem loco fructuum recipiat, & nurui, vt non plus grauetur, quā voluntariè ſocer voluit, dum alimenta promiſit, vt poſt Caſtren. Dec. & alios, latiſſimè probat Surd. conſi. 389. per tot. & præcipuè num. 19. qui latiſſimè hanc illationem examinat.

Sub num. 14. de tranſmiſſione alimentorum, adde Ricc. & alios penes eundem de Thoro in verb. alimenta petita per ſpurium.

SVMMARIVM.

Pater an debeat ſupplemētum alimentorum filio, ſi ei non ſufficiant bona materna, traditur numero 1.

Fructuum, non autem valoris prædij, habetur ratio in alimentis, & in multis alijs caſibus. nu. 2. & ſeqq. Nempe in pretio locationis, & ne quis conueniatur vltrà, quā facere poteſt.

Pater non tenetur dare alimenta filijs, ſi fructus bonorum ei non ſufficiant pro alimentis. num. 5.

Primogenitus habet quandam præeminentiam in domo patris. nu. 8.

Viduæ debentur veſtes lugubres, attenta eius conditione, & ſecundùm varias conditiones, tam nobilium, quàm titulatorum taxantur, quod explicatur nu. 7. & 8.

Veſtes lugubres qualiter taxentur Neapoli in viduis, traditur nu. 7. & 8.

Soror, ſi habitaret ſimul cū fratre, an conſequatur intereſſe paragij. num. 10. Si litiget cum fratre, conſequitur alimēta, & ſumptus litis. nu. 12.

Bona non debent duplici onere grauari. num. 11.

Expenſæ deducuntur ex fructibus etiam in ſolutione releuij. nu. 13.

Alimentorum fauore an fiat executio in ſolidum, traditur nu. 14.

ADDITIONES
ad quæſt. 5. & 6.

1 SVb nu. 13. quæſt. 5. vt pater,
dum filius eligit habere bona materna, vt ex illis alimenta habeat extra domū patris, & quòd pater ſolū teneatur ad ſupplemētum alimentorum, adde poſt alios Surd. in tract. de alimē. tit. 7. q. 42. nu. 3. & ſeqq.

2 Sub num. 14. & ſeqq. Adde, quòd non
ſolùm in alimentis, ſed in multis aliis caſibus habetur ratio fructuum, non autem
3 valoris prædij, † Primò in æſtimatione
ex quo prędium ęſtimatur non ex magnitudine, ſed ex fructibus, & inſtrumento, ſeu pretio locationis Bald. in c. cùm cau-
ſam, il ſecondo nu. 5. de teſtib. Pinell. Bur 1
ſat. Boer. & alij, quos probat Carrot. in tract. de locat. & cond. par. 5. fol. 224. q. 3. num. 34. Secundo, in Caſtro, Turri, domo pretioſa, & alijs ſimilibus, vbi ſimiliter fit æſtimatio, habita conſideratione redituum, non autem ex valore rei, vt poſt Ioan. de Plat. ſat. & alios probat Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. nu.
9. quos ſequitur Carrot. d. quæſt. 3 nu. 33.
4 Tertio, † quando quis excipit, ne conue-
niatur vltra quam facere poteſt. Vide infra par. 6. q. 9. ſub num. 4.

5 Sub nu. 23. vt ſi fructus bonorum non ſufficiant patri pro alimentis, non teneatur pater dare alimenta filijs, Adde Vinc. de Franch. deciſ. 336. Reg. Tapp. & Ricc. penes Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Neapolita. in verb. alimenta tenetur pater dare filio.

6 Sub num. 6. quæſt. 6. vt primogenitus habeat quandam præheminentiam in domo patris, adde Molin. & alios penes Menoch. conſi. 981. nu. 18. vol. 10.

7 Sub num. 9. Adde, quòd viduæ debentur etiam veſtes lugubres, vt dixi par. 6. q. 11. nu. 26. & not. Præſ. de Franch. deciſ. 413. in fin. in Magnis Dominis taxatur magna quantitas alimentorum, veſtium lugubrium, & etiam pannorum, quibus viduæ domum adornare ſolent, & quando hæredes nolunt voluntariè ſoluere, coguntur via iuris per Sacr. Cōſilium. Verùm licèt in prædictorum taxatione attēdantur conditiones paulò anteà numera-
8 tæ, † tamen in ordinarijs nobilibus huius
Ciuitatis ſolet obſeruari, vt pro alimen-

tis,

tis, pro lecto viduali, & pro omnibus veſtibus lugubribus etiam reſpectu familiæ, & domus dantur cuilibet viduæ ducati quingentum [redacted]. In Titulatis ordinarijs, vt pro Baroniſſa, Comitiſſa, vel Marchioniſſa dantur ducati mille: pro Duciſſa, & Principiſſa ducati mille, & quingentum, & hæ ſunt minores quantitates, quæ [redacted] dari ſolẽt viduæ, vt eſt notoria praxis in Sacro Conſilio, & ſi plus iudicabitur neceſſarium, plus dari debet: & in his ſtandum eſſe conſuetudini, poſt Bald. Perez. & alios notat Ioan. Guttier. lib. 2. pract. quæſt. ciuil. q. 95. nu. 6. & ſeqq. de quo meminit de Franch. loc.
9 cit. † An autem per tranſitum ad ſecundas nuptias vidua amittat alimenta, & veſtes lugubres, dictum eſt in eadem par. 6. q. 11. num. 27. etiam in additio.

10. Sub nu. 18. adde, quòd idem de Franch. d. deciſ. 559. nu. 14. refert fuiſſe iudicatum in Collaterali Conſilio, in cauſa D. Iſabellæ de Aragonia cum Duce Montis alti eius fratre, quòd ſi ſoror ſimul cum fratre habitaret, ſolùm haberet alimenta, non autem intereſſe paragij, & iddem eſſet, ſi extra domum fratris perciperet alimenta ab eodem fratre, quia frater occaſione bonorum, & ſic paragij, ſeu ex fructibus paragij ſoluit alimenta ſorori, donec ſoror perueniat ad nubilem ætatem; & ideò, ſi ſoror ex eiſdem bonis paternis haberet
11 alimenta, frater in nihilo teneretur, † ne bona prædicta duplici onere grauentur, contra tex. in l. nauis onuſtæ. ff. ad legem Rhod. de iact. quod latiſſimè proſequitur
12 idem Præſ. vbi ſupra. † Verùm ſi eſſet lis inter fratrem, & ſororem in petitione paragij bonorum paternorum, tunc ſorori debentur alimẽta per fratrem, & ſumptus litis etiam in prima inſtantia, vt patet ex dictis in hac eadem 5. par. quæſt. 3. ſub num. 13. cum ſeqq. etiam in additio. & poſt Afflict. Ann. & alios notat Io. Bap. de Thor. in ſuo compen. in verb. alimenta an ſint præſtanda ſorori.

13 Sub num. 23. vt expenſę deducautur ex fructibus, etiam in ſolutione releuij, adde poſt alios Maſtrill. deciſ. 112. num. 12. de quo meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. releuium an ſit minuendum.

14 Sub num. 25. Adde, quòd fauore alimẽtorum poteſt fieri executio inſolidum cõtra eos, qui tenẽtur ſoluere alimenta, ceſſis tamen iuribus ab alimentaria ei, à quo exegit alimenta, vt poſſit ille agere pro rata contra alios ſecum obligatos, vt poſt alios probat Vinc. de Franch. deciſ. 203. vbi ſic refert deciſum, de quo poſt Nunt. Pellic. meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. alimentorum fauore.

SVMMARIVM.

Haeres vnus relictus, & alter vſufructuarius qualiter ſuccedant, explicatur nume. 1. & 2.

Alimenta ſolui debent tẽpore recollectionis fructuum. nu. 3.

Veſtes alimentario quo tempore debeantur. nu. 4. remiſſiuè.

Tranſactio alimentorum quãdo dicatur fieri in vtilitatem alimentarij, explicatur num. 5.

Alimenta, quæ debentur à fratre fratri, non tranſeunt ad pronepotem, & ſic pluries deciſum refertur. nu. 6. & 7.

Mater tranſiens ad ſecundas nuptias auditur, dum petit educatorem filijs, ſi primus educator uagari incipiat, & ita deciſum refertur nu. 8. & 9.

Vitricus ſi præſtet alimenta priuignis, poteſt alimenta repetere. nu. 10.

Statutum mãdans, vt maritus ſuccedat vxori in dote, an habilitet vxorem, vt poſſit maritum ſibi facere hæredem. num. 11.

Mulier an per vnum actũ luxurioſum dicatur elegiſſe luxurioſam vitam, explicatur nu. 12.

Dictio taxatiua non excludit cauſas ſimiles. nu. 13.

ADDITIONES
ad quæſt. 7. cum ſeqq.

1 Sub nu. 3. quæſt. 7. Adde, quòd etiam conſtare præſumitur, quãdo reliquit aliquem hæredẽ vniuerſalem, & alium reliquit vſufructuariũ omnium bonorum, tũc inter eos non datur aliquis concurſus, & vſufructuarius eius vita durante habebit vſumfructum omnium bonorum: hæres verò eſt Dominus proprietatis, cui poſt mortem vſufructuarij conſolidatur vſusfructus. l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct.

leg. Paul. Pic. in l. Titia. §. Titia cùm nube-
ret. nu. 82. ff. de leg. 2. poſt alios Menoch.
cōſ. 627. vol. 7. vbi hoc explicat, & in par-
2 ticulari † ſi vni reliquit vſumfructū oīum
bonorū; deinde certa prædia legaſſet ali-
cui, tunc vſufructuarius omnium bonorū
habebit etiam vſumfructum in prędijs le-
gatis, ſed concurrit cum legataria, & ſic
diuiditur inter eos vſusfructus.

Ad quæſt. 8. nihil eſt additum.

3 Sub num. 3. quæſt. 9. vt alimenta præ-
ſtentur tempore recollectionis fructuum,
quando debētur ex fructibus. Adde Ann.
ſing. 22. Viui. & Capiblāc. penes Io. Bapt.
de Thor. in ſuo compend. deciſio. in verb.
alimenta quæ conſiſtunt.

4 Sub nu. 9. de præſtat. veſtium, adde poſt
alios Vinc. Carrot. in tracta. de locat. &
cond. part. 1. titu. de merced. famulitia q.
10. nu. 16. fol. 35.

5 Sub nu. 8. & ſeqq. q. 10. Adde, ꝙ etiam
dicitur fieri tranſactio in vtilitate alimen-
tarij, ſi alimenta debebantur in frumēto,
vino, oleo, & ſic de alijs, & reducta ſint in
pecuniam, dummodo pecunia ſit æqualis
illis rebus, ex quibus debebantur alimen-
ta, quoniam hæc eſt variatio circa præſta-
tionem alimentorum, non autem remiſ-
ſio, ita poſt Gloſ. in l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de
tranſactio. notant ibi per illum tex. Caſtr.
& alij, quos probat Surd. conſi. 451. num.
43. vol. 3. & patet etiam ex dictis quæſtio.
præced. num. 3. etiam in addit. quia, dum
alimenta debentur ex fructibus, expecta-
tur tempus recollectionis fructuum, ſed
quando debeatur in pecunia, ſoluuntur
tertiatim, vt loco cit. dictum eſt.

6 Sub num. 16. & ſequentib. quæſtio. 11.
Adde, quòd ſi frater diues ſoluebat ali-
menta fratri pauperi, ſi frater diues mo-
riatur, & eius filius, & ſic nepos conti-
nuaſſet ſolutionem alimentorum patruo;
& deinde nepos moriatur, eius filius, &
ſic pronepos non teneretur præſtare ali-
menta dicto eius propatruo, quia de iure
hoc nō inuenitur cautū, nec onus hoc eſt
multiplicandum, & trahendum in infini-
tum, vt poſt alios probant Vincen. de
7 Franch. deciſ. 178. vbi † ſic deciſum refert
in Sacro Conſilio Maſtrill. deciſ. 75. num.
29. vbi ita refert deciſum Panhormi, & in
Hiſpania, ſic etiam fuiſſe deciſum affir-
mat Monter. deciſ. 16. Regn. Arag. nu. 24.
& 29. de quibus meminit idem de Thoro
vbi ſupra, in verb. alimenta an præſtare
teneatur pronepos.

8 Sub num. 37. Adde, quòd mater etiam,
quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit, eſt au-
dienda, vt prouideatur filijs de alio edu-
catore idoneo, quando ille, penes quem
educabantur filij, inciperet vagare per
Regnum, & ſecum prædictos pupillos aſ-
portaret: nam iuſta eſt petitio matris,
dum illa aſportatio eſt in detrimentum
filiorum, prout latius fundat Fabius de
Falc. in quodam eius conſilio, quod præ-
dictus de Thoro inſeruit, & alijs medijs
comprobat in dicto eius compen. in verb.
9 pupilli educatio, † vbi in fin. ſic refert de-
ciſum in anno 1611. de menſe Martij per
Collaterale Cōſilium, ad relationem il-
lius pij, integerrimi, & optimi Viri Re-
gentis de Caſtellet.

10 Sub num. 42. Adde, quòd ſi Vitricus
præſtaſſet alimenta priuignis poſſet illa
repetere, quoniā animo repetendi, non
autem donandi præſumitur illis tradita,
vt communiter tenent DD. in d. l. ſi pa-
terno, C. de negot. geſt. & ita fuiſſe iudica-
tum in Sacro Conſilio refert Io. Aloyſ. de
Leo in l. 1. nu. 10. C. de natur. lib. quem ci-
tat Ioan. Bapt. de Thor. in compen. deciſ.
verb. alimenta præſtita per vitricum.

11 Sub num. 56. Adde, quòd, ſi ſtatutum
mandaret, vt maritus ſuccederet vxori in
dote, tunc cenſeretur hoc ſtatutum habi-
litare vxorem, vt poſſit maritum hæredē
inſtituere in illa dote, ita Caſtr. in l. ſi cum
dotem, in princ. num. 11. & 12. ff. ſolut.
matrim. probant etiam Comenſ. Iaſ. Dec.
Cagnol. Alba. Oſaſch. Roland. Theſaur. &
alij, quos ſequuntur Morot. conſi. 19. nu.
2. & Menoch. conſi. 1143. num. 11. & 12.
vol. 12. quod puto verum reſpectu illius
portionis, in qua maritus ſuccederet vxo
ri ab inteſtato, non autem in tota dote,
vt patet ex latius diſcuſſis ſupr. par. 3. etiā
in additio.

Sub num. 14. & ſeqq. quæſtio. 12. Adde
Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 328. nu. 4.
& alios penes Carrot. deciſ. 124. qui te-
12 nent, † vt ſi ſemel mulier patiatur ſe ab
alio cognoſci, non dicatur luxurioſam
vitam elegiſſe, ſed, vt loco cit. dictum eſt,
procedit, vt non dicatur meretrix; ſed nō
per hoc negari poteſt, quin dicatur inho-
neſta, & luxurioſa; & ideò ipſemet Car-
rot. loco cita. examinauit articulum, vt
talis mulier dicatur inhoneſta, & frater ſi
eam inſtitueret, poſſent alij fratres, vel
ſorores querelare teſtamentum tanquam
inofficioſum, & hæc opinio mihi placet,
quio-

quicquid alij dicant, quia, licèt non ſit cõcubina, tamen ſecundùm ſacros Canones, qui in hac materia attenduntur, dicitur perſona turpis, & inhoneſta, & puniri poteſt, vt habetur in cap. ita nc. 32. quæſt. 5. & alibi.

13 Sub num. 19. Vt dictio taxatiua non excludat cauſas ſimiles; adde poſt alios Menoch. conſi. 1124. nu. 24. vol. 12.

Ad quæſt. 13. nihil eſt additum.

Finis Quintæ Partis.

DE IVRE DOTIVM.

PARS SEXTA.

Filij ſi nolint eſſe cum patre, vel ille nollet eos ſecum retinere, tenetur ipſis reſtituere 2
bona materna, ſecundùm formam huius Conſuetudinis, & idem ſeruatur in aliis ſucceſſoribus mulierum.
h. d. Moſeſ.

CONSVET. PRIMA.

SI mulier nupta, filios, ſeu liberos habens, moriatur, & filij, ſeu liberi nolint, vel non poſſint ſtare cum patre, vel pater nolit eos ſecum manere, dos, & beneficia ipſius mulieris reuertatur ad filios, poſſeſſionis videlicet æſtimatæ, vel inæſtimatæ, & corredum, ſicuti extant incontinenti. Pecunia verò, & valor corredi in auro, argento, & pernis, ſi non extant, reſtituantur iiſdem filijs infra annum. Iddemque in alijs ſucceſſoribus mulierum ipſarum.

Condemnatio, & exactio dotis fit in ſolidum, ſecundùm hanc Conſuetudinem.
h. d. Molfeſ.

CONSVET. II.

VBi dos eſt in caſu reſtitutionis faciendæ ſiue à marito, ſiue ab hæredibus mariti, & à quolibet alio, qui tenetur ad reſtitutionem dotis, in quolibet caſu ſit condemnatio, & exactio in ſolidum, non obſtante lege, quæ in caſibus dotis condemnationem, & exactionem fieri vult, in quantum ipſe, qui ad reſtituendam dotem tenetur, facere poteſt, habita ratione, ne egeat.

Dos conſiſtens in pecunia, & valor corredi conſiſtentis in auro, argento, & pernis ſi corredum non appareat, reſtituuntur vxori ab hæredibus viri infra annum. h. d. Molfi.

CONSVET. III.

VIro mortuo, vxore ſuperſtite, dos, conſiſtens in pecunia, & valor corredi conſiſtens in auro, argento, & pernis, quod corredum non apparet, dari, & ſolui, ſeu reſtitui debent eidem mulieri ab hæredibus, & alijs ſucceſoribus viri, & alijs, qui tenentur ad reſtitutionem infra annum, à die ſoluti matrimonij computandum.

Hæredes mariti tenentur alere vxorem viduam, donec dos ei reſtituatur, ſed vario modo, vt mandat hic §. ideò non recte ſummatur. Molfeſius.

§. PRIMVS.

HAeredeſque mariti mortui primis ſex menſibus, à morte ipſius mariti computandis, ſi fuerint liberi communes, tenentur ipſam alere, ſi fuerint alij hæredes non teneantur ipſam alere, ſed dictis ſex menſibus elapſis, teneantur dare dictæ mulieri pro alimentis ſuis tarenum vnum pro qualibet vncia auri, data in dotem vſque ad alios ſex menſes completos, & ad eandem rationem ſimiliter ſoluant pro alimentis mulieris prædictæ pro tempore, quo poſt annum completum dotes ipſas dare diſtulerunt: & idem ſeruandum eſt, ſi ſuperſint communes liberi, & mulier nolit poſt primos ſex menſes alimenta à dictis liberis, quia tenentur ipſi liberi, ſicut & extranei quibuslibet ſex menſibus, quibus ex tunc reſtitutionem dotium diſtulerint, dare dictæ mulieri pro alimentis ſuis tarenũ vnum pro qualibet vncia dotium.

Reſtitutio dotis non poteſt, inuita muliere, differri vltra annum: ſtabilia verò, & corredum exiſtens ſtatim reſtituuntur, & poteſt mulier ea auctoritate propria capere. h.d. Molfeſ.

§. SECVNDVS.

ITa quòd per hoc, muliere inuita, hæredes mariti poſt annum reſtitutionem dotium differre non poſſunt: reliqua bona corredi apparentis, ſiue exiſtentis, ſicut & bona ſtabilia æſtimata, ſtatim mulieri ipſi reſtituenda ſunt. Quinimò auctoritate propria poteſt ipſa capere quandocunque.

TRes iſtas conſuetudines cum duobus §.§ non inconcinnè explicaui in hac part. 6. per vndecim Quæſtiones. Sed vt clarius id videatur, primam, quæ loquitur, quòd, ſi liberi nolunt manere cum parentibus, vel iſti nolent ſecum liberos retinere, tenentur eidem liberis dotes, & alia bona materna reſtituere, iam declaraui ſupra par. 5. quæſt. 2. etiam in addition. ibi enim commodius cadebat ſub tractatione de alimentis, vbi etiam declaratum eſt, ſi pater etiam de proprijs bonis teneatur filijs alimenta præſtare, & ibi etiam diſcuſſum eſt, de qua dote loquatur hæc conſuetudo. Secundam, quæ loquitur de exactione dotis, ſi fiat inſolidum, explicaui hic quæſtio. 9. Tertiam, quæ in principio, ſic etiam in §. ita quod, loquitur de tempore reſtitutionis dotium, expoſui quæſt. 7. §. hæredeſque mariti, qui diſponit, quid debitum ſit vxori, pendente exactione dotis, enucleaui quæſtio. 10. & quoniam poterat eſſe, vt ex bonis dotalibus fuiſſent empta per maritum alia bona, an vxor illa bona petere valeret in reſtitutione dotium; ideò hoc diſcuſſi quæſtio. 8. An autem poſſit mulier, conſtante matrimonio, exigere dotem, & an maritus poſſit vxorem cogere ad recipiendam dotem, conſtante matrimonio, & talis ſolutio liberet virum? hoc declaraui quæſtio. 5. & 6. Poſtremò; quia multoties viri faciunt legata vxoribus, & oritur quæſtio, ſi legatum computetur cum dote, vel eius intereſſe, vel ad minus cum alimentis, debitis per has Conſuetudines, idcirco hoc diſputaui quæſt. 11. etiam in additionib. Quatuor autem primæ quæſtiones eiuſdem ſextæ partis, concernunt ornatum, & apparatum de iure dotium, tam quòad earum priuilegia; quam etiam quòad perſonas, quæ ad dotandum tenentur, & proinde in principio eas poſui, & ſic patet explicatus totus titulus de iure dotium.

SVM-

SVMMARIVM.

CAſtitatem ſeruare melius eſt, quàm nubere. nu.1.
Nubere volent, vt diuerſa euitet mala, pari debet nubere. nu. 2. Quænam dicatur hæc paritas, explicatur nu.3. & 4.
Paritas coniugum ex quibus cauſis oriatur, & quando fiat paritas per compenſationem, explicatur nu.3. & 4.
Hypotheca an incipiat a die ſponſalitiorum, traditur nu.5.
Dos promiſſa an ſit vera dos, & habeat priuilegia dotis, explicatur nu.6. & 7.
Quid, dum matrimonium cõtrahitur inter affines, & cõſanguineos, & mittitur ad Summum Pontif. pro diſpenſatione, traditur nu. 8.
Hypotheca dotis in matrimonio contracto inter cõſanguineos, an à die cõſtitutionis dotis, vel a die diſpenſationis Summi Pont. incipiat, explicatur n.8.
Dos data per extraneum, an ad ipſum reuertatur, ſi mulier moriatur ſine filijs, & quid in fratre dotante ſororẽ, declaratur nu. 9. & 10.
Sponſalia contrahere inter conſanguineos, vel affines. ſub conditione, ſiue cũ pacto obtinendi diſpenſationem a Sede Apoſtolica, ſine peccato contrahũtur, & talis contrahendi mos euitat multa damna, quod explicatur nu.11. & 12.

ADDITIONES
ad Quæſt.1.& 2.

1 SVb nu. 11. & ſeqq. quæſt. 1. Adde, quòd, licet melius ſit non nubere, & caſtitatem ſeruare, vt docet Apoſt. 1. ad Corinth.7. & ſecundùm eundem ibid. bonum ſit nubere; nihilominus
2 nus verum eſt Axioma illud Catonis, † *Si quis vult nubere, nubat pari*, vt etiã probat Alex. conſi.209. vol.6. & conſi. 80. nu. 3. volum.7. Tuſch. in ſua pract. concluſ. in verb. nuptiæ inter pares. concl. 157. nu.1. quia matrimonium bonum eſt, & aptum inter pares, tunc enim ceſſant bella ciuilia, & alia mala inter coniuges, quæ oriri ſolent ex diſparitate ipſorum coniugum:
3 † quæ quidem paritas ex quinque præcipuè cauſis conſideratur, nempe ex nobilitate, ſi ambo ſint pares in nobilitate. Secundò, ex potentia. Tertiò, ex diuitijs. Quartò, ex honore, & Quintò, ex moribus cap. ſuper eo, el ſecundò, de teſtib. Et ideò, ſi vnus coniugum excedat in vno, & alter excedat in alio, fit paritas per compenſationem, vt probat Alex. d. conſ.209. Imol. conſi.135. nu.3. & dixi ſæpius ſupra par.3. præcipuè q.21. etiam in additionib.
4 vbi explicatum eſt, † quòd diuitiæ viri compenſantur cum nobilitate vxoris, & è contra: ſic etiam ſenectus vnius coniugis diuitis, vel nobilis compenſatur cum iuuẽtute, & ignobilitate alterius cõiugis, & ſic de alijs, vt loco cit. dictũ eſt, & probãt Alex. d. cõſi.209. n.5. Tuſch. cõcl. cit.

5 Sub nu.17. cum ſeqq. q. 2. vt hypotheca incipiat a die contracti matrimonij, nõ autem a die, quo contrahuntur ſponſalia, adde poſt alios Surd. dec.6. Alex. Bertach. & Bellon. quos probat Borgnin. deciſ.15. nu.14. par.4. & dixi infra par.6. q. 15. nu. 18. etiam in additio.

6 Sub nu.21. adde Surd. conſi.45. vol. 1. vbi nu.12. & ſeqq. ſubdit, vt dos promiſſa non ſit vera dos, quando ſtatutum loqueretur de dote data; ſed qualiter hoc procedat ſecundùm noſtras conſuetudines, dixi ſupra par.3. q.7. nu.1. & ſeqq.

7 Quodque dos promiſſa in matrimonio de præſenti, habeat hypothecam, & ſic priuilegia dotis, fuit pluries deciſum per Sacrum Neapolitanum Conſilium, vt refert Vinc. de Franch. deciſ. 677. ſub nu.6.
8 & 7. vbi plus dicit, † ex Gamm. deciſ.355. quòd, ſi factum eſſet matrimonium inter coniunctos, ſub conditione, ſi Summus Pontifex diſpenſauerit, hypotheca inciperet a die promiſſionis dotis, & ita reſolutum refert Gamm. loco cit. & eſt opinio probabilis, & æqua in beneficium dotis; licèt ipſi de hoc dubitent, ex eo, quia nec ſponſalia ſunt, nec matrimonium antequàm cum effectu Summus Pontifex diſpenſet: nam in hoc omnes conueniunt: Et licèt aliqui teneãt, vt licitum ſit a ſpõſalibus recedere, antequàm obtineatur talis diſpenſatio: verior tamen eſt opinio, vt non liceat, vt poſt alios probat Sãchez lib.5. de matrim. diſp.5. n. 13. cũ ſeqq. Et obtẽta diſpẽſatione sm aliquos nõ eſt neceſſarius nouus cõſenſus ad matrimoniũ, ſed primus cõſenſus ſufficit, vt poſt Butr. Calder. Couarr. & alios notat ipſe Sãchez d. lib.5. diſp.8. n.10. cũ ſeqq. quãuis plures teneãt eſſe neceſſarium nouũ conſenſum, vt notant plures authores numero penes Sanchez loc. cit. & ita pluries Romæ deciſũ notat Ricc. in praxi matrimonial. dec. 248. & hæc opinio, vt dixi, probabilis eſt, ſecurior tñ eſt prima, vt hypotheca incipiat à die diſpẽſationis, qa tũc reuera incipiũt eſſe ſpõſalia, & matrimoniũ, cũ.n.

in-

interim nõ ſint ſpõſalia,& ſtãt in ſuſpẽſo,
non poſſunt habere beneficiũ hypothecę,
niſi a die diſpenſationis; & faciũt quæ di-
xi infra par.6.q.15.in additio.nu.7.
9 Sub nu.37.adde, ꝙ dos non reuertitur
ad dotantem extraneum, niſi expreſsè id
pactitatum ſit, ſed tranſit ad hęredes mu-
lieris.gl.in l.ſi ita ſtipulatus. §.Chryſogo-
nus,in verb.nullam. ff. de verb. oblig.vbi
Iaſ.nu.44. & procedit etiam in fratre di-
uite, qui de proprio dotat ſororem paupe
rẽ,vt poſt alios proſequitur latiſſime Ma-
rius Mut.ad conſuet.Panborm. c.47.nu.
10 16. & ſeqq. † vbi etiam hoc probat eſſe
verum,ſi ſtipulatio facta fuiſſet reſtituen-
di dotem dotanti, & mulieri, vt ibid. vi-
deri poteſt, quod intelligitur ſi mulier ſi-
ne filijs moriatur,quia ſi cũ pluribus, vel
etiã cum vno filio moriatur, & hic filius
poſt paucos dies obijt, dos non reuertitur
ad dotãtem,niſi expreſsè ſit pactitatum in
contrarium, vt ex tex.in l. cùm vxori. ff.
quand.dies legat.ced. Dec.conſi.414. &
alijs,probat Mut.d.c.47.nu.28.& ſeqq.vt
euenit,quando matrimonium in hoc Re-
gno cõtrahitur ſecũdùm morem Capua-
næ, & Nidi,vt ſuo loco dictum eſt.
11 Illud tamen incidenter notandum eſt,
de quo vidi pluries dubitari,ſi inter cõsã-
guineos cõtrahantur ſpõſalia,& firmẽtur
capitula matrimonialia ſub cõditione ob-
tinendi diſpenſationẽ a Sancta Sede Apo
ſtolica, an, inquam, ſit peccatum mortale
tali modo contrahere? & ſæpius conſul-
tus reſpondi negatiuè, dummodo nõ ſe-
quantur oſcula, aut alij tactus impudici,
vel copula, nec adſit graue ſcandalum,
& motus fui, qa quotidie practicatur in-
ter Chriſtianos hic modus cõtrahẽdi ma-
trimonia; & iure quidem, quia,ſi diſpẽſa-
tio nõ ſequatur,reſoluũtur ſponſalia, nec
dr matrimoniũ, & ita in ſpecie notãt In-
no.in c.ſuper eo,in prin.de cõdit.appoſit.
vbi Anch.n.7.Abb.n.8.& alij, quos ꝓbat
12 Surd.cõſ.464.nu.25. vol. 3. † & Adrian.
Couarr.& Guttier.quos probat Sanchez
d.lib.5.diſp.5.nu.16.& ſeqq.quia illa cõ-
ditio,ſi Pontifex diſpenſauerit ſuſpendit
ſponſalia ad tempus habile, nempe ad tẽ-
pus diſpenſationis Summi Paſtoris, & ſic
tollit rationem culpæ, & hic modus con-
trahendi ſponſalia,& matrimonia, tollit
tergiuerſationes aliquorum, qui ſe inge-
runt in talibus matrimonijs, dum vident
mulieres habere magnas dotes,procuran-
tes,vt contrahantur matrimonia cum eo-
rum conſanguineis: & proinde ipſarum
mulierum conſanguinei contrahunt hu-
iuſmodi ſpõſalia,& diſpenſationes dein-
de à S. Sede Apoſtolica obtinent, vt tales
circunuentiones euitent, & bona rema-
neant in familia.

SVMMARIVM.

*ACtio dotis legatæ datur mu-
lieri, non autem viro, &
ratione probatur. nu.1.*
*Vxor nubens an præſuma-
tur dediſſe omnia bona
ſua viro.nu.2. An iuſpatronatus.nu.
3. An antefatum lucratum ex primo
viro.nu.4.& ſeqq.*
*Factum dicitur, quod eſt conſuetum fie-
ri.nu.6.*
*Antefatum non eſt augmẽtum dotis,ſed
quid diuerſum.nu 7.*
*Dos qua actione petatur, ſi matrimoniũ
declaretur nullum ob aliquod impedi-
mẽtũ affinitatis, vel cõſanguinitatis,
explicatur nu.8.& 9. An talis dos ha-
beat hypothecam, explicatur nu. 10.*
*Hypotheca an detur in reſtitutione do-
tis,quando matrimonium declaratur
nullum ob impedimentum affinitatis,
vel conſanguinitatis.n.10. An detur
ſponſæ num.11. Eius priuilegium an
competat extraneo.nu.12.*
*Priuilegium tacitæ hypothecæ non com-
petit extraneo.nu.12.*

ADDITIONES
ad Quæſt.3.

1 SVb nu.6.Adde,ꝙ,ſi filia eſſet
nupta,& eſſet ei legata dos,
tunc ipſi cõpetit actio, non
autẽ viro ad conſequẽdam
dotẽ legatam; nã actio da-
tur legatario. l. ſeruo legato.§.ſi teſtator.
ff.de leg.1. cũ alijs ad hoc propoſitum cu-
mulatis per Menoch.cõſ.914.per tot.vol.
10.vbi hãc illationem latiſſimè examinat.
2 Sub num. 13. cum ſeqq.vt mulier præ-
ſumatur dediſſe omnia bona ſua in dotẽ
viro,probat ex multis Surd.conſi.94.vol.
1.& conſi.397.vol. 3. Et præcipue dum
ſecundò nuberet, quia tunc dotem pro-
miſſam primo viro, cẽſetur etiam dediſſe
ſecundo, quod eſt declarandum iuxta di-
3 ſcuſſa hic nu. 13. & ſeqq. † In omni tamẽ
ſententia non cenſetur dediſſe iuſpatro-
natus: & ideò vxor retinet ſibi ius præ-
ſentandi, vel ad ſummum præſentat ma-
ritus cum conſenſu vxoris, vt poſt Lam-
bertin. & alios probat Ricc. in prax. de
iure-

iurepatron.deciſ.223.

4 Fuit tamen non modica quæſtio, an mulier ſecundò nubens, præſumatur in dubio dediſſe ſecundo viro antefatum, ſiue donationem propter nuptias, quam habuit ex primo viro, & affirmatiuã ſententiam tuetur Ruin.conſi.53.nu.28.vol. 2. quem aliquando ſecutus fuit Surd. vt ipſe fatetur conſi.397.nu.14. in fi. vol.3. quia iddem iudicatur de augmento dotis, & de ipſa dote. l. etiam. C. de iur.dot. Si igitur prima dos præſumitur data ſecundo viro, vt patet ex dictis, etiam augmen-
5 tum ipſius dotis datum præſumitur: † Sed contrariam ſententiam defendit Natt. conſi.571.in 1.dub. quem ſequitur Surd. loco cit.nu. 15.& ſeqq. & iure quidem, ſi expreſsè non appareat contrarium: nam dos data primo viro, cenſetur quidem data ſecundo, quia ſemel taxata fuit, & reputata digna, & ſufficiens, vt cum ea mulier nuberet, & conſequenter ſemper, dum nubit, ne indotata accedat.l. Diuus. ff. de iur.dot. & etiam quia, dum ſemel eſt taxa-
6 ta, † factum præſumitur, quòd eſt conſuetum fieri.l.ſi.C. de fideiuſſ.cum alijs ab eo cumulatis d.nu.15.cum ſeqq. vbi ad latitatem hoc examinat. Nec vrget ratio de
7 augmẽto dotis, † quia antefatum, ſeu donatio propter nuptias, maximè differt ab augmento dotis: nam eſt pro ſecuritate vxoris ad repetendam dotem, & non in augmentum dotis, & ob alias rationes, quas poſt Campeg. Neguſan.& alios proſequitur Surd. d. conſi.397. num.17.cum ſeqq.ad quem pro reliquis me remitto.

8 Sub num.14.& ſeqq. Adde, quod, ſi ante conſumationem matrimonij conſtaſſet de impedimento, & dos eſſet ſoluta viro, tunc quæſtio eſt maxima, qua actione ſit repetenda, ſi per conditionem ob cauſam, vel actionem ex ſtipulatu, dum promittitur reſtitutio dotis in omnem caſum reſtitutionis; & quoniam hic eſt caſus omiſſus, nec vera dos dicitur, ſed largè, ideò Bart.in l.ſi extraneus, verſ. ſed hęc non eſt
9 vera.ff.de conditio.ob cauſam. † dicit repetendam eſſe dotem per conditionem ob cauſam, & eum ſequitur ibi Bald. col. 1.Roman.nu.4.in fi. Alex. nu.4.vbi teſtatur de communi Iaſ.nu.16.& Surd.conſi.
10 131.nu.20. & per tot. vol. 1. † Sed controuertitur tunc, num detur tacita hypotheca pro recuperatione dictæ dotis, & negatiuam ſententiam poſt Dyn, Iacob. de Aren.& alios antiquos, probant Bart. in l.2.§.fi.ff.de priuileg.creditor.Roman. in l.1.nu.29. ff.ſolut.matrim. vbi ſubdit,
11 † quòd ſponſe non datur tacita hypotheca, ſed priuilegium perſonale tantùm, vt præferatur alijs, habentibus ſolùm perſonale priuilegium: & eandem ſententiam poſt Angel. Alex. Iaſon. Bald. Nouell.& Neguſant.defendit Surd.d.conſi.131. nu. 27. Quod debet intelligi in ſponſalibus, non autem in vero matrimonio, prout ſuperius q.2.num. 17.cum ſeqq. etiam in additio.dictum eſt.

12 Sub num.18.& ſeqq. Vt extraneo non competat priuilegium tacitæ hypothecę. Adde Dyn.in d.§.fuerat, vbi Bald. ſic etiã Ange.nu.14.adde etiam Cyn. Salyce.Nicol.de Neapol.Angel.Imol. Caſtren. Bal. Nouell.Rip.Lancellot.Dec. & Albam, quos probat Surd.d.conſi.131.nu.29. & ſeqq.Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.306.num.6. Bertazol.in tract. de clauſul. in clauſ.29. glo.11.num.5. Sed, vt loco citato dictum eſt, multi tenent contrarium, & nolo hoc diſputare, quia prima opinio receptior eſt.

SVMMARIVM.

DOs congrua poteſt augeri ex bonis ſubiectis fideicommiſſo.nu.1.

Extraneus dotans aliquã mulierẽ, præſumitur donare dotem, niſi eſſet debitor illius mulieris.nu.2.

Pater dotans filiam an præſumatur donaſſe dotem.nu.3.

Auia tenetur dotare neptem etiam de bonis ſubiectis fideicommiſſo.nu.4.

Filius an teneatur dotare matrem, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, declaratur nu.5. & ſeqq.

Pietas eadem debet eſſe filij ad matrem, quæ eſt matris ad filium. nu.7.

Iuuenis mulier difficilius reſiſtit contra feruorẽ naturæ, præcipuè ſi aliàs fuit in matrimonio.nu.8.

Anima primi mariti qualiter dicatur contriſtari, dum vxor tranſit ad ſecundas nuptias.nu.9.& ſeq.

De duobus malis minus eſt eligendum. num.10.

Mater, ſi ſimul cum patre promittat dotem filiæ qualiter præſumatur obligata, traditur num.11. An ſibi præiudicet reſpectu eius dotis in bonis viri, ſi ſimul

ſi ſimul cum viro ſe obliget, explicatur nu. 12.
Subuentio an debeatur pro monacanda filia, vel ſorore. num. 13. An debeatur Auo, cùm dotat neptem. num. 14. An matri, cùm dotat filiam. nu. 15.

ADDITIONES
ad quæſt. 4.

1 SVb nu. 2. vt dos congrua augeri poſſit ex bonis ſubiectis fideicommiſſo. Adde poſt alios Menoch. conſil. 1078. vol. 11.
2 Sub nu. 4. Adde, quòd, ſi extraneus dotaret aliquam mulierem, ſi eiuſdem mulieris non eſſet debitor, pręſumeretur donarę illi dotē, vt poſt alios probat Surd.
3 conſi. 324. vol. 3. † Si verò pater dotaret filiam, & diceret, vt dos illa ſit computato omni eo, quod debetur filiæ de bonis paternis, & maternis, adhuc pater præſumeretur illam dotare de bonis proprijs, non autem de bonis filiæ, quia ob ſanguinis coniunctionem, & amorem paternū præſumitur facta donatio, vt poſt Bal. Nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil. 6. Iaſ. & Alciat. probat Surd. conſi. 112. num. 51. volum. 1.
4 Sub num. 12. & ſeqq. Adde, quòd catenus Auia tenetur dotare neptem, ſi filius eſſet inops, quod etiam poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo facto ab ipſa auia, & hoc tam pro conſtitutione, quàm pro reſtitutione dotis, prout latiſſimè poſt alios probat Intrigl. deciſ. 4. vbi num. 14. ſic deciſum refert in illa Magna Reg. Curia Panhormi.
5 Adde etiam, quòd filius diues tenetur è contra dotare matrem pauperem, tranſeuntem ad ſecundas nuptias, vt ei vices reddantur, prout de alimentis dixi ſupra par. 5. quæſt. 11. num. 29. & 30. & in huius dotis aſſignatione tria Doctores requi-
6 runt. † Primò, vt mater ſit iuuenis. Secundò, vt ſit pulchra, & Tertiò, vt dote careat, ita ex pluribus firmauit Tiraquell. de iur. primog. quæſtio. 62. num. 13. Boer. deciſ. 129. in fin. Pic. Cordub. Tull. Palaez Surd. & alij, quos probat Menoch. in cōſ. 1078. nu. 10. & ſeqq. ubi nu. 9. enumerat 29. Doctores pro hac ſentētia vltra alios, quos cumulat nu. 11. Si enim mater teneatur filijs prouidere, etiam quòad dotem, vt dictum eſt, ita etiam filij debent proui-
7 dere matri, † cum eadem debeat eſſe pietas filij ergà matrem, quæ eſt matris erga filios. l. furioſæ matris. ff. de curat. furioſ. etiam quia honor eſt filij, vt conſulatur
8 pudicitiæ matris; † & ideò cùm videt illam iuuenem, & formoſam, ſcit, vel ſcire debet, vt difficilius illa contra feruorem naturæ reſiſtat, dum alias fuit in matrimonio. §. ſin autem non. Authen. de non elig. ſecund. nub. Napod. in conſuet. Quartam autem, ſub num. 37. verſ. Vnde alibi dicitur fol. 257. in fin. Maſcard. tom. 1. de probat. concl. 62. & proinde ad eius, & matris honorem ſaluandum tenetur illi
9 dotem conſtituere: † licèt enim anima primi viri contriſtari dicatur per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias, iuxta tex. in §. nos igitur. Authen. de nupt. adeò vt etiam filius primi matrimonij dicatur affici iniuria ex dicto tranſitu matris ad ſecundas nuptias. §. proſpeximus. Authē. de non elig. ſecund. nub. tamen cùm peius ſit malum, ſi matris pudicitia non ſerue-
10 tur; † ideò de duobus malis minus eſt eligendum. l. quoties nihil. ff. de regu. iur. cū alijs cumulatis per Menoch. d. cōſi. 1078. num. 15.
11 Inſuper, ſi mater ſimul cum patre promiſiſſet dotem filiæ, valida erit obligatio, vt latius dicetur infra par. 8. & 9. Sed obligatio matris erit in ſubſidium, quia in defectum patris tenetur dotare filiam, & ita præſumitur ſe obligaſſe, nempe ſi bona patris non ſufficerent, vt poſt Bald. conſi. 166. Punctus, quidam vir, & vxor lib. 5. Roman. Bald. Nouell. Crauett. & alios probat Valaſc. conſult. 127. Quod procedit ſecundùm ius commune. An autem procedat ſecundùm noſtras conſuetudines pa, iet ex dictis d. par. 8. & 9. Vbi etiā diſcuſſum eſt, an valeant cæteræ obligationes mulieris cum conſenſu viri, renunciando iuri hypothecæ, quam habebat in bonis viri: regulariter enim ſibi non prę-
12 iudicat, vt loco citato dictum eſt; † & ideò ſi in bonis viri nō ſit cautum mulieri, poteſt mulier reuocare bona alienata per virum, etiam in tertium poſſeſſorem, vt poſt Afflict. deciſ. 311. & 312. Camill. Salern. Farinac. Nunc. Pellicc. Anto. Fab. & alios notat Ioan. Bapt. de Thor. in ſuo compend. deciſ. in verb. mulier Neapolitana, cum pluribus ſeqq. Sed, vt dixi, hoc explicaui locis citatis.
13 Sub nu. 19. vt ſubuētio debeatur etiam pro monacanda filia, vel ſorore. Adde, quòd

quòd non ſufficit ſolus ingreſſus, ſed eſt neceſſaria profeſſio, vt habetur d.deciſio. 42. Vinc. de Franch. probant etiam Borrell.conſi.40. nu.11. Ricc. & Capiblanc. penes de Thor. loco cit. in verb. adiutorium, vel ſubuentionem.

14 Sub num.22. Vt etiam auo paterno debeatur ſubuentio, dum dotat neptem, & pater eſt inops, adde Vinc.de Franch. deciſ. 215. vbi ſic refert deciſum, probant etiam Maſtrill.deciſ.1.num.7.Capiblanc. & Ricc.penes eund.de Thor.in verb.ſubuentio, lo quarto.

15 Sub num.23.& 24. Adde, quòd, ſi mater dotaret filiam, deberetur ei ſubuẽtio, & ita fuiſſe deciſũ in Regia Camera poſt Mormil.notat de Thor.in d. verb. ſubuẽtio, lo quinto.

SVMMARIVM.

Dos, etiam conſtante matrimonio, exigi poteſt.nu.1. Sic etiam per mortem ciuilem.num.2. An ob vergentiam viri ad inopiam num. 3. & ſeqq.

Aſſecuratio an detur mulieri pro dote, & iuribus dotalibus, ob vergẽtiam viri ad inopiam, declaratur n.3.& ſeqq. An per illam tranſeat dominium bonorum viri in vxorem, traditur nu. 5.cum ſeqq. Panhormi fit duobus modis, qui recenſentur num.6.& 9. Non poteſt alteri cedi per mulierem. nu.8.

Soluendo in dubio quilibet præſumitur. num.4.

Ius offerendi non datur creditoribus, quando mulier aſſecuratur pro dote. num. 11.

Pactum de non opponendo, & ad diſcurſum vendendo, quo Siculi vtuntur, an ſit validum, explicatur num. 10. & ſeqq.

Adiudicatio, quæ fit creditori de bonis debitoris, vt ſit valida, quid expoſcat. num. 12.

Debitor an poſſit offerre bona creditori. nu.12. & 13.

Fructus percepti extenuãt ſortem.num. 14. Sed an conſuetudine, vel ſtatuto poſſit introduci contrarium. num. 15. An procedat in dote. nu. 16.

Ius offerendi an locum habeat, ſi per ſententiam Iudicis adiudicẽtur bona viri vxori.num.17.Quid ſi creditor poſſideat ex ſecundo decreto.nu.18.Quid ſi creditor careret hypotheca quoad illa bona.nu. 19.

Sæuitia viri facit ſeparare matrimoniũ. nu.20.Sic etiam adulterium viri, ſed non ſufficit ſola confeſſio extraiudicialis.nu.21. & 22.

Vxor, ſi conuertatur ad fidem, an ſtatim conſequatur dotem.nu.23.

Maritus, ſi conuertatur ad fidem, an teneatur alere vxorem infidelem. numero 24.

ADDITIONES
ad quæſt.5.

1 SVb num.1. De exactione dotis, conſtante matrimonio. Adde poſt alios Menoch. conſi.1124.vol.11.

2 Sub num. 7. vt dos reſtituatur vxori etiam per mortem ciuilem mariti, adde Capyc.deciſ.153.Grammat. Rip. Carrer. Iul.Clar. Ioan. Lup. Foller. Farinac.& alios, quos probat Carrot. deciſ.106. nu.19.

3 Sub num. 20. vt exigatur dos per mulierem ob vergentiam viri ad inopiam, Adde Menoch.d.conſi.1124.num.2. vol. 11.Maſtrill.deciſ.142. nu.8. & ſeqq.par. 2.Verùm multi tenent, vt ſi tempore contracti matrimonij vergebat ad inopiam, & mulier ſciens talem viri paupertatem, contraxit ſecum matrimonium, & dotem ſoluit, non poteſt aſſecurationem dotis, & iurium dotalium petere, quoniam cenſetur ius ſuum remittere. Ita Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Bal. Angel. & Roman. in l.ſi conſtante.ff. ſol. matrim. Marin.de Fano, Oldrad.Ioan.And. Ioã.Fab. & alij, quos citat Surd.conſi.374.num.22.vol.3. Mar. Mut. ad conſuet. Panhorm. cap.80. nu.21.& ſuper capitulis dicti Regni cap. 102.ſub num.15.& ſeqq.tom. 4.fol. 145.
4 col.2.† In dubio tamen quilibet præſumitur ſoluendo, & qui contrarium dicit, tenetur id probare.cap.dudum, extra de præſumption. l. ſi creditores. ff. de priuileg.creditor. Imol.Iaſ. Natt. Roland.Maſcard.& alij, quos Surd.conſi.452.nu. 21. & ſeqq.vol. 3. probat.

5 Sub num. 28. & ſeqq. de aſſecuratione dotis ob vergentiam viri ad inopiam valde fuit altercatum in Ciuitate Panhormi de anno 1614. dum ibi aderam, ſi per aſſecurationem tranſeat dominium dotis

Digitized by Google

in vxorem, adeo vt omnes fructus dotis,
& iurium dotalium eſſent vxoris, & ſic
non ſolùm alimenta, & multi affirmabāt
omnes fructus eſſe vxoris, quia per aſſecu-
rationem in illo Regno tranſit dominiū
dotis, & iurium dotalium in vxorem, ſic
tenet Mut. ad conſuet. Panhorm. cap 80.
nu. 17. Maſtrill. deciſ. 142. nu. 22. & ſeqq.
6 † Nam duobus modis ſolet practicari ta-
lis aſſecuratio in dicto Regno. Primò ſi
maritus voluntariè reſtitueret vxori do-
tem, quia vergebat ad inopiam, vel Iudex
per decretum id fecerit, prout fit in hoc
Regno: & in hoc caſu non erat diſcrepā-
tia, quòd dominium non erat translatum
in vxorem, quia hæc dotis aſſecuratio fit,
vt dos ſit in tuto, & de eius fructibus vxor
ſeipſam, & familiam alere poſſit, vt dixi
hic nu. 28. & ſeqq. probat etiam Menoch.
d. conſi. 1124. num. 25. & 26. latiſſimè no-
ſter de Pont. conſi. 124. cum duob. ſeqq.
7 vol. 2. & hac de cauſa † in tali aſſecuratio-
ne non datur ius offerendi, vt fundaui hic
num. 32. & probat latiſſimè de Pont. dict.
conſi. 124. & 125. vbi in fin. ſic refert deci-
ſum: probant etiam Muta d. cap. 80. nu.
22. & ſeqq. Viu. deciſ. 413. nu. 5. de Thor.
in ſuo compend. deciſ. Neapolita. in verb.
ius offerēdi an competat creditori aduer-
ſus mulierem, & in verb. ius offerendi do-
8 tem. † Et hoc eſt eatenus verum, vt hoc
ius non poſſit per mulierem alteri cedi,
quia principaliter conſiſtit in alimentis,
quæ non poſſunt aliis cedi, vt eſt punctua-
lis deciſio Bald. in l. vnic. num. 7. verſ. mo-
do ego quæro. C. de priuileg. dot. quem ibi
ſequitur Salycet. nu. 3. ſequuntur etiam
Bald Nouell. Curt. ſen. Iaſ. Fabian. Socin.
iun. & Tiraquell. quos probat Surd. conſi.
269. nu. 12. vol 2. Probant etiam Capell.
Tholoſ. deciſ. 338. Ioan. Bapt. de S. Blaſ. &
alij, de quibus relatiuè meminit Mut. d.
cap. Ritus 102. nu. 15. in fin.
9 Secundo igitur modo fit aſſecuratio in
dicto Regno ex forma capitulorum ma-
trimonialium, ſeu inſtrumento dotium;
nam in capitulis, ſeu inſtrumentis matri-
monialibus in illo Regno apponitur pa-
ctum, vt in omni caſu reſtitutionis, & aſ-
ſecurationis dotium, & iurium dotalium
fiat ritus, & bona vendantur ad diſcurſū
cum pacto de non opponendo, & in hoc
caſu fit adiudicatio bonorum, & virtute
dicti pacti prætendant Siculi tranſire do-
minium dictorum bonorum in vxorem,
& conſequenter quòd tunc faciat fructus
10 ſuos. † Verùm hoc pactum iudico eſſe in-
iuſtum, non quòad pactum de non oppo-
nendo, ſed quoad clauſulam. Ad diſcurſū
vendendo, vt diſputatum eſt tom. 3. in tit.
de pignor. q. 35. Nam iniquum eſt, vt ali-
quis plus conſequatur de bonis ſui debi-
toris, quàm importat eius creditum, &
virtute illius pacti fit totum oppoſitum:
nam pro centum aureis creditor ſibi adiu-
dicat omnia bona ſui debitoris, etiam va-
loris decem millium aureorum; & licèt
detur quidam terminus, vt dicunt in
quindena, vt debitor ſe opponat, & ela-
pſa quindena habet terminum ſex men-
ſium, vt ſoluat debitum, & bona recupe-
ret: hoc tamen non iuſtificat pactum;
11 nam eſt contra iuris diſpoſitionem. † Pri-
mò ex prædictis. Secundò, quia dum de-
bitor non habet pecuniam, quam ſoluat
creditori, poteſt de iure offerre creditori
tot bona, vt ei ſufficiant pro ſuo credito.
Et quamuis ſecundùm aliquos debeat of-
ferre de melioribus bonis, omnes tamen
12 conueniunt, † vt bona correſpondeant
uero credito, vt notant omnes in Authē.
hoc niſi debitor. C. de ſolutio. quamuis re-
gulariter ad id cogi nequiret, vt poſt alios
Vinc. de Franch. deciſ. 82. Theſaur. deciſ.
13 153. † Iudex tamen id facere poteſt, vt
habetur in d. Authen. Beninten. in deciſ.
Bononiæ 28. Anguiſſ. conſil. 3. Anchar.
Rhegienſ. in quæſtion. familiar. quæſt. 64.
par. 2. & alij.
14 Tertiò, quia de iure ſancitum eſt, vt fru-
ctus extenuent ſortem, & ſic miſſus in
poſſeſſionem rei obligatæ tenetur excom-
putare in ſortem fructus perceptos ex illis
rebus, etiam ſi eſſet pignus iudiciale, ita
Bart. & Bald. in l. ſi is qui. §. 1. ff. de pigno.
Imol. Alex. Ruin. Natt. & alij, quos pro-
15 bat Surd. conſi. 194. num. 10. uol. 2. † Et
quamuis per ſtatutum, uel per conſuetu-
dinem poſſit introduci contrarium, ut
poſt Specul. Bald. Alex. Socin. Felyn. Me-
noch. & alios probat Surd. d. num. 10. hoc
tamen intelligitur quòad fructus, ſeruata
quantitate eius crediti, & non amplius,
quia quod excedit, clarū eſt ēt ſecundùm
omnes Theologos, vt excomputandum
ſit in ſortem, quod ſuppono ex materia
de reſtitutione.
16 Inſuper, quando uxor per decretum
Iudicis, uel per conuentionem cum uiro
retinuiſſet ſibi aliqua bona uiri, tunc fru-
ctus dictorum bonorum extenuarent ſor-
tem dotis, ut ſcripſerunt Innoc. Hoſtien.
Ioan.

Ioan. Andr. Butr. Cardin. Abb. & Anan. in cap. ſalubriter, de uſur. probant etiam Bart. Imol. Alex. Laurent. Rodulph. Anchar. Bald. Nouell. & alij, quos probat Surd. loco cit. quod debet intelligi quatenus fructus excedunt dotis intereſſe taxatum per conſuetudines, uel per conuentionem, ut patet ex dictis infra q. 10.

17 Sub num. 35. Adde, quòd, ſi uxori poſt mortem uiri eſſent bona adiudicata per ſententiam, & in illa ſententia non eſſet reſeruatum ius offerendi, tunc ceſſat hoc ius offerendi, ut poſt Cephal. conſil. 298. num. 8. 10. & 12. uol. 2. probat Menoch. conſi. 1175. nu. 2. uol. 12. ubi ex Speculat.
18 & alijs affirmat, † ut ſi creditor ex ſecũdo Iudicis decreto poſſidet, non habet
19 locum ius offerendi; † Sic etiam dum creditor caret hypotheca quòad illa bona. l. cùm tibi. §. 1. C. qui pot. in pign. hab. Soci. Bald. & Neguſant. quos probat Menoch. loco cit. nu. 3. & toto illo conſi.

20 Sub num. 46. de ſæuitia uiri, ut ſit cauſa ſeparationis matrimonij, adde poſt alios de Thor. in d. compend. in uerb. alimenta an ſint per uirum, & Riec. in prax. matrimon. deciſ. 235. ubi etiam cauſas ſæuitiæ enumerat; adde etiam de Pont. deciſ. 24. num. 12.

21 Sub num. 55. ut ob adulterium uiri ſeparetur matrimonium quòad thorum, adde poſt alios Menoch. conſi. 850. num. 10. & ſeqq. uol. 9. Rice. qui alios citat in d. prax. matrim. deciſ. 236. nu. 2. & deciſ.
22 238. ubi etiam affirmat, † ut non ſit ſatis ſola cõfeſſio extraiudicialis uiri, ſed aliũde hoc probari debet.

23 Poſtremò ad cõplementum huius quæſtionis notandum eſt, quòd, ſi uxor conuerteretur ad Fidẽ, & maritus nollet conuerti, ſtatim maritus teneẽ reſtituere dotem uxori, & hoc fuit introductum fauore Fidei, cùm ipſa ſit conuerſa ad meliorẽ uitam. Abb. in cap. 1. de donat. int. uir. &
24 uxor. Borgnin. deciſ. 21. nu. 7. par. 2. † Secus tamen eſt, ſi maritus conuertatur ad Fidem, & uxor remaneat in infidelitate, tunc maritus non tenetur ſtatim dotem reſtituere, ſed donec duxerit uxorem aliã penes ſe retinet dotem, ut de illius fructibus ſe ipſum, eiuſque filios, & familiam alat, benè uerum tenetur etiam uxorem alere ex dictis fructibus, & ſi quid ſupereſt de fructibus prædictis, eſt ipſius uiri, ut latiſſimè probat Borgnin. d. deciſio. 21. ubi num. 13. ſic refert deciſum; non cumulo rationes eius, nam penes illum uideri poſſunt, ubi etiam reprehendit Bald. Nouell. qui tenebat contrarium.

SVMMARIVM.

VXor an teneatur ad debita cõtracta per virũ occaſione alimentorum, explicatur n. 1. & 2.

Pater reſtituens dotẽ filio, quam ſimul cũ filio recepit, an liberetur, vel nurus contra illum, & eius hæredem habeat actionem, declaratur nu. 3. & 4.

Dos, quæ per aſſecurationem fuit vxori reſtituta, non reuertitur amplius ad virum, etiam factum diuitem. nu. 5.

Exactio dotis, & antefati an impediatur, ſi vxor eſſet tutrix filiorum, & deberet reddere computum. num. 6.

Actio recuperandi dotem datur mulieri, etiam ſi dotans ſibi ſtipulatus ſit reſtitui dotem. nu. 7.

Bona materna dantur filijs, ſi nõ poſſint morari cum patre. nu. 8.

Fundus dotalis, ſi deterioretur, vel melioretur, in cuius beneficiũ, vel damnum id fiat. nu. 9.

Pater, ſi ſimul cum filio recipiat dotem, ipſe ſolus præſumitur dotem habere. num. 10. Si filio dedit antefatum, an etiam pro reſtitutione dotis ſit obligatus. num. 11.

Ornamenta magni valoris an præſumãtur donata ſponſæ. nu. 12. & 13.

Dotata ſuccedit, collata dote. nu. 14.

Filius an ſuccedat, ſi conſumpſit donationem illi factam contemplatione matrimonij. nu. 15.

ADDITIONES ad quæſt. 6. & 7.

1 SVb nume. 10. & ſeqq. quæſtion. 6. ſi uxor teneatur ad debita contracta per uirum occaſione alimentorum. Adde, quòd opinionẽ negatiuam, quam ego hic defendi num. 15. pluribus medijs, & rationibus comprobat Fontanell. uarios Auctores, & deciſiones cumulans in tract. de pact. nuptial.

claus.4.gloſ.9.par.5.nu.171. cum plurib.
ſeqq. Quamuis Surd.conſi.420.vol. 3. co-
2 netur probare,† quòd ſi maritus eſſet pau-
per,ſic etiam pater; tunc in ſubſidium te-
nerentur vxor in defectum viri, & liberi
in defectum parentum: quæ opinio habet
pro ſe æquitatem, quamuis, vt dixi nu.15.
& ſeqq. in puncto iuris contraria opinio
3 ſit verior: † Pôt êt hic determinari q̃ſtio,
quòd, ſi pater ſimul cum filio recipiat do-
tem, deinde volentibus filio, & nuru re-
ſtituat illis dotem, valeret reſtitutio, nec
poſſet vxor poſtea,& ſic nurus, ſoluto ma-
trimonio per mortem viri petere dotem
ab hæredibus ſoceri, dummodo ſocer, &
ſic pater ante dotis reſtitutionem eman-
cipaſſet filium, ita Bart. in l. ſanè. ff. de iur.
dot. Caſtrenſ. Bald. Nouell. & alij, quos
probat Afflic. deciſ.349. vbi eius Addẽtes
alios cumulant; tenent etiam Cyn. & alij.
in l.1. C. ſi conſtant. matrimo. dos ſoluat.
poſt Gloſ. Bald. in l. vbi adhuc. col. penult.
verſ. formatur etiam alia quæſtio. C. de
iur. dot. vbi affirmat, quòd maritus regu-
4 lariter liberatur.† Deberet tamen dos re-
ſtitui cum iuſta cauſa, & ideò ſi appareret
aliquo modo reſtitutionem eſſe in damnũ
vxoris, ei non noceret reſtitutio, vt poſt
alios not. Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 349. vbi
in fin. tradit cautelam, vt reſtitutio dotis
fiat cum decreto Iudicis, vel dos depona-
tur in publico banco, vt conuerti poſſit
in emptionem tot annuorum introituũ,
vel ad minus deponeretur penes merca-
5 torem ad honeſtũ lucrum.† Verùm, quan-
do reſtitutio fit ratione aſſecurationis
iuxta dicta ſuperius quæſtio. præced. tunc
etiam ſi vir efficeretur poſtea diues, dos
remaneret penes vxorem, nec maritus
poſſet illam repetere. Bart. in l. ſi conſtan-
te, circa fin. verſ. nonò quæro. ff. ſol. matr.
vbi Alex. Bald. & alij, quos probat Cam-
peg. in tract. de dot. par.3. n.4.
6 Sub num. 1. quæſt. 7. adde, quod exactio
dotis, & antefati non impeditur, ſi mater
eſſet nutrix filiorum; & ei opponeretur
exceptio reditionis computorum, & ita
ſeruari in Sacro Conſil. refert Reg. Tapia
in ſuo opere pragm.5. de offic. Sacr. Conſ.
nu.11. de quo meminit Io. Bapt. de Thor.
7 in verb. exactio dotis an impediri.† Com-
petit etiam illi actio recuperandi dotem,
ſoluto matrimonio, quamuis in capitulis
matrimonialibus pater ſit ſtipulatus ſibi,
& hæredibus ſuis reſtitui dotẽ, & ita fuit
iudicatum in Sacro Conſ. prout teſtatur
Vinc. de Franch. hic in conſuet. ſi qua mo-
riens. fol.195. in addit. incip. An autem,
de quo mẽminit idem de Thor. vbi ſupra
in verb. actio recuperandæ dotis: nam illa
cautela prodeſſet patri, quãdo filia ei præ-
decederet ſine liberis, vt dixi ſupra par.4.
q.46. in additio.
8 Sub num.8. de reſtitutione dotis, & bo-
norum maternorum, ſi filij non poſſent
morari cum patre, adde diſcuſſa ſuperius
q.2. & Mutam ad conſuet. Panhorm. cap.
47. num.37. & ſeqq. Quod autem dicitur,
9 † vt fundus dotalis, qui non fuit datus æ-
ſtimatus, reſtituatur, elapſo anno, adde,
quòd, ſi eſſet deterioratus, tenerentur hæ-
redes viri ad deteriorationẽ reſarciẽdam,
ſicut è contra, ſi eſſet melioratus, tunc me-
liorationes eſſent eorundem hæredum
viri, vt habetur in l. ſi æſtimatis. ff. ſol. ma-
trimo. latiſſimè Barboſ. & probant alij,
quos ſequitur Mut. d. cap. 47. num.39. &
ſequentib.
10 Sub nu. 17. quòd dos præſumitur per-
ueniſſe ad patrem, adde, quòd de hac ma-
teria tractant DD. in l. ſi cùm dotem. §.
tranſgrediamur. ff. ſol. matrim. ad quos ſe
remittit Monticula in tract. de inuentar.
cap.9. nu.240. tom.8. tract. par.2. fol. 226.
& plures alij, quos ferè in vnum congerit
Maſtrill. deciſ. 46. vbi etiam cumulat te-
nentes contrarium, & in fi. not. deciſum,
11 † vt quando pater dediſſet filio antefatũ,
quòd non eſſent hypothecata bona eiuſ-
dem patris pro reſtitutione dotium, ſed
de hoc dixi ſupra par.4. titu. de renunc. q.
vlt. num.21. & ſeqq. Surd. conſi.150. nu.
34. & ſeqq. vol. 2. & conſi.321. num.1. vt
pro medietate dicatur dos ad patrem, &
pro alia medietate ad filium perueniſſe, ſi
in inſtrumento ſunt confeſſi dotem rece-
12 piſſe. Sub n.18. & ſeqq. de corredo, adde,
quòd ornamenta magni valoris, miſſa per
ſponſum ad domum ſponſæ, in dubio nõ
præſumuntur donata, vt poſt Napoda. &
alios plures notat Capyc. in cõſuet. ſi qua
moriens, ſub num. 41. & ſeqq. fol. 203. in
addit. nota ex iſta gloſ. & eadem additio
habetur in conſuet. Lotther. in d. conſuet.
ſi qua moriens fol. 45. col. 3. & in ſponſo
de futuro ſic refert deciſum in cauſa Ma-
gnifici Iulij Scalaleonis cum hæredibus
13 Magnifici quondam Vmbriani.† Verùm
in praxi ſeruatur, vt quicquid donatur
mulieri tempore, quo eſt in domo patris,
vel aliorum conſanguineorum, ſit eiuſdẽ
mulieris, & de eo diſponit ad libitum, ſe-
cuto

Digitized by Google

cuto matrimonio, ſecus verò, ſi non ſe-
quatur; vt dixi etiam par.7.q.9.nu.8.& 9.
Et eſt communis obſeruantia; & ideò de-
ciſio relata fuit inter ſponſos de futuro, &
ſic non præſupponitur fuiſſe ſecutum ma-
trimonium.

14 Sub nu. 22. Vt ſoror dotata ſuccedat,
collata dote, vel, ſi dos ſit conſumpta, ſuc-
cedat, collata actione exigendi dotem, ad-
de poſt alios Borgnin. deciſ. 18. num. 23.
par.2.& Valaſc. de quibus meminit Ioan.
Bapt. de Thor. in verb. ſoror maritata à
15 patre. † & iddem eſſet in donatione fa-
cta contemplatione matrimonij, quoties
eſſet conferenda, vt dixi ſupra par.4.q.25.
num.7.cum ſeqq. etiam in additio. nam
procedit, ſi illa bona extarent, quia ſi eſ-
ſent conſumpta abſq; culpa, & dolo filij,
admitteretur filius ad ſucceſſionem abſq;
collatione, vt patet ex dictis d.num.22.&
poſt alios tenet Fontanel. in tract. de pact.
nuptial. clauſ.4. gloſ.1. nu.45. & ſeqq.

SVMMARIVM.

FRuctus dotis à morte viri incipiant eſſe vxoris, vel ſint hæredum viri, declaratur nu. 1.

Maritus recipiens in ſolutum aliquod nomen debitoris, an ſibi præiudicet, ſi ille non ſit ſoluendo, explicatur nu.2. & 3. Si adminiſtret bona extra dotalia vxoris, an faciat fructus ſuos, traditur nu.4. & 5. Si ſimul cum vxore aliqua bona vendat, ad quem præſumatur perueniſſe pretium. num.6.

Vxor habet electionem petere pecuniam, vel bona empta ex pecunia dotali. numero 7.

Maritus, habens electionem petendi pecuniam, vel aliqua bona, an ſibi præiudicet, ſi ſemel vnum eligat. nu.8.

Bona empta ex pecunia dotali, efficiuntur dotalia, & iddem procedit, ſi emantur ex pecunia antefati, & deciſiones hincinde referuntur. nu 9. & ſeqq.

Mulier an poſſit mutare formam priorũ capitulorum matrimonialium, explicatur num.12. Vt ſecundo nubat, an poſſit dare omnia bona ſua ſecũdo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij. nu.13 & 14.

ADDITIONES
ad quæſt. 8.

1 SVb num.6. vt à morte mariti fructus dotis ſint vxoris, quando maritus non habet electionem iuxta diſcuſſa num.5.& 6. fuit iudicatum in Sacro Conſil. die 25. Maij 1597. in cauſa Camillæ Scoppæ cum hæredibus eius viri, vt refert Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapol. in verb. fructus percepti ex introitibus.

2 Sub num.7.& ſeqq. Adde, quòd, ſi maritus pro dote recepiſſet aliqua bona in ſolutum, vel aliquod nomen debitoris, tunc periculum pertineret ad ipſum virum, nõ autem ad vxorem. l. ſi extraneus, & l. dotem à patre. ff. de iur. dot. cum alijs cumulatis per Surd. conſil. 269. volum.2. ſed dixi part.18. q.24. de contrah. empt.
3 † Attamẽ nec vxor, nec filij poſſunt quic-
quam prætendere de fructibus dotis; quia
in illis potuit maritus ſibi præiudicare,
quia ſui ſunt, vt patet ex d.conſi. 269. &
dixi etiam par.4.q.10.nu.15.& ſeqq. cõſ.
4 11. & ſæpe alias. † Si tamen maritus ad-
miniſtraſſet bona extra dotalia vxoris, vt
ſunt illa, quæ vxor habuit ex aliena ſuc-
ceſſione, vel ex alia proſpera fortuna; ſic
etiam ſi adminiſtraſſet bona paraphernalia
eiuſdem vxoris de voluntate vxoris,
tunc maritus faceret fructus ſuos, nec te-
nerentur hæredes viri reſtituere fructus
dictorum bonorum vxori, ſed ſolùm ca-
5 pitale reſtituunt, † ſi tamen contra vxo-
ris voluntatem maritus dicta bona admi-
niſtraſſet, tunc ſont reſtituendæ vxori, &
fructus dictorum bonorum. l. ſi ſtipulata.
ff. de donat. int. vir. & vxor. Bar. & alij in
l. fin. ff. ad leg. Falcid. poſt alios Surd. conſ.
290. vol. 2. vbi exactiſſimè materiam iſtã
examinat.

6 Inſuper ſi maritus ſimul cum vxore bona dotalia vendidiſſet, tunc maritus teneretur hæredibus vxoris, vel hæredes mariti tenerentur ſoluere vxori ſolùm pretium, quo bona illa fuerunt vendita. Bart. conſi. 124. Boer. deciſ. 23. nu.6. Alex. Barbat. Crauett. Neuizan. Roland. Oſaſc. & alij, quos probat Surd. conſi. 330. volum. 3. vbi etiam quædã contraria ſoluit, quia, dum pretium rei dotalis efficitur dotale, ut poſt alios dixi par.2. tit. de bon. q.3. nõ tenetur maritus plus reſtituere, quam re uera accepit: ſed intelligitur, ceſſante fraude.

fraude, & quando maritus utile negotiũ
geſſit, vt colligitur ex diſcuſſis par. 8. & 9.
7 Quod dicitur num. 13. vt vxor poſſit
etiam petere bona empta ex pretio rei do
talis, notandum eſt, quòd, ſi ſemel elegerit
pecuniam habere, vel bona empta, non
datur poſtea variatio, ex quo, dum alicui
competunt duo remedia, & vnum ex illis
elegit, præſumitur alteri renuntiare. l. in
delictis. §. ſi detracta. ff. de noxal. l. quod in
hæredem. §. eligere. ff. de tribut. act. Barto.
in l. cum, qui certarum. §. fin. ff. de verbor.
oblig. Socin. iun. Neuizan. Capyc. Oſaſc.
& alij, quos probat Surd. conſi. 413. præ-
cipuè nu. 7. & ſeqq. vol. 3. loquens in dote,
8 † quòd ſi maritus haberet electionem exi-
gere dotem in pecunia, vel in bonis ſtabi-
libus, ſi ſemel cœpit exigere in pecunia
non poteſt variare, vt petat bona ſtabilia;
quod latiſſimè proſequitur.
9 Ad confirmationem, vt bona empta ex
pecunia dotali ſint dotalia, adde, quòd
procedit etiam in antefato, & ideò, dum
Mariæ de Ram eſſent adiudicata bona
Iulij. Mortmilis eius viri pro reſtitutione
antefati cum poteſtate diſponendi de illis
bonis ad eius libitum, & poſtea accidiſſet
quæſtio in Sacro Conſil. inter hæredes di-
ctæ Mariæ, an illa bona ſuccederent loco
antefati, tamen per Sacrum Conſil. in an-
no 1573. die 12. Ianuarij ad relationem
Vincentij de Franch. fuit iudicatum bo-
na illa ſuccedere loco antefati; & quòd in
eorum medietate ſuccederent proximio-
res ex parte patris, vnde antefatum pro-
uenit, vt patet ex dicto proceſſu fol. 217.
10 † eſt bene verum, quòd, dum eſſet recla-
matũ a dicta ſententia, & cauſa fuiſſet re-
lata in Conſilio Collaterali ſub die 7. Iulij
eiuſdem anni fuit reuocata dicta ſentẽtia,
vt notat noſter de Pont. conſi. 128. ante
nu. 26. referente vol. 2. qui conatur pro-
bare bene fuiſſe prouiſum per dictũ Col-
laterale Conſilium, ex quo per illam ad-
iudicationem bonorum cum facultate
vendendi, dominium dictorum bonorum
tranſiuit in vxorem, ex regula text. in l. à
Diuo Pio. §. ſi poſt addictum pignus. ff. de
11 re iudic. † Attamen hæc ratio mihi non
videtur vrgere; nam etiam bonorum do-
talium vxor dominium habet, ſic etiam
bonorum emptorum ex pecunia dotali,
& tamen in illis ſuccedunt vocati per cõ-
ſuetudines, itaque videtur dicendum, vt
procedant termini relati ſupra par. 2. tit.
de bon. quæſt. 5. etiam in additio. vt dum
ſumus in bonis antiquis, bona empta ex
pretio dictorum bonorum ſuccedãt loco
eorundem bonorum, vel ſecundò, quia,
licèt in adiudicatione fuerit mulieri data
facultas diſponendi de illis bonis, iam
præſumitur facultatem habere, vt diſpo-
nat, ſeruata forma conſuetudinis, vt mil-
lies replicatum eſt.
12 Sub nume. 27. & ſeqq. vt mulier poſſit
mutare formam capitulorum matrimo-
nialium, adde ita fuiſſe iudicatum in Sac.
Conſil. vt retuli in fine quæſtionis, & pro
Marchione Turris conſuluit noſter de
Ponte, vt habetur conſi. 35. vol. 1. & pro
Marchione Lauri conſuluit Anna conſi.
79. & ſic fuit iudicatum contra iſtud Con
ſilium Fabij de Anna: & de prædictis
meminit de Thor. in verb. mulier, quę pri
mo loco contraxit, & in verb. mulier, quę
primis nuptijs: & faciunt latè diſcuſſa
per Iacob. Canar. lib. 1. varia. reſolut. cap.
8. num. 88. & etiam quæ tradidit Surd.
conſi. 397. num. 22. & ſequentib. & conſi.
13 401. num. 2. volum. 3. † quòd aliquibus
in locis ſunt facta ſtatuta ad hoc, vt mu-
lier poſſit nubere, nempe, vt ſecundus vir
poſſit lucrari totam dotem: & multi di-
cunt, vt hoc procedat etiam in præiudi-
cium filiorum primi matrimonij, vt per
Roman. conſi. 44. num. 5. & ſeqq. tenent
etiam Socin. Pariſ. Alciat. Menoch. &
alij plures penes Surd. d. conſi. 397. num.
14 22. & 23. † Sed hoc vltimum non eſt
verum, & contrarium tenuit Rayner. de
Forliu. quem ſequuntur Signorol. Caſtrẽ.
Curt. ſen. Iaſ. Curt. iunior, & Brun. quos
probant Roland. in tracta. de lucr. dot.
quæſtio. 34. Pbanut. Campeg. & alij, quos
tandem ſequitur Surd. loco citat. num.
24. & 25. quæ opinio verior eſt, & æ-
quior; cùm enim talia ſtatuta ſint exor-
bitantia, debent intelligi in caſu ſuo, nem
pe, quando vxor non haberet filios ex
primo matrimonio, ſi enim ſtatutum ex-
preſſè non corrigeret text. in l. hac edi-
ctali. C. de ſecund. nupt. iam in dubio non
præſumitur correptus, & quando corri-
gitur non poteſt tolli legitima filiorum
primi matrimonij: ſed de hac materia
diſputaui ſuperius par. 3. ferè per totam,
etiam in additio. præcipuè quæſt. 11. &
ſequentib.

SVM.

SVMMARIVM.

COmpenſatio etiam in dote datur non obſtante Conſuetudine in contrariũ. num. 1.

Exactio fit inſolidum, etiã pro legato dotis. nu. 2.

Fructus, non autem proprietatis habetur ratio, dum quis tenetur in quantum facere poteſt. nu. 3.

Teneri quis in quantum facere poteſt, habetur ratio fructuum, non autem proprietatis. nu. 3.

Socer pro dote tenetur inſolidum in bonis, ſed non poteſt carcerari. nu 4.

Dos promiſſa, & à viro confeſſata, an habeat priuilegia dotis. nu. 6. & ſeqq.

Dos confeſſata, vt reſtituatur, an poſſint alienari bona ſubiecta fideicommiſſo; explicatur nu. 8.

Onus ſoluendi alimenta vidua eſt perſonale. num. 9.

Mater, ſi ſit tutrix filiorum, an præſumatur remittere intereſſe dotium, & iurium dotalium? nu. 10. & 11.

Tutor ſibi non ſoluens vſuras de bonis pupilli præſumitur eas remittere. nu. 12. An idem procedat in procuratore. num. 13.

Alimenta, & intereſſe iurium dotalium qualiter taxentur. num. 14. Debentur etiam, lite pendente. nu. 15.

Fructus dotis an ſint hæredum viri, traditur nu. 16. & 17.

Vxor an excomputet in dotem fructus perceptos ex bonis viri, traditur numero 17.

ADDITIONES
ad Quæſt. 9. & 10.

SVb num. 3. quæſt. 9. Adde
Afflict. deciſ. 121. nu. 4. &
ſeqq. cum alijs cumulatis
ſupra de renunciat. q. 1. nu.
17. & Ioan. Bapt. de Thor.
in verb. compenſatio an admittatur ad-
1 uerſus inſtrumentum dotale, † quòd con-
ſuetudo non tollit ſimpliciter compenſa-
tionem, & retentionem.
2 Adde etiam, quòd ſi alicui puellæ eſſet
factum legatum nomine dotis, adhuc poſ-
ſit exigi in ſolidum ab vno ex pluribus
hæredibus teſtatoris, vt poſt alios probat
Vinc. de Franch. deciſ. 581. de quo n. emi-
nit idem de Thoro in uerb. legatum puel-
3 læ factum. † uerùm illi, qui tenentur in
quantum facere poſſunt, non habetur ra-
tio proprietatis bonorum, ſed ſolùm ha-
betur ratio fructuum dictorum bonorum.
l. qui bonis. ff. de ceſſ. bonor. ubi Bart. dicit
illum tex. mirabilem, & ſingularem; quẽ
textum commendant etiam Ioan. Andr.
& Anchar. quos probat Carrot. in tracta.
de locat. & conduct. par. 5. q. 3. nu. 32. fol.
224. & faciunt dicta ſuperius par. 5. q. 5.
num. 4. cum ſeqq. quia in alimentis habe-
tur ratio fructus bonorum; non autem ue-
ri ualoris proprietatis eorundem bono-
rum.
4 Sub num. 8. ut ſocer pro dote exigatur
inſolidum, adde Theſaur. deciſ. 153. ubi
tractat quid ſit obſeruandum in alijs ſta-
tutis. Attamen Minad. deciſ. 2. de quo me-
minit de Thor. in uerb. ſocer. refert, ut
aliquando Sacrum Conſilium, ſequendo
equitatem, iudicauerit contrarium, nem-
pe, ut non carceraretur, ſed ſolùm exe-
querentur bona, quia inhumanum uide-
tur, dum filium amitit, & bonis inſolidũ
priuatur, ut etiam carceres patiatur, &
hæc opinio mihi placet.
5 Sub num. 9. Adde etiam Peregri. deciſ.
30. nu. 90. & 93. par. 3. & eund. de Thor.
in uerb. conſuetudo Neapolitana loquẽs
de reſtitutione dotis, & in uerb. exactio
dotis, & de eadem deciſione in d. cauſa
Franciſci de Tetis meminit Lotther. in
conſuet. ubi dos. fol. 55. ut exactio in ſoli-
dum non fiat in antefato, ſed ſolùm pro
dote.
6 Sub num. 13. & ſeqq. ut dos promiſſa,
& à uiro confeſſata habeat hypothecam,
& pro ea detur mulieri aſſecuratio in bo-
nis uiri in damnum creditorum, adde plu
res alios penes eund. de Thor. in uerb. aſ-
ſecuratio dotis an ſit facienda, quàmuis
Menoch. conſi. 720. uol. 7. teneat oppoſi-
tum, ut prælatio non ſit quòad creditores
poſteriores, qui in ſpecie probauerũt rea-
lem numerationem crediti, ſed ſit præla-
tio quòad credita confeſſata tantùm, ut in
7 his præferatur mulier. † Verùm in caſu
Menochij aderat ſuſpitio fraudis, quam
ſuppono abeſſe in dote confeſſata per ma-
ritum, quia dum præcedit promiſſio do-
tis, & poſtea ſequitur confeſſio, præſumi-
tur maritus dotem recepiſſe, & qui aſſerit
contrarium tenetur probare. Eſt bene ue-
rum, quòd ſi eſſet dos confeſſata tantùm,
tunc

Digitized by Google

tunc haberet locum contraria opinio;
8 † nam etiam pro reſtitutione dotis confeſſatæ non habet locum diſpoſitio tex.in Auth.res quæ.C.commun. de legat. quia, ſi cum effectu non probetur ſolutio dotis, pro eius reſtitutione non poſſunt alienari bona ſubiecta fideicōmiſſo, vt poſt Angel. Rip. Padill. Socin. Ien. Pariſ. Ruin. Rub. Rolan. & Petram probat Menoch. lib.4.de præſumpt.præſump.190. nu. 50. & 51. quia hoc priuilegium conceſſum eſt doti veræ, & propriæ, non autem doti confeſſatæ, quæ præſumpta dicitur, & vt plurimum eſt confeſſio ſimulata in præiudicium creditorum: ſed ſi appareret aliquo modo de ſolutione ceſſat talis ſimulatio, & priuilegium haberet locum, quia tunc eſſet vera dos non confeſſata tãtùm, vt patet ad ſenſum, quàm etiam ſententiã probat poſt alios Vinc. de Franch. deciſ. 613.num.8. ſed vt dixi, debet præcedere promiſſio, aliàs enim ſemper præſumeretur fraus, ſaltem quòad anterioritatem.

9 Sub num.6.quæſt.10.vt onus ſoluendi alimenta vxori viduæ ſit perſonale, adde Nunc. Pellic. Scipion. Bucin. & Capyc. penes eund.de Thor.in verb. alimenta an debeantur vxori, ſoluto matrimonio, & in verb. ſeq. vbi ponit aliquas limitationes quòad hanc materiam.

10 Sub num. 7. cum ſeqq. Adde, quòd eò magis procederet remiſſio intereſſe dotium, ſi vidua eſſet tutrix filiorum, tunc enim ſi expreſsè non appareat contrariũ, præſumitur remiſiſſe intereſſe dotis, ex quo ſibi imputandum eſt, cur de bonis pupillorum non ſoluit ſibi alimenta, ac in-
11 tereſſe dotium, † & hoc procedit etiam ſi ex forma ſtatuti, vt hic euenit, certum quid eſſet debitum vxori, pendente reſtitutione dotium, vt conſuluit Socin.conſ. 126.nu.5.vol. 1.quem poſt Plot. ſequitur Surd.conſi.290.ſub nu.33.vol.2.ex tex.in l.quoties.§.ſicut autem.ff.de adminiſtr.tu-
12 tor.quo ſãcitur, quòd, † ſi tutor à ſe ipſo non exegerit debitum pupilli, non poteſt conſequi vſuras de bonis pupilli, quia culpa ſua, & non pupilli illas non exegit, & conſequenter videtur vſuras remiſiſſe, & hunc tex.dicit vnicum, & ſingularem, Roman.conſi.187. nu. 5. quam ſententiã poſt Afflict.deciſ.13.nu.16. & ſeqq. Bald. Caſtr.Crauet.Caual.& alios probat Surd. loco cit.& etiam conſi.365.vol. 3. vbi la-
13 tiſſimè probat, quòd, † ſi tutor, vel procurator ad exigendum non ſoluerint ſibi vſuras eidem debitas, in dubio præſumitur eas remiſiſſe, dummodo non adſit iuſta cauſa, ob quam non exegerint: & faciunt quæ dixi ſupra part. 3. quæſt.2. in additio.

14 Sub num.15.cum ſeqq. circa præſtationem alimentorum, & intereſſe iurium dotalium, adde, quod in anno 1471.die 5. Octobris in Caſtro Nouo Neapolis Rex Ferdinandus in cauſa Franciſcæ de Vrſinis, relictæ quondam Marchionis Piſcariæ ſuper petitione alimentorum, ac intereſſe dotium intra annũ luctus ſic prouidit (quòd habeat alimenta, ſiue vſumfructum ſupra petitum, taxandum, & moderandum per Illuſt. Duces Andriæ, & Aſcoli, & Comitem Magdaloni) qui tres Viri in eodem anno die 14.eiuſdem menſis Octobris taxauerunt in vncijs 45. ſoluendis ſingulis annis, tàm pro alimentis, quàm pro intereſſe, ſeu vſufructu dotium, & iurium dotalium, donec ſibi fuerit de dictis dotibus integrè ſatisfactum, itaque non fuit deciſus articulus quòad alimenta, ſed quòad uſumfructum dotium, vt legitur in dicto proceſſu, nũc penes Actuarium de Mondellis. Fundatur deciſio in
15 illo principio; † quia, lite pendente, ſolui debet viduis intereſſe dotium debitum ſecundùm conſuetudines, vt fundat Afflict. deciſ. 93.nu. 2. vbi ſic etiam deciſum refert in Sacro Conſil. An autem infra annum luctus debeantur viduæ alimenta, vel intereſſe dotium, patet ex dictis in hac quæſt.10.per tot.

16 Sub num.21. & ſeqq. De fructibus dotis, vt cedant in beneficium hæredũ, adeſt quædam additio Lotther.in conſuet.viro mortuo fol. 57. quæ ſic habet. *[Vide in eadem gloſ.in fin.& vide Paul.de Caſtr. in conſi.386.vbi examinat, an vxor, quæ percepit fructus ex re mariti pro dotibus ſibi debitis, debeat illos ſibi excomputare in dotem, & Laurent.de Rodulph.in ſuo tract.de vſur.& aduerte, nam quamuis Napod.concludat pro parte affirmatiua, tamen dicitur, quòd nunquam Sacrum Conſilium voluit ſecundùm hanc determinationem iudicare; & propterea hic diebus cùm Dominus Moccia, vt hæres quōdam Magnifica Diana Moccia ſuæ ſororis repeteret à Domino Spata de Conſtantio, viro dictæ Dominæ Dianæ dotes cum vſufructu, dictum Sacrum Conſil. pro neutra parte hoc decidit, ſolum enim condemnauit in dotibus, reſeruata ſcilicet*

Digitized by Google

licet deliberatione quòad vſumfructũ.]

17† Duo dicit hæcadditio. Primum, ſi vxor teneatur excomputare in dotem fructus perceptos ex bonis viri ſibi obligatis, & de iure cõi pars affirmatiua eſt uerior, vt ſcripſerunt Innocẽ. Hoſt. Io. Andr. Butr. Cardin. Abb. & Anan. in c. ſalubriter de vſur. & alij plures penes Surd. conſi. 194. vol. 2. & dixi ſupra hoc titulo q. 5. in addition. Sed hoc non procedit ſecundùm noſtras conſuetudines, quia per illas eſt taxatum intereſſe dotis, vt patet ex dictis in hac quæſt. 10. & fuit hoc ſancitum ad tollendam omnem dubitationem. Alterum, quod dicit, eſt, cuiuſnam ſint fructus, ſiue intereſſe dotium, & hoc eſt etiam diſcuſſum in hac quæſt. 10. ideò non eſt amplius immorandum.

SVMMARIVM.

VXor, ſi reliquatur vſufructuaria omnium bonorũ viri reſoluitur legatum in alimẽta, ſi adſint filij, & ſic deciſum refertur. num. 1. & 2.

Legatum factum alicui, cui debetur legitima, an præſumatur factum animo compẽſandi cum legitima, explicatur num. 4.

Legatum vſuſfructus, licèt non imputetur in legitima deſcendentium; imputatur tñ in legitima aſcendẽtium, & ratione probatur ſub nu. 4 5. & 6.

Legatum factum alicui ſoluendum infra certum tempus, & interim hæres ſoluat legatario certum quid pro intereſſe an valeat, traditur nu. 7.

Vſura non committitur, quando aliquis accipit oblatum liberaliter. nu. 8.

Salarium pro opere, patrocinio, vel adminiſtratione non debetur, niſi actu ſiãt adminiſtratio, &c. nu. 9.

Mulier nubens intra annum luctus, à lege præſumitur inhoneſta, quod declaratur nu. 10. An teneatur reſtituere veſtes lugubres, & alimenta per prius percepta, traditur nu. 12.

Pœnæ impoſitæ contra mulieres nubentes iutra annum luctus, explicantur nu. 11. & 12.

Molfeſius impugnatur in illo iuris articulo, Vt alimenta nou compenſentur cum intereſſe dotis, & antefati. num. 13. cum ſeqq. Attamen optimis medijs à calumnia aduerſariorum ſe tuetur, & viuis rationibus demonſtrat, eos non capere difficultatem articuli, & contraria ſoluit. num. 20. & ſeqq. Diſtinguens tres articulos in hac quæſtione.

Compenſatio legati alimentorum, vt nõ fiat cum intereſſe dotis, & antefati, deciſiones referuntur, & rationes. nu. 14. cum ſeqq. Sed procedere oſtendit Auctor, ne fiat compenſatio cum capitale dotis, & antefati. nu. 21. & ſeqq. Vel ſecundò, quando maritus legaſſet alimenta, & in ſimul legaſſet etiam dotem, & antefatum. nu. 38. & ſeqq.

Legatum factum à debitore creditori, ſi erat debitor voluntarius, non præſumitur factum animo compenſandi, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, quod explicatur num. 15. & ſeqq. Ideò compenſatur cum legitima, vel cum dote debita filijs. num. 17. Procedit tamen ſecundùm quautitatem legati, quod explicatur nu. 32.

Debitum dicitur merè neceſſarium, quoties obligatio inducitur principaliter per legem ex quaſi contractu alterius. num. 18.

Compenſatio an detur cum eo, quod tempore relicti non erat debitum, declaratur nu. 19. & num. 32. & ſeqq.

Maritus dicitur voluntariè debitor reſtituendi dotem, quia poterat ſine dote recipere vxorem. nu. 23. & 28.

Legatum factum ab vno coniuge alteri, compenſatur cum lucro illi debito ex forma ſtatuti. nu. 29.

Intereſſe dotis, & antefati cenſetur remiſſum, ſi mater ſimul cum filijs habitaret. nu. 33.

Debitum eſſe aliquid, viuente teſtatore, vel incipiat deberi poſt eius mortem, ex cauſa tamen, quæ habet originem, viuente teſtatore paria ſunt. nu. 34.

Scipio Rouitus laudatur. nu. 35.

ADDITIONES
ad Quæſt. 11.

1 SVb num. 1. vt ſi vxor relinquatur Domina, & vſufructuaria, legatum reſoluatur in alimenta ſecundùm conſuetudinem Bulgari. Adde Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 47. num. 103. cum ſeqq. vbi poſt alios probat, vt

etiam è contra procedat, ſi vxor reliquerit virum Dominum, & vſufructuarium ſuorum bonorum, & quamuis Facchin. lib. 5. controuerſ. iur. cap. 47. & multi alij moderni penes Caſtill. in lib. quotidianarum controuerſ. in tit. de vſufruct. cap. 45. Coler. in tract. de alimen. lib. 1. cap. 15. nu. 29. & ſeqq. inuehant contra dictam conſuetudinem, non tamen eſt recedendum à ſententia antiquorum, quæ verior, & receptior eſt etiam à maiori parte moder-
2 norum, † & ita fuit deciſum annis non longè decurſis in Sacro Conſilio, ad relationem Conſiliarij de Georgio, in cauſa Mineruæ Ferraræ cum Thoma Mengha, penes Iczum Actuarium, quod dum filius moritur in pupillari ætate, & alij eſſent ſubſtituti, quòd mater ex dicta Bulgari conſuetudine ſolùm habet alimenta, tradit etiam Surd. conſi. 218. vol. 2. & conſi.
3 363. vol. 3. vbi dicit hoc eſſe verum, † donec ſuperſunt filij, ſed illis mortuis ſine filijs, quia tunc ceſſat cauſa reſtitutionis, ideò vxor conſequitur legatum omnium fructuum bonorum viri, & iddem tenet conſi. 439. eod. vol. 3. vbi ſubdit, vt vxor poſt eius mortem cenſeatur grauata reſtituere omnia bona viri agnatis eiuſdem viri, vel hæredibus alijs inſtitutis, vel venientibus ab inteſtato, ne teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; ſed hoc debet intelligi, dummodo non adſit ſubſtitutio, vt ſuperius dictum eſt.
4 Sub num. 16. vt legatum relictum alicui, cui debetur legitima, cenſeatur factũ animo compenſandi cùm legitima, adde eundem Surd. conſi. 388. nu. 18. & ſeqq. vol. 3. quod intelligitur quando legatum conſiſtebat in proprietate bonorum, quia ſi eſſet factum legatum in vſufructu, illud non imputaretur in legitima, quia legitima debetur ex corpore bonorum, non autem ex fructibus, vt ſuperius par. 3. q. 6. & 7. dictum eſt; quamuis hoc aſſumptum ſit verum reſpectu deſcendentium, vt lo-
5 co citato dictum eſt, † habeat tamen controuerſia reſpectu parentum, quia in eis poteſt legitima relinqui in fructibus bonorum, & ſi relinquatur legatum vſusfructus, imputatur in ipſorum parentum legitimam. Bart. in l. in quartã. ff. ad leg. Falcid. vbi Alex. nu. 4. Bal. Rip. Rolan. Craſſ. Rodriq. Franch. Picus, & alij, quos probat Surd. d. conſi. 388. nu. 23. & ſeqq. qui dicunt eſſe receptiorem ſententiam, &
6 ratione ſolidiſſima mouentur, † quia de iure antiquo fiebat hæc imputatio ex fructibus etiam in filijs primi gradus. l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoffic. teſtam. & conſequenter cùm hodie ſolùm hæc diſpoſitio iuris antiqui ſit correpta in filijs primi gradus, vt explicant prænarrati Doctores, & veritas ſic ſe habet, & de parentibus nihil dictum ſit, vtique in illis remanet incorrepta diſpoſitio Iuris antiqui, & ſic fit imputatio, vt optimis medijs proſequitur Surd. loco cit. qui etiam quędam contraria ſoluit.
7 Sub num. 21. adde, quod idem dicimus nempe, valere legatum factum alicui, ſoluendum tamen infra triennium, vel aliud tempus, & donec ſoluatur, hæres ſoluat legatario aliquam quantitatem ratione intereſſe; tum quia teſtator cenſetur voluiſſe, vt ſtatim hæres ſolueret legatum legatario: ſed ob maiorem eius commoditatem ſolueret intra certum tempus, & interim, quoniam legatarius ex illo legato poterat lucrum habere, voluit teſtator, vt ob lucrum illud ceſſans haberet legatarius dictum intereſſe, vt de creditore dictum eſt, tum etiam quoniam in hoc caſu intereſſe ſoluitur ex mera voluntate legantis, nec ſolutio eſt contra iuris diſpoſitionem. Et ideò videtur quædam dona-
8 tio, ſiue aliud legatum, † & vſura non committitur, quando quis aliquid ab eo, qui animo liberali offert, oblatum accipit cap. ſicut Epiſcopum. 1. q. 2. cum alijs ad hoc propoſitum iam cumulatis per Surd. conſ. 23. tot. vol. 1. probat etiam poſt alios Alex. Raudenſ. cap. 25. variar. reſolut. nu. 3. & ſeqq. vbi alios cumulat.
9 Sub num. 24. adde quòd ſi alicui deberetur ſalarium pro opere præſtito, vt Aduocato pro patrocinio, Iudici pro eius ſalario, tutori pro eius adminiſtratione, & ſic de alijs; nullo modo deberetur, ſi actu, & cum effectu non ſeruiant, & adminiſtrent, quia, ceſſante onere, ceſſat etiam ſalarium, quod pro illo onere præſtabatur. l. generaliter. §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Bart. Roman. & alij plures, quos probat Surd. conſi. 42. per tot. vol. 1.
10 Sub num. 26. Adde, quod lex præſumit inhoneſtatem penes mulierem, quæ infra annum luctus trãſit ad ſecundas nuptias, ex quo non præſumitur caſtè vixiſſe, ſed potius adulterium commiſiſſe, durante primo matrimonio, & cum eo, cum quo ſecundo loco ſic celeriter contraxit. gloſ.

in §.

in §.fin.Authen.de reſtitutione,& e :,quę
parit in vndecimo menſe in verb. mali-
gnè,vbi Angel.gloſ.in c. fin.in verb. lega-
lis, in vltima opinione de ſecund. nupt.
cum alijs cumulatis per noſtrum de Pont.
conſi.3.ferè per tot. & præcipuè nu. 168.
cum ſeqq.vol.2.& dixi ſupra par.3.q. 22.
in addition.

11 Sub nu.27. Adde circa declarationem
pœnarum,impoſitarum contra mulieres,
quæ nubunt infra annum luctus, vt pro-
cedant hic diſcuſſa iuxta ea,quæ tradita
ſunt d. q.22.par.3.in addition. vt rema-
neant pœnæ, quæ ſunt in beneficium fi-
liorum primi matrimonij, aliæ verò ſub-
12 latæ ſint, vt ibidem explicatum eſt, † &
ideò poſt tranſitum ad ſecundas nuptias,
infra tamen annum luctus reſtituit mu-
lier veſtes lugubres, & reſtituit etiam ali-
menta interim percepta, quia ſub dicta
conditione cenſetur maritus vxori legaſ-
ſe alimenta, donec vidua permanſerit,
vt poſt alios fundat Pręſ.de Franch.deciſ.
231.vbi ſic refert deciſum in Sacro Conſ.
de quo poſt Nūc.Pellic.meminit Io.Bap.
de Thor.in compend. deciſ. Neapolit.in
verb. alimenta percepta per viduam:ſed
de hac illatione tractant Auctores citati
hic nu.25. quia multi tenent, vt amittat
alimenta in futurum, percepta tamen nō
teneatur reſtituere, vt per eos,& utrunq;
practicari poteſt ſecundum caſuum con-
tingentiam.

13 Cùm igitur hæc ſint addita circa orna-
tum huius quæſtionis, oportet nūc meip-
ſum defendere ab impugnationibus, ne
dicam calumnijs multorum, qui me im-
14 pugnarunt,& tenent, † vt alimenta reli-
cta vxori, non compenſentur cum inte-
reſſe dotis, & antefati, ſed utrunque illi
debeatur,& ultra deciſiones relatas nu.8.
& 9.ita etiam audiui fuiſſe arbitratum de
anno præterito 1615.per Fuluium Lana-
rium,huius noſtrę ętatis Aduocatum pri-
marium,& duos alios Doctores non con-
temnendæ auctoritatis in cauſa Angelæ
de Vrſo contra Iſabellam de Gregorio,
eius filiam,in banca de Sarro, & quod pe-
ius firmatum uidi,& atteſtatum in allega-
tionibus pro dicta Angela de Vrſo contra
15 me per hæc uerba. † [*Praterea infertur
ſecundò,quòd malè ſenſerit Reuerendus
Molfeſius,nouus Commentator ad con-
ſuetudines Neapolitanas in titu. de iur.
dot.par.6.q.11.nu.11.affirmando lega-
tum prædictum factum cenſeri animo
compenſandi: quod fundare videtur ex
eo,quòd maritus ſit potius debitor neceſ-
ſarius vxoris pro dote, vt puta à lege,
quàm voluntarius; habet enim ibi num.
18.omne debitum ex cauſa legali eſſe ne-
ceſſariū,& ratio refutationis huius opi-
nionis ea potiſſimum eſt,quia apertè fal-
litur in terminis prædictæ communis di-*
16 *ſtinctionis: † tunc enim debitum ex le-
gis diſpoſitione dicimus eſſe neceſſarium
omninò,quando ad illud aliquis obliga-
tur ſine facto, & voluntate ſua a lege,
vt in patre: vt autem debitum ex con-
tractu,vel quaſi dependens,licet neceſſa-
rium dici poſſit largiſſimo modo, ex quo
contractus licèt ſint volūtatis ab initio;
ex poſt facto tamen ſunt neceſſarij de iu-
re.l.ſicut. C.de action. & obligat.tamen
quia atterito initio,ſunt voluntatis,ideò
debitor ex contractu magis dicetur vo-
luntarius,quàm neceſſarius, ita Barboſ.
in d.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.nu.5.verſ.
tertio modo. Et propterea licèt maritus
ex legis diſpoſitione de neceſſitate tenea-
tur ad dotis reſtitutionem,negari tamen
non poteſt prædictum debitum, ſeu ob-
ligationem habuiſſe originem ab ipſo do-
tis contractu, quo maritus ſe obligando
teneri voluit ad dotis reſtitutionem.*]
Hæc ſunt verba prædicti Aduocati, quæ
ętiam accommodaui,vt politè in publicū
prodirent,dicit enim quędam alia verba,
quæ tendunt ad eandem diſtinctionem
de debito voluntario, & neceſſario: quæ
omitto,quia non vrgent, & retuli magis
vrgentia,& pungentia: ſed,vt infra dice-
tur,non ſunt ad propoſitum,nec percepit
difficultatem articuli.

17 Et plures alij eadem diſtinctione remo
uent hic à me diſcuſſa, & dant inſtantiam
de legitima, de dote, de quarta debita
vxori inopi, & ſic de alijs hic relatis, vt
ideircò in illis compenſatio detur, quia
veniunt ex diſpoſitione legis: quod non
eſt ſic in caſu noſtro.

Additur à me contra me ipſum ad eo-
rundem impugnantium defenſionem,
quia licèt replicari poſſet, vt cenſeatur
hoc euenire in quarta, & ſic de alijs deſu-
per expreſſis præter conſenſum viri, ſiue
patris,quia ex bono,& æquo obligant vi-
rum ad dandam quartam vxori pauperi,
18 † & ideò quoties obligatio inducitur
principaliter per legem ex quaſi contra-
ctu alterius, in hoc caſu dicitur debitum
merè neceſſarium, vt ſcripſit Bart.in l.1.

nu. 10. ff. de condit. indeb. Bald. Galliaul.
& alij, quos probat Barboſ. in d. §. ſi pater
ſub nu. 4. & nu. 10. & conſequenter iure
merito datur compenſatio, quod non eſt
ſic in caſu noſtro.

19 Additur tertiò, quia compenſatio non
datur cum eo, quod tempore relicti non
erat debitum, vt de quarta debita Epiſco-
po probat Couarr. ex communi ſententia
in cap. cùm in officij, de teſtam. probant
etiam Barboſ. in d. §. ſi pater nu. 31. Surd.
deciſ. 119. nu. 8. Sed intereſſe dotium, &
antefati non erat debitum vxori tempore
taſtamenti, nec tempore mortis teſtato-
ris, igitur nullo modo admittitur compē-
ſatio: & hæc duo motiua, quæ contra me
oppoſui, nec prædictus Aduocatus cogi-
tauit, magis vrgere videntur, quam eius
motiuum, quia illud nullius eſt momenti,
vt infra dicetur.

20 Verùm, prædictis non obſtantibus, ad-
huc perſiſto in mea ſententia, & teſtor
Deum, quòd mihi veriſſima videtur, &
ne terminos quæſtionum confundamus,
vt faciunt multi; in quæſtione noſtra ſunt
diſtinguenda duo capita. Primum eſt, ſi
legatum alimentorum, factum per mari-
tum vxori, compenſetur cum dote, & an-
tefato. Et aliud eſt, ſi compenſetur cum
intereſſe dotis, & antefati. In primo caſu
non diſcuſſi quæſtionem, quia clarum eſt,
21 † vt tale legatum alimentorom non com-
penſetur cum capitale dotis, & antefati,
& ſic procedit opinio Pauli de Caſtro, &
Pauli de Monte Pico, quos hic citaui nu.
8. & 9. cum addit. Capycij: hæc enim ſunt
verba Capycij d. fol. 242. ibi [Si vir le-
garet vxorem vſufructuariam, &c. & ſic
alimenta, an poſſit petere dotem, & habe-
re etiam alimenta legata, Paul. de Caſtr.
conſi. 248. quod ſic] & ſic fuiſſe deciſum
in Sacro Conſilio teſtatur Vrſill. ad Af-
flict. deciſ. 44. num. 10. de quo meminit
Ioan. Bapt. de Thor. in verb. legatum fa-
ctum à viro vxori in dubio: procedūt etiā
22 diſcuſſa per Surd. conſi. 112. † qui etiam
ob difficultatem articuli in compenſatio-
ne capitalis cum tali legato, variat factum
in caſu ſuo, & dicit, vt in eo ex coniecturis
non detur compenſatio, prout regulari-
23 ter non datur, niſi exprimatur, † quia
maritus recipiendo dotem, voluntariè ſe
obligauit ad illius reſtitutionem, nam po-
terat vxorem indotatam recipere. l. qui
dotem. ff. ſolut. matrim. l. ſi compenſandi.
C. de hæredib. inſtit. Barboſ. qui alios citat
in d. §. ſi pater ſub num. 6. §. nam maritus,
24 & ſub nu. 10. † ſic etiam faciunt latiſſimè
tradita per Rolan. conſi. 65. vol. 2. & per
alios relatos per Tuſch. in verb. legatum
factum concl. 141. ferè per totam, & in
ſpecie num. 7. & ſeqq. Igitur malè Aduo-
catus ex aduerſo aliquos ex illis, quia om-
nes non vidit, contra me citat, dum lo-
quuntur in compenſatione dotis, & non
in compenſatione intereſſe, & proinde,
ni fallor, ipſe fallitur in terminis.

25 In ſecundo igitur caſu eſt tota diſſen-
tio, & Ant. de Alex. d. fol. 242. quam Apo-
ſtillam etiam ad verbum ponit Ioā. Bapt.
Lotther. in ſuis conſuetudinib. fol. 58. col.
2. neſcio ſi ſua ſit, vel Antonij de Alexan-
dro, ſic habet [*Quid ſi maritus legauit*
vxori ſuæ alimenta, an hæredes non re-
ſtituentes dotem infra tempus, teneatur
ad hunc vſumfructum ſecundùm formā
huius conſuetudinis, fuit determinatum
in Conſilio Regio, quòd non, quia legatū
alimentorum confunditur, & cenſetur
factum animo compenſandi cum hoc de-
bito huius conſuetudinis, ita Alex. in l.
diuortio ff. ſolut. matrim. in princ. alle-
gans Bal. in l. ſi donaturus. de condit. ob
cauſ. licet Bald. videtur ibi aliter dicere,
& ita fuit iudicatum in cauſa vxoris
fratris D. Antonij de Capellis. Cogita.
Anto. de Alexandro.] Retuli hæc verba,
quia vanæ ſunt omnes reſponſiones, &
cauillationes, quæ ex aduerſo dantur ad
prædictam doctrinam, & deciſionē, pro-
bat etiam Nunc. Pellicc. ad conſuet. Auer
ſan. cap. 7. nu. 163. vbi de prædictis memi-
26 nit per hæc verba. † [*Alimenta ſiue fue-*
rint eidem mulieri legata, ſiue nō, Si igi-
tur legentur alimenta, compenſentur cū
his, quæ tribuit hæc conſuetudo. Igitur
non duplantur, cùm debeantur ex vi, &
neceſſitate huius conſuetudinis ex theo-
rica DD. in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff.
ſol. matrim. prout in ſimili quæſtione per
Bald. in l. ſi donaturus. ff. de donatio. ob
cauſ. ſic fuiſſe iudicatum refert D. de
Alex. in addit. ad Napodan. in conſuet.
Neap. viro mortuo; quæ additio incipit,
quis maritus legauit, & licet alij velint
contrarium fuiſſe deciſum, prout ibi eſt
additio in margine car. 242. eo maximè,
quia Anto. de Alexandro ibi non firmat
pedes, ſed reliquit argumentum indeci-
ſum. Tu autem firma pedes, vt inducā-
27 *tur compenſatio.*] Hæc ibi. † Probat ēt
Naucler. loco cit. hic num. 12. Colligitur
etiam

etiã ex latiſſimè diſcuſſis poſt alios à Petr.
Barboſ.in d §.ſi pater.nu.3.cum ſeqq.Roderic.Suar.in tit.de las arraſ. nu. 36. cum
ſeqq. & rationes in hac quæſtio. diſcuſſæ
valde vrgent pro dicta compenſatione.
28 † nam matrimonium ſemper voluntariè
contrahitur,& tamen legitima, dos, &
quarta, quæ illius occaſione debentur,
ſunt debita neceſſaria, quia deſcendunt
ex diſpoſitione legis, occaſione tamen
matrimonij: Et iddem erit in propoſito;
licèt enim matrimonium fuerit voluntariè contractum,& dos voluntariè etiam
recepta, nihilominus intereſſe ipſius dotis, & antefati deſcendit ex diſpoſitione
iſtarum conſuetudinum, quæ taxant illud, & neceſſariò ſolui debet, & proinde
cum ſit debitum legale, meritò legatum
alimentorum cum illo compenſatur.
29 Additur etiamalia ponderatio ſimilis
de lucro,quia ſi ex forma ſtatuti deberetur
viro,vel vxori certum lucrum,& vnus ex
coniugibus feciſſet alteri legatum, vtique
compenſaretur legatum cum illo lucro
ratione ſępius citata;quia,licèt matrimonium fuerit voluntariè contractum, illud
tamen lucrum,vti debitum legale (ex quo
cauſa proxima illud debẽdi eſt ſtatutum)
compenſatur cum illo legato ſecundùm
veriorem,& receptiorem ſententiam, vt
fundat Alex.in d.§.ſi pater.nu.6.probant
etiam Rolan.Fabian. Paul.de Monte Pic.
& Baæza,quos ſequitur Borboſ.vbi ſupra
num.10. & eandem ſententiam poſt alios
probat Surd.deciſ.119.nu.4.cum ſeqq. &
omitto cæteras confirmationes.
30 Nec vrgent contraria. Primum enim
ſolutum apparet ex prædictis,quia procedit,ſi compenſatio fieret cum dote, & antefato, non autem cum eorum intereſſe,
cùm illud debeatur ex conſuetudine, quæ
eſt cauſa proxima illud debendi tanquam
ab ea taxatum, vt dictum eſt de lucro debito viro,vel vxori. nu.præced.
31 Nec vrget ſecundum,nam retorquetur
contra Aduerſarios, quia ſicut lex ex bono, & æquo obligat virum diuitem ſoluere quartam vxori Inopi,ita etiam eſt in
propoſito;nam conſuetudo principaliter
inducit obligationem ſoluendi hoc intereſſe ad minus ex quaſi contractu coniugum,qui taliter contraxerunt, & ſic vt illa quarta eſt debitum neceſſarium, ita etiã
hoc intereſſe, vt inſpiciamus proximam,
& vltimam cauſam, nempe ipſam conſuetudinem,vt ibi inſpicimus legem,non
autem remotam, vt eſt matrimonium.
32 Nec vrget tertium, quia eſt diuerſa ratro, de quarta debita Epiſcopo cum caſu
noſtro; vtrumque enim debitum incipit
deberi à morte teſtatoris, nempe & legatum alimentorum, & intereſſe dotium,
& antefati, & ideò ad inuicem confunduntur, & quãtitas vnius extinguit quan
titatem alterius: vt dicunt DD. de legato
paterno, vt compenſentur cum dote filiæ
pro quantitate tamen legati, & non aliter,vt latiſſimè poſt alios proſequitur Bar
33 boſ.in d. §. ſi pater. nu.21.cum ſeqq. † vt
etiam eſt,quoties mulier ſtaret ſimul cum
filijs,& ab illis alimentaretur, non haberet mulier vltra alimenta tale intereſſe,
vt ex multis probat Stephan. de Caiet.d.
fol.242.in addit.incip. Circa finem iſtius
textus,& ita fuiſſe deciſum in Sacr. Conſ.
teſtatur Vinc.de Franch.deciſ.217.& dixi ſupra par.5.q.6.& ſæpe alias,& vt dixi
hæc videtur mihi veritas.
34 Et ne mihi dicatur non eſſe adhuc ſolutum argumẽtum ex ſola ratione diuerſitatis,reſpondeo paria eſſe,vt aliquid debeatur viuẽte teſtatore, vel debeatur poſt
eius mortem,ex cauſa tamen habente initium,& originem in vita teſtatoris,Deciſio eſt notabilis Pauli de Caſtr.in conſ.35.
nu. 1. verſ. ſed ad hoc reſpondetur par. 2.
ibi [*ita videtur, quòd debitum hæredis
inceptu rum poſt mortem defuncti, reputetur eſſe debitum defuncti, quantum
ad hoc, vt defunctus cenſeatur reliquiſſe
animo compenſandi eum illo; ſicut cenſeretur reliquiſſe animo compenſandi
cum illo, ad quod ipſe teneretur ſeu cum
ꝓprio, ne hæres duplici onere grauetur.*]
Hæc ille, quam deciſionem ſic ſynodalẽ
35 dedit mihi † Vir ille eximius,& in noſtra
ſcientia Doctiſſimus, ac Senator integerrimus Scipio Rouitus, qui ſic etiam in
eius allegationibus in quadam cauſa,quas
contingenter vidi, firmauit, & audiui ſic
fuiſſe diſcuſſum, & reſolutũ ſine contradictione in eodem Sacro Conſilio,& quidam Conſiliar.propter ſcrupulum noluit
mihi dicere cauſam, nec ego volui eam
ſcire. Et Paul. de Caſtro ſequuntur Corn.
Ruin. & Crauett. quos tandem probat
Menoch.in tract.de præſump.lib.4. præſump.109.num.60.cum ſeqq. quando debitum incipit deberi poſt mortem teſtatoris, ex cauſa tamen habente originem
ab ipſo teſtatore,ut eſt caſus noſter: ſecus
tamen dicunt,ſi debitum eſſet hæredis ex

cau-

cauſa propria, qui non eſt caſus noſter.

36 Probatur etiam iſtorum ſententia ex hic diſcuſſis etiam in iſtis additionib. huius quæſtionis, nam legitima non eſt debita in uita patris, nec etiam quarta eſt debita uxori, uiuente uiro, & ſic de alijs, & nihilominus quia originē habent à matrimonio, & ſic uiuente patre, & uiro, legatum factum per patrem filijs, & per uirum uxori, compenſatur cum dicta legitima, & quarta, ex quo eſt debitum neceſſarium, & ſic eſt etiam in propoſito.

37 Nec vrget deciſio in cauſa Antonij dello Sapio, quia potuit eſſe ex diuerſo facto, vt quia conſtaſſet per coniecturas, ut non fieret compenſatio, & ſic ex modica uariatione facti, perſonarū, uel Iudicum, uariātur etiam deciſiones, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt, & etiam quia Paul. de Caſtr.conſi. 224. legatum prædictum uol. 2. de quo meminit Turch. ubi ſupra num. 37. tenet, ut debeatur legatum alimentorum, & etiam intereſſe dotium, quod non puto verum ex diſcuſſis, niſi qñ legaretur
38 etiā dotes, & antefatū, & audiui, † quòd in dicta cauſa fuerunt legata alimenta, & etiam dotes, & antefatum, & ſic aderat coniectura in contrarium, vt non præſumeretur factum legatum animo compen-
39 ſandi, & † ſic fuit etiam deciſum annis elapſis in eodem Sacro Conſilio, ad relationem Conſiliarij Veſpuli, in cauſa D. Iſabellæ de Tolfa, cum Duce Ebuli, eius filio, & ſic procedit etiam arbitramētum factum per dictum Fuluium Lanarium, & in allegationibus factis pro dicta Angela de Vrſo, dum Aduocatus reſpondet ad deciſionem relatam per Antonium de Alexandro habet hæc uerba, uidelicet,
40 † (loquitur enim quando uxor fuit relicta uſufructuaria tantum, nullo dotis, & antefati legato ſuppoſito; & propterea quòd debeatur vſusfructus dotis ipſi mulieri iure conſuetudinis, non autem iure legati, & ſic ex teſtatoris diſpoſitione, vt patet ex ijs verbis ad hunc vſumfructum ſecundùm formam huius conſuetudinis, quæ verba vna cum alijs ibi citatis, cum hoc debitum huius cōſuetudinis arguunt veram lecturam, quod loquitur iure prædicto conſuetudinis, a qua cùm detur vſusfructus prædictus dotis infra annum loco alimentorum, vt in dicta conſuetudine, hæredesque mariti, ibi, (pro alimentis) & ideò deberet ceſſare legatū alimentorum ſecundùm DD. & Alexan. quem ipſe Auctor adducit in l. diuortio. num.28.ff.ſolut.matrim. Sed in caſu noſtro iſtud intereſſe venit propter legatū, vt etiam ſupra diximus, quia legando dotem prædictam, videtur legaſſe ipſum intereſſe, & ſic diuerſus eſt caſus) Retuli hęc verba huius Aduocati, quia ipſemet etiā nolens confitetur veritatem articuli, quamuis ſe ipſum confundat, nec diſtinguat, & proinde vera eſt opinio, quam hic defendi, vt, ſi ſimpliciter ſit factum legatum alimentorum, præſumatur factum animo compenſandi cum intereſſe dotium, & antefati: ſecùs tamen eſſet, ſi vltra legatum alimētorum legaſſet etiam dotes, & antefatum: tunc enim præſumitur teſtator relinquere vtrunque, & ex his patet, quod non ego erraui in terminis, ſed aduerſarius. Et ideò reaſſumendo prædicta, legatum alimentorum non compenſatur cum capitale dotis, & antefati, vt dixi num. 21. & ſeqq. Nec quando vltra alimenta fuerunt legatæ dotes, & antefatum, vt dixi nu. 38. & ſeqq. Solùm autem fit compenſatio cum intereſſe dotis, & antefati, ſi ſimpliciter fuerunt legata alimenta, & ideò, vt dixi, hunc articulum hic affirmaui, cuius veritatem etiam aduerſarius confitetur, & benè dixi, quòd non intellexit articulum, & quòd gratis me impugnauit, miſerabiliter lapſus.

Finis Sextæ Partis.

DE IVRE QVARTAE.

PARS SEPTIMA.

Mulier infra annum à morte viri, vel à tempore, quo diſceſſerit à domo viri, ſi filios non habeat, poteſt capere quartam in bonis poſſeſſis per maritum tempore mortis: cuius quartæ eſt vſufructuaria, ſi habet filios, & proprietaria, & vſufructuaria, ſi liberis careat. h.d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

QVartam autem conſtitutam eidem mulieri à quondam Viro ſuo in bonis ipſius Viri ſine iuſſu Iudicis, & auctoritate Prætoris, auctoritate propria per ſe, & per alios poteſt mulier ipſa poſt mortem viri ſui capere, & apprehendere: quartam ſcilicet bonorum, quæ vir mortuus tempore mortis ſuæ poſſidebat, ita quòd mulier ipſa habeat quartam ipſam, deducto prius ære alieno contracto ante quartæ conſtitutionem, in plena proprietate, ſi ſi liberos ex marito præmortuo non habeat. Sed vbi habet liberos ex marito præmortuo, poteſt fructus quartæ ipſius auctoritate propria per ſe, & per alios capere, & apprehendere. Qui vſusfructus, muliere ipſa mortua, conſolidatur proprietati, & ad omnes liberos mariti ex quacunque vxore ſuſceptos, à quo quartam habet, perueniet: liberis autem prædecedentibus ipſi matri, mater ipſa ipſius quartæ plenam proprietatem habet. Prædicta autem apprehenſio facienda auctoritate propria, vt dictum eſt, habet locum infra annum à morte mariti computandum, vbi mulier non habet liberos ex marito præmortuo; ſed ſi habet liberos, annus ipſe incipit à tempore, quo ipſa mulier diſceſſerit de domo mariti mortui.

Non ſummatur, quia breuis.

CONSVET. II.

DOs, & quarta, ſiue quarta peti non poſſunt abſque inſtrumento dotali, & inſtrumento, quod Neapoli quartula nuncupatur.

Contra inſtrumentum dotis non admittitur probatio in contrarium, niſi de illa ſumma, de qua mulier teſtari potuit, ſi de ea fuit teſtata. h. d. Molfeſ.

CONSVET. III.

COntra inſtrumentum autem dotale probatio nulla admittitur, præterquàm ſi mulier dotata, decedens teſtata, illud, quod ſecundùm conſuetudinem Neapolitanam relinquere poteſt, in ipſa vltima voluntate reliquerit, & probetur illud eſſe ſolutum.

Hic ſubintrat Titulus X. De conſenſu mulieris.
Poſt ſubintrat Titulus XI. De Contractib. int. vir. & vxor. celebratis, & de dotibus datis per eos.
Deinde ſubintrat Titulus XII. de Inſtrum. confect. per Curial. Neapol. & de fide eorum, & de his tribus titulis dixi infra par. 8. 9. & 10.

In

In quibus rebus habeat locum Quarta.

Mulier habet Quartam in omnibus bonis viri etiam cenſualibus, & emphyteuticis, niſi ſint bona feudalia, vel emphyteotica ab Eccleſiaſticis conceſſa; vel ſint ab alijs conceſſa cum qualitate maſculinitatis.
h.d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

IN bonis quondam mariti, qui quartam vxori ſuæ tempore contracti matrimonij conſtituit, quartam ipſam habet vxor, mortuo ipſo marito, in omnibus bonis ipſius mariti, ſiue bona ipſa hæreditaria burgenſatica, vel quæcunque alia cenſualia in emphyteuſim in perpetuum conceſſa ipſi defuncto, vel prædeceſſoribus ſuis, per quos ad ipſum defunctum bona ipſa conceſſa fuerint alicui, eiuſque hæredibus in perpetuum: vbi verò bona ipſa conceſſa ſunt alicui, ſibi, ſuiſque hæredibus maſculis, vel ſuis hæredibus ex ſuo corpore, vel ex ſe legitimè deſcendentibus, vel eius prædeceſſoribus, per quos ad ipſum defunctum bona ipſa peruenerint, de cuius bonis quarta vxori debetur, licèt in conceſſione ipſa dicatur in perpetuum, de bonis ipſis, ſic conceſſis, mulier quartam non habet: ſed in bonis feudalibus, & ab Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis libellario iure ad cenſum in emphyteuſim, vel ad locationem in perpetuum, vel ad tempus conceſſit, mulier ſimiliter quartam non habet.

Quarta debetur de feudo conceſſo pro certo ſeruitio, & eo magis de feudo, in quo poſſunt ſuccedere fœminæ. h.d. Molfeſ.

CONSVET. II.

SI cui militi ad certum ſeruitium feudum fuerit datum, iſque, relicta ex ſe deſcendēte fœmina, deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præſtare poſſit, quàm maſculus, & ſi in inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fœminæ ad id aſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus: quinimò hoc caſu ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere quidam putant, quod multo magis dignum obſeruantia exiſtimauimus, cùm feudum ſic datum eſt, vt nullum pro eo ſeruitium inde fiat, vt pleraque hodie feuda dantur.

De Iure primæ Quartæ.

Si ex aliqua hæreditate plures debeantur quartæ, prima conſtituta detrahitur etiam ſi perſona, cui debetur prima quarta, conſentiat ſecundæ, niſi primò aduenerit tempus ſecundæ quartæ.
h.d. Molfeſius.

CONSVET. VNICA.

SI de bonis, ſeu hæreditate alicuius plures quartæ debentur, videlicet, quòd aliquis in bonis ſuis vxori ſuæ quartam conſtituit, qui ſuæ prædeceſſit vxori, filijs omnibus derelictis, poſteaque aliquis ex ipſis filijs duxit vxorem, & eidem quartam in bonis ſuis conſtituit, conſentiente matre, & deinde præmoritur filius vxori ſuæ, & matri, non obſtante conſenſu matris, & conſtitutione quartæ prædictæ de bonis ipſis, mater præaccipit quartam ſuam, & de reliquis bonis, ad ipſum filium ſpectantibus, nurus quondam percipit quartam ſuam.

De

De Patre recipiente dotes ſimul cum vxore, & filio, qualiter teneatur ad reſtitutionem.

Parentes ſi conſentiant filio, ducenti vxorem, & recipienti dotem, mortuo filio, non tenentur in vita, ſed poſt eorum mortem, tenentur hæredes pro portione, quæ ſpectaret ad filium, ſi ſuperuixiſſet.
h. d. Molſeſ.

CONSVET. PRIMA.

FIlio, ducente vxorem, & dotem recipiente cum conſenſu patris, & matris, vel aliorum ſuperiorum, vel alterius eorum, & decedente, viuis ipſis parentibus, qui conſenſum præſtant in dote ipſi filio recipienti, parentes ipſi non tenentur ad reſtitutionem dotis ipſius, niſi cùm parentes ipſi mortui fuerint: tunc enim hæredes ipſorum parentum tenentur ad dotes ipſas vſque ad concurrentem quantitatem, ſeu valorem partis bonorum ipſorum parentum, qua contingeret prædictum quondam filium, ſi tempore mortis ipſorum parentum viueret.

Si in inſtrumento dotali contineatur, quòd pater, mater, & filius receperint dotem, ſolus pater tenetur dotem reſtituere, ſi eſſet ſoluendo.
h.d. Molſeſius.

CONSVET. II.

SI pater, & mater, eorumque filius ſimul conſcripti ſunt in inſtrumento dotali recepiſſe dotem datam filio, & dos ipſa eſt in caſu reſtitutionis, pater tantùm ad reſtitutionem eius tenetur, ſi eſt ſoluendo.

OMnes Conſuetudines ſupradictorum Titulorum explicaui in hac 7. par. Et vt veritas huius aſſertionis euidenter pateat, iam Titulus de Iure quartæ tres complectitur Conſuetudines. Prima incipit. Quartam autem, & diſponit, quòd mulier infra annum luctus poſſit de bonis viri quartam capere etiam propria auctoritate: quæ quidem quarta quòad proprietatem eſt filiorum etiam diuerſi matrimonij; ſi verò filij non adſint, tunc eſt eiuſdem mulieris tàm quòad vſumfructũ, quàm etiam quòad proprietatem, & hæc Cõſuetudo explicata eſt quæſt. 11. 12. & 14. & in eiſdem locis diſputatum eſt, ſi mulier interim conſe- 1
quatur intereſſe prædicti antefati.

Secunda Conſuetudo, quæ incip. Dos autem. Quæ mandat, vt nec dos, nec quarta peti poſſint ſine inſtrumento dotali, fuit declarata q. 15. Tertia, quæ incip. Contra inſtrumentum. Quæ dat modum, ſi contra dotale inſtrumentum admittatur probatio in contrarium, fuit enucleata quæſt. 16.

Titulus, in quibus rebus habeat locum quarta, duas continet Conſuetudines, & ambæ continent, de quibus bonis detrahatur quarta, & ſic eas explicaui hic quæſt. 4. Quatenus autem poſſet difficultari, ſi quarta legetur, an deduci poſſit de bonis feudalibus, hoc fuit declaratum ſupra par. 2. tit. de bonis quæſt. 7. num. 9. & ſeqq. etiam in addition. Titulus de Iure primæ quartæ vnam habet Conſuetudinem, quæ ordinat, ſi plures quartæ debeantur, quænam prius deduci debeat, & hæc fuit hic explicata q. 3. nu. 15. cum ſeqq.

Titulus de patre recipiente dotes ſimul cum vxore, & filio, duas complectitur conſuetudines: quæ dant formam, qualiter parentes, conſentientes filio, ducenti vxorem, teneantur reſtituere dotes, iam fuerunt explicatæ hic quæſt. 3. & ſupra par. 4. in tit. de Renunciat. q. 19. Eſt benè verùm, quòd ibid. Napod. num. 3. & ſeqq. optimè aduertit, vt non ſit neceſſarium, vt parentes ad duo copulatiuè conſentiant, ſed ſatis eſt conſenſus reſpectu matrimonij, vel reſpectu dotis: de qua materia plura dixi conſi. 14. Quatenus verò ſecunda Conſuetudo mandat, vt ad ſolum patrem præſumatur perueniſſe dotem ob poteſtatem, quam habet in vxorem, & in filium, fuit etiam hoc diſcuſſum in d. quæſt. 3. num. 12. cum ſeqq. & dixi ali-

qua etiam par.8.& 9.& ſucceſſiuè patent explicatæ omnes Conſuetudines, quas complexus fui in illo priori volumine, & inſerui in hoc ſecundo, pro maiori cōmoditate exterorum, qui id expoſcerunt, quod egi, vt præceptū Apoſtoli adimplerem, ſatisfaciendò omnibus, præcipuè in petitione, ſic decente, & quaſi neceſſaria, vt experientia didici, & omnes ſciūt quòd Diſcipulus eſt prioris poſterior dies: Sed deueniamus ad additiones, &c.

SVMMARIVM.

QVarta, quæ debetur vxori pauperi, quomodo liquidetur, & an vxor habeat proprietatē, vel ſolum vſumfructum illius, explicatur nu.1. Qua ratione debeatur mulieri, explicatur nu.4. An illam poſſit dare in dotem ſecundo viro, declaratur nu.5.

Auri libra quanta ſit, traditur nu.2.

Authent. præterea. C. vnd. vir, & vxor, quando locum habeat, traditur nu.6. & ſeqq.

Dos congrua, quænam dicatur, vt vxor non habeat quartam in bonis viri, traditur nu.7.

Vxor ſi conuenienter ali non poſſit ex fructibus, debet habere ſupplementū alimentorum ex bonis viri. nu. 8. An illud habeat, ſi poſſit proprijs manibus operari, vel habeat patrem diuitem, explicatur nu.9 & 10.

De antefato quinam tractent. nu.11.

ADDITIONES
ad quæſt. 1.

1 SVb num.6. & ſeqq. De quarta, quæ debetur vxori pauperi, Adde, quòd hæc quarta ſic liquidatur; ſi enim nullus filius adeſſet, & viri patrimonium nō eſſet magnum, eſſet quarta pars bonorū viri tam quòad vſumfructum, quam etiā quòad proprietatem. Si verò eſſent quatuor filij, vel infra, tunc eſſet quarta pars bonorum viri, ſed quòad vſumfructum tantùm, quia proprietas eſt filiorum. At ſi filij eſſent quinque, vel plures quinque, tunc vxor ſuccederet tanquam vnus ex filijs, ſed illius portionis haberet ſolummodo vſumfructum, durante ſua vita, quia proprietas eſſet eorundem filiorum, vt habetur in d. Auth. præterea, vbi omnes. Præſ. de Franch. deciſ. 118. Dixi, dúmodo patrimonium viri non eſſet magnum, quoniam ſi magnum eſſet, tūc vxor non poſſet amplius habere; quam centum libras auri, §. quia uerò legem. Authen. vt liceat matri, & auiæ. Napod. in Conſuet. Quartam autem, in verb. conſtituta, verſ. & hæc, & poſt alios de Franch. d. deciſio. 318. nu.3. vbi num.4. quantum ſit auri libra, remittit ſe ad Afflict. in Conſtit. Regni Pœnam nouem vnciarum, vbi Afflic. ex tex. in l. quoties. C. de ſuſceptor. & ar-
2 char. lib. 10. notat, † Auri libram eſſe ducatorum ſeptuaginta duorum. Sic enim liquidatur ſecundùm diſpoſitionem Iuris, quamuis hodie quælibet vncia auri valeat ducatos duodecim circiter, & ſic quęlibet libra, quæ eſt vnciarum duodecim, eſſet ducatorū centum quadraginta quatuor, ſed vt dixi, attenditur liquidatio iuris, nempe, vt ſit ducatorum ſeptuaginta duorum; & attenta hac liquidatione in magno patrimonio viri, vxoris portio eſſet ducator. ſeptē mille, & ducentum, & taxatio quartæ iuxta ſuperius explicata, procedit etiam in foro conſcientiæ, vt poſt Sylueſt. & alios notat Sanch. lib.7. de matrim. diſp. 89. nu.33. Et hoc eſt clarum,
3 † quia lex ciuilis, præcipuè quæ non fundatur in præſumptione, eſt etiam ſeruanda in foro conſcientiæ, vt dixi par.4. q.65 num.9. & ſeqq. Et in caſu noſtro eo ipſo, quòd maritus ducit vxorem ſine dote, videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, vt loco dotis accipiat corpus vxoris, vt dixi par.6. q.1. nu.22. & alibi, & conſe-
4 quenter † ne vxor in dedecus tranſacti matrimonij cogeretur mendicare, fuit illi per legem decreta prædicta quantitas; & ne excederet ſummam conuenientem pro alimentis ſecundùm decentem ſtatū viri fuit in magno patrimonio facta prænarrata taxatio, vt in omni caſu inueniatur facta prouiſio quid debitū ſit tali vxo-
5 ri, † quæ poſſet etiam ſecundo viro dare in dotem illam quantitatem; nam eadem eſt ratio huius portionis, & de antefato, vtrunque enim debetur ex bonis viri, & vtrunque debetur vxori eodem modo, uel in proprietatem, ſi non adſint filij, vel adſint, & præmoriantur matri; vel

quòad

quòad vſumfructum, ſi adſint filij, vt in hoc caſu ad ſummum vxor præſtaret cautionem filijs de ſeruando proprietatem dictæ quartæ, vt de legato facto per virum vxori, dixi par.3.q.22.num.19.& ſeqq. Et de prædicta quarta latiſſimè tractat Tuſc. in ſua pract.concl.iur.in verb.vxori quarta bonorum.concl.401.

6 Verũ diſpoſitio d. Auth.præterea, procedit, qñ mulier nõ fuit dotata uel nõ fuerit dotata congruè; ſi.n.dos illa eſſet congrua, q̃uis redditus dictæ dotis nõ ſufficerent pro alimentis, vxor non conſequeretur dictam quartam, vt poſt alios fundat Cæſar Barzius deciſ.126.cum duob.ſeqq. Rotæ Bononienſ.cum alijs infra cumulā-

3 dis; † & dos congrua in hoc caſu eſt ſecundùm qualitatem vxoris, & viri, & ſecundùm conſuetudinem regionis, vt docent omnes, & patet ex dictis par.4.quęſt.16. Et ideò in quadam muliere de domo Spinella, quæ erat ex familia Marini Spinelli Medici, fuit iudicata dos congrua ducatorum octingentum, vt per Vincen. de

8 Franch.deciſ.410. † Et in hoc caſu ad sũmum deberetur huic mulieri aliquid de bonis viri, vt congruè ali poſſet, vt etiam poſt alios probat Surd.in tract.de alimen. tit.9.q.37.nu.18.cum ſeqq. Imò DD. in d. Authen.præterea, vbi in ſpecie Fabian. de Papis nu.84.& alij relati per Honded. conſi.79.vol.2.Surd.d.tit.9.q.9.Cephal. cõſ.244.nu.22.vol.2. Rolād.conſ.54.nu. 55.vol.2. Rimin. cõſi.114.vol.1.dicunt,

9 † quòd in hoc caſu tunc debetur ſupplementum alimentorum tali mulieri, ſi illa non haberet aliunde, nec alium honeſtiorem modum viuendi: ſi enim aliunde haberet, vel haberet patrem diuitem, vel artem honeſtam operandi ex lauorerio proprijs manibus, tunc ceſſat ſupplementum alimentorum, quia ſatis eſt, vt honeſtè, & congruè viuere poſſit, quamuis Corn.cõſ. 4.vol.4.& alij, quos probant Gabr.conſi. 142.in ſi.vol.1.Gregor.Lopez l.7.Thaur. tit.13.par.6.gloſ.6. contrarium teneant,

10 † vt ẽt ſi uxor proprijs manibus operari poſſit, debeatur ei ſupplemẽtũ alimẽtorũ de bonis viri: & hæc opinio in hoc ſolũ caſu mihi probat̃, ſi qualitas vxoris non patiatur, vt tali modo operetur, etiā quia poſſet infirmari, & ſic operari nequiret, & cõſequẽter debet̃ ei tale ſupplementũ, ſecus verò, ſi haberet patrem diuitem, vel haberet aliunde, vnde viueret: nam quarta debetur in ſubſidium, & in ea imputatur legatum ei factum per virum, vt dixi par.6.q.11.nu.14.& 15.& ſi legatum nõ ſufficeret pro alimentis, ad ſummum deberetur ei ſupplementum alimentorum de bonis viri, vt loco citato dictum eſt, & poſt alios probant Surd.d.tit 9.q.29. per tot.& quęſt.37.nu.18.& 23.Lopez d.par. 6.gloſ.5.

11 Sub nu.12.Adde Menoch.conſi.1124. vol.12.vbi multa tractat de antefato: ponit etiam aliqua noſter de Pont.cõſi.110. cum plurib.ſeqq.vol.2.

SVMMARIVM.

ANteſatum, ſiue dotariũ in Regno Siciliæ debetur pro oſculo, & virginitate amiſſa. nu.1. An debeatur filijs tanquam filijs, vel tanquam hæredibus, & quid ſecundùm morem Magnatum, traditur num.2.& 3. Si debeatur tanquam hæredibus, an ſit debitum hæredi vniuerſali, vel etiam particularibus, traditur nu.4.

Dos recepta per patrem ſimul cum filio, ad quem eorũ præſumatur perueniſſe, declaratur nu.5.

Quota bonorum eſt quid particulare, nec recipit augmentum. Quota verò hæreditatis recipit augmentum, quia eſt vniuerſale.nu.6.& 7.

Quarta debita nurui, an detrahi poſſit de bonis ſoceri, explicatur nu.8.

Anteſatum debetur ſi ſit promiſſum conſtitui.nu.9.& ſeqq.

Promiſſio de conſtituendo dotem habet eundem effectum, ac ſi eſſet conſtituta.nu.10.

Maritus recipiens dotem, poteſt compelli conſtituere anteſatum congruum vxori.nu.11. An poſſit illud conſtituere in feudo ſine Regis aſſenſu, explicatur nu.12.

Anteſatum an integrè ſolui debeat vxori, declaratur nu.13.

Maritus, ſi confitetur recepiſſe dotem, & faciat inſtrumentum mutui cum ſocero, tenetur ſoluere anteſatum vxori num.14.

Matrimonium contractum à maleficiato, vel aliter impotente, an ſit cauſa, vt contrahentes puniantur, & in quo declaratur nu.15.& 16.

Maleficium qualiter diſſolui debeat. nu. 17. Si non ſoluatur infra triennium matrimonium declaratur nullum. num. 18.

Matrimonium an debeat declarari nullum, ſi mulier eſt apta, ſed, dum vir ad illam appropinquat, natura inflammetur, vt non poſſit matrimonium cōſumare, explicatur nu. 19.

Cohabitatio triennalis, vt ſeparetur matrimonium, à quo tempore incipiat. num. 20.

Coniux, ſciens impedimentū matrimonij, qua pœna puniatur. nu. 21. & 22.

Mulierem nōn viri potentem cognoſcēs, qua pœna puniatur, nu. 23.

Spōſa lucratur medietatem antefati per oſculum. nu. 24.

Antefati proprietas an ſit monaſterij, vel matris, ſi filius profeſſus præmoriatur matri. nu 25.

Mulier an habeat electionem petere competens intereſſe antefati, vel pecuniā cum cautione, & ſi vnum petierit, an poſſit variare, traditur nu. 26. & 27.

ADDITIONES
ad quæſt. 2. cum ſeqq.

1 SVb num. 3. quæſt. 2. Adde, quòd in Regno Siciliæ debetur dotariū, ſiue antefatū pro oſculo, & virginitate deperdita, vt poſt Cumi. & Nepit. notauit Intrigl. deciſ. 5. num. 19.

2 Sub nu. 7. vt antefatum debeatur filijs tanquā hęredibus ſecundùm noſtras conſuetudines in ſcriptis redactas, adde Ricc. Pellicc. & Afcia. penes Ioan. Bapt. de Thor. in verb. filiæ, mortua matre; & varijs modis probat Lotther. in conſuet. quartam autem, in addit. manuſcript. incip. Quid ſi tales liberi. fol. 60. ſed dicit fuiſſe iudicatum contrarium, & ſic citat dictam deciſ. 314. Afflicti, ſed non vrget, ut patet, & proinde in conſuet. dos, ibid. fol. 65. col. 2. dicit contrarium iudicatum in cauſa hæredum de Roczio.

3 Sub num. 12. & ſeqq. vt ſecundùm morem Magnatum debeatur antefatum filijs tanquam filijs, adde, quòd ſic ſcripſerunt plures famoſiſſimi Doctores in dicta cauſa Comitis Montellæ, & eorum conſilia inſerit noſter de Pont. uolum. 2. conſi. 110. cum tribus ſequentibus.

4 Sed quæſtionis eſſe poteſt, quando antefatum debetur filijs tanquam hæredib. & vnus ex filijs eſſet hæres vniuerſalis, alij verò filij eſſent hæredes particulares, an antefatum ſpectare deberet ad hæredē vniuerſalē, vel ad omnes filios æqualiter; reſpondeo, quòd, ſi mater uiuebat, nec pater de antefato aliquid expreſſit, ſuccedūt omnes filij æqualiter, quia in portionibus omiſſis ſuccedunt æqualiter omnes filij, etiam ſi à patre eſſent inęqualiter inſtituti, vt patet ex diſcuſſis ſuperius part. 3. q. 10. in addition.

5 Sub num. 12. & ſeqq. quæſtio. 3. vt tota dos præſumatur ad patrem perueniſſe, adde, quòd ſecundùm ius commune quilibet præſumeretur pro rata recepiſſe dotem, nempe, pater dimidiam, & filius aliā dimidiā. l. reos. §. ut in tabulis. ff. de duob. reis. Dyn. Rayner. de Forliui. Petr. Bart. Bald. Alberic. & alij in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrim. latiſſime Surd. conſi. 150. nu. 34. & ſeqq. vol. 2. cōſi. 421. vol. 3. & deciſ. 47. vbi ſic concordat opiniones, quòd ſi pater adminiſtrat bona filij, tunc tota dos præſumitur ad patrem perueniſſe ob auctoritatem, & imperiu, quod in domo habet: ſi verò vterq; adminiſtraret, tunc uterque pro medietate teneretur, ſed ſecundùm noſtras conſuetudines eſt iam determinatum contrarium, ut ſolus pater teneatur, ut in cōſuet. 2. de patr. recip. dot.

6 Sub num. 17. adde, quòd quota bonorū eſt quid ſingulare, & particulare, & pinde nec augmentum, nec diminutionem continet, vt de legitima patroni probat tex. in l. ſi patronum in fin. ff. de operib. li-
7 bertor. † Sed quota hæreditatis eſt quid vniuerſale, & ideò etiam futurum augmētum continet, vt habetur per Alciat. in l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verbor. & rer. ſignif. latiſſimè Menoch. conſil. 1149. nu. 6. & ſeqq. vol. 12.

8 De quarta, quę debetur nurui de bonis paternis, iuxta diſcuſſa hic nu. 20. & ſeqq. adde, quòd debetur de illa portione, quæ debebatur filio poſt mortem patris, vt habetur in Conſuet. filio ducenti vxorem. & probat Viu. deciſ. 255. vbi nu. 4. ſic refert deciſum in Sacr. Conſi. in anno 1577. In cauſa Donati de Beluedere cum Beatrice; & Portia de Henricis; & poſt ipſū, & Bartholom. de Capua, hoc iddem notat Ioannes Baptiſta de Thor. in verb.

quarta

quarta conſtituta per filium.

Ad quæſt.4. nihil eſt additum.

9 Ad quæſtio.5. vt antefatum debeatur,
ſi ſaltem ſit promiſſum conſtitui, adde
Andr.in Conſtit.Regn.mulier,quę dota-
rium,in princ.2.gloſ.adde etiam Io. Ant.
de Nigr.Conſiliarium de Georg.Pellic.
& Ricc.de quibus meminit de Thor.in
uerb. Antefatum an debeatur mulieri,
mortuo viro.Intrigl.d. deciſ.5.num.14.
& ſeqq. Lotther. in d.conſuet.quartam
autem. fol. 61. col.2.ob rationes diſcuſſas
10 num.5.& ſeqq.† ſicut etiam promiſſio de
conſtituendo dotem habet eundem net
effectum,ac ſi conſtituta fuiſſet, ut probat
Afflict.d.deciſ.61.ubi num.1.ſic refert de-
ciſum,& ibid.Vrſill.nu.1.ſic etiam dicit
ſe alias obtinuiſſe, probāt etiam de Pont.
Maxill.Grammat.de Georg.Pellic.& Fa-
rinac.penes eūdem de Thor.in uerb. pro-
miſſio de conſtituendo dotem:in omni ta
11 men caſu † ſi maritus recepit dotem, po-
teſt ex iuris diſpoſitione compelli conſti-
tuere antefatum congruum uxori,ut pro-
bat gloſ.1.in d.Authen.dos data: quam
ibi ſequuntur Odoffred.Bart.Bald.Ange.
& alij. Afflict.deciſ. 242. probant etiam
Bald.Nouell.Ruin.Campeg.& alij, quos
ſequitur Surd.conſi.397.nu.13.uol.3.

12 Sub nūm. 10. eiuſdem quæſt. 5. adde,
quòd maritus poſſet in feudo hęreditario
tam inter uiuos,quam in ultima uolunta-
te conſtituere dotarium uxori ſine aſſenſu
Regis,ut probat Andr.in d.§.donare. nu.
7.& 8.qualit.olim feud.alien. pot.de quo
meminit de Pont.in tract. de poteſt. Pro-
reg.in tit.de refutatio. feudor. §.2. præci-
puè nu.12.cum ſeqq.

13 Sub num. 1. quæſt.6. ut mulieri debea-
tur integrum antefatum, ſi ſoluit dotem
integrè, alias debeatur pro ea parte, pro
qua ſoluta fuit dos, adde Cannet. Gamb.
Maſtrill. Intrigl.Ricc.Anto.Fabr.& alios
penes eundem de Thor. in uerb. Antefa-
tum, ſiue donatio propter nuptias, & in
uerb.ſeq. Menoch.conſi. 1124. nume. 36.
uolum.12.

14 Sub num. 13. Adde, quòd ex tali cōfeſ-
ſione uiri ſe recepiſſe dotē promiſſam, &
poſt eius confeſſionem factum eſt inſtru-
mentum mutui inter ipſum, & ſocerum
ceſſat diſputatio Doctorum dubitantium
ſi ex dote promiſſa debeatur antefatum,
ſiue donatio propter nuptias,ut per Bart.
Bald.& Salyce.in Authen. dos data.C.de
donat.ante nupt. Afflic.in deciſ.291.323.
& 333.Grāmat.deciſ.97.Guid. Pap. Rui.
Pariſ.& Phanut. de quibus ſic dubitatiuè
meminit Menoch.conſi.907. num.7.uol.
10.de qua materia tradit etiam aliqua Mi
laneñſ.deciſ.9.nu.98.& 99. lib. 2. nam cū
prædictis declarationibus quæſtio nul-
lam habet, nec habere poteſt difficulta-
tem.

15 Circa quæſt.7.Adde,quòd ſi unus con-
iugum eſſet maleficiatus, & impotens ad
contrahendum matrimonium, & dolosè
& ſcienter contraxiſſet matrimonium,ſi
talis coniux eſſet uir, non lucraretur do-
tem,ſi illam deberet lucrari ex forma ſta-
tuti;ſi uerò eſset uxor,non lucraretur an-
tefatum,nec iocalia,nec aliquid aliud, ut
cernitur ex hic dictis num. 3. & ſeqq. &
probant etiam Paul.Girlan. Duen. Rolā.
Cephal.& alij penes Brixian.in repertor.
Borgnini in uerb. matrimonium ultra
filios fratrum. Ricc.in prax. matrimonia.
deciſ.256.tot.qui omnes hoc intelligunt,
16 † quando talis coniux eſset impotens à
natura,uel eſset maleficiatus ante contra-
ctum matrimonium; ſecus tamen ſi talis
impotentia eueniſset poſt cōtractum ma-
trimonium,& in dubio præſumitur eue-
nire poſt contractum matrimonium, &
17 proinde expectatur exitus triennij,† quo
caſu maleficium debet impetrari ſolui à
Deo per orationes, nec procurari debet,
ut ſoluatur per alia maleficia, ut omnes
18 docent.† & ſi elapſo triennio maleficiū
non eſset ſolutum, tunc matrimonium
declaratur nullum à Iudice Eccleſiaſtico;
quia, dum conſumatum non eſt, à parte
rei eſt nullum ob tale impedimentum,&
uterque coniux manet liber ad contrahē-
dum cū alio, & ita pluries deciſum refert
Brixian. in loc.cit. & lite pēdente in tali
diſſolutione præſtatur alimēta ad inuicē,
nempe,mulier uiro,& è cōtra, etiam pro
expenſis litis; & citat Afflict. deciſ.152.
Capell.Tholoſ.deciſ.380.& alios plures,
19 & refert caſum,† quòd vir eſſet potens
ad conſumandum matrimonium, & mu-
lier erat etiam apta; ſed quia mulier erat
maleficiata taliter, quòd, dum uir ad illā
appropinquabat ad petendum,uel reddē-
dum debitum, natura uxoris ſtatim adeo
tumeſcebat, & inflammabatur cum ma-
ximo dolore,quòd per ſex annos non po-
tuerunt matrimonium cōſumare, & ma-
lefica, quæ maleficiū fecit, mortua erat,
& ſubdit, quòd tale matrimoniū eſt nul-
lum, quàmuis tutius eſſet propter dubie-
tatem

Digitized by Google

tatem articuli in hoc ultimo caſu, ut unus
ex coniugibus ingrederetur religionem,
quia etiam ſi eſset matrimonium ratum,
tolleretur per ingreſsum religionis, &
coniux ſuperſtes ad libitum contraheret
cum alio, ut notant Canoniſt. in cap. fra-
ternitatis de frigid. & maleficiat. ad quos
ſe remittit Borgnin. deciſ. 18. num. 8. &
ſeqq. par. 2. de qua materia tractat latiſſi-
me Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 94. &
20 ſeqq. † In omni tamen ſententia cohabi-
tatio triennalis incipit a primo die, quo
uterque coniux ſecũ habitare inceperunt,
ut docet Innoc. in cap. fi. de frigid. & ma-
leficiat. ubi Abb. nu. 12. Sed Hoſtienſ. ibid.
Ioan. Andr. & alij, quos nouiſſimè pro-
bat Riccius in d. prax. matrim. deciſ. 239.
probant, ut tempus triennij currat à die
impoſitæ pœnitentiæ per Ordinarium,
& ſic deciſum refert, quia tale impedimẽ-
tum multoties euenit propter peccata
coniugum, & ſæpe ſoluitur per pœniten-
tiam, ut per eos.

21 Sub nu. 16. Vt ſciens impedimentum,
priuetur antefato, uel lucro dotis; ſecus ſi
id ignoret, adde Valaſc. conſult. 15. Hie-
ronym. a Laurent. deciſ. 21. nu. 9. & ſeqq.
poſt alios Fontanell. in tract. de pact. do-
talib. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 65. cum plurib.
22 ſeqq. † Et quando ſciunt impedimẽtum
dicta bona applicantur Fiſco, ut etiã poſt
alios probant Rebell. par. 2. de obligat.
iuſt. lib. 6. quæſt. 4. num. 10. Lanar. Pellicc.
& Viui. penes Io. Bapt. de Thor. in uerb.
donatio propter nuptias, ſiue antefatum.

23 Sub num. 18. ut cognoſcens mulierem
non uiri potentem, debeat puniri graui
pœna, adde Grammat. Iul. Clar. Petr. Ca-
ball. Ricc. & alios penes eundem de Tho-
ro in uerb. ſtuprans Virginem immatu-
ram.

24 Sub num. 7. quæſt. 8. ut ſponſa lucretur
medietatem antefati per oſculum, adde
Caſtill. deciſ. 93. Regn. Siciliæ. Pellicc.
Conſiliar. de Georg. & alios penes eundẽ
de Thoro in uerb. donatiua facta.

Ad quæſtio. 9. nihil eſt additum, nec etiã
ad quæſtio. 10. quàmuis uidi firmatum
per quendam doctum uirum contra
25 ibidem diſcuſsa num. 8. † ut proprie-
tas antefati ſit Monaſterij, etiam ſi fi-
lius præmoriatur matri. ex regul. text.
in Authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl.
ſed non benè dicit, nec uidit ratio-
nes hic diſcuſsas, quia proprietas an-
tefati eſt filiorum, ſi filij ſuperuiuant
matri, alias ſecus, ut etiam dixi in hac
7. par. quæſt. 14. etiam in addition. &
ſub num. 5. d. quæſt. 14. dixi, quòd ſi filij
ſuperuiuerent matri moniali, conſe-
querẽtur antefatum, ſi tamen ipſi præ-
moriantur matri, tunc monaſterium
conſequeretur illud, & ſic idem eſt in
caſu propoſito contra dictum Docto-
rem.

26 Ad quæſtio. 11. hoc ſolùm eſt additum,
quòd ſi antefatum conſiſteret in pecunia
mulier haberet electionem, ſi vellet pete-
re competens intereſſe antefati, vel illam
pecuniam cum cautione, vt poſt Napoda.
hic in conſuet. quartam autem nu. 78. in
verb. fructus fol. 262. probat Afflict. deciſ.
291. vbi ad hoc probandum varias ſenten-
27 tias Sacri Conſilij refert, † & quòd mu-
lier poteſt variare, vt ſi prius petijſſet pe-
cuniam, poſſit deinde intereſſe petere, &
ſic è contra, vt etiam probant Capyc. de-
ciſ. 65. nu. 2. de Franch. deciſ. 472. præci-
puè num. 4. vbi affirmat ita ſemper fuiſſe
iudicatum, prout etiam annis non longè
decurſis, decidit Sacr. Conſilium ad rela-
tionem Magn. Curiæ in cauſa Laurę Aci-
to cum hæredibus quondam Iacobi Va-
lente, patrocinante Petro Antonio de
Amato; vt in eius allegationibus firma-
tũ vidi. Adde Tuſch. in verb. mutatio, vbi
latiſſimè de tali variatione tractat.

SVMMARIVM.

INtereſſe dotis, & antefati regulariter taxatur ſecundùm formam conſuetudinis; multoties tamen in plus taxatur, prout mulier patitur intereſſe, & ſic pluries deciſum refertur nu. 1. 2. & 4.

Fuluius Lanarius laudatur. nu. 4.

Vſura multorum annorum an poſſint trãſcendere ſortem principalem. nu. 5. & ſeqq.

Vſura qua ratione debeatur, traditur num. 6.

Tempus non eſt cauſa, nec modus inducenda, vel tollẽdæ obligationis. nu. 8.

Tex. in nouella Iuſtiniani Conſtit. 121. & 138. Quo prohibentur vſuræ, ſi excedant ſortem principalem, explicatur nu. 9. & 10.

Maritus, non procurans legitimam curam

ram in infirmitate vxoris, priuatur lucro dotis.nu.12.

Filij habent dotes, & bona materna, tanquam filij, non autem tanquam heredes.nu.13.

Antefatum debetur filijs etiam diuerſorum matrimoniorum, ſi adſint.nu.14.

ADDITIONES
ad quæſt.12.cum ſeqq.

1 SVb num.6.cum ſeqq. De in-
tereſſe antefati, vt aliqñ ex-
cedat ſummã taxatã per cõ-
ſuetudines, ꝓut mulier paſ-
ſa fuit itereſſe, adde Cãpag.
Maxil.& alios penes Ioan.Bapt. de Thor.
in verb. intereſſe, ſiue vſusfructus, & fuit
etiam deciſum in cauſa Donnæ Iſabellæ
de Tolſa cum Duce Ebuli eius filio in Sa-
cro Collaterali Conſilio, ad relationem
2 Regentis de Ponte in anno 1601.† vt in-
tereſſe dotium, & antefati debeatur ad ra-
tionem ſeptem pro centenario, vt habe-
tur in dicto proceſſu fol.409.exiſtente in
Sacro Conſilio penes Franciſcum Anto-
niũ de Viuo pro Fęlice, & cauſa liquida-
tionis proceſſit hoc modo, nempe, vt legi-
tur in eodem proceſſu fol.1131. vbi habe-
tur hoc decretum die 12.Septemb. 1605.
Neapoli. Facto de prædictis verbo in Sac.
Regio Conſilio per Magnif.V.I.D.Fabiũ
Riccardum Regium Conſiliarium, &
cauſæ Commiſſariũ, cum interuentu Ma-
gnifici V.I.D. Scipionis de Curteadiun-
cti.decreto ipſius Sacri Conſilij declaratũ
eſt intereſſe dotium, & antefati dictæ D.
Iſabellæ de Tolſa deberi a die mortis Il-
luſtriſs. Ducis Ebuli eius viri ad rationem
Conſuetudinis Neapolitanæ vſq; ad diẽ
21.Iunij proximè pręteriti præſentis an-
ni 1605.a dicto verò die vſq; ad effectua-
lem ſatisfactionem, ad rationem ducator.
ſeptẽ pro centenario, tàm dotium, quàm
antefati hoc ſuum. Annibal Cæſarius Se-
cretarius. Cauſa autem huius diuerſitatis,
3 vt ex dicto proceſſu cernitur † (& retulit
etiam mihi Fuluius Lanarius Aduocatus
primarius, quo patrocinante, fuit facta
talis deciſio, & qui etiam in ſimili cauſa
iddem tanquam arbiter iudicauit) diuer-
4 ſitas inquam, fuit, † quia vſque ad dictum
diem 21.Iunij anni 1605.prędicta D. Iſa-
bella vidua permanſit, a dicto verò die
21. Iunij promiſit dotem, & antefatum
prædictum eius ſecũdo viro, & ſic omnia
dedit in dotẽ, tã antefatũ, quàm primã do-
tem, & cõſequenter intereſſe fuit taxatũ
vniforme pro dote, & antefato ad ratio-
nem prædictam ſeptem pro centenario,
etiam quia tunc ipſa mulier patiebatur ſi-
mile, & maius intereſſe, vt ex dicto pro-
ceſſu colligitur, quo caſu intereſſe excedit
taxationem factam per has conſuetudi-
nes, iuxta hic diſcuſſa nu.6. cum ſeqq.
5 Ex diſcuſſis in eadẽ q.12. deciditur illa
quæſtio, ſiue cõtrouerſia, videlicet, ſi vſuræ
multorũ annorum coaceruatæ ſimul poſ-
ſint excedere ſortem principalem, & re-
ſpondeo affirmatiuè, quando vſuræ legi-
timo iure debentur, quia nempe ſint con-
ſtitutæ ratione intereſſe, & hoc iure vti-
mur in hoc Regno, vt eſt gloſ. in l. vſuræ,
vbi Bart.C.de vſur.& poſt alios Surd.cõſ.
302.nu.2.& ſeqq.vol.3. & iure quidem,
quia, vt par.2.titu.de bonis q.5.nu.30. di-
6 ctum eſt, † vſura debetur ratione fructuũ,
qui ex re aliqua percipiuntur, vel ratione
temporis retardatæ ſolutionis, in quo vel
creditor ex pecunia tantundem fuiſſet lu-
cratus, vel eſſet damnum paſſus, & ſic ra-
tione lucri ceſſantis, vel damni emergen-
tis, vt eſt vulgatum apud omnes, & habe-
tur in l. quod ti Epheſi. in princ. ff.de eo,
quod cert.loc.vbi Caſtr.& alij. Igitur do-
nec capitale non ſoluitur, ſemper durat
hæc ratio, & conſequenter ſemper conti-
nuat curſus vſurarum.
7 Cõprobatur etiã ratione, quia ſi licita
eſt exactio vſurarũ ſingulis annis vſq; ad
certam ſummã, adeò vt intra certũ tẽpus
poſſint aſcendere ad æqualitatẽ ſortis, &
illam excedere, non adeſt ratio ſufficiens,
vt debeant prohiberi in futurum; etiam
quia voluntariè diceretur, vt vſuræ ſint
ſolùm permiſſæ vſq; ad æqualitatem ſor-
tis principalis, ex quo eodem modo pro-
hiberentur omnes, ne ex parua pecunia,
vel paruo patrimonio ex negociatione li-
cita in centuplum patrimonium multi-
plicarẽt, quod eſt ridiculũ, ſatis eſt enim,
vt intereſſe ſoluatur ad rationem taxatã
per Sacros Canones, & Bullas Põtificias,
quamuis poſtea ex curſu temporis in cen-
tuplum excederent capitale; eſt enim vul-
8 gatum iuris axioma, † vt tempus non ſit
cauſa, nec modus inducendæ, vel tollen-
dæ obligationis.l.obligationum.§.placet.
ff. de action. & obligat. cum alijs ad hoc
propoſitum cumulatis per Surd. d. conſi.
302. nu. 13.
9 Poſtremò non vrget tex.in nouella Iu-

ſtiniani

ſtiniani conſtit. 125. & 138. vt ſint prohi-
bitæ vſuræ, ſi excedant ſortem principa-
lem, prout etiam defendunt Alciat. lib. 1.
parergon. cap. 33. Lupus, & Damnati Pa-
riſienſ. penes Surd. d. conſi. 302. nu. 1. vbi
ſic refert deciſum Ferrariæ, vt tales vſuræ
fuerint reductę ad æqualitatē ſortis prin-
cipalis: † nam reſpondetur text. illum
communiter intelligi, vt uſuræ non ex-
cepant duplum ſingulis annis, ſic enim
conſuetum erat ante tempus Iuſtiniani,
vt optimè notat Surd. vbi ſupra num. 10.
cum ſeqq. Sed hodie non procedit, quia
ſatis eſt, vt exigantur vſuræ iuxta ſummā
taxatam, vt dixi, per Sacros Canones, &
11 Bullas Pontificias. † Verùm cum aliqua
iuſta cauſa, præcipuè ex curſu multo-
rum annorum, in quibus petitæ non
eſſent vſuræ, poſſet practicari contra-
ria opinio, vt debeatur capitale vnà cum
intereſſe, quod non excedat ſortem prin-
cipalem, & ſignanter ſi eſſet curſus 30.
annorum, & amplius, prout dicetur infra
de pignor. & hypothecis, ubi, quod detur
præſcriptio.

12 Sub num. 9. quæſt. 13. ſi maritus non
procurat legitimam curam in infirmitate
vxoris, priuetur lucro dotis, adde Me-
noch. conſi. 256. lib. 3.

13 Sub num. 2. & ſeqq. quæſtio. 14. Vt filij
habeant dotes maternas, tanquam filij,
adde Gaſpar. Theſaurum in addition. ad
patrem deciſ. 237. & Battaglin. de qui-
bus meminit Ioann. Baptiſta de Thor. in
verb. filiæ fœminæ morientes, qui etiam
dicunt, quòd, ſi filij moriantur, viuen-
te patre, & mortua matre, iam ex gene-
rali conſuetudine ſuccedunt ad dotes, &
ad bona materna, non tamen vt hæredes
matris, vt per eos.

14 Quod autem dicitur, vt antefatum
debeatur omnibus filijs, ſi ſupereſſent,
vt dixi hic num. 6. Adde etiam Anton.
de Alexand. infra titu. commun. diuid.
in conſuetud. ſi tamen contingat, in
addition. incip. Nota ex hac gloſ. fol. 385.
de Franch. deciſ. 621. de quibus memi-
nit idem de Thor. in verb. antefatum an
lucretur.

SVMMARIVM.

ASſiſtentia etiam ſecundùm conſuetudines conceditur, quando de iure non poteſt denegari reaſſumptio inſtrumenti dotalis. nu. 1.

Inſtrumentum deperditum poteſt probari per teſtes. nu. 2. Sed tria ſunt neceſſaria, quæ recenſentur. nu. 3.

Inſtrumentum ſit ad probandam rem geſtam, & poteſt quis cogi inſtrumentum facere. nu. 4.

Retentio dotis, & antefati datur etiam ſine inſtrumento, quàmuis mater eſſet tutrix filiorum. nu. 5.

Dos ſecundùm ius commune, ſic etiam ſecundùm morem magnatum poteſt peti ſine inſtrumento. nu. 6.

Hypotheca dotis quando incipiat, an à die promiſſionis, vel à die ſolutionis, traditur nu. 7.

Priuilegium conſuetudinis, ne dos probari poſſit per teſtes, amittitur, ſi recipiantur teſtes de voluntate partis contraria. nu. 8.

Pacto de non opponendo, quo Siculi utūtur cenſetur renunciatum per receptionem teſtium. nu. 9.

Statutum, vt probatio fieri nequeat per teſtes, ſed per inſtrumentum, qualiter iuſtificetur, traditur nu. 10. Non cēſetur excludere teſtes legales nu. 13.

Tertij poſſeſſores non ligantur diſpoſitione conſuetudinis, vt dos probari nequeat per teſtes, & ratione probatur num. 11.

Pſallia quidnam ſit, traditur nu. 12.

Hæredes viri poſſunt excipere de donatione antefati, & de dilatione ad ſoluendam dotem, quamuis non habeant inſtrumentum. nu. 14.

Solutio dotis enunciata in alio inſtrumēto nihil iuuat. nu. 15.

Dos ſi ſemel ſit ſoluta, ſed non ſit caſſatum inſtrumentum, & iterum petatur, quo remedio ſuccurratur marito, vel eius hæredibus, traditur num. 16. & ſeqq.

Solutio indebitè facta quo iure reuocetur nu. 17.

Reſtitutio in integrum an detur hæredibus aduerſus ſolutionem indebitè factam per defunctum, traditur nu. 18.

AD-

ADDITIONES
ad quæſt. 15. & 16.

1 SVb num. 4. q. 15. adde, quòd
Minad. d. deciſ. 6. conclu-
dit, quòd ſi reaſſumptio in-
ſtrumenti dotalis de iure
negari non poſſit, tunc ad
euitandum circuitum inutilem poſſet cõ-
cedi aſſiſtentia, præcipuè ſi adeſſet con-
feſſio viri de receptione dotis, quod etiam
probant Rouit. pragmat. 1. num. 2. de fid.
inſtrum. & Muſcatell. penes Io. Bapt. de
Tho. in verb. aſſiſtẽtia an præſtari debeat.
dummodo cõfeſſio ſit vera, nec ſit in frau-
dem creditorum, vt dixi in hac par. 7. q.
8. & in hac q. 6.
2 Sub nu. 11. vt inſtrumentum deperdi-
tum poſſit probari per teſtes, adde tex. in
l. ſicut iniquus. C. de fid. inſtrum. vbi Bart.
Ange. & alij, & adde etiam Abbat. Afflic.
& alios penes Surd. conſ. 144. per tot. vol.
3 1. † vbi probat tria eſſe neceſſaria in tali
depoſitione teſtium. Primò, vt ſcriptura
ſit deperdita. Secundò, vt contineat locũ,
tempus, & alia requiſita neceſſaria ad in-
ſtrumentum. Et Tertiò, vt ſcriptura, ſiue
inſtrumentum illud non ſit vitiatum; &
dum hæc tria requiſita adſunt, ceſſat om-
nis ſuſpitio falſitatis, & conſequenter eſt
modus idoneus ſupplendi ſcripturas pu-
blicas, & ne detur occaſio occultandi ta-
4 les ſcripturas: & additur ratio, quia † in-
ſtrumentum fieri ſolet ad probationem
rei geſtæ, itaque dum apparet de re, & ne-
gotio geſto ſatis eſt, & in hoc caſu poteſt
etiam quis cogi ad faciendum inſtrumen-
tum ad rem illam geſtam probandam, &
qui recuſaret illud facere, non eſſet audiẽ-
dus, quoniam allegaret turpitudinẽ pro-
priam. l. tranſactione finita. C. de tranſac.
Bar. Bald. Alex. Felyn. & alij, quos probat
Surd. d. conſ. 144. nu. 4. & ſeqq. vol. 1.
5 Sub nu. 13. vt detur retentio dotis, &
antefati ſine inſtrumento, adde hoc etiam
eſſe verum, ſi vxor eſſet relicta tutrix filio-
rum, & eſſet obligata ad reddendum com-
putum; nam, etiam computo nõ dato, re-
tinet dotem, & antefatum, vt latiſſimè
probat Neguſant. de pignor. in 1. membr.
5. par. col. 11. verſ. decimò circa effectum,
& ita fuit deciſum in Sacr. Conſi. vt refert
Grammat. conſi. ciuili 114. nu. 11. de qui-
bus meminit de Thor. vbi ſupra in verb.
retentio dotis.
6 Sub num. 15. vt ſecundùm morem Ma-
gnatum petatur dos etiam ſine inſtrumen
to. Adde Lotther. in Cõſuet. dos, & quar-
ta. fol. 66. in addit. incip. Ad hanc conſue-
tudinem, & Grammat. conſi. 158. incip.
Redemptoris gentium: de quo meminit
de Thor. vbi ſupra in verb. libro mortui,
quo loco probat, vt dos poſſit etiam pro-
bari per librum patris, in quo nempe pa-
ter ſolebat ſcribere ſua negotia, & ibi in-
ueniretur ſcriptum, quòd tali die promi-
ſiſſet dotem eius filiæ.
7 Sub nu. 18. adde, quòd, ſi maritus poſt
dotem promiſſam contraxerit debita, dũ
poſtea recipit dotem, retrotrahitur hypo
theca mulieris ad diem promiſſæ dotis, vt
dixi par. 6. q. 2. probant etiam Boer. deciſ.
331. Rota Auenionẽ. tom. 3. diuerſor. de-
ciſ. 25. quos probat Tepat. lib. 2. receptar.
ſententiar. in titu. qui potior. in pign. ha-
bean. fol. 240. in antiquis col. 1. §. hypothe
ca tamen. Gomez. Guttier. & alij, quos
probat Molin. in tract. de cõtract. diſput.
438. §. tacita hypotheca, in fi. de Franch.
deciſ. 677. citat aliquos alios, non tamen
omnes prædictos Ioan. Bapt. de Thor. in
d. eius compen. in verb. aſſecuratio dotis
an peti poſſit per mulierem.
8 Sub nu. 27. adde, quòd, dum ſemel de
voluntate alterius partis recepti ſunt te-
ſtes ad probandam quantitatem dotis,
amittitur priuilegium huius conſuetudi-
9 nis ex ibidem dictis; † & iddem in ſimili
euenit in Regno Siciliæ, in pacto de non
opponẽdo aliquid contra inſtrumentum
bullare, ſiue cenſuale, niſi prius fuiſſet fa-
cta executio, ſiue ſolutio; attamen vnà ſe-
mel, quòd creditor permiſit opponi exce-
ptiones, & ſuper eas produci teſtes, amiſit
priuilegium pacti prædicti, & hoc iure
vtuntur in illo Regno, vt firmat Milanẽſ.
deciſ. 13. nu. 112. lib. 2. & poſt alios notat
Maſtrill. deciſ. 157. nu. 16. & ſeqq. lib. 2. &
practicatum vidi ſpatio ferè duorum an-
norum, quo ibi permanſi.
10 Sub nu. 22. & ſeqq. adde, quòd ea ratio-
ne mouentur DD. qui tenent, vt non va-
leat probatio per teſtes, ſed tãtùm per in-
ſtrumẽta, quia probatio per teſtes cõtinet
ſuſpitionẽ ſubornationis, falſitatis, & ſi-
miliũ in Dei offenſionem, perniciẽ Rei-
pub. & in damnũ proximi, vt poſt alios
probat Surd. conſ. 54. & conſi. 134. vol. 1.
& ſic iuſtificatur noſtra conſuetudo, vt di
xi d. nu. 22. cum ſeqq.
11 Sub nu. 4. q. 16. vt exceptionem legiti-

mã poſſint tertij poſſeſſores opponere, tenet etiam Lotiher. in conſuet. contra inſtrumentum. fol. 66. col. 3. in addit. incip. Iſta conſuetudo. vbi dicit ſic alias eum cõſuluiſſe, & citat Alex. conſ. 83. col. 4. vol. 3. & conſ. 68. vol. 3. Imol. in l. fin. ff. ſi quis, & a quo appell. & in clem. 1. vbi glo. de re iudic. Socin. in l. 1. ff. ſolu. matrim. Angel. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Roman. conſ. 42.

12 Sub nu. 6. & 7. adde etiam, ꝙ Pſallia exponitur, ideſt, tibi, & non alij, hoc eſt, dũ maritus recipit dotem, & reſtiuitionem promittit, intelligitur promiſſa reſtitutio, ac ſi diceret, tibi vxori meæ bona dotalia reſtituam, & non alij.

13 Sub nu. 9. Adde, quòd, dum ſtatutũ requirit ſcripturam, nõ admittit probationem per teſtes, nũquam excludit teſtes legales, vt ſunt teſtes fide digni, quia ius cõmune quanto minus fieri poteſt coarctari debet, vt ex tex. in l. fi. ff. de actio. & oblig. Probãr Butr. in c. ſicut, de probatio. Fely. Alex. Iaſ. Tiraqu. & alij, quos probat Carrot. par. 3. de locat. & cond. titu. de libert. ad mater. l. nec cui. C. locat. q. 1. nu. 7. fol. 144. col. 4.

14 Sub n. 16. Adde etiam pro limitatione, quòd, ſi vxor ageret pro reſtitutione dotis & antefati, & hæredes viri opponerẽt de donatione antefati, & de dilatione eis cõceſſa per mulierẽ ad ſoluendũ dotem, tũc datur hæredibus viri terminus ad probãdum, quia hæc non eſt probatio contra inſtrumentum dotale, ſed potius modificatio, quæ partim continet remiſſionem debiti, & partim dilationem ad ſoluendũ reſiduũ, vt ad ſẽſum patet, & probat Grãmat. conſ. ciuili 11. de quo meminit Ioan. Bapt. de Thor. vbi ſupra in verb. ſolutio dotis, ubi poſt Capyc. deciſ. 71. Bolognet. in l. edita nu. 24. & ſeqq. C. de edend. pro-
15 bat, quòd, † ſi ſolutio dotis enuncietur in aliqua ſcriptura, non argueret veram ſolutionem, & iure quidem, quia talis enunciatio ſolùm inducit ſolutionem pręſumptiuam, & confeſſio dotis receptæ debet continere veram receptionem, vt dixi in hac q. 16. nu. 14. & ſeqq. Et eò magis, quia regulariter non creditur notario enuncianti aliquid in ſuo inſtrumento, vt dixi par. 10. q. 14.

16 Sub nu. 17. de exceptione contra mulierem, vel eius hæredes, iterum repetentes dotem, ſemel ſolutam, adde, ꝙ, ſi maritus vel eius hęredes per ſententiam eſſent cõdẽnati ad ſoluendas dotes, quas ſemel ſoluerunt ſine cãcellatione inſtrumenti tũc & ſi non detur repetitio contra ſolutionẽ factam vigore ſententiæ, iuxta tex. in l. 1.
17 C. de conditio. indeb. † tamen datur repetitio contra id, quod primo loco extra iudicium ſoluit non iam per conditionẽ indebiti, ſed per conditionem ſine cauſa: non datur conditio indebiti, quia re vera tunc non erat indebitum, imò erat debitũ ex cauſa dotis; ſed datur conditio ſine cauſa, quoniam illa prima cauſa nunc de facto per ſententiam, qua quis condemnatur ad ſoluẽdum idem debitum, redacta eſt ad non cauſam, & mulier, vel eius hęredes venerunt contra primam ſolutionẽ petendo aliam, ita ex gloſ. in l. Iulianus, verum debitorem. ff. de condition. indeb. docet notabiliter Caſtrenſ. in l. eleganter, in prin. nu. 8. & ſeqq. ff. de cõditio. indeb. vbi Iaſ. nu. 12. & 17. Bal. Salyc. Aret. Alex. Imol. & Fely. quos probat Surd. conſ. 134. nu. 11. vol. 1. & etiam conſ. 435. vol. 3.

Plus ſubdit Surd. d. conſ. 134. nu. 12. ex doctrina Cyni, & aliorum in l. 1. C. de cõdit. indeb. Io. And. Bart. Ang. Imol. Alex.
18 Felyn. & aliorum, † quòd ad minus reſtituuntur hęredes ſoluentis ex clauſula generali ob iuſtam ignorantiã ſolutionis factæ per defunctum: imò etiam ob inſtrumentum nouiter repertum etiam maioribus datur reſtitutio contra ſententiam, vt poſt Felyn. in c. ſuborta. verſ. ſecundus caſus de re iudic. notat Surd. d. nu. 12. & eſt tex. in l. Imperatores, ubi communiter Scriben. ff. de re iudic. Caſtr. cõſ. 247. uol. 2. Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integ. q. 73. num. 58. & dixi de in integr. reſtit. in 3. vol.

Finis Septimæ Partis.

DE

DE CONSENSV MVLIERIS.

PARS OCTAVA.

Mulier, conſentiens viro alienanti, in bonis alienatis præiudicat ſibi quòad quartam tantùm, non autem in dote. h. d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

SI mulier conſentiat marito ſuo cōtrahenti ſuper bonis ipſius viri venditis, donãtis, permutantis, mutuũ accipientis, in ſolutũ dantis, vel qualitercunque contrahentis: necnon ſi conſentiat marito diſponenti de bonis ipſius mariti in ſua vltima voluntate, conſenſus ipſius mulieris non præiudicat eidem mulieri, vel alÿ ſucceſſori mulieris in dote quantum ad hypothecariam actionem, vel etiam actionem perſonalem, quam in bonis mariti habuit ſuper dotibus: Præiudicat tamen conſenſus mulieris ipſius in præmiſſis quantum ad quartam eidem mulieri, quam habet in bonis prædictis; in quorum alienatione facta per virum aſſenſum præſtitit, ita tamen, ſi conſenſus ipſius mulieris probetur per ipſam vltimam voluntatem mariti, vel per aliud inſtrumentum, per quod maritus contraxit; cui contractui mulier ipſa ſuum præſtitit aſſenſum.

Mulier ſi ſimul cum viro bona viri alienet, etiam in dotem ſibi præiudicat quòad bona alienata. h. d. Molfeſ.

CONSVET. II.

SEd ſi mulier vnà cum marito reperiatur per inſtrumẽtum aliquid vendidiſſe, vel quocunque alio titulo alienationis rem ipſius mariti immobilem in alium tranſtuliſſe, quantum ad rem illam in totum mulier ipſa excluditur, vt nec pro dote, nec pro quarta, nec pro iure hypothecarum poſſeſſionem ipſius rei impetere poſſit. Remanet tamen mulieri in alÿs bonis viri ius ſuum ſaluum, non obſtante conſenſu.

SVMMARIVM.

MAritus alienans bona ſua cum conſenſu vxoris, regulariter non præiudicat vxori in iuribus ſuis. nu. 1. Procedit etiã ſi alienaret in Eccleſiã, in fiſcũ, & alias perſonas priuilegiatas, & per quoſcũque contractus. nu. 3. 4. & 5.

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt. nu. 2.

Vxor an habeat quartam in bonis permutatis per virum. nu. 6. An teneatur ad debita contracta per virum ex cauſa alimentorum. nu. 7. remiſſiuè.

QVÆST. I.

1 PRimò quæro, an ſi maritus
poſt dotis receptionẽ bona ſua alienet ſine conſen
ſu vxoris præiudicet talis
alienatio vxori reſpectu
dotis, & iurium dotaliũ.
Reſpondeo negatiuè, quòd non ſolùm
procedit ſecundùm ius commune, cùm
clara ſit regula, vt debitor non poſſit ſuis
creditoribus per alienationem bonorum
ſuorum præiudicare, quia res penes quoſ-
cunque tranſeunt cum onere ſuo, vt eſt
vulgatiſſimum iuris axioma, ſed etiã pro-
cedit ſecundùm noſtras conſuetudines,
quia dum ſolùm per conſenſum vxoris in
alienatione bonorum viri fiat præiudiciũ
vxori, vt infra dicetur, hoc non habet lo-
2 cum, ſi mulier non conſentiat; † nam à
contrario ſenſu validiſſimum eſt argumẽ-

tum. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. ita Napod. hic num. 2. Similis conſuetudo extat Panhormi cap. 41 quam latiſſimè exornat Mar. Mut.

3 Ampliatur primò, etiam ſi alienatio fieret in beneficium Eccleſiæ, quia etiam in Eccleſiam, & quaſcunque alias perſonas tranſeũt bona cum onere ſuo, & ideò licèt Eccleſia non ligetur diſpoſitione conſuetudinum; attamen cum tali onere habet dicta bona, ita in ſpecie probat Napod. hic num. 23. & patet ex dictis ſupra par. 3. q. 3. vbi latiſſimè diſcuſſum eſt, ſi prohibitus diſponere ſit etiã prohibitus diſponere in Eccleſiam.

4 Ampliatur ſecundò, etiam ſi in beneficium fiſci id faceret, vel quorumcunque aliorum priuilegiorum, tum quia iſtæ cõſuetudines etiam Regem ipſum ligant, vt dixi ſupra par. 2. tit. de perſon. q. 4. tum etiam quia hoc expreſsè in hoc caſu colligitur ex dictis per Napod. hic num. 3. vt etiam dicetur q. ſeq.

5 Procedit etiam ſi id faciat maritus per quemcunque contractum, & ideò etiam ſi per contractum permutationis id eueniat, hoc procedit, eſt benè verum, quòd
6 † tunc vxor habebit quartam ſolùm in re tranſlata per virum in permutatem, quia illam tantùm habet hoc reſpectu obligatam: ſed in re recepta per virum non haberet quartam; quoniam ſic haberet duas quartas reſpectu eiuſdem rei. Ita Napoda. hic n. 24. & patet ex illo principio, ut nemo duplici onere ſic onerandus, vt etiam dixi ſupra par. 7. q. 3. nu. 9.

7 Hinc diximus ſupra par. 6. q. 6. † vt mulier nec teneatur ratione debiti contracti per virum cauſa alendi vxorem, & familiam, vt ibidem explicatum eſt.

S V M M A R I V M.

VXor, ſi conſentiat viro, vt alienet bona ſua, multi tenent, vt ſibi præiudicet in dote, & iuribus dotalibus. num. 1. & 2. Contrarium tamen probat Auctor, & varijs rationibus. nu. 2. & ſeqq. Multoties contra proprium commodum laborat, & à viro cogitur ſe obligare. nu. 4. Procedit etiam ſi conſentiat ſocero, & cuicunque alteri per quemlibet contractum. nu. 8. & 9.

Conſenſus vxoris, vt maritus alienet bona ſua, non præiudicat mulieri de iure communi, nec in dote, nec in antefato, ſed de iure conſuetudinario præiudicat ſolùm in antefato, etiam ſi maritus cum Rege contrahat cum conſenſu vxoris. nu. 5. & ſeqq.

Fiſcus de iure etiam conſuetudinario nõ inuenitur priuilegiatus contra mulierem. nu. 7.

Vxor, ſi conſentiat viro, vt diſponat de bonis ſuis in vltima voluntate, an ſibi præiudicet in iuribus ſuis. n. 10. Quid ſi vxorem feciſſet hæredem, & alteri feciſſet legatum, declaratur num. 11. Quid ſi renunciet beneficio conſuetudinum, traditur nu. 12. & 13.

Mulier an poſſit renũciare beneficio harum conſuetudinum. nu. 12. Si renunciet hypotheca, an ſibi præiudicet, & in quibus bonis, traditur nu. 14. & 15.

Hypothecam alicui remittens, non præſumitur remittere creditum ſuum. num. 16.

Geſta iudicialia perpetuam obtinent firmitatem. nu. 18.

Mulier, ſi in iudicio confiteatur receipiſſe dotem, vel extra iudicium, an ſibi præiudicet, traditur nu. 17. cum ſeqq. Quid ſi ſimul cum viro recipiat mutuò pecuniam, explicatur num. 21. & 22.

Pecunia, mutuò recepta, quando dicatur verti in vtilitatem mulieris, Eccleſiæ, vel Ciuitatis. nu. 21. & 22.

Q V Æ S T. I I.

1 SEcundò quæro; an, ſi vxor conſentiat alienationi bonorum viri, præiudicet ſibi in iuribus dotalibus? Reſpondeo cum diſtinctione, aut quærimus reſpectu dotis, vel reſpectu quartæ debitę mulieri. Primo caſu mulier ſibi non præiudicat, nec etiam alijs, qui habent ius ad dotem. In ſecundo tamen caſu ſibi præiudicat ſecundùm hoc ius conſuetudinariũ, ſic ꝓbat cõſuet. ſi mulier. hoc tit. vbi Napod. nu. 3. & omnes alij additionatores.

2 Bene verum eſt, quòd Afflict. deciſ. 311. affirmat contrarium, ut mulier ſibi præiudicet etiam reſpectu dotium, & ſecundũ eius opinionẽ refert ẽt deciſum Vinc. de

Franch.

Fräch. in cauſa Hieronymæ Tholoſæ, & Camillæ Pappacodæ, vt in eius deciſ. 84.
3 Verùm contra opinionem Afflicti fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio de anno 1553. die 8. Iulij, in cauſa Beatricis de Sibiliæ contra Ioannem Antonium de Stephano, ad relationem Conſiliarij Ioannis Andreæ de Curtis, refert Marin. Frec. hic fol. 175. in addit. incip. per iſtam conſuetudinem, & ibi Salern. ſic etiam deciſum alias refert in eodem Sacro Conſil. in anno 1566. in menſe Octobris, in cauſa Monaſterij S. Anelli de Neapoli cum hæredibus Iſabellæ Capellæ.

Et hęc opinio verior eſt, vt ex dicendis conſtabit etiam in ſequentib. quæſtionib. ſemper enim capere debemus defenſiones
4 in beneficium mulierum, † quæ multoties conſentire coguntur ab eorum viris, etiam quia laborant ſemper contra proprium commodum, vt dixi ſupra conſi. 10. num. 29. & etiam quia, dum hæc conſuetudo corrigit ius commune in vno,
5 nempe in quarta, † quia de iure communi vxori non pręiudicat talis conſenſus. Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia. quam in hoc corrigit hęc conſuetudo, vt notat hic Napoda. ſub nu. 29. non debemus eam extendere ad alium caſum, niſi ad expreſſum, vt ſciunt omnes. Eatenus hoc eſt
6 verum, † vt etiam locum habeat, ſi maritus cum Rege contrahat cum conſenſu vxoris, vt quia emiſſet gabellam, adhuc enim ſibi non præiudicat in dote, ſed tantùm in quarta ſecundùm hanc conſuetudinem, vt not. hic Napodan. nu. 3. tum ex dictis quæſt. præced. num. 4. & ſeqq. tum
7 etiam, † quia fiſcus de iure non inuenitur priuilegiatus contra mulierem. l. 2. C. de iur. fiſc. & ideo iſtæ conſuetudines tam reſpectu priuatorum, quàm etiam reſpectu fiſci procedunt, vt optimè notat Napod. d. num. 3. & dixi q. præced. latiſſimè poſt alios probat Mantic. lib. 11. de tacitis, & & ambig. côuent. tit. 25. & 26. & dicam infra de pignor. & hypoth.
8 Inſuper procedit, etiam ſi conſentiat ſocero, vel cuicunque alteri, qui dotem recepit, & promiſit illam conſeruare, & reſtituere in omnem caſum reſtitutionis, quoniam eadem ratio, & æquitas eſt reſpectu earum, quæ eſt reſpectu viri, vt conſulatur mulieri in conſeruatione dotis, vt ex pluribus probat hic Napod. num. 13.
9 † Et prædicta procedunt reſpectu cuiuſcunque contractus, vel quaſi contractus, ut latiſſime proſequitur Napodan. num. 5. cũ ſeqq. vt ſolùm ſit præiudicium reſpectu quartæ, non autem reſpectu dotis, & aliorum iurium dotalium.
10 Poſtremò procedit, etiam ſi vxor conſentiat viro, vt diſponat de bonis ſuis in vltima voluntate; nã adhuc cenſetur vxor ſibi præiudicare in quarta, non autem in dote, vt diſponit dicta conſuet. ſi mulier, in fi. vbi Napodan. num. 11. Qui num. 12.
11 † hoc eatenus uerum putat, vt locum habeat, etiam ſi maritus uxorem ſibi hæredẽ faciat, & maritus alteri extraneo legaſſet fundum dotalem, adhuc mulier per aditionem hæreditatis non præiudicat ſibi in dote ex diſpoſitione harum conſuetudinum, nec ſecundùm ius commune, vt in l. dotale. §. fi. ff. de fund. dotal. Eatenus hoc
12 verum affirmat Napodan. † vt procedat, etiam ſi vxor in ſpecie renunciaſſet beneficio harum conſuetudinum, quia, non obſtante tali renunciatione, adhuc non præiudicat ſibi in dote, vt docet hic num. 19. quoniam illa facilitas, mutuus amor, ſeu timor, ſeu deceptio viri, quę facit non pręiudicare conſenſum vxori, facit etiam
13 renunciationem non valere. † Secundò, quia legi prohibenti non poteſt renunciari. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent. Vnde dũ hæc conſuetudo diſponit, quãdo noceat, vel non noceat cõſenſus, prohibet ne aliter fiat, quoniam docet, vt ſi fiat, conſenſus non præiudicet. Igitur ei non poteſt renunciari, etiam quia bonum publicum reſpicit, ne mulier indotata remaneat, vt vulgatiſſimum eſt.

Ex hoc patet, quòd, dum Napodan. hic
14 ſub nu. 19. docet, † vt ſi mulier renunciet iuri hypothecarum, tunc ſibi præiudicat, vt etiam notat Conſiliarius de Bottis ſub num. 2. in addit. incip. limita, niſi vxor ex tex. in l. iubemus. C. ad Velleian. vt procedat reſpectu quartæ, & etiam antefati, ſic enim loquitur Napod. d. nu. 19. nõ autem reſpectu dotis.
15 Plus docet Napod. in hoc caſu, quòd, ſi eſt obligatio, ſiue hypotheca generalis in inſtrumento, & tunc ſi mulier renunciet iuri hypothecæ, intelligitur ſolùm, vt in bonis alienatis ſibi præiudicet uxor in quarta, & antefato, ſed ſuper alijs bonis non alienatis poteſt illam petere; at ſi eſſet obligatio ſpecialis circa illam rem tãtùm, & tunc dum alienatur cum cõſenſu mulieris, & cum renunciatione hypothecæ, ſit præiudicium uxori in quarta, & ante-

antefato : ſecus ſi alienetur ſine conſenſu mulieris.

16 Hinc eſt, quòd remittens hypothecam alicui, non præſumitur remittere creditũ ſuum, & ideo illud recuperat ab alijs bonis, reſpectu quorum non remittit hypothecã. l. poſtquam. ff. de pact. Cuman. cõſ. 19. Quidam nobilis. Dec. in l. creditor. ff. de reg. iur. poſt alios Neguſ. de pignor. in 3. membr. ſextæ part. principal. num. 11. 24. & 37.

17 Limitatur autẽ hoc tribus modis, præcipuè primò, ſi uxor in iudicio confeſſa

18 fuerit recepiſſe dotem, † quia geſta iudicialia perpetuam obtinent firmitatem. l. geſta. C. de re iudic. Napod. hic nu. 4. dixi etiam ſupra par. 7. quæſt. ult. nu. 14. etiam in additio.

19 Secundò limitatur, ſi extraiudicialiter per publicum tamen inſtrumẽtum, omni carens ſuſpitione, conſtaret mulierem recepiſſe dotem, tunc enim eſt eadem ratio, quia nempe eſt illi ſatisfactum de dote. ita poſt gloſ. in l. 1. in verb. fundos. C. non licer. habitator. metrocon. lib. 11. Napod. d. nu. 4. & patet ex dictis d. q. vlt. nu. 14. etiam in addit. vbi hoc declaraui eſſe

20 verum; † dummodo ſit vera confeſſio, nõ autem enunciatio ſolutionis, idcircò ad ibidem diſcuſſa me remitto.

21 Tertiò limitatur, quãdo maritus cum conſenſu mulieris aliquam pecuniarum quantitatem per contractum mutui, vel alio modo recepiſſet, & pecunia illa verſa fuiſſet in mulieris utilitatem; tunc mulier etiam in dote ſibi præiudicat, ut ex tex. in Auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian.

22 not. hic Napod. nu. 18. † ea ratione, quoniam mulier non poteſt in damno uerſari, cùm iam illam pecuniã habeat. l. ſi mulier contra. ff. ad Velleia. Verùm ſupponitur iam euidenter conſtare, quòd ſit uerſa in mulieris utilitatem, aliàs ſecus, ut de Ecceleſia, Ciuitate, & alijs, probat poſt alios Andr. Facchin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 76. conferunt etiam diſcuſſa per Molin. libr. 4. de Hiſpanor. primogen. cap. 4. præcipuè num. 23. & dicetur infra q. 16. tractat latiſſimè Maſcard. de probat. concl. 1165. & ſeqq. vbi etiã agit qualiter ſit probandũ, vt pecunia ſit verſa in vtilitatẽ Eccleſiæ, minoris, & ſic de alijs, & de muliere loquitur concl. 1081. vbi multa tractat de his, quæ mulieribus condonantur ob ſexus fragilitatem.

SVMMARIVM.

Conſenſus mulieris viro, alienãti bona ſua, debet eſſe explicitus, vt ei præiudicet. nu. 1. & ſeqq. & nu. 25.

Præſentia cum taciturnitate quãdo præiudicet, ſub nu. 1. cum ſeqq.

Mulier ob verecundiam multoties etiã propriam voluntatem non deponunt, nec alteri contradicunt. nu. 3.

Tacens ob verecundiam, & reuerẽtiam, non dicitur ad actum conſentire. numero 4.

Metus, & metus ſuſpitio annullant cõtractum. nu. 5.

Coactè facit, qui timore coactionis aliquid facit. nu. 6.

Soluens tertias metu, ne contra illum liquidetur inſtrumentum, non dicitur approbare contractum. nu. 7.

Tacens in dubio non præſumitur conſentire, & ratione probatur. nu. 8.

Creditor præſens alienationi rei pignoratæ, vel hypothecatæ, quãdo dicatur ſibi præiudicare, traditur nu. 9. Quid ſi bona debitoris vendãtur ſub haſta, vel per proclama, traditur nu. 10. & ſeqq. Quid ſi per Iudicem delegatum fierent ſubhaſtationes, & creditores anteriores nõ comparuiſſent, traditur nu. 12. & ſeqq.

Tex. in l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. explicatur nu. 11. & 15.

Diligentia creditorum comparẽtium in iudicio, etiam ſi poſteriores ſint, non debet illis eſſe nociua. nu. 13. & 14.

Subhaſtationes factæ per Iudices an præiudicent creditoribus anterioribus, traditur nu. 11. cum ſeqq.

Factum Iudicis quando dicatur factum partis, traditur nu. 16.

Permittens, vel nõ prohibens, quod prohibere poteſt, an dicatur conſentire. nu. 17. & 18.

Baro, ſi ſciat eius vaſſallum coram alio Iudice litigare, & non prohibet, cenſetur conſentire, & ſibi præiudicat. num. 18.

Alienatio feudi facta, præſente Domino, & non contradicente, valet. numero 19.

Iudex an poſſit cogere creditores, vt compareant

pareant

pareant ad conſequendum eius creditum, traditur nu. 20. & 21.

Legatarij rogi poſſũt per Iudicem, vt infra certum tempus eligant bona, dum habent electionem eligendi. nu. 25.

Iudex debet prouidere ex officio, ne iudicium reddatur eluſorium. nu. 22.

Creditores anteriores an poſſint auocare, quod ſolutum eſt, vel reſſum creditori poſteriori, traditur nu. 23. & 24.

Conſenſus ignoranter præſtitus per mulierem alienationi factæ per virum, ei non nocet etiam in quarta. num. 26.

Eò magis non nocet filijs. nu. 27.

Hæres an poſſit impugnare factũ defuncti? ſub nu. 27. & nu. 28.

QVÆST. III.

1 TErtiò quæro, hic mulieris conſenſus an debeat eſſe explicitus, & expreſſus, uel ſatis ſit ſola præſentia cum taciturnitate? Omiſſa diſputatione Doctorum, an præſentia cum taciturnitate inducat conſenſum, de qua multa hic dicit Napodan. nu. 25. cũ ſeqq. Vbi ad plures infert quæſtiones; & dixi aliqua par. 4. tit. de renunciat. q. 19. etiam in addit. nu. 7. & ſeqq. & latiſſimè tradit Thuſc. in uerb. præſentia, à concluſ. 602. ad concl. 607. ubi ad plura infert; quæ omitto: nam penes illum uideri poſſunt.

2 Dico igitur ſolam præſentiam mulieris eum taciturnitate non inducere conſenſum ualidum ſecundùm formam harũ conſuetudinum, vt illo præiudicetur ipſi mulieri, ſic Napod. hic num. 29. & patet manifeſtè ex uerbis conſuetudinis, ibi. [*Ita tamen ſi conſenſus ipſius mulieris probatur per ipſam vltimam voluntatẽ mariti, vel per aliud inſtrumentum, per quod maritus contraxit; cui contractui mulier ipſa ſuum præſtitit aſſenſum.*] Itaque debet clarè apparere per ipſum instrumentum contractus, vel per ultimã illam uoluntatem mariti, quòd mulier certiorata de iuribus ſuis, quòd nempè ſciat per hunc conceſſum ſibi præiudicare in quarta, ut dicam nu. 25.

Diuerſas tamen ad hoc indicat rationes. Napod. d. num. 29. Primò, † quia ple-
3 runque mulieres cultu uerecundiæ ſuam nolunt deponere uoluntatem. l. in conuẽtione. C. de nupt. quam utique deponerent, ſi uerecundiam non haberent, &
4 hinc eſt, † ut taciturnitas non habeatur pro conſenſu in eo, qui propter uerecundiam, uel reuerentiam non audent contradicere. l. penul. ff. de furt. Napodan. ubi ſupra.

5 Et ideò non ſolùm metus, ſed etiam metus ſuſpitio uitiat contractum, ut poſt Bald. in l. interpoſitas. colum. 2. C. de tranſact. Barto. Brun. & alios Surd. conſi. 367. nu. 23. uol. 3. & ut dixi infra conſ. 42.
6 nu. 44. † ut coactè faciat, qui timore coactionis aliquid facit. l. nouiſſimè. ff. quod fali. aller. ubi Bald. Ioan. And. in reg. bona fides. in mercurialibus, ubi etiam docet,
7 † quod qui ſoluit, nulla tamen coactione adhibita, ſciens tamen ſe poſſe cogi, coactè dicitur ſoluiſſe, & inuitus. Iddem probant Anchar. in c. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iudic. Salycet. in l. ita nobis. C. de adulter. Crauett. conſ. 470. nu. 13. uerſ. cæterum. Rimin. iun. conſ. 399. num. 70. & Vgolin. quos probat Ioã. Philipp. Teſtai. in alleg. 6. nu. 345. ubi loquitur de debitore bullari, ſiue cenſuali, ut ſoluens tertias, ſeu interuſuria, non præſumatur approbare contractum, ſed potius ſoluere, ne cõtra eum cauſetur executio, ſeu cogatur ſoluere capitale, & ſic ad maiora incommoda euitanda.

8 Secundò, quia ſcit ius ſuum ubicunque durare, ideò tacet, & ſic non habetur pro conſentiente, niſi expreſsè conſentiat. l. ſicut. §. non uidetur, ubi omnes. ff. quibus
9 mod. pign. uel hypoth. ſoluit. † quæ loquitur in creditore præſente alienationi rei pignoratæ, & hypothecatæ, ut illa præſentia ei non præiudicet, quia ſciebat ius ſuum durare ad quoſcunque res tranſit, latiſſimè Neguſant. de pignor. in 3. memb. 6. par. princ. nu. 23. de Franch. deciſ. 101. nu. 10.

10 Hinc eſt etiam, quòd etiam ſi decreto Iudicis bona debitoris uendantur, & per proclama, & ſic ſubhaſta, adhuc talis uenditio non præiudicat creditoribus, etiam ſi eſſent præſentes tempore uenditionis, non obſtante diſpoſitione tex. in l. ſi eo tẽpore. C. de remiſſ. pignor. Nam ut tex. ille
11 locum habeat. † Primò requiritur, ut creditores certi citentur perſonaliter ad dicendum quicquid uoluerint contra dictã alienationem. Secundò, citari debent alij creditores incerti per proclama, ſiue per edictum. Tertiò fit uenditio ſubhaſta, & tunc

Digitized by Google

tunc ſi non compareant creditores ad impediendam dictam alienationem, ſed tacuerunt, præſumuntur remittere illorum hypothecam reſpectu bonorum alienatorum, aliàs ſi prædicta non ſeruentur non habet locum ille tex. vt docent Ang. Bal. Salycet. & alij in d. l. ſi eo tempore, & ante illum. Bar. ibid. & in l. fin nu. 2. C. de remiſſ. pignor. Neguſ. qui alios citat in tracta. de pignor. memb. 3. ſextę par. princip. nu. 23. verſ. regula octaua procedit cum numer. ſeqq. Alex. conſi. 106. nu. 7. & 8. & conſ. 107. vol. 5. Andr. in c. 1. nu. 31. verſ. videor quippe, quib. mod. feu. amitt. Surd. deciſ. 302.

12 Dubium tamen eſſe poteſt, an hoc etiã locum habeat, dum Iudex delegatus cauſarum alicuius banci, vel perſonæ priuatæ, iam decoctæ, velit aſſignare effectus banci, vel alterius decocti creditoribus, & creditores certos perſonaliter citet; incertos verò per edictum, vt compareant tali die ad dicendum quicquid voluerint in tali aſſignatione, & q vnicuiq; ſeruata forma anterioritatis fiet aſſignatio, ſi comparentibus fuit facta aſſignatio, an qui non comparuerunt, dici poſſent excluſi à bonis aſſignatis, adeò vt etiam ſi priores ſint in tempore, ſibi præiudicarẽt in iuribus ſuis. Hæc cauſa eſt in actu, ideò nolo ad partes hoc diſputare, nec cauſam decidere, ſed plura vigent ad creditorum non comparentium excluſionem.

13 Primò, quia diligentia comparentium non debet illis eſſe nociua, vt dixi ſupra par. 4. q. 26. nu. 16. cum ſeqq. Eò magis dũ auctoritate Iudicis id fecerunt; Iudicis enim auctoritas non debet à fraudulentis hominibus deludi, & fraus in hoc caſu præſumitur, dum noluerunt comparere, quia dolus eſt; ex quo voluerunt, vt fieret aſſignatio creditoribus poſterioribus, qui effectus aſſignatos reducerẽt ad bonũ ſtatũ, & ſic poſtea cõparerent anteriores, & ſine labore effectus prædictos explicitè haberent: hæc enim diligentia eſt tantæ cõ-

14 ſiderationis, † vt pecunia exacta Iudicis auctoritate à creditoribus poſterioribus non poſſit per anteriores creditores auocari, vt dixi loco citato, & probat text. in l. fi. C. depoſit.

15 Secundò, quia valdè vrget diſpoſitio tex. in d. l. ſi eo tempore intellecta, ut ſupra dictum eſt, cùm enim Iudex pro bono publico id facit, ne bona creditoris pereant, ne creditores diligentes patiantur præiudicium, & ſic facit, quod poteſt citando perſonaliter certos, & alios per edictum, utique etiam in hoc caſu locum habet; ſaltem ratione ęquitatis, quam ſemper Sacr. noſtrum Conſil. vti bonus paterfam. ſequitur, ut ſciunt omnes.

16 Tertiò, quia vulgatum eſt dictum, † vt factum Iudicis ſit factum partis, dum ritè, & legitimè procedit. l. ſi ob cauſam. C. de euictión. vbi Bald. Abb. in c. examinata. nu. 14. de iudic. plures cumulat Anna cõſ. 35. nu. 11. uol. 1. Surd. deciſ. 266. nu. 13. & conſ. 374. num. 9. vol. 3. vnde dum Iudex nunc ritè, ac legitimè proceſſit ad talem aſſignationem, eſt ac ſi ab ipſiſmet creditoribus id factum eſſet expreſsè, & ideò reſpectu bonorum aſſignatorum cẽſentur ſibi præiudicaſſe ex illa præſentia cum taciturnitate.

17 Quartò accedit, quia permittendo id, quod de iure, vel de facto poſſum prohibere, videor ad minus tacitè conſentire, vt e multis hoc probat Napod. hic num. 25. & 32. vt alios omittam: dum igitur creditores anteriores & de iure, & de facto poterant id impedire, & ſiluerunt, vtique tacite conſenſerunt, qui conſenſus ſatis eſt, vt ius ſuum remittere cenſean-

18 tur, † & hoc probat in uaſſallis, qui, ſciẽte Domino, litigant coram alio Iudice, vt Dominus uideatur ſibi præiudicare, quia non prohibuit, vt poſt Andr. not. Na-

19 pod. hic nu. 32. † in alienatione feudi facta a vaſſallo, præſente Domino, & non contradicente. vt ſit ualida, quia præſumitur conſentire. gloſ. communiter recepta in cap. 1. verb. permiſſu, de prohib. feud. alien. per Lothar. vbi Andr. & alij, quos probat Fontanel. de pact. dotalib. concl. 4. glo. 10. par. 2, nu. 39. cur nõ iddem in caſu noſtro?

20 Nec vrgere videtur, vt Iudex non potuiſſet anterioribus creditoribus per talẽ aſſignationem præiudicare, quia eos cogere non potuit ad comparendum, & ex quo ſciebant ius ſuum duraturum. Nam obiectio friuola eſſet, & petit principium, ſi quidem ſi vera eſſet, & locum haberet in terminis tex. in d. l. ſi eo tẽpore, vt ibi non procedit, nec hic locũ hẽt, ex quo Iudex pro bono publico id facit, & iuridicè facit. Quodque hoc ſit uerum, ſunt iura alia manifeſta in l. mancipium. l. ſi ſibi. ff. de opt. legat. & l. ſi quis libertatem. §. planè. ff. de petit. hęred. l. ſi ſeruus. ff. de bonis author. Iudic. poſſid. cum alijs ſexcentis, quę man-

21 mandant. † quòd legatarij, qui etiam cre
ditores hypothecarij ſunt, & electionem
habent eligendi corpora hæreditaria
pro ſatisfactione legatorum, & nihilomi-
nus Iudex poteſt illos cogere, vt infra cer-
tum tempus dictam electionem faciant,
alias eos excludit. Eſt etiam hoc clarum
ſecundùm omnes; Iura enim ex hac ratio-
ne excludunt contumaces, & qui Iudici-
bus non obediunt, quia quę iuſtè mandãt,
exequi tenentur, & dum id non faciunt,
denegatur eis audientia, vt notiſſimum
eſt in omni foro.

Non eſt etiam paruipendenda conſide-
22 ratio, quòd, † ſi Iudex ex officio prouide-
re debet, ne iudicium reddatur eluſorium
c. eccleſiæ S. Mariæ, vbi Abb. nu. 5. de con-
ſtit. Bart. in l. 4. §. hoc iudicium, vbi Alex.
nu. 22. ff. de damn. infect. Surd. deciſ. 172.
nu. 21. vt alios omittam, cur pro bono pu-
blico in negocio, quo prouidet in benefi-
cium debitoris, & creditorum non poſſit
etiam ex officio tales citationes facere, &
in pœnam non comparentium præclude-
re illis viam ſuper bonis aſſignatis per eũ
creditoribus comparentibus? & certè nõ
video motiuum ſubſiſtens, quoniã ſic om-
nia iura peruerterentur.

23 Benè verum eſt, vt detur excuſatio, &
ex legitima cauſa, vt propter abſentiam,
&c. admittantur anteriores, &c. non
obſtante tali præcluſione, quæ in hoc ca-
ſu, ſtante legitima cauſa non comparendi,
eis non nocet, &c. Faciunt etiam ad præ-
24 dictorũ confirmationem, † quòd ſi credi-
tori poſteriori fuerit aliquid ſolutum, vel
etiam ceſſum, ſed nondum exactum; quòd
non poteſt creditor anterior illud auoca-
re à dicto creditore poſteriore, & ita Ia-
nuæ fuit deciſum, vt refert, & probat Fla-
min. Cartar. in deciſ. Rotæ Genuæ deciſ.
19. de quo meminit Ricc. par. 1. ſuæ Col-
lectan. cap. 63. Itaque ex omnibus prædi-
ctis confirmatur ſententia, quã hic tueor,
licèt incidenter.

25 Redeundo tamen ad quæſtionem no-
ſtrã ſola præſentia, & patientia mulieris
non ſufficit, qm̃ hæc conſuetudo vlterius
progreditur. Plus ſubdit Napoda. nu. 31.
26 † vt conſenſus ſolus nec ſufficiat, ſi igno-
ranter ſit præſtitus, etiam in quarta, quia
ſcientia certa requiritur, aliàs non præſu-
mitur ſibi præiudicare, ex tex. in l. in totũ.
ff. de re iudic. & conſequenter debet de
ſingulis certiorari, vt certò ſciat, quid fa-
ciat. l. paciſci. ff. de pact. poſt Innocen. &
Archid. Napod. d. nu. 31. vbi ſe ipſum ali-
bi citat, & faciunt, quæ dixi ſupra de re-
27 nunciat. q. 11. num. 4. 5. & 16. † Eò magis
filijs non præiudicat, licèt hęres teneatur
habere ratum factum defuncti. l. cùm à ma
28 tre. C. de rei vendic. † tamen vbi defun-
ctus ſimpliciter conſentijt, poteſt hæres
iure proprio impugnare illud factum, eſt
gloſ. in l. huius. ff. ſolut. matrim. vbi Bart.
nu. 4. Angel. Imol. Caſtr. & alij, quos pro-
bat Surd. conſi. 107. nu. 18. vol. 1. & conſi.
421. nu. 12. cum ſeqq. vol. 3. vbi ad plura
infert, illum vide.

SVMMARIVM.

Mulier ſi ſubſcribens in alienatione facta per maritũ, an ſibi præiudicet in iuribus ſuis, traditur num. 1. & 2.

Subſcriptio vel fit, vt teſtis, vel vt principalis. nu. 3.

Subſcribens ſe vt teſtis non ſibi præiudicat, ſecus ſi ſe ſubſcribat, vt principalis. nu. 3. & 4.

Subſcriptio eſt omnium præcedentium confirmatio. num. 5. Eò magis quando dicitur confirmo, vt ſupra nu. 6.

Dictio, (vt ſupra) repetit, & confirmat omnia præcedentia. nu. 7.

Apoca ſubſcripta cum illa dictione (Cõfirmo, vt ſupra) eſt, ac ſi tota facta fuiſſet manu ſubſcribentis, & habet executionem, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, quod explicatur nu. 8. & 9. Aequiparatur inſtrumẽto liquido, nec contra illam opponi poteſt exceptio, niſi facto depoſito, vel conſtituto debitore in vinculis. nu. 10. Attamen non procedit, quando Apoca non eſſet liquida, & exceptio reſultaret, vel ex facto aduerſarij, vel ex natura contractus, quod explicatur n. 12. cum ſeqq. vbi exempla recenſentur.

Inſtrumentum quando dicatur liquidũ. num. 11.

Exceptio, quæ venit ex natura contractus, vt aut facto aduerſarij, vel ex reſolutione contractus, nunquam cenſetur excluſa, etiam per ſtatutum excludens omnem exceptionem, quod explicatur nu. 13. cum ſeqq.

QVÆST. IV.

1 QVartò quæro, an mulier
per ſolam ſubſcriptionē
ſibi præiudicet, vt ſi ad-
ſit ſubſcriptio facta in
inſtrumento alienatio-
nis aliquorum bonorū?
Reſpondetur affirmati-
uè, dummodo mulier ſcienter id faciat,
nempe certiorata, & quòd in tali obliga-
tione, & ſubſcriptione non fuerit dece-
pta, nam alias ſibi non pręiudicaret, vt ex.
tex. in l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſolu. l. cùm antea. C. de
arbitr. notat hic Napoda. nu. 30. vbi citat
ſe ipſum infra titu. ſeq. in conſuet. bona
ſtabilia num. 4. verb. conſenſu, vbi dicit,
2 † quòd ſiue vt teſtis, ſiue alio modo, vt
puta, ſigillando, vel ſubſcribendo id ex-
primatur, ſibi non præiudicat, quod in-
telligitur, vt ipſemet exprimit, ſi vt prin-
cipalis ſe ſubſcribat, & non vt teſtis: quæ
omnia intelliguntur iuxta ſuperius ex-
preſſa, & præcipuè ſi ſcienter id faciat,
quia ignorans non dicitur conſentire, vt
quæſt. præced. & alibi ſæpe notatum eſt,
& d. nu. 4. Napodan. plura tractat de ſub-
ſcriptione, prout plura tradit Tuſch. in
ſua pract. concluſ. iur. in verb. ſubſcriptio,
concl. 760. cum ſeqq. vbi ad plura inſerūt,
quæ hic omitto.

Vnum tantùm dico, quod etiam not.
Napod. in conſuet. bona ſtabilia. verb. cō-
3 ſenſu. num. 4. † quòd ſubſcriptio duobus
modis interuenit, vel vt teſtis, vel vt prin-
cipalis, quando vt teſtis non præiudicat,
quando vt principalis præiudicat. Caſtr.
conſi. 216. confirmando lib. 1. Tuſch. vbi
ſupra num. 5. & concl. 761. ſic enim dicit
Napoda. [*Quia aut ſe ſubſcripſit vt te-
ſtis, aut vt ſe obliget, vt C. ſi cert. pet. l.
mutuæ pecunia, & ſic vt principalis.*]
4 Hæc Napod. & hoc docent omnes; † qui
enim ſe ſubſcripſit tanquam principalis,
omnia contenta in ſcriptura, quam ſub-
ſcribit, approbat, & vigore illius ſcriptu-
ræ, tanquam principalis ſe obligat, vt ha-
5 betur in d. l. mutuæ pecuniæ; † nam ſub-
ſcriptio eſt omnium præcedentium con-
firmatio. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus
mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. 1. verſ. ſub-
ſcriptionem. ff. de conſtit. Princip. Bar. in
l. emptor. §. Lucius in 2. notab. vbi Angel.
& alij. ff. de pact. Tuſch. vbi ſupra, Bru-
nor. qui alios citat in compend. præpoſit.
iur. poſt alios Surd. deciſ. 265. nu. 26.

6 Hoc tantò magis procedit, quando in
ſubſcriptione diceretur, confirmo, vt ſu-
pra, quoniam tunc eò magis approbat
omnia præcedentia, & tunc ac ſi ipſe to-
tam ſcripturam manu propria ſcripſiſſet,
tenetur vti principalis, vt notāt prænar-
7 rati DD. † nam dictio, vt ſupra, omnia
præcedentia repetit, ac confirmat. gloſ. in
cap. cupientes. §. inſuper, in verb. præmiſ-
ſa. de electio. in 6. Bar. in l. 1. §. hoc edicto.
ff. de poſtul. Aret. Dec. Crau. Menoch. Ce-
phal. & alij, quos probat Bruno. à Sol. vbi
ſupra in verb. dictio, vt ſupra.

8 Hinc conſultus reſpondi, quòd virtute
Apocarum, Banchis directarum, quis ſta-
tim vigore Regiæ pragmaticæ carcerari
poteſt, non ſolùm hoc procedit, quando
aliquis manu propria apocā ſcribit, ſed ēt
ſi aliena manu cōſcriptā ſubſcribit, & ita
colligitur ex pragm. 64. aliàs 63. §. 2. & 6.
de offi. procur. Cæſar. vbi Rouit. nu. 2. &
ſeqq. nā qui ſe ſubſcripſit tanq̃ principa-
9 lis, ita obligatur, vt ex dictis cernitur. † Et
ne deſint deciſiones particulares in ſtatu-
to dante firmitatē, & paratā exequutionē
apocis propria manu ſcriptis, vt proce-
dat, etiam ſi apoca eſſet ſcripta aliena ma-
nu, & ego tantum illam ſubſcriberem,
probat Socin. conſ. 102. nu. 2. vol. 2. quem
probat Farinac. in nouis deciſ. 272. nu. 1.
& ſeqq. latiſſimè Caſtren. Alex. Iaſ. Ruyn.
Fely. Parii. & Decia. quos probat Tuſch.
d. conc[illegible]61. n. 3. cū ſeqq. & patet, vt dixi,
manife[illegible]ne, vt ex dictis cernitur.

10 Et dum [illegible] accidit de Apoca, eſt ad-
uertendum [illegible] æquiparari inſtrumen-
to liquido, & pr[illegible]nde debitor virtute
Apocę nullam poteſt opponere exceptio-
nem, niſi facto depoſito, vel conſtituto in
vinculis, vt in prag. 64. §. 2. & 6. de offic.
procur. Cæſar. Rouit. in eod. tit. prag. 63.
nu. 2. de Franch. in deciſ. 502. & iddem eſt
11 in inſtrumento liquido: † Attamen pro-
cedit, quando inſtrumentum eſt omninò
liquidum, quia ſi requireret aliquam pro-
bationem ex parte creditoris; tunc non
eſſet liquidum; & ideo ritus non vigeret,
vt poſt Bald. l. 2. nu. 2. C. de except. rei iu-
dic. & Afflict. notat Carauit. d. rit. 166. nu.
49. & rit. 167. nu. 5. poſt alios Surd. deciſ.
23. Menoch. Canar. & alij plures, quos
probat Carol. de Graſſ. in tract. de except.
12 in except. 36. † Et iddem eſt in Apoca,
& ideò de menſe Iulij anni 1611. fuit de-
ciſum contra quendā Aduocatum, quòd,
dum

dum ei fuit facta Apoca pro patrocinio
præſtando, Apoca non habebat executio-
nem, ſeruata forma pragmaticæ, niſi per
eum probaretur patrocinium fuiſſe præ-
ſtitum, quia ex parte ſua erat hoc proban-
13 dum, vt patet ex dictis, † & etiam quia
exceptio, quæ venit ex facto aduerſarij,
nunquam cenſetur excluſa a ſtatuto, etiā
reijciente omnes exceptiones. l.cùm pro-
ponas. C.de nautic.fęnor. Milaneſ.deciſ.
8.nu.26.& 27.lib.2. Roman.Soci. Dec.&
alij, quos probat Carol.de Graſſ. vbi ſupr.
14 except.37.† & iddem eſſet, quando exce-
ptio veniret ex natura actus, quia iſta nec
etiam cenſetur excluſa à dicto ſtatuto, Fe-
ly.in c.ex parte, il ſecondo nu. 2. de offic.
deleg. vbi Dec.nu.57. Roman.Canar. Be-
ro. Aſin. Menoch.& alij plures, quos pro-
bat iddem de Graſſ. vbi ſupra except. 10.
per tot. & in Apoca eſt, ſi venderentur
animalia Neapoli, præcipuè ſecundum
conſuetudinem, & vſum ipſius, quia ſi in-
fra tempus pręfixum 60. dierum animalia
inueniantur habere aliquem defectum,
tunc Apoca non poteſt habere executio-
nem virtute Regiæ pragmaticæ, tum
quia hæc exceptio venit ex natura, &
corpore contractus, & reddit apocam il-
liquidam, tum etiam ex alijs rationibus
deſuper cumulatis, nempe, quia venit ex
facto aduerſarij, & ſic venditoris, qui ani-
malia vitioſa vendidit, tum etiam, quia,
dum animalia inueniuntur habere defe-
ctum reſoluitur contractus: ſic enim eſt
communis obſeruantia huius Ciuitatis:
15 † & hæc exceptio reſolutionis contra-
ctus etiam opponi poteſt, nec a tali ſtatu-
to cenſetur excluſa, quia hæc eſt exceptio
reálior cęteris, ita poſt alios Bolognett.
conſi.12.num.28. Milaneſ.d.deciſ.8.nu.
53 & ſeqq.& alij, quos probat idem de
Graſſ. vbi ſupra except. 31. quæ ſunt notā-
da, quia ſæpiſſimè euenire ſolēt, & de hoc
menſe Septēb. 1616. fuit iudicatū eſſe fa-
ciēdū depoſitū in quadā cauſa, in qua duo
equi erāt uēditi pro certo pretio, & Apo-
ca vltima hoc nō exprimebat, ſed erat ſi-
ne cā, & ideo quia habebat initium à dicta
venditione nō dederunt illi talem execu-
tionē, ſed hanc mediam viam elegit M.C.

SVMMARIVM.

MVlier, vt validè renunciet Velleiano, referuntur DD.nu.1.& 2. Et dum eſt facta renunciatio cū iuramento nō habeat mulier regreſſum contra bona alienata per virum.nu.3. Contrarium tamen probat Auctor num.5 cum ſeqq. Si ſimul cum viro dotet filiam, an iuuetur beneficio Velleiani, traditur nu.5 Quid ſi ſe obliget pro excarcerando filio, vel pro excarcerando viro. num. 6.& 7. In dubio dolo viri præſumitur inducta ad renunciandum, & diuerſos caſus, in facto ſucceſſos, recenſet Auctor.nu.8.& 9.

Antefatū renūciatū per mulierē, an ſit legitimè remiſſum, traditur n.8.& 9.

Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, nec validat contractum inualidum.nu.10.& 11.

Contractus inualidus non conualidatur iuramento.nu.11.

Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria, dum contractus eſt nullus, ſub num. 11. An concedatur in obligationibus factis in forma Cameræ, vel factis penes acta.nu.13.

Obligationes factæ in forma Cameræ, exequuntur, non obſtante abſolutione à iuramento. nu.12. Iddem procedit in obligationibus factis penes acta, & inſtrumentis liquidis.nu.13.

Filiusfamilias non poteſt carcerari, dum ſimul cum patre ſe obligauit in aliquo inſtrumento, & ſic deciſum refertur. nu.14.& 15.

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, an mu-
lier validè renunciare
poſſit beneficio Velleia-
ni? mouet hanc quæſt.
hic Napoda. qui primò
negat, deinde affirmat,
vt cernitur ex eius di-
ctis nu. 20. & pro affir-
matiua mouetur ea ratione, quoniam iu-
ramentum ſeruandum eſt, quoties ſeruari
poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ex tex.
in c.cum contingat, de iur. iuran. c. licet.
de pact. in 6. & aliis, & ſecundùm hanc
opinionem bis refert deciſum in Sacro
Conſilio Vinc.de Franch.deciſ. 84. nu. 4.
2 † & eandem opinionem, vt talis renun-
ciatio valeat, non obſtantibus etiam legi-
bus partitarum, ex quo eſt in poteſtate, &
facultate mulieris renunciare tenet Gre-
gor. Lopez in l.4.titu.7.par. 6. quem pro-
bat de Pont.in tract.de poteſt.Proreg.in
rubr.de diuerſ.prouiſion.in tit.de decret.
collater. Conſil. ſuper alienat. rer. dotal.

nu. 33. tenent etiam Theſaur. deciſ. 222. Rip. obſeru. 37. Surd. deciſ. 86. & 194.

3 Plus volunt DD. quòd, dum renunciatio Velleiani fuit facta cum iuramento, & mulier ſimul cum viro bona viri vendit: mulier non poteſt alienationi contrauenire etiam in ſubſidium, ſi alia bona viri
4 non adeſſent: † nihilominus contraria ſententia mihi probatur, vt mulier, non obſtante renunciatione, iuuetur beneficio Velleiani, vt tenet idemmet Napod. infra in Conſuet. & ſi mulier iuſtam, num. 12. quia eadem facilitate, qua mulier inducitur ad ſe obligandum, inducitur etiam ad renunciandum, vt optime not. Napod. & patet ex dictis conſi. 4 & conſi. 42. & 43.
5 † Et idcircò etiam ſi mulier ſimul cum viro ſe obligaſſet, vel dotem promiſiſſet, adiuuaretur beneficio Velleiani, vt habetur in conſuet. ſi pater, notat etiam Scipio Bucin. in conſuet. bona ſtabilia. fol. 280. in additio. incip. Attende diligenter. verſ. & mulier intercedendo, latiſſimè Signorol. conſi. 41. & 42. quem probat Tuſch. in ſua pract. concl. in verb. vxor. concl. 391. nu. 5. cum ſeqq. cum alijs infra cumulandis.
6 Inſuper hoc procedit, etiam ſi mulier, & ſic mater ſe obligaſſet pro excarcerãdo filio à carceribus, vt latiſſimè fundat Vincen. de Frãch. deciſ. 578. vbi ſic refert deciſum in Sacro Conſil. quamuis in hoc caſu contrarium firmet noſter de Pont. vbi ſupra nu. 31. cum ſeqq. fol. 494. De qua re nunc non diſputo: tractant tamen latiſſimè hanc materiam prædicti eximij Viri, ſic etiam Tuſch. vbi ſupra in verb. mulier. concl. 421. cum ſeqq. Sic etiam Surd. cõſi.
7 367. vol. 3. † vbi concludit valere fideiuſſionem mulieris pro liberatione viri à carceribus, ſic etiam ſi intercederet pro dote, non autem pro antefato filiæ, & ſic deciſum fuit etiam in Sacro Conſil. vt per eundem de Franch. deciſ. 182. de quo meminit Riccius in ſua Collect. deciſ. par. 1. cap. 146. circa med. Quorum opinio mihi etiam probaretur, ſi fraudes, & aliæ circumuentiones ceſſarent; quia multoties ſolent committi non ſolùm fraudes, ſed
8 etiam multæ impietates, † & ſcio quendam nobilem Virum eius vxorem induxiſſe ad renunciãdum antefatũ in beneficium ipſius viri: quæquidem vxor poſtea diſpoſuit per teſtamentum de omnibus bonis ſuis in beneficium eiuſdẽ viri, omiſſis propria matre, & fratribus indigenti-
9 bus: † Scio quendam alium, qui eius nurũ vnà cum filio duxit extra Patriam, & ibi ſub prætextu, quòd nurus ante contractũ matrimonium promiſerit renunciare antefatum pro conſeruatione familiæ eiuſdem viri, renunciauit antefatum viro, & augendo impietatem, fecit pactum, vt ſi matrimonium ſolueretur per mortem viri, in computum dotium vxor retineret ſibi omnia iocalia, & omnes veſtes illi donatas per virum, & eius ſocerum; necnon quicquid fuit expenſum quouis modo in contrahendo matrimonio, deduceretur de ipſa dote, & ſic mulier illa penitus remanebat indotata non ſolum ſine antef. itaque in dubio in omni cauſa, & in omni negotio iudicandum eſt pro muliere, vt non teneat obligatio, nec renunciatio, & cum omni circunſpectione conſideranda eſt veritas cauſæ, quando pro filijs, vel pro viro interceſſit, vt eos a carceribus liberaret, ſi aliunde liberari, & excarcerari poſſent, & quando non adeſſet tale refugium, ſiue remedium, tunc ſolum, & non aliter valeret interceſſio: ſed ſemper vt mulier poteſt ſeruari indemnis ſuper bonis filiorum, & viri pro illa ſumma, pro qua interceſſit in cauſa neceſſaria, ſeruari debet.
10 Nec vrget iuramẽtum, nam ſæpius inculcatum eſt, illud non validare contractum inualidum, quia regulatur ſecundũ naturam cõtractus, ſuper quo apponitur vulg. tex. in l. ſi. C. de non nume. pecu. cum alijs cumulatis ad hoc propoſitum per Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 80. nu. 9. & ſeqq. & per me in d. conſi. 4. 42. & 43. & per Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. §. 1. nu. 56. & ſeqq. Barbat. Grammat. & alij plures, quos probat Ricc. in ſua prax. deciſ. Rotal. in tit. de abſolutio. à iuramen. deciſ. 340. qui omnes probant
11 † contractum ex ſe nullum non poſſe validari iuramento, imò contrahentes poſſe venire contra contractum, nulla petita abſolutione à iuramento, tutius tamen eſſe, vt abſolutio petatur, & innumeros ferè cumulat d. deciſ. 340. in fi. & dixi in alleg. conſ. 42. & 43. & par. 4. tit. de renunciat. q. 9. nu. 21. & ſeqq. & nu. 30.
12 Inſuper hæc abſolutio à iuramẽto con ceditur etiam in obligationibus factis in forma Cameræ, quamuis interim tales obligationes exequantur, non obſtante huiuſmodi abſolutione, quia tales abſolutiones non impediunt executionem, vt probat Couarr. poſt alios lib. 1. variar. re-

ſolut

ſolut.cap.4.nu.6.Galleſ.in tract. de oblig. in for.camer.par.2.in 6.form. q.2.Mohedan.deciſ.29.in fin. & alij, quos etiã pro-
13 bat Riccius loco citato deciſ.341.† quod ẽt procedit in inſtrumentis, & obligationibus liquidis: nam licèt in eis dentur abſolutiones à iuramento, regulariter tamẽ non impediunt liquidationem, & executionem, niſi fiat præuentio in forma, vt
14 dixi in conſ.4.† vel niſi eſſent inſtrumenta facta per filiosfam.quia tunc non impeditur executio in bonis, quamuis tamen filiusfam.carcerari non poſſit, vt dixi in allega.conſ.4.& conſ.42.per tot. & conſ. 43.& vltra deciſiones ibidem cumulatas,
15 † ſic etiam fuit de menſe Iunij proximè præteriti 1616.deciſum pro Ioan.Hieronymo Albertino contra Cæſarem Gambacurtam, videlicet, vt procedatur ad expeditionem cauſæ abſque carceratione, & depoſito; verùm non impediatur venditio bonorum: quam deciſionem hic retuli, quia euenit poſt typis excuſum dictum conſi.42.& 43.

S V M M A R I V M.

MVlier alienans bona viri ſimul cum viro, qualiter ſibi præiudicet in iuribus ſuis, traditur nu.1. Quando dicatur ſimul cum viro alienare, traditur nu.6.& ſeqq.

Alienare ſimul cum alio plus eſt, quàm alienanti conſentire. nu.2.

Dictio ſimul, ſiue vnà ſimul cũ alio alienare, qualiter accipiatur, traditur nu.3.Quot ſignificationes habeat, traditur nu.4.& ſeqq.

Locare ſimul operas ſuas alicui, quando aliquis dicatur. nu.5.

Mulier in quibus caſibus ſibi non præiudicet, dum conſenſijt viro, alienãti bona ſua, traditur nu.9.& ſeqq. In antefato agit de lucro captando, in dote verò de damno euitando, & ſic in antefato ſibi præiudicat, & non in dote. nu.11.& 12. Si ſimul cum viro bona viri vẽdat, pretium præſumitur perueniſſe ad virum, & ipſa dicitur interceditrix viri. nu.13.& 14.

Maritus ſi ſimul cum vxore bona eius vẽdat, præſumitur ſolus habuiſſe pretium dictorum bonorum. nu.13.

Hypotheca dotis remiſſa per mulierẽ quando maritus alienat bona ſua; quando noceat mulieri, traditur à n. 11. vſque ad nu. 19.

Contractus, continens enormiſſimam læſionem, an validetur iuramento, & quid tunc faciat abſolutio à iuramento? traditur nu. 18.

Mulier, ſi cum conſenſu viri deberet obligari, & abſque eius conſenſu ſe obligauit, non remanet obligata. nu.19.

Obligatio mulieris an valeat, ſi non interuenerit conſenſus viri? traditur num. 19.

Q V Æ S T. V I.

1 SExtò quæro, ſi vxor ſimul cum eius viro bona eiuſdem viri alienet, an talis alienatio p̃iudicet mulieri quò ad quartam, dotem, & iura dotalia. Hãc quæſtionem reſoluit conſuetu. Sed ſi mulier, quæ ad literam diſponit, vt mulier in bonis alienatis per eam ſimul cum viro ſibi præiudicauerit, non ſolù in quarta, & dote, ſed etiam ne iure hypothecarum poſſit poſſeſſionem bonorum alienatorum impetere, ſed ius ſuum remanet ſaluum in alijs bonis viri non alienatis, vbi Napod. num.33. in fi. notat rationem diuerſitatis inter hanc conſuetudinem, & præceden-
2 tem, † quòd plus eſt vnà ſimul cum altero alienare, quam alienanti conſentire ex tex.in l. plus eſt, & l.cũ quis.§.quiſque.ff.
de regu.iur. & ſic dum mulier ſolùm c[illegible]
ſenſit viro alienanti, tantùm ſibi in q[illegible]
ta præiudicat, vt ſuperius dictum e[illegible] ac
dum ſimul cum viro bona viri al[illegible] ſi-
bi etiam præiudicat in dote qu[illegible] perſo-
nalem actionem ex ſtipula[illegible] & quoad
hypothecam rei vendit[illegible] vt patet ex
hac conſuetud. Afflict[illegible] 211. Tuſch.
in ſuis commun. co[illegible] in verb. mulier
quando poſſit re[illegible]ciare concl. 420.nu.
21. vbi memini[illegible] hac conſuet. noſtra.
3 Dicitur au[illegible] vxor, ſimul, ac vna ſimul
cum viro [illegible]nare, quando eodem tempo-
re, ac eo[illegible] contractu bona illa vendunt,
& ſic [illegible]dem inſtrumento, vt habetur in
d[illegible] ſuet. ſed ſi mulier, vbi Napod. num.
[illegible] cumulat iura cõcordantia in l. Lucius.
§.ſi quis.ff.de lega.1.l. codicillis. in fi.ff.de vſufruct.legat.§.ſi verò. Authen.de conſulibus, quia hęc dictio, vna ſimul, eſt cõgre-

gatiua

gatiua temporis, ac loci, vt in dictis iuribus habetur, probat etiam poſt alios Muta ad conſuetud. Panhor. c. 44. nu. 15.

4 Verùm quia hæc dictio, ſiue aduerbiũ, vnà ſimul, habet varias ſignificationes ex iuris diſpoſitione, nam grãmaticè eſt congregatiua temporis, ac loci, vt dictum eſt; iuridicè tamen eſt congregatiua operationis, ſiue effectus, & ideo vnà ſimul dicitur aliquid factum etiam diuerſis temporibus, & ſcripturis, & locis, ſi omnia fiant ad vnam operationem, ac effectum §. 1. Auth. de mandat. princip. d. l. huius. §. quiſquis. ff. de lega. 1. cum alijs cumulatis

5 per Napod. hic num. 35. † Hinc eſt, ut aliquis dicatur ſimul locare operas ſuas alicui, licèt diuerſis inſtrumentis, & horis id faciat, dummodo ſit eodem die. l. in operis. ff. locat. & dixi infra de locat. & conduct. & ſic de alijs, adeò vt redeundo ad

6 propoſitum noſtræ quæſtionis, † ſi mulier per diuerſum inſtrumentum diuerſo loco, ac tempore appareat, quòd bona viri alienet, dicitur ſimul cum viro alienare, & locum habet hæc conſuetudo. ita Napodan. d. nu. 35. & hoc eſſe nequit alio modo, niſi quia maritus primo loco vendidit, & promiſit ratificationem vxoris, & quod illa æquè principaliter vẽderet eadem bona, & ſic mulier per aliud inſtrumentum id faciat, ratificando dictam venditionem, & æquè principaliter vendendo, &c.

Plus ſubdit Napod. hic nu. 36. eadem

7 ratione, † quia nempe conſuetudo attendit rationem, ac cauſam alienationis, ſi nempè principaliter alienauerit ſimul cũ viro, vt etiam locum habeat hæc conſuetudo, ſi ex mandato viri vxor bona viri vendat, vel ſubſecuta ratihabitione viri, quoniam etiam ſimul vendere dicitur ex iuris diſpoſitione, & ideò nec ipſa venire poteſt contra alienationem, quoniam ipſa alienauit; nec etiam vir, quoniam vel iuſſit vendere, vel venditionem, ſiue aliam

8 alienationem factam ratificauit; † quæ autem hucuſq; dicta ſunt, locum habent, quamuis bona alienata eſſent bona dotalia, ſiue data in dotem, & eſſent ſita extra territorium, & ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſil. in anno 1558. die 13. Iulij, in cauſa Camillæ Pappacoda, ad relationẽ Conſiliarij Ioannis Andreæ de Curte, penes Vollarum, refert Conſiliarius de Bottis hic in d. conſuet. ſed ſi mulier. fol. 279. in fi. in addit. incip. Pone caſum. verſ. An hęc conſuetudo: de qua deciſione meminit Vincẽ. de Franch. deciſ. 84. in fi. & patet hoc ex diſcuſſis ſupra par. 2. tit. de bonis. q. 3. & 5. Quoniam conſuetudines iſtæ quoad bona dotalia extenduntur etiam extra diſtrictum, vt locis citatis dictum eſt.

9 Attamen quæ hucuſque dicta ſunt non habent locum, ſi mulier voluntariè non alienaret, ſed metu reuerentiali eius viri, vel quia eſſet aliter decepta, vt patet ex dictis ſupra q. 3. 4. & 5.

10 Nec ſecũdò, ſi per talem alienationem bonorum viri mulier remaneret indotata, tum quia hoc venit ex iuris communis diſpoſitione, ſiue in totum remaneat indotata, ſiue pro maiori parte dotis, vt latiſſimè fundat Theſaur. deciſ. 223. vbi eius Filius alios citat, quos etiam probat Fontanell. de pact. dotalib. clauſ. 4. gloſſ. 23. num. 71.

11 Tum etiam, quia hæc conſuetudo ſupponit, vt non obſtante conſenſu mulieris in tali alienatione ſit ſaluum mulieri ius ſuum in alijs bonis ſui viri. Igitur ſi non ſit ſaluum ius ſuum mulieri, non tenet alienatio, & proinde Sacr. Conſil. iudicauit, vt refert Conſiliar. de Bottis loco cit. quòd, ſi mulier ſimul cum viro bona viri vendidit, & promiſerit euictionem cum obligatione omnium bonorum; ſi bona vendita euincãtur, & emptor agat de euictione ſuper alijs bonis viri, per prius hypothecatis mulieri pro dote, ac iuribus dotalibus, excluditur emptor à dicta muliere pro dote, ſecus verò pro antefato, & ratio eſt quòad dotem, ne mulier in totũ, uel pro parte remaneat indotata; in antefato eſt ſecus, quia in bonis alienatis iam

12 non debetur, vt ſuperius dictum eſt, † & in eo agit vxor de lucro captando, non autem de damno euitando vt eſt in dote, & ſic de alijs: & hanc opinionem defendit Alciat. in d. c. cùm contingat. nu. 9. & 10. de iur. iuran. & hoc dicit eſſe menti tenendum. Pariſ. conſ. 75. vol. 3. vbi multis medijs hoc probat, & hanc opinionem tribus vicibus vocat cõmunem, poſt Imo. Afflict. Abb. Ant. de Butr. Lupum, Addentes ad Roma. Alex. Neguſ. Fulgoſ. Cardi. Tuſch. in d. ſua prax. in verb. mulier quando poſſit renunciare hypothecæ. concluſ. 420. nu. 26. & 27.

13 Additur etiam, quoniam, dum maritus, & vxor aliqua bona vendunt, iam ex iuris diſpoſitione, & ſic eſt etiam in facto,

totum

totum pretium præſumitur deueniſſe ad
virum propter viri eminentiam, & aucto
ritatem in vxorem, vt latiſſimè probant
Affliċt. & eius Addent. deciſ. 209. alios ci-
tat, & probat Borgnin. deciſ. 33. nu. 8. &
18. part. 1. & in repertor. 4. & 5. part. in
verb. maritus, & vxor vendentes. Vinc. de
Franch. deciſ. 474. Muta ad conſuetu. Pa-
nhor. cap. 80. nu. 7. & ſeqq. Tuſch. vbi ſu-
pra, in verb. vxor. cócl. 391. vt alios omit-
tam. Igitur non debet vxor ſua dote frau-
dari ex malo gubernio viri, qui ſępe illam
cogit ſecum vna ſimul vendere ſua bona,
vt etiam indicat Bucin. in conſuetu. bona
14 ſtabilia, in 1. addit. fol. 280. † quia, dum
pecunia peruenit ad virum, ipſa vxor re-
manet interceditrix, & ſic eius obligatio
reſoluitur in fideiuſſionem, & iuuatur
beneficio Velleiani. Authent. ſi qua mu-
lier. C. ad Velleian. cum alijs cumulatis
per Mut. loco cit. & dixi conſ. 28. nu. 14.
& ſeqq.

Nec vrget, quòd Paul. de Caſtren. in l.
Mæuia. §. fin. ff. ſolut. matrim. contrarium
15 teneat, † vt etiamſi non adſint alia bona
viri, mulier ſibi præiudicauit per talem
renunciationem iuratam; vt tenet Vinc.
de Franch. deciſ. 84. nu. 3. Bald. Alex. Af-
fliċt. & alij penes Tuſch. in d. verb. mulier
16 concl. 420. nu. 33. & 38. † Quia reſpon-
detur contrariam ſententiam eſſe verio-
rem, vt patet ex dictis quæſt. præced. & ſic
quæſtio iſta magis communiter ſic reſol-
uitur, vt probat Abb. conſ. 8. incip. Tria
lib. 2. Alex. conſ. 83. num. 5. & 7. vol. 6. vbi
Apoſtill. alios citat; tenent etiam Iaſ. Ber-
tran. & Crauett. penes Tuſch. d. concluſ.
420. nu. 36. & 39. & alij citati quæſt. præ-
17 ced. † & ita practicatur, nempe, quòd ſi
maritus alia bona non habeat, & per illã
alienationẽ vxor remaneret indotata, tũc
abſoluitur à iuramento, & abſolutione
obtenta, facit declarare contractum nul-
lum, tanquam continentem læſionem
enormiſſimam, non obſtante quacunque
renunciatione, quia, vt ſæpiſſimè replica-
tum eſt, præcipuè quæſt. præced. eadem
facilitate, qua mulier inducitur ad con-
trahendum, inducitur etiam ad renunciã-
18 dum, † & ſic ante impetratam abſolutio-
nem a iuramento, ille contractus ſecundũ
veriorem ſententiam iudicatur validus;
ſed obtẽta abſolutione eſt nullus, hoc eſt,
licèt contractus in ſe ipſo ſit nullus, tan-
quam in enormiſſimam læſionem mulie-
ris factus, nihilominus quia mulier cum
iuramento renunciauit iuribus ſuis, & iu
ramentum regulariter ſeruari debet, id-
circo ratione iuramẽti quodammodo iu-
dicatur validus, ſed ſublato vinculo iura-
menti, remanet in ſua mera nullitate, &
hoc modo concordantur diſſidentes opi-
niones.

19 Inſuper mulier eſt priuilegiata, quòd
ſi cum licentia viri deberet ſeobligare, &
ſine eius licentia fuiſſet obligata, eſſet nul-
la obligatio; & hanc exceptionem nulli-
tatis etiam in exequutione ſẽtẽtiæ poteſt
opponere, ex reg. tex. in l. ſi filius. ff. ad Ma
cedon. probat Roderi. Suar. in tit. de las
deudas. l. 13. in fin. quem ſequitur Mut. ad
conſuet. Panhorm. cap. 71. nu. 30.

SVMMARIVM.

PActum, factum in præiudicium dotis, non valet, nec etiam ſi per illud mulier renunciet doti, vel antefato. nu. 1. & 2.

Mulier quando ſibi præiudicet, ſi renunciauerit ſua hypotheca. nu. 3. Si aſſerat pretium bonorum venditorum à viro ad eam perueniſſe, an ei credatur num. 4. Qualiter decipiatur à viro per allectionem, vel propter viri imperium dicatur perterrita, traditur nu. 5. & 6.

Allectio viri quando decipiat vxorem. num. 5.

Imperium viri in vxorem quidnam faciat in contractu vxoris. nu. 6.

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, an pa-
ctum factum in præiu-
dicium dotis ſit vali-
dum, reſpondeo eſſe
nullius momenti, ſic
probat text. in l. dedit.
iunct. l. ſeq. ff. de pact.
dotalib. Napod. in conſuet. ſi conſtante
in verb. matrem. verſ. ſed quid in ſolutio-
ne, de Franch. deciſ. 54. nu. 4. 381. num. 3.
& deciſ. 489. nu. 28. Bald. Nouell. in tract.
de dot. par. 7. priuil. 11. 47. & ſæpe alias.
Surd. conſi. 78. per tot. vol. 1. & poſt alios
Fontanel. in tract. de pact. nup. clauſ. 4. gl.

9. part.

9.part.5.num.181. & ſeqq. vbi ad plures
quæſtiones infert,ut per eum,& in ſpecie
2 quòad noſtram quæſtionem, † vt non va-
leat pactum, ne dòs, vel antefatum exigi
poſſit infra certum tempus, & inter alios
citat Afflict. deciſ. 154. nu. 1. vbi ſic deci-
ſum refert in Sacr. Conſ. citat etiam The-
ſaur. & alios, & iddem probant Maxill. &
Alex. Ambroſin. quos ſequitur Ioan. Bap.
de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. in
verb. pactum factum per mulierem: de
qua materia dixi in conſi. 28. per totum,
quia nunquam mulier voluntariè hoc fa-
cit, ſed ſemper vel metu reuerentiali ma-
riti, & multoties minis, & verberibus, &
ad euitanda bella ciuilia in domo viri, &
quando aliud non eſſet, eſt verecundia, ob
quam non audet viro contradicere, vnde
ſemper debet ſuccurri mulieribus, præ-
cipuè dum ex tali remiſſione pactorum,
3 † ex renunciatione iurium hypothecæ ex
alienatione bonorum viri, & ſic de alijs
non conſtat expreſsè factum eſſe in mulie-
ris utilitatem, vt ex tex. in l. fin. ff. de iur.
dot. Afflict. deciſ. 311. Signorol. conſi. 41.
& 42. & alijs, probat Tuſch. in dict. pract.
concluſ. in verb. mulier quando poſſit re-
nunciare hypothecæ. concl. 420. num. 18.
& 19. in verb. uxor. concl. 391. num. 5. &
ſeqq. quoniam in prædictis veritas atten-
4 di debet; † & licèt in inſtrumento dice-
retur pretium dictorum bonorum perue-
niſſe ad mulierem, poteſt mulier probare
contrarium, vt locis citatis habetur: nam
in fraudem legis, & ad colorandum con-
tractum ſolet hoc fieri per maritum, vt
præſentialiter coram notario, & teſtibus
pretium prædictum conſignetur mulieri,
& per aliquos dies etiam penes vxorem
5 maneat, † & vt eam magis alliceat, ex illo
pretio veſtem aliquam illi emat, ſed po-
ſtea totum pretium maritus aufert a mu-
liere, vel præcedentibus blanditijs, qui-
bus ſi non acquieſcat, vi tollit, iuxta illud
filiorum Heli 1. Reg. 2. quibus dum dice-
bant immolantes ſacrificia, vt carnem co-
ctam acciperent poſt peractum ſacrificiũ,
illi tamen replicabant, [*Nequaquam,*
6 *nunc dabis, alioquin tollam vi.*] † Sic fa-
cit maritus propter imperium, quod ha-
bet in vxorem; ſi enim vxor ſtatim ad
omnem ſimplicem requiſitionẽ viri pre-
tium non reſtituat eidem viro, & ſe excu-
ſet, quia ſimul cum viro bona vendidit,
maritus replicat, nũc dabis, alioquin tol-
lam vi: & ſi nec iſtis verbis mulier acquie-
ſcit, cum effectu vi tollit, & in dies hòc ac-
cidere ſolet, & ſic in dubio præſumitur,
non obſtante quacunque aſſertione facta
in inſtrumento.

SVMMARIVM.

MVlier tutrix filiorum an poſſit augere dotem filiarum. nu. 1. & ſeqq.

Tutores an poſſint augere dotem pupillarum, ſi eis pater certum paragium reliquerit, traditur nu. 2. & 3.

Paragium, ſemel taxatum a teſtatore, ſi augeatur, an dicatur augeri ex voluntate teſtatoris, & qui petit augmentum, quando dicatur contrauenire teſtatoris voluntati, traditur nu. 4. & 5. An poſſit augeri in præiudicium aliarum filiarum, explicatur num. 2. cum ſeqq. ac nu. 6. cum ſeqq.

Tutor non poteſt facere conditionem pupillorum deteriorem. num. 9. Nec remittere ius pupilli. nu. 9. Nec pupillis immunibus præiudicat, ſi ſolueret gabellam, quam pupilli præſtare non deberent, & ratione probatur num. 10. & 11.

Mater ſi eſt tutrix filiorum, & augeat dotem filiarũ, an teneatur de proprio, explicatur nu. 12. & 13.

Contractus tutorum, qualiter in dubio interpretentur, traditur num. 14.

QVÆST. VIII.

1 OCtauò quæro, an ſi mulier ſit tutrix filiorum, poſſit augere dotem filiabus relictis per patrem, & ſi augeat, & nõ valeat augmẽtum, an teneatur de proprio? Quæſtio hæc, vt patet, duo continet capita, vtrunque breuiter diſcutiam.

Quod attinet ad primum caput, aut pa-
ter in teſtamento omnibus filiabus certã
quantitatem dotis reliquit, aut non: ſi re-
2 liquit, † & tunc aut dos illa ſufficit pro
maritaggio cuiuſcunque filiæ, vt ſecundũ
eius conditionem nubere poſſit; & tunc
nullo modo poteſt mater, nec etiam qui-
libet

libet tutor augere dotem, vt patet ad ſen-
ſum; quoniam hæc eſt dos de paragio, nec
filiæ aliud prætendere poſſunt, vt dixi ſu-
3 pra par. 4. q. 16. & ſæpe alias. † Si tamen
dos illa pro paragio non ſufficiat, tunc
poſſunt tutores augere uſque ad conue-
niens paragium, quoniam ſic arbitrio bo-
ni uiri iudicatur, etiam quia filiæ habent
hoc ius etiam petēdi uirilem, ſi paragium
illis non ſit ſatis, ut patet ex diſcuſſis d.
q. 16. ēt in additio. & ſic tutores ſine litiū
expenſis augent dotes prædictas, quamuis
cautius eſſet, ſi cum decreto Iudicis id fiat,
& cum aliquali cauſę cognitione, nempe,
vt ꝓcederet ſummaria informatio, quod
tale paragium eis nō ſufficiat, ut pari nu-
bant, & ſic verificari debent requiſita
4 diſcuſſa d. q. 16. † tunc enim etiam ex prę-
ſumpta voluntate patris, ſiue alterius, qui
paragium tale reliquit, augetur paragiū,
quon am ſi ipſe præcogitaſſet, illud paragiū
non eſſe ſufficiens, vtique illud augiſſet,
& ſic Iudex illud auget etiam ex uolunta-
te relinquentis, ut patet ex diſcuſſis conſi.
18. circa interpretationem uoluntatis te-
ſtatoris reſpectu maioratus, & ſic conſul-
tus, reſpondi proximis diebus, & quòd dū
quis petit augeri paragium, non facit con
tra uolūtatem teſtatoris, etiam ſi ille pro-
hibuiſſet, ne paragium augeri poſſit, nam
intelligitur prohibitio, quoties paragium
eſſet conueniens, & præcipuè hoc locum
habet in deſcendentibus eiuſdem teſtato-
5 ris, † & ſic petens augmentum paragij cō-
uenientis, petit ſecundùm diſpoſitio-
nem iuris, & etiam ſecundùm uoluntatē
teſtatoris, & ſic in pęnam non incidit ex
reg. tex. in l. Gracchus. C. de adulter. cum
uulgat. alijs.

6 Si verò augmentum paragij cederet in
detrimentum, ac diminutionē dotiū alia-
rū filiarum, non poſſent tutores ex quauis
cauſa augere dotem uni ex illis filiabus in
diminutionē dotium aliarum ſororū: hoc
dictum patet ex terminis. Primò, qm̄ con-
ditio unius nō debet fieri deterius per cō-
demnationem alterius. l. non debet. ff. de
7 reg. iur. cum alijs uulgat. † Secundò, quia
ſtante legato dotium ſingulæ filiæ habent
ſuam actionem ad conſequendum in-
tegrum legatum dotium, adeò ut etiam
ſi bona illa in alios alienentur, poſſunt
alienationem reuocare, ut per actionem
ex teſtamento, uel per actionem hypo-
thecariam uſque ad quantitatem dotis le-
gatæ, ut dixi d. par. 4. q. 14. ubi hoc exami-
8 natū eſt, & ſæpè alias. † Tertiò, quoniam
tutor non poteſt conditionem pupillorū
facere deteriorem, ut ſciut omnes, ex quo
tenetur ratione ſui officii utilia facere, &
inutilia prætermittere, ut omnibus con-
ſtat, & cernitur, etiā ex diſcuſſis per Surd.
conſ. 374. & conſ. 419. nu. 40. uolum. 3.
9 ubi innumeros citat, † quod nec pacto ex-
preſſo tutor poteſt tollere ius pupilli, ex
text. in l. pactum curatoris. C. de pact. ubi
gloſ. Barto. Alexan. & alij. Angel. Corne.
Dec. Barbat. Syluan. & Cephal. qui etiam
10 probant, ut, † ſi tutor ſolueret gabellam,
ſiue collectam pro pupillis immunibus,
illa ſolutio eis non præiudicaret ratio-
11 ne iam dicta, † & etiam quia tutor po-
teſtatem habet benè, non autem malè
adminiſtrandi in pupillorum præiudi-
cium. l. qui fundum. §. ſi tutor, ubi Barto.
ff. de uſucap. pro emptor. gloſſ. in l. in-
terdum, la ſeconda. §. qui tutela. ff. de
furt. cum alijs cumulatis per Surd. ubi ſu-
pra num. 41.

12 Quod attinet ad ſecundum, non quæ-
ro hic, ſi mater, ut mater eſt, teneatur de
proprio ſoluere filiæ, uel genero augmen-
tum dotis ab eo promiſſum ultra dotes
taxatas per patrem, nam hoc quæſitum
ſupponit, ut mater proprio nomine ad
id ſe obligaſſet, & ideo huius quæſiti ſo-
lutio cernitur ex dicendis infra titulo
ſequen. Sed ſolùm quæro, ſi tutor auxe-
rit dotem, & aliæ filiæ impugnant tale
augmentum, ex quo fieri non poterat in
earum præiudicium, ut obtinuerunt in
iudicio, an, inquam, tutor teneatur de
13 proprio? Reſpondeo, † vt non tenea-
tur de proprio, quoniam augmentum
non fecit tutor nomine proprio, ut ſup-
pono, ſed tanquam tutor, & ſic ratione
officij; nam actum faciens, allegatur legi-
bus, de illo actu loquentibus, prout
actum gerit. l. ſi duo, ubi gloſſ. & Bald.
ff. de acquirend. hæredit. Surd. conſi. 310.
num. 10. conſil. 371. num. 21. conſi. 374.
num. 13. & alibi uolum. 3. ubi alios cumu-
lat, adeò, ut hæc fictio ſecundùm præ-
dictos non recipiat probationem in con-
trarium, & conſequenter ſolùm ratione
officij tenetur, & ſic pręſumitur in dubio
obligatio.

14 Confirmatur, quia ſi hic tutor promi-
ſiſſet dotem liberè, uel cum alijs conditio-
nibus, utique non teneretur ad illarum
obſeruationem, niſi prout eo iure facere
poterat, quoniam ſic interpretantur con-

tractus tutorum, etiam quòad dotium conſtitutionem, ut latiſſimè proſequitur Surd. d. conſ. 374. toto, præcipuè num. 13. cum ſeqq. & ideò debet facere maritus cautelas in forma pro ſecuritate dotium, non obſtante quouis pacto dictorum in contrarium.

Finis Octauæ Partis.

DE CONTRACTIBVS INTER VIRVM, ET VXOREM CELEBRATIS, ET DE DOTIBVS DATIS PER EOS.

PARS IX.

Mulier poteſt cum conſenſu Viri bona dotalia alienare, niſi filij prioris matrimonij ante contractum perfectum contradicant. h.d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

Bona ſtabilia, in dotem data, poteſt mulier conſenſu viri ſui alienare, & in alium transferre, niſi filij, vel filia prioris matrimonij contradicant ante venditionem perfectam per traditionem rei, ſolutionem pretij, & instrumenti continentis venditionem celebratam, aſſignationem factam emptori. Alij verò filij non poſſunt contradicere.

Non ſummatur, quia breuis.

CONSVET. II.

Et ſi mulier iuſtam, & neceſſariam cauſam habet vendendi, & alienandi, contradictio non tenet.

Filia poteſt de bonis omnibus parentum dotari, & ſi à matre exprimeretur quantitas, diminuitur dos materna: ſi non exprimatur, fit diminutio pro rata bonorum, quorum ualor attenditur tempore nuptiarum. hoc d. Molfeſ.

CONSVET. III.

Si conſtante matrimonio, filia ex ipſis coniugibus ſuſcepta, nubat, ſi in inſtrumento dotali continetur certum quid dediſſe in dotem ipſam matrem ipſi filiæ, & certum quid dediſſe patrem filiæ in dotem, quatenus conſcriptum eſt inſtrumento dotali matrē dediſſe ipſi filiæ in dotem, eatenus diminuitur dos matris, cùm reſtitutioni dotis ipſius matris

matris locus eſt. Quod ſi ſcriptum eſt in ipſo inſtrumento dotali filiæ patrem, & matrē ipſius filiæ dotes datas pro filia dediſſe, non deſignata certa quantitate data per patrem, ſed confuſè dicatur dotes ipſas datas ab ipſis parentibus; tunc intelligitur datum de dotibus, & alijs bonis matris pro ipſa filia, & de bonis patris pro rata bonorum ipſius patris pro rata eius, ad quod dotes ipſius matris, & alia prædicta bona matris aſcendunt, videlicet, quòd, ſi pater habeat in bonis ad valorem centum vnciarum auri, dos, & alia prædicta bona aſcendunt ad ſummam vnciarum auri quinquaginta, & in inſtrumento dotali filiæ continetur ipſos patrem, & matrem dediſſe pro ipſa filia 30. vncias auri de dotibus, & alijs bonis matris prædictæ, data videntur unciæ auri decem. Et eatenus cùm dos matris fuerit in caſu reſtitutionis, diminuitur dos matris ipſius, & diminuta intelligitur, & non tenetur pater, vel eius hæredes ad reſtitutionem dictæ quantitatis, pro qua dicta dos, & prædicta bona dictæ matris diminuta intelliguntur, non obſtante, quòd cōtra inſtrumentum dotale nulla probatio in contrarium admittitur, valor autem bonorum patris, & dotium, & aliorum prædictorum bonorum matris tunc attenditur, quando filia eorum nubit.

SVMMARIVM.

COntractus quinam fieri poſſunt inter virum, & vxorem, traditur nu.1. & ſeqq. Qualiter intelligatur hæc regula ſecundùm noſtras conſuetudines, explicatur nu.4. & ſeqq. & nu.15. & 18. Cur inter eos valeant contractus vēditionis permutationis, explicatur nu.15. & 16.

Rubrica an poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, & quid in rubrica ſtatutorum, explicatur nu.2. & 3.

Filij quando poſſint contradicere matri, alienanti bona ſua. nu.5. & 6.

Donatio facta inter virum, & vxorem, eſt nulla, nec inde naſcitur ciuilis, nec naturalis obligatio, etiam in foro conſcientiæ. nu.7. & 8. Locum habet, ſiue mediatè, ſiue immediatè talis donatio fiat. nu.10.

Donatio facta inter ſponſos, an valeat? num.9.

Donatio facta inter coniuges, licet in vita nō valeat, tamen confirmatur morte. num.11. Eſt nulla, etiam ſi fiat filijs ſecundi matrimonij. num.13. An aliquando valeat talis donatio, etiam in vita coniugum. nu.14.

Legatum factum inter coniuges qua ratione valeat. nu.12.

Contractus permutationis qualiter valeat inter coniuges, traditur nu.15.16 & 18. & q.2.nu.8. & ſeqq.

Maritus ſi hæreditatem ſibi delatā ceſſerit in beneficium vxoris, an valeat ceſſio, explicatur nu.17.

QVÆST. I.

1 PRimò igitur quæro pro harum conſuetudinum explicatione, an omnes contractus fieri valeant inter virum, & vxorem? Omiſſa diſputatione, dico aliquos tantùm contractus inter coniuges valere in aliquibus caſibus, prout in nigro harum conſuetudinum diſponitur, & non aliter.

Vt autem reſponſio hæc ſit manifeſta; recolo vnum, quod eſt indubitatum, ſecundùm receptiorem ſententiam, quòd
2 † dum rubrica non habet orationem perfectam, reſtringitur per nigrū, & allegari nō poteſt ad deciſionem cauſarum: hęc eſt communis theorica Doctorum in rubr. ff. ſi cert. pet. Alex. conſi. 1. num.7. vol.4. Pariſ. Soci. Crauett. & alij, quos cumulat Card. Tuſch. in ſua pract. commun. concl. in verb. rubrica generaliter nigro. concl. 370. tota, vbi ſic hanc materiam declarat, ſic etiam omnes alij, quos omitto, nam ad noſtrum propoſitum hoc non attinet,
3 † etiam quia rubr. ſtatuti habens orationē perfectam eſt, quæ determinat aliquid, vt v.g. ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, & ſic de alijs: at rubrica noſtra non eſt hoc modo, quia nullam habet determinationem, & ſic ſupponit eſſe declarandam in nigro, quinam ſint iſti contractus, qui ſecundùm hoc ius conſuetudinarium fieri valeant inter virum, & vxorē, & qui in nigro inueniuntur expreſſi, illi tantùm fieri poſſunt, & in reliquis ſtatur iuri communi, vt ſæpiſſimè replicatum eſt, quia conſuetudo intelligitur in caſu ſuo tantùm, & ad alios non ſe extendit,

Digitized by Google

ſed in eis attēditur ius commune, vt quā-
to minus fieri poſſit, ius commune corri-
4 gatur. † Igitur conſuetudines huius ru-
bricæ non cōcedunt indiſtinctè inter cō-
iuges valére contractus, nam prima con-
ſuetudo, quæ incipit Bona ſtabilia, ſolùm
permittit mulieri, vt cum conſenſu viri
poſſit bona ſtabilia dotalia in alios alie-
nare, dummodo filij primi matrimonij
non contradicant ante venditionem per-
fectam, & ſic non loquitur de contractu
facto inter virum, & vxorem. Secunda,
quæ incipit. Et ſi mulier iuſtam; nec etiā
hoc aperit, ſed ſolùm dat limitationem ad
præcedentem conſuetudinem, & mādat,
5 † vt ſi mulier habeat iuſtam, & neceſſariā
cauſam vendendi, & alienandi, contradi-
ctio nō teneat; & ſic ſolùm declarat con-
ſuetudinem præcedentem, vt etiam not.
hic Napod. nu. 7. Denique tertia conſue-
tudo, quæ incipit, ſi conſtante, diſponit,
6 † vt filia poſſit dotari de bonis communi-
bus vtriuſque parentis, & ſi exprimatur
quantitas dotis promiſſæ à matre, tunc fit
diminutio dotis maternæ, ſi tamen non
exprimatur quantitas, tunc diminutio fit
pro rata bonorum vtriuſque parentis, ha-
bito reſpectu ad valorem bonorum tem-
pore nuptiarum filiæ, vt in dicta conſue-
tudine diſponitur, itaque ſemper contra-
ctus reſpiciunt alias perſonas, non autem
perſonam viri; & ideo ad ius commune
recurrere debemus, & quia de hac mate-
ria plura diximus ſupra part. 3. & part. 7.
ideò paucis hanc quæſtionem abſoluam.
7 Dico igitur primò, donationem factam
inter coniuges, conſtante matrimonio nō
valere, & poſſe ad libitum reuocari. l. 1. &
per tot. ff. de don. int. vir. & vxor. cap. fin.
eod. tit. quia ius expreſsè reſiſtit, ea ratio-
ne, ne mutuo amore bonis ad inuicem ſe
8 ſpolient, † ideò nec ciuilis, nec naturalis,
inde naſcitur obligatio etiam in foro con
ſcientiæ, vt optimè poſt alios notat San-
chez lib. 6. de matrimo. diſput. 1. nume. 2.
Azor. tom. 3. lib. 11. cap. 10. q. 1. qui alios
9 cumulāt. † Et licet aliqui putent hoc eſſe
limitandum in donatione facta inter ſpō-
ſos, vt valeat, uerior tamen eſt opinio, vt
nec etiam valeat, quia eadem, & maior
ratio ſpoliationis bonorum ob amorem
feruentiorem, quem ad inuicem tunc ha-
bent, cernitur, vt in l. non ſine. verſ.
quamuis. C. de bon. mater. gloſ. Cyn. Bal.
& alij innumeri, quos probat Sanchez d.
diſput. 1. num. 4. cum ſeqq. & dixi par. 7.
10 q. 9. tota, vbi hoc explicatum eſt. † Hoc lo-
cum habet, ſiue immediatè fiat donatio
coniugi, ſiue mediatè, quia nempe per in-
terpoſitam perſonam hoc fieret, vt vxor
daret centum Petro, &c. vt à Petro con-
ſimilis donatio fiat eius viro; & è contra.
l. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor.
cum alijs cumulatis per Sanchez d. diſp.
1. num. 8. & in hoc omnes conueniunt ex
illa vulgata iuris regula, qui per alium fa-
cit, per ſe ipſum facere videtur, & quod
talis perſona ſuppoſita adhibetur in frau-
dem legis.
11 Dico ſecundò, hanc donationem non
eſſe omninò nullam, & inualidam omni
tempore, ſed de præſenti tantùm, nempè
conſtante matrimonio, quoniam tunc in
poteſtate coniugis donantis eſt, ſi velit do
nationem factam reuocare: at poteſt eſſe
valida in futurum, quia morte confirma-
tur. Abb. in d. c. fin. de donat. int. vir. &
vxor. Alex. de Neuo, Molin. & alij, quos
probat Sanch. d. diſp. 1. nu. 3. Surd. conſi.
171. num. 16. Farinac. deciſ. 6. nu. 2. Man-
tic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit.
20. num. 22. & ſeqq. & dixi ſupra par. 3.
q. 4. in addit. ſic etiam par. 4. in tit. de re-
12 nunciat. q. 19. nu. 3. & alibi. † Et ideò eò
magis valet legatum, quia confertur poſt
mortem coniugis, vt probat Anchar. per
illum tex. in cap. ſi pater. nu. 3. de teſtam.
in 6. vbi Franch. & alij, quos probat San-
chez d. diſp. 1. nu. 12. Leſſius lib. 2. de iuſt.
& iur. cap. 18. dub. 12. & dixi aliqua par. 3.
q. 22. præcipuè nu. 19. par. 6. quæſt. 11. &
ſæpe alias.
13 Dico tertiò hoc etiam habere locum, ſi
fiat donatio filijs ſecūdi matrimonij: hoc
dictum latiſſimè explicatum eſt ſupra d.
par. 3. ferè per totam, vbi ad plures intulī
quæſtiones: de qua materia latiſſimè tra-
ctat etiam Tuſch. in ſua pract. conclu. in
verb. vxor habens filios. concl. 404. cum
plurib. ſeqq.
14 Hoc tñ limitatur in cōſtitutione ante-
fati, quia eſt debiti ſatisfactio, vt dixi par.
6. q. 9. & alibi, ſic etiam ſi maritus ignobi-
lis ducat vxorem nobilem, ſenis ducat iu-
uenem, quia tunc valet donatio in vim re-
compēſationis iuuentutis, ac nobilitatis,
vt dixi par. 3. q. 21. nu. 1. 9. & 11. & q. 24.
nu. 1. & alibi, itaque non ſunt iterum hic
diſcutienda. Adde etiam Azor. d. cap. 10.
toto, vbi etiam aliquas alias quæſtiones
examinat: ſic etiam Sanchez d. lib. 6. toto,
& in donatione ob cauſā, latiſſimè Surd.
conſi.

Digitized by Google

conſi. 367. num. 38. vol. 3.

15 Dico quartò, præter donationem, valent omnes alij contractus celebrati inter virum, & vxorem, attenta diſpoſitione iuris communis, vt uenditio, permutatio, locatio, & ſic de alijs contractibus, vt expreſsè diſponitur in d. l. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & uxor. quoniam in huiuſmodi contractibus ceſſat ratio, ne coniuges amore mutuo bonis ad inuicem ſe expoliant: nam remanet pretium, vel aliud excambium bonorum penes alterum con-

16 iugem: † & ideò vt etiam in his cõtractibus ceſſet fraus; debet pretium, vel excambium æquiualere rei venditæ, ſeu permutatæ: ſi enim pretium eſſet minus iuſto valore rei, iam illa remiſſio erit donatio, & ſic nullius momenti, & ideò, cæteris paribus, erit ſupplendum iuſtum pretium: at ſi appareat principale propoſitum donandi tunc cõtractus annullaretur in totum. d. l. ſi ſponſus. verſ. circa vẽditionem, probant etiam Alex. de Neu. & Andr. Tiraq. quos ſequitur Sanch. d. diſput. 1. nu. 11.

17 Hinc eſt etiam, quòd, ſi marito ſit delata hæreditas, & maritus illam cederet in vxoris vtilitatem, ſi uxor non eſſet aliter ſucceſſura in hæreditatem prædictam, ceſſio non valeret, quia reputaretur mera donatio: ſecùs tamen eſſet, ſi vxor ſuedederet in illam hæreditatem poſt mortẽ viri; tunc enim eſſet mera repudiatio, & præuentio ſucceſſionis, & ſic eſſet ſolùm remiſſio fructuum, & ualeret ceſſio, ut patet ex dictis ſupra par. 6. q. 6. num. 8. & in ſpecie poſt alios hanc illationem probat Gomez. tit. 2. uariar. reſolut. cap. 4. nu. 23. quem ſequitur Leſſius d. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 18. dub. 12. num. 89. §. tertius ſi donans.

18 Hæc omnia etiam ſecundùm noſtras cõſuetudines procedunt, quia, dum adeſt rubrica de contractibus inter uirum, & uxorem, in ſpecie præſumitur approbare contractus, qui ad inuicem inter cõiuges fieri poſſunt, ſeruata forma iuris communis: etiam quia hæc conſuetudo fuit inducta ad declarationem legis ueteris. ff. de iur. dot. l. ſi conſtante, vt docet Napodan. hic in conſuetu. bona ſtabilia. ſub num. 1. uerſ. uel eſt inducta, & ideò dum lex uetus ſiue communis permittit mulieri, ut poſſit per uenditionem, uel permutationem alienare bona dotalia; ſi alienatio illa ſit utilis mulieri, hoc etiam procedit per has conſuetudines reſpectu utriuſque coniugis, ut ex dictis cernitur, & ex dicendis q. ſequ. clarius fiet. An valeat contractus, ſi mulier emat bona de pecunia uiri, & dicat emiſſe ex propria pecunia, dixi ſupra par. 4. in tit. de renunciat. q. ult.

SVMMARIVM.

Alienatio bonorum dotalium, an valeat, explicatur num. 1. & ſeqq.

Alienatio comprehendit omnem actum, per quem transfertur dominium. num. 3.

Præcedentia an reſtringantur per ſubſequentia, & an magis attendantur ſequentia, quàm præcedentia, declaratur nu. 4. cum ſeqq.

Verba rudia non attenduntur, ſed finis, & intentio loquentis. nu. 6.

Pretium an ſuccedat loco rei, declaratur nu. 9. & 10.

Lex Iulia de fund. dotal. an ſit correcta per noſtras conſuitudines, traditur num. 11.

QVÆST. II.

1 Secundò quæro, an mulieri cum conſenſu uiri ſui ſit per has conſuetudines permiſſa omnis alienatio bonorum dotalium. Ad hãc quæſtionem reſpondet hic Napod. nu. 1. ut ſolùm permiſſum ſit mulieri cum conſenſu uiri alienare bona dotalia per contractum venditionis, & per contractum permutationis, dum tamen hoc etiam ſit utile ipſi mulieri, itaque nec per hos contractus ſemper permittitur talis alienatio.

Probat eius aſſumptum Napod. pluri-

2 bus medijs. † Primò ex uerbis conſuetudinis, Bona ſtabilia, quia, licèt in illa adſit

3 uerbum, † alienatio, quod ex ſui natura comprehendit omnem actum, per quem transfertur dominium. l. 1. C. de fund. dotal. tamen hoc verbum declaratur in eadem conſuet. in uenditione; & ideò dum ponit exemplum in uẽditione, ſic reſtrin-

4 gitur uerbum alienatio, † quoniam præcedentia uerba generalia reſtringuntur per ſequentia ſpecialia. l. Lucius. §. quæ habebat

habebat.ff.ad Trebell.l.utrum.ff.de petit.
hæred.quod procedit in omni materia,
ut latiſſimè proſequuntur Crauett. conſi.
647.num.7.Mantic.de coniect.ultim. uo-
lunt.lib.6.tit.13.num. 4. cum ſeqq. Surd.
deciſ.8. num. 21. & alibi. Anna in cap.1.
num.36.de vaſſall.decrep.ætat.vbi loqui-
tur in feudis Lanar.conſi.27.nu. 19.conſ.
76.num.39.& alij, hoc enim ſciunt om-
5 nes, † adeò vt ad declarationem alicuius
actus, & ad ſumēdum verum intellectum
rei, quæ geritur, magis attenduntur ſe-
quentia, quàm præcedentia.l. quiſquis.ff.
de leg.3.l.ſi ſeruus plurium.§.pen.ff.de le-
gat.1.Roman.conſ.104.verſ.ad interpre-
tationem, Surd.deciſ.49.nu.4.& 5.

Hoc eo magis procedit, quando illa
generalitas attendi nequeat, ſalua ratione
6 recti ſermonis, vt docent omnes, † ex quo
non verba rudia debemus attendere, ſed
finem, & intentionem loquentis, & di-
ſponentis.l.fi.§.fi.ff.mandat.l.cùm ſeruus.
ff.de uerbor.oblig.de Pont.conſ.36.num.
2.vol. 1. & alij paſſim: Sed nunc hæc ge-
neralitas nequit attendi, ſalua ratione re-
cti ſermonis: ſi enim de omni alienatione
intelligeretur, tunc multæ fierent frau-
7 des. † Primò poſſet mulier cum conſenſu
viri omnes eius dotes relinquere cui vel-
let, & ſic filios, & alios agnatos, & cogna-
tos fraudare: quod eſt contra ius commu
ne, & etiam contra has conſuetudines, vt
latiſſimè par.3.traditum eſt. Secūdò poſ-
ſet etiam per donationem bona dotalia
donare perſonæ extraneæ, quæ poſtea
eidem viro illa redonaret in fraudem iu-
ris: quod non eſt dicendum: & ſic etiam
eſſet de aliis fraudibus, quæ potius euitari
debent.

8 Omiſſis igitur alijs rationibus, probat
hic Napod.ſub nu.1. hanc Cōſuetudinem
ſolùm habere locum in contractu vendi-
tionis, & permutationis, quia ex vendi-
tione, & permutatione mulier nō depau-
peratur; non ex venditione, quia vice per-
mutati dominij pretium in patrimonio
retinetur, vt patet ex dictis quæſt.præced.
9 † & eò magis in bonis dotalibus, vt dixi
par.2.tit.de bonis q.3.& 5.in particulari-
bus tamen ſecus eſt, vt ibidem dictum eſt,
niſi tamen decretum Iudicis interueniat,
vel adſit partium conuentio, vel in defe-
ctū aliorum bonorum, nempe, in ſubſi-
dium, quando res ipſa non extaret; dum-
modo habēs pretium, illud habeat ex cau-
ſa oneroſa, non autem titulo lucratiuo. l.
1.ff.de diſtract.pignor. latiſſimè Grāmat.
quæſt.1.nu.8.& ſeqq. poſt eius deciſiones
Surd.deciſ.306.Mut.ad conſuet.Panhor-
mit.cap.41.nu.7.& ſeqq.& cap.66. num.
66.Non denique ex permutatione, quia
res permutata retinetur in patrimonio
eiuſdem mulieris, vice permutati domi-
nij, vt dixi quæſt.præced.num.15.16.&
18. & in d. tit. de bonis.q.5.num.14.cum
ſeqq. & ideò Napoda.hic num.18.docet;
10 † vt mulier non poſſit ad libitum bona
dotalia permutare, ſed tunc demum, quā-
do permutatio eſt euidenter in mulieris
vtilitatem, quod etiam alibi probat, vt
notat etiam, & probat Conſiliar. de Ru-
beis in d. Conſuet. Bona ſtabilia, in 1.ad-
ditio. vt legitur in eius additionib. fol.5.à
terg. & in alia additio. incip. in præiudi-
cium ergo filij, & patet ex dictis quæſtio.
præced. quia in his remanet incorreptum
ius commune; prout etiam remanet in-
11 correpta † lex Iulia, de fundo dotali; nam
illa lex vetat, & prohibet virum, ne poſſit
fundum dotale alienare, etiam cum con-
ſenſu mulieris.l.1.& tot.tit.de fund. do-
tal. hæc autem conſuetudo hoc non corri-
git, ſed ſolùm permittit vxori, vt cum con
ſenſu viri poſſit vendere, vel permutare
bona dotalia eo modo, & forma, vt ſupe-
rius explicatum eſt: quod latius probat
Napod.d.nu.1.verſ.item nota, & ſic patet
reſoluta hæc quæſtio, & melius declara-
ta præcedens.

SVMMARIVM.

DIſpoſitio noſtrarum Conſuetudinum an etiam procedat in dote promiſſa, explicatur nu.1. & ſeqq.

Secundum matrimoniū ſemper dicitur poſt primū, quamuis mulier multoties nubat. num.2.

Mulier, vt ſecundò nubat, an poſſit bona ſtabilia alienare, & dare dotem viro in pecunia? explicatur num. 4. & 5.

Ius luendi, vt exerceri poſſit, quando ſit præſtanda cautio per volentem illud exercere, & qualiter, declaratur n.6.

QVÆ-

QVÆST. III.

1 TErtiò quæro, an diſpoſi-
tio harum conſuetudi-
num procedat tam in
dote data, quam etiam
in dote ꝑmiſſa per mu-
lierem, vel alterum eius
nomine ipſius viro? De
hac quæſtione tractat hic Napod. num. 2.
& 3. & concludit, quòd dum dos fuit da-
ta, ſiue tradita, & per mortem viri fuerit
ſolutum matrimonium, & mulier alium
virum duxerit, tunc poteſt bona dotalia
alienare modo explicato quæſt. præced.
dummodo filij ex primo matrimonio cũ
legitima cauſa non contradicant, vt opti-
2 mè concludit Napod. d. nu. 2. † & hoc ſi-
ue ſecundum, ſiue vlterius matrimonium
contrahat mulier poſt primum: ſemper
enim dicitur ſecundum matrimonium,
& ſic viget eadem ratio conſuetudinis, vt
etiam hic notat Naucler. in d. conſuetud.
bona ſtabilia, in 1. addit. In ſecundo caſu,
ſi matrimonium iam ſit contractum, &
dos fuerit tantùm promiſſa, & tunc iddẽ
concludit Napod. d. num. 3. quoniam ea-
dem eſt ratio, ne mater inducta per vitri-
cum alienet dotem in præiudicium filio-
rum primi matrimonij; & faciunt latè
diſcuſſa ſuperius par. 6. quæſt. 3. præcipuè
num. 12. cum ſeqq. & etiam par. 3. plurib.
in locis.
3 Si tamen matrimonium ſecundum nõ
fuiſſet contractum, ſed pro ipſo matrimo-
nio contrahendo promittit bona dota-
lia in dotem dare, & tunc Napodan. dicit
ceſſare ſuſpitionem, quia non eſt vitricus,
ſed manere diſpoſitionem huius Conſue-
tudinis, quæ in hoc caſu non ceſſat, ita
Napod. ſub d. nu. 3. & remittit ſe ad dicta
per eum infra in conſuetu. & ſi mulier iu-
ſtam, vbi ſub nu. 8. verſ. propter quartam,
4 reſoluit hanc quæſtionem, quòd, † ſi mu-
lier vult ſecundò nubere, nec virum ido-
neum inueniat, niſi dotem det in pecunia
numerata, tunc poteſt bona dotalia ven-
dere, & pretium illud dare ſecundo viro,
ad hoc, vt valeat ſuæ honeſtati conſulere,
nempè, ducendo virum, præcipuè ſi iuue-
nis ſit, & contra feruorem naturæ reſiſte-
re non valeat. hæc Napod. latiſſimè Vinc.
de Franch. deciſ. 435. præcipuè num. 39.
cum ſeqq. & dixi aliqua ſuperius par. 6. q.
8. num. 27. cum ſeqq. etiam in additio. ad
ibi dicta me remitto; dicit etiam aliqua
Naucler. in d. conſuetu. bona ſtabilia. in
5 vlt. addit. † Benè verum eſt, quòd in hoc
caſu, & ſi valeat alienatio, dando dotem
in pecunia; non tamen debet pecunia
diſſipari, ſed conuerti debet in emptionẽ
tot annuorum introituum, vel ſi vir ſit
diues, debet aſſecurari ſuper bonis eiuſdẽ
viri, vt non fraudentur filij prioris matri-
monij ſub hoc quæſito colore. An autem
in hoc caſu poſſit mulier aliquid donare
ſecundo viro, ſi virum idoneum non in-
ueniret alio modo, dixi aliqua ſuperius d.
par. 3. q. 21. in addit. & alibi.
6 Ex hic dictis, declarantur ea, quæ in
hoc ſecundo volum. par. 4. quæſt. 26. nu. 7.
de iure luendi dixi, vt extinguat hypothe-
cam. Adde hoc eſſe verum, niſi iudex, cui
ex officio hoc ſpectat, non mandet con-
trarium, nempe, vt præſtetur cautio reſpe
ctu creditorum, & ordinariè nunc hoc iu-
re vtimur in hoc Regno, vt volens exer-
cere ius luendi, præſtet cautionem reſpe-
ctu creditorum, forſitan comparentium
in futurum; vt ſint tuti de eorum iuribus;
Attamen multoties talis cautio non præ-
ſtatur, ſi exercens ius luendi eſſet diues, &
ſic fit decretum per Regiam Cameram;
vt liceat ei exercere ius luendi ſine cau-
tione, ſtante qualitate perſonæ, vt nunc
eſt notoria praxis in Regia Camera, quæ
ſunt notanda.

SVMMARIVM.

MVlier à quibus, & propter quas cauſas poſſit impediri, ne poſſit bona dotalia alienare, explicatur num. 1. cum ſeqq.
In dubio præſumitur ſeducta per vitricum. nu. 4.
Filij eiuſdẽ, vel diuerſi matrimonij quãdo poſſint contradicere matri, ne bona dotalia alienet, traditur nume. 3. & ſeqq.
Pietatis intuitu receditur à iure communi. num. 6.
Pro conſilio patris in dubio præſumitur donec appareat contrarium de damno filiorum. nu. 7. & ſeqq.
In claris non egemus coniecturis. nu. 9.
Agnati an poſſint impedire mulierem, ne bona dotalia alienet, explicatur numero 10.

QVÆ-

QVÆST. IV.

1 QVartò quæro, quænam
perſonæ poſſint mulie-
rem impedire, ne bona
dotalia alienare valeatꝰ
Quæſtio hæc duas com-
plectitur partes. Prima,
reſpectu perſonarum,
& ſecunda reſpectu cauſarum. Et breuiter
quòad vtranque partem diſcutietur: licèt
enim reſpectu perſonarum vnicum ver-
bum ſufficeret, vt admittantur omnes illi,
qui intereſſe, præcipuè præſentaneum,
2 in dictis bonis habent, † & cauſa legitima,
& iuſta alienationis ſit omnis illa, quæ nõ
ſolùm in ſe ipſa iuſta ſit, ſed etiam ſit talis,
vt iudicetur iuſta hic, & nunc tam reſpe-
ctu alienantis, quàm etiam cuiuslibet al-
terius eiuſdem conditionis; nihilominus
ſeparatim dicemus aliqua quòd vtrunque
caput; de primo dicetur in hac quæſt. de
ſecundo dicam q. 6.

3 Dico igitur primò, filij, vel filiæ primi
matrimonij (etiam ſi plurium matrimo-
niorum eſſent) poſsũt impedire matrem,
ne bona dotàlia alienet: hoc dictum pro-
bat ad literam d. conſuet. Bona ſtabilia,
vbi Napodan. num. 6. rationem aſſignat,
4 † quia in dubio præſumitur contra vitri-
cum, nempe vt mater per ſeductionem
vitrici bona dotalia alienet, & ideò poſ-
ſunt tales filij alterius matrimonij con-
tradicere, faciunt, quæ diſcuſſa ſunt ſupe-
rius par. 3. q. 11. cum ſeqq. & notauit Na-
pod. in conſuet. ſi conſtante. nu. 28.

5 Dico ſecundò, filij, vel filiæ eiuſdem
matrimonij non poſſunt contradicere,
niſi euidenter conſtet de mulieris diſpen-
dio. Primam partem dicit expreſsè dicta
conſuet. Bona ſtabilia. in fin. & Napod. d.
num. 6. duas aſſignat rationes. Prima eſt,
quia filij debent reuerentiam patri, &
ideò ne patri iniuriam faciant, non poſ-
6 ſunt contradicere, † & idcircò intuitu
pietatis plerunque receditur à iure com-
muni. l. vxorem. §. codicillis. ff. de leg. Se-
7 cunda eſt ratio, † quia in dubio præſumitꝰ
pro conſilio patris. l. nec in ea. ff. de adult.
ãu alijs cumulatis ſupra par. 2. tit. de bo-
8 nis quæſt. 23. nu. 16. cum ſeqq. † Attamen
quando euidenter conſtat de diſpendio,
& damno mulieris, tunc etiam filij eiuſ-
dem matrimonij poſſunt contradicere,
vt optimè poſt Napod. hic in conſuetud.
ſi conſtante. num. 27. not. hic Conſiliar. de
Bottis in conſuet. Bona ſtabilia. in princ.
de Franch. deciſ. 170. vbi pluribus medijs
hoc confirmat, an autem in hoc caſu ſit
expectãda mors matris quòad reuocatio-
nem, ſi nempe fuerit facta alienatio, iam
diſputaui ſupra par. 4. q. 26. nam ex ibidẽ
diſcuſſis hoc reſoluitur: & ideò quod at-
tinet ad hanc quæſtionem poſſunt filij
eiuſdem matrimonij contradicere, quan-
do clarè conſtat de dicto diſpendio; tunc
9 enim ſumus in claris, † & in claris ceſſant
cõiecturæ, & præſumptiones. l. continuus
ff. de verb. oblig. & ſic ceſſat illa præſum-
ptio bonitatis conſilij, quoniam, vt d.
part. 2. titu. de bon. quæſtio. 23. num. 20.
& alibi dictum eſt, conſilij vtilitas de-
claratur ex facto ſubſecuto, & in propoſi-
to dum factum eſt in filiorum præiudi-
cium ceſſat talis præſumpta vtilitas.

10 Quo verò ad agnatos, & cognatos Ant.
de Alex. in conſuet. Et ſi mulier iuſtam,
ſub num. 9. fo. 283. in addit. incip. per hoc
dicunt aliqui, ponit vnum verbum dicẽs,
quòd, dum mulier alienat, & non ſit alie-
natio in fraudem agnatorum, quam frau-
dem probare debent, qui eam allegant, ꝙ
tunc non requireretur Iudicis decretum,
vt eſt qñ filij cõtradicunt, vt dicetur q. 6.
& ſic videtur innuere, vt non ſit eadẽ ra-
tio reſpectu filiorum, ac agnatorum.

SVMMARIVM.

COntradictio, ne bona dotalia alienentur, traditur nu. 1. & 2. vt legitimè fiat, requiritur ſciẽtia alienationis, & actus, niſi aliqua negligẽtia poſſit contradicenti tribui. nu. 2. & 4.

Beneficium, ac priuilegiũ debent aliquid operari in beneficiũ priuilegiati. nu. 3. & 4.

Filij qualiter, & quando poſſint matri, vel vitrico contradicere, ne bona dotalia alienent, explicatur numero 1. cum ſeqq. An etiam coram vicinis, & Epiſcopo loci, traditur nu. 7.

Appellatio an fieri paſſit coram notario, vel Epiſcopo loci, traditur nu. 7.

Proteſtatio mulieris, quòd liberè non ſe obligat, ſed metu reuerentiali mariti

annul-

Digitized by Google

annullat actum.nu.8. An etiam annullet profeſſionem monialis, explicatur nu.9.

Filia,ſi matrimoniũ contrahat,vel vxor ſe obliget,ne hæc viri,& illa patris indignationem incurrat, an validè contrahant,explicatur nu.10.& 11.

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, quo tempore ſit faciēda hæc cō-
tradictio, ne bona do-
talia alienentur? Re-
ſpōdetur, vt filij valeāt
contradicere tali alie-
nationi, debent ſcire,
ꝙ mater alienat: hoc di-
ctum probat hic Napoda.num. 5. duobus
2 modis. † Primò,quia beneficium contra-
dictionis requirit ſcientiam,quia tunc eſt
certus,& poteſt contradicere. l.ſi legibus.
C.de epiſcop.audien.& dixi etiam infra
de iure cōgrui.q.42. patet etiam ex tradi-
tis per Reuerter.in conſuet.ſi inſtrumen-
tum venditionis.fol.299. in addition. in-
cip. De iure. verſ. & quādo currat annus,
3 & dies. Secūdò, † quia omne beneficium,
ac priuilegium debet aliquid operari in
beneficium priuilegiati, vt ſciunt omnes;
ſed ſi perfici poſſet alienatio, ignorante
filio alienationem, iam nullū haberet be-
4 neficium. † Igitur concludendum eſt, vt
ei non præiudicet, niſi ſumma negligen-
tia illi poſſit obijci, vt ex tex. in l. regula.
§. ſed & facti, ff. de iur. & fact. ignor. not.
Napod.d.nu.5.& clarum eſt,& ideò quā-
primum notitiam habens, poteſt contra-
dicere, etiam poſt perfectam alienationē,
& hoc quòad ipſam contradictionem.
5 Quò verò ad modum contradicendi,
& tunc ſi filij habeant matrem,& vitricū
præſentes, poſſunt ipſis matri, & vitrico,
cōtradicere,vt non alienēt, vt ex tex.in l.
1.§.mulier. ff. de ventr.inſpic. notat Na-
podan.d.nu.5.in princ. Si verò nec vitri-
cum,nec matrem inueniant, & tunc con-
tradictio debet fieri coram notario, qui
interfuit contractui, prohibendo ipſum
ne faciat cōtractum alienationis, vel aſſi-
gnet,ſiue notet in inſtro, qđ ipſi filij con-
tradicunt.argum. tex. in l. hæres cum de-
buerit.ff.ad Trebell.Napod.ſub d.nu.5.
6 Poſtremò poſſunt hanc contradictionē
facere,ſeu proteſtare eos non conſentire,
ſed contradicere illi alienationi bonorū
dotalium facta, vel facienda per eorum
matrem, & vitricum coram vicinis, vel
coram Epiſcopo illius loci, vel corā alijs
publicis perſonis,vt ex multis iuribus,ac
poſt Cyn.& Innoc.probat hoc Napod.d.
num. 5. quæ quidem cautela ſolet practi-
cari in omni contradictione, tam in dicta
alienatione bonorum dotalium, vt patet
7 ex dictis, † quàm in appellatione, & in
omni alio negotio, vt probant iura, & Do-
ctores relati per Napodan. Bart. in l.fin.
8 ff. de appellat. non recip. & ideò † dum
mulier ad euitanda verbera, bella ciuilia,
& alia mala cum viro, & ab illo cogi ſolet
ad ſe obligandum, ad relaxandum antefa-
tum,& ſic de alijs; poteſt mulier vno ex
dictis modis ſe proteſtare, quia nempè nō
volūtariè,& liberè id facit, ſed coactè per
virum; ſic enim poſtea faciliùs reſcinde-
tur actus ille, quem mulier egit; quamuis
in dubio coactè præſumatur facere, vt di-
xi tit.præced.præcipuè q. 3.& dixi ſupra
9 de renunc.in additio.q.1.nu.4. † Sic etiā
dum aliqua monialis a ſuis parentibus,
vel conſanguineis,ſeu aliquo alio cogere-
tur profeſſionem emittere, ſatis eſſet, ſi co-
ram aliquibus monialibus ſe proteſtetur,
quòd non liberè, ſed coactè profitetur;
quia tunc eſt nulla profeſſio, vt ſciūt om-
nes,& de hoc facit particulare conſilium
noſter de Pont. in 2. vol. & vltra per eum
cumulatos, probant plures alij, quos ſe-
quitur Sanchez in tract.de matrim.lib.4.
diſp.6.præcipuè num.17.cum ſeqq. quod
procedit in foro exteriori, vt appareat
non habuiſſe animum profitendi,& ſic de
alijs;quia in foro conſcientiæ ſtatur ſim-
plici aſſertioni dictæ mulieris,quòd non
habuerit animum emittendi profeſſionē,
quia in hoc foro ſtatur veritati, nec indi-
gemus probationibus externis, vt eſt om-
nibus notiſſimum,& ideò qui liberè non
ſe obligat, nullo modo tenetur in hoc fo-
ro,& ſi ſoluit aliquid, poteſt illud ſibi ipſi
compenſare, ſi ſecreto modo poſſit tātam
quantitatem accipere de bonis eius, cui
iniuſtè ſoluit: quod eſt certum ſecundùm
omnes,dummodo ceſſet ſcandalum.
Ad prædictorum confirmationem ad-
10 ditur, quòd, † ſi filia non iam propter mi
nas paternas, ſed ſolùm ob metum, ne pa-
tris indignationem incurrat, contrahat
matrimonium,& illa ſuſpitio eſſet ſolùm
pro vnico actu, tunc actus ille non eſſet
ſufficiens ad irritandum matrimonium:
at ſi nulla ſperaretur in futurum reconci-

liatio, & timor adeſſet, diuturnam eſſe illã indignationẽ patris, ſatis eſſet, vt latiſſimè poſt alios probat Sanch. d. diſp.6. n.14. vbi optimam tradit rationẽ per hæc
11 verba, † [*Quis enim vir conſtans, aut prudens, non reputabit graue malũ ſemper coram oculis habere infenſum patrẽ, aut virum, aut alium, à quo pendet, & cum quo ſemper verſaturus eſt, maximè cùm vix inueniat, qui linguam moderari valeat, ne malè ſentiat, peiuſque loquatur de eo, cui infeſtus eſt. Et confirmatur, quia vir prudens ita grauè hoc exiſtimat, vt potius eligat, relicta patria, domoque paterna, exul eſſe; quod graue malum diſputatione præced. nu.8. eſſe diximus.*] Hæc ille. Et iam quotidie eueniunt, prout de aliquibus ſupra titulo præced. q.3. retuli, conſequenter diximus huiuſmodi renunciationes nullius eſſe momenti, quàmuis ad maiorem cautelam præcedere debeat abſolutio à iuramento, vt loco citato dictum eſt.

SVMMARIVM.

Cauſa iuſta tãtùm, vel ſimul neceſſaria requiratur, vt mulier legitimè alienet bona ſua, explicatur nũm.1.

Iuſta quænam dicatur, & non neceſſaria, traditur nu.2.

Alienatio quando dicatur fieri in vtilitatem alterius, traditur nu.3. & 4.

Cauſa neceſſaria quæ dicatur, & non iuſta, traditur nu.5. & ſeqq. An ſit neceſſaria, & iuſta, ſi donatio fiat propter benemerita, explicatur num. 27. & ſeqq.

Sententia venalis eſt ipſo iure nulla. n.6.

Iudicem corrumpẽs, vel corrumpere attentans, debet cauſam amittere. nu. 7. & 8. Poteſt etiam pœna falſi puniri. nu.9. An pars contraria ex hoc ſolo obtinere debeat, traditur num.10. An procedant prædicta, ſi pecunia detur ad remouendam furiam Iudicis, explicatur nu.11.13. & ſub nu. 15.

Pecuniam Iudici dans, vel promittens, vt Iudicis furiam remoueat, nec in pœnam incurrit, nec ſimoniam committit. nu.11. & 12.

Mulier, ſi timeat iniuſtè deponi à poſſeſſione bonorum dotalium, an poſſit dare pecuniam Iudici? traditur nu.13.

Simonia an committatur, ſi detur pecunia ad componendam litem, explicatur nu.14. & 15.

Cauſa neceſſaria ſecundùm noſtras conſuetudines eſt, vt mulier ſanè viuat, vt honeſtè viuat, vt libera viuat, vt nupta viuat, & dũ vna ex dictis cauſis adeſt, licito iure mulier bona dotalia alienat, nec filij contradicere poſſunt, quod explicatur nu.16. cum ſeqq.

Neceſſitas alienandi tunc dicitur, quando deeſt aliud remedium, quod explicatur nu.18.

Donatio, facta per vxorem viro in recompenſam expenſarum factarum per virum in infirmitate vxoris, valida eſt. num.20.

Cauſa alienandi an ſit neceſſaria, an debeat actu probari, & interponi decretum Iudicis, explicatur n.24. & ſeqq.

Actus, qui fieri debet ſub certa forma, eſt nullus, ſi non probetur interueniſſe illa forma ad actum, quod explicatur num.26.

Lex ſemper præſumit contra vitricum. num.28.

QVÆST VI.

Extò quæro, quænam ſint cauſæ iuſtæ, & neceſſariæ, ex quibus mulier poſſit alienare, non obſtante contradictione filiorum? Hęc quęſtio inſinuatur hic in conſuetud. & ſi mulier iuſtam, & ibi Napodan. eam abſoluit.

1 Dico Primò, non eſſe neceſſarium, vt duo copulatiuè interueniant, nempè vt cauſa ſit ſimul iuſta, & neceſſaria, ſed ſatis eſſe, ſi vel ſit iuſta tantùm, vel tantùm neceſſaria: itaque ſiue ſit cauſa iuſta, & neceſſaria, ſiue ſit iuſta, & non neceſſaria; ſiue ſit neceſſaria, & non iuſta, ſemper tenet alienatio, & filiorum contradictio non tenet. ita Napod. hic nu. 8. quia intentio huius conſuetudinis eſt, vt non ſolùm voluerit mulierem excuſare, ſi ex iuſta cauſa alienaſſet bona dotalia; ſed quod voluerit etiam, vt ſuis neceſſitatibus ſubuenire poſſit, etiam bona dotalia alienare valeat.

2 Cauſa iuſta, & non neceſſaria eſſet, ſi mulier vellet vẽdere in vno loco, & emere in alio magis idoneo, vel ſi vellet permutare ad maiorem eius vtilitatem: † &
3 tunc

tunc ſi à parte rei ita erit, quoniam hæc
etiam concernunt filiorum commodum,
non poſſunt filij contradicere, & ſic valeat
alienatio, vel permutatio cum conſenſu
viri, ita ex tex. in l. ita conſtantis. ff.
de iur. dot. & alijs, probat Napod. d. nu. 8.
verſ. de prima cauſa, & hoc patet ex dictis
ſupra hoc tit. q. 2. & 3. & par. 3. q. 1. itaque
debet conſtare de vtilitate, quoniam ſi eſſemus
in claris eſſe in damnum mulieris,
& conſequenter filiorum, non valeret
alienatio, vt locis citatis dictum eſt, probat
etiam Napod. loco paulò ante citato.
4 † Si tamen eſſemus in dubio, an ſcilicet eſſet
vtile, vel non, & tunc filij poſſunt con
tradicere, nam in dubio præſumitur contra
matrem, & vitricum, vt dixi locis citatis,
& not. Napodan. d. verſ. de prima
cauſa.

5 E contra eſt cauſa neceſſaria, & non
iuſta, ſi vt obtineat veram ſententiam, ſoluit
Iudici aliquam pecuniarum quantitatem,
non tamen animo corrumpendi Iudicem,
ſed vt eius furiam remoueret, vt in
6 Canon. ſanè 14. q. 5. licet enim † ſententia
venalis ſit ipſo iure nulla, vt C. quand.
7 prouocar. non eſt neceſſe, † & qui Iudicē
corrumpit, vel attentauit corrumpere,
debet etiam cauſam amittere, quàmuis
alias bonam cauſam habuerit, vt habetur
in conſtit. Regni litigator, vbi Andr. Afflict.
& omnes alij, ſic etiā in Conſt. Regn.
Capitaneorum, verſ. litigator autem, vbi
8 Afflict. nu. 31. poſt Andr. & alios † probāt
habere locum, etiam ſi pecuniam tantùm
promiſerit, & iddem eſt in eo, qui teſtes
9 corrumpit; † nam etiam pœna falſi tales
corruptores puniri poſſunt, & poſt Boer.
& alios Iul. Clar. tenet in §. falſum. nu. 32.
Fely. in c. fin de teſtib. Barto. Alex. & alij,
quos probat Surd. deciſ. 282. tot. vbi etiā
10 ex communi probat, † vt tunc aduerſarius
non obtineat ex hoc ſolo, ſed debet
aliunde probare eius intentionem, ex tex.
in c. olim, de reſcript. & alijs cumulatis
11 per eum. num. 23. † Attamen quando pecunia
datur ad remouendam furiam Iudicis,
ſecus eſt, quia ex parte dantis eſt cauſa
neceſſaria, nempe vt redimat ſuam vexationem,
& ſic licet parti, quamuis non
12 conueniat Iudici, † imò eatenus eſt cauſa
neceſſaria, vt etiam excuſet à ſimonia, vt
in c. dilectus, de ſimon. Nauarr. in ſumm.
cap. 23. ſub nu. 102. verſ. Octauo quòd neque
datio. Diu. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad
quintum, & alij, quos probant Flamin.
Pariſ. lib. 14. de reſignat. benefic. q. 3. nu.
7. cum ſeqq. Farinac. conſ. 75. toto. Suarez
tom. 1. de religion. lib. 4. de ſimon. cap. 50.
& 51. qui latiſſimè hanc materiam diſputant.
Iddem eſſe oſtendit Napod. ſub nu.
13 8. verſ. item ſi erat in poſſeſſione. † Si mulier
erat in poſſeſſione bonorum dotaliū,
& timebat iniuſtè ab ea deponi; tūc enim
iuſtum iudicium emere poſſet can. decimas.
17. q. 7. & colligitur etiam ex alijs
auctoribus citatis; nam etiam hæc eſt cauſa
neceſſaria ad redimēdam vexationem,
vt patet; & dum ſermo de hac materia
14 accidit; † dicam vnum incidenter in materia
ſimoniæ, quòd, ſi lis aliqua adeſſet de
aliquo beneficio, & hic inde certatum eſſet,
ſi vna pars vellet liti cedere, & cum
alia parte deueniret ad conuentionem, vt
ei ſoluerentur expenſæ factæ in illa cauſa,
& ſic cederet liti, non committeretur ſimonia,
quia per illam dationem pecuniæ
nemo ex litigantibus intelligit vendere,
vel emere aliquid ſpirituale, nec datio pecuniæ
eſt cauſa principalis immediata acquiſitionis
poſſeſſionis beneficij, quamuis
ſit cauſa, ſine qua nō acquireretur poſſeſſio,
ſed cauſa principalis eſt ad amicitiā
conciliandam ob litium expenſas, vel ad
alia mala, ac ſcandala vitanda, vt optimè
notat Nauarr. loco cit. Farinac. in primis
deciſ. 135. num. 4. & alij, & ſic multoties
15 conſului. † Bene verum eſt, quòd hæc omnia
vera eſſe debent à parte rei, & non ficta,
& colorata per partes, vt patet ad ſenſum,
& ideò vt ad materiam noſtram redeamus,
ſi mulier ageret in iudicio pro recuperatione
dotium contra ſe reportaret
ſententiam, vt poſſet in hoc adeſſe aliqua
colluſio, quia fraudulenter ſe vincere fecit;
tunc filij poſſunt contradicere, vt ex
doctrin. Andr. in c. ſi vaſſallus, ſi de feud.
defun. milit. fuer. cōtrou. probat Naucler.
in addit. ad conſuet. Bona ſtabilia. fol. 19.
in 4. addit.

16. Dico ſecundò, cauſa neceſſaria ſecundū
diſpoſitionem harum conſuetudinum,
vel concernere neceſſitatem perſonæ, vel
neceſſitatem rei, ſic Napoda. d. nu. 8. §. ſed
tunc quæro, de Franch. deciſ. 435. nu. 39.
cum ſeqq. & dixi ſupra par. 3. q. 1. & ibi
dicta hic in compendio repetam ad hoc
dictum magis explicandum. Reſpectu neceſſitatis
perſonæ ſunt quatuor capita.
Primò, vt mulier viuat, vt ſana viuat, vt
libera viuat, & vt nupta viuat.

17 Primò igitur, vt mulier viuat, poteſt bo

na dotalia alienare, nempe pro alimentis neceſſarijs, & in hoc non poſſunt filij con tradicere; nam eſſet contradictio iniqua, ex quo ſi id facerent ad deneganda alimenta matri; eſſet etiam iuſta cauſa exhæredationis, quia plus eſt aliquem fame necare, quàm gladio occidere, vt optimè probat Napodan. & patet ex dictis ſupra par. 5. pluribus in locis. Bene verum eſt, quòd debet ita eſſe à parte rei, vt mulier non habeat vnde aliunde poſſit alimenta lici-
18 to iure habere: † neceſſitas enim ſupponitur, quoniam nullum aliud eſt remediũ aliunde. l. qui actionem. ff. de præſcript. verb.

19 Secundò, vt mulier ſana viuat, poteſt bona dotalia alienare, nec filij iuridicè contradicere poſſunt: nam ipſi etiam tenentur parentibus infirmis curam competentem præbere, alias legitimè etiam exhæredari poſſunt, vt ex tex. in §. ſi quis de prædictis. Authen. vt cùm de appellat.
20 cognoſ. Notat Napodan. loco citato, † & ideò annis elapſis eſſet multum certatum in Sacro Conſ. inter Franciſcum Buſulcũ, & Horatium Sanſeuerinum, in donatione facta per vxorem dicto Franciſco in recompenſationem expenſarum, quas dictus Franciſcus fecit in longiſſima infirmitate dictæ ſuę vxoris, facto compromiſſo in perſonam Pauli Staibani, mei Magiſtri; qui & ſi multum laboraſſet, vt contra donationem iudicaret, attamẽ quia, ſicut erat doctus, ita etiam erat rectiſſimæ intẽtionis; Elapſis multis menſibus iudicauit pro validitate dictæ donationis, ex ratione deſuper expreſſa, & alijs pluribus, & in dicta cauſa pro, & contra Doctiſſimi viri ſcripſerunt; quorum ſcripta, & hic, & in d. par. 3. quæſt. 1. in compendium reduxi.

21 Tertiò, vt mulier libera viuat, nempe, vt ab hoſtibus ſe liberet, vel à debito vero, & reali, poteſt bona dotalia alienare, ſi alia non habeat bona, vt ex tex. in l. ob æs. C. de præd. minor. & alijs probat Napod. ſub d. nu. 8. §. per tertium, & in hoc omnes etiam conueniunt.

22 Quartò denique, vt mulier nupta viuat, poteſt ſimiliter bona dotalia alienare, vt ſi maritus nollet dotem in bonis ſtabilibus, ſed in pecunia, poteſt mulier illa bona alienare, & dare pecuniam viro in dotem, vt ex multis probat Napod. d. nu. 8. §. propter quartam, & in hoc exemplo omnes etiam conueniunt; ſed, vt dixi ſupra quæſt. 3. nõ debet hoc eſſe occaſio diſſipandi bona dotalia, & ideò illa pecunia conuerti debet in emptionem tot annuorum introituum, vel aſſecurari ſuper bonis viri, ſi habeat patrimonium ſufficiens, vt loco citato dictum eſt, & ad ſenſum patet.

23 Cauſa neceſſaria, reſpiciens rei neceſſitatem, eſt reſpectu expenſarum, quas facit mulier in rebus dotalibus, ad tex. in l. neceſſaria. ff. de impenſ. & reb. dotalib. fact. vt quia ipſa mulier dediſſet viro in dotem plures domos, quarum aliquæ, vt omnes ſunt ruinoſæ, ſi mulier vult aliquam ex illis vendere, vt reficiat meliorem; tũc quia hæc eſt cauſa neceſſaria ad reparationem eorundem bonorum dotalium, poteſt mulier alienare, non obſtante cõtradictione filiorum; & idem eſt pro quacunq; alia neceſſitate rei, vt docet hic Napod. nu. 9. vt cernitur ex dictis in alleg. part. 3. q. 1. etiam in addition.

Quò verò ad alias cauſas remitto lectorem ad diſcuſſa per Napod. & per me in locis cit. ne bis idem repetamus.

24 Dico tertiò ad inquirendum, an cauſa alienandi ſit neceſſaria, debet decretum interponi ante ipſam alienationem, ita ex tex. in l. ob æs. C. de præd. minor. & alijs notat Napodãn. d. nu. 9. verſ. ſed cùm inquiratur, & eſt vera, & communis doctri-
25 na, † nam quotieſcunque debet in aliquo negotio, ſiue actu interuenire cauſa ad eiuſdem actus validitatem, non ſolùm cauſa debet proponi, & allegari iuſta, ac neceſſaria; ſed etiam debet actu probari. l. cùm hi. §. in cauſæ, & §. Prætor. ff. de tranſact. cum alijs pluribus cumulatis per Napoda. vbi ſupra, & in hoc oportet omnes
26 conuenire; nam ſciunt omnes, † ꝙ dum aliquis antea non habet facultatem faciẽdi actum illum, ſeruata tali forma, ſi illa forma non ſeruatur tempore celebrationis actus, vtique actus ille eſt nullus, & inualidus. gloſ. in clem. 1. in verb. inhibẽtes. de iurepatron. Abb. in cap. ex parte, circa fin. de conſtit. Felyn. & alij, quos probat Burſat. conſi. 90. quem ſequitur Roderiq. tom. 2. quæſtio. regul. quæſt. 45. art. 2. in fin. Syueſtr. Tabien. Suarez, & alij, quos probat Salas in tract. de legib. diſput. 16. ſect. 10. ſub num. 43. §. Item probatur. Sed ex diſpoſitione iuris communis, ac etiam conſuetudinarij prohibetur mulier bona dotalia alienare, & per hanc conſuetudinem datur illi facultas alienandi, ſi adſit iuſta

iuſta,& neceſſaria cauſa. Igitur talis cauſa debet allegari,ac ſimul probari interuenire in illa alienatione, aliter actus alienationis eſt nullus; & quia hoc eſt manifeſtum, & pluribus medijs cõfirmari poſſet,quæ non iudico neceſſaria, ideo tranſeo ad alia.

27 Poſtremò Napod.nu.10.& 11.affirmat
eſſe cauſam iuſtam,& neceſſariam, ſi mulier propter benemerita donat alicui aliquid de bonis dotalibus, & quod tunc filij contradicere non poſſunt, dummodò probentur merita, non iam ex ſola cõfeſſione mulieris, factam in inſtrumento donationis, ſed per teſtes, vel alias ſcripturas publicas, quoniam aliter eſſet benefi-
28 cium coloratum;† nam lex ſemper præſumit contra vitricum,& matrem, & ideo, vt hæc præſumptio excludatur, debent
29 aliunde probari merita; † & iddem eſſet
in donatione remuneratoria, vt etiam donatio debeat eſſe æqualis meritis, & ceſſare debeat omnis fraus, vt varijs modis probant Alex.conſ.55.volum.1. Dec. conſ.675.Affl.& eius addentes deciſ.275. Rip.Tiraq. & Ferron. quos citat Salern. ſub d.nu.10.in addit.incip.Vide Alexandrum. Iulius Clar. & alij innumeri penes Maſcard.in tract.de probat.concluſ.561. quos citat Sanchez lib.6. de matr. diſp.6. vbi materiam iſtam examinat;& quia hęc doctrina eſt communiter recepta,adeò vt videri debeat, & iudicari, an aliunde poterat remunerare benemeritum, & ſic de alijs, & ſic vt ceſſet omnis fraus, ac fraudis ſuſpitio,ut locis citatis cerni poteſt.

SVMMARIVM.

MAter poteſt alienare bona dotalia, vt dotet filias, dummodo maritus non ſit ſoluendo. & ratione probatur nu. 1. & 3.

Dotare filias eſt onus paternum, ſed matris eſt in ſubſidium. nu.2. & 3.

Mulier an poſſit alienare bona dotalia pro conſtructione fontium, ac murorum ciuitatis, traditur nu.4. & 5.

Mater an poſſit dotare filias ſecundi matrimonij explicatur nu.7.

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, an mulier poſſit bona dotalia alienare ob dotẽ filiæ? hanc quæſtionem mouit hic Napod. t.13. Sit igitur vnica concluſio: Si maritus non ſit ſoluendo, poteſt mulier alienare bona dotalia ob dotem filiæ: hæc concluſio videtur Napodani d. nu.13. quam ibidẽ expreſſè tenet Steph. de Gaet.fol.284.

2 Prima pars probatur,quia ſi maritus ſit ſoluendo, tunc quoniam onus paternum eſt dotare filias,non autem maternum.l.ſi pater.& auth.res,quæ. C.de dot.promiſſ. cum alijs cumularis per Napod. d.nu.13. & dixi ſupra par.6.quæſt.1.nu.24.& q.4. nu.1.& ſeqq. Ideo non eſt iuſta cauſa alienandi bona dotalia, vt filij legitimè poſſent contradicere, & in hoc conueniunt omnes.

3 Secunda pars etiam probatur, mater enim tenetur dotare filias in ſubſidiũ patris, & aui paterni, vt dixi ſupra d.par.6. q.4.num.9.cum ſeqq.latiſſimè Surd.conſ. 393. nu.4.vol.3. & ideò quoties ceſſat ſuſpitio fraudis,tunc validè alienat pro dotanda filia, dummodo in vita id faciat, nã in morte id facere nequit, vt optimè aduertit Steph. de Gaet. vbi ſupra, & patet hoc euidenti ratione,quoniã in vita adeſt illa cauſa legitima;at in morte ceſſat,quoniam poteſt ſoror cogere fratres ad illam dotandum de paragio, vt par.4. pluribus in locis dictum fuit, & ſic ceſſãte ratione, ceſſat etiam hæc diſpoſitio. Confirmatur. nam etiam ſi vir habeat bona ſufficientia, poteſt etiã mulier dotare filiam, vt infra quæſt.ſeq.dicetur. Igitur eò magis, dum maritus non eſt ſoluendo, ſic etiam quia in 3.par.& alibi pluries replicatum eſt,vt mulier in vita poſſit cum iuſta cauſa bona dotalia alienare, præcipuè ad dotandam filiam, ſi faciat donationem filio contemplatione matrimonij,& ſic de alijs, dummodo ceſſet omnis fraus, ac fraudis ſuſpitio.

4 Additur poſtremo,quoniam ſi cauſa iuſta iudicatur, ſi mulier bona dotalia alienet pro conſtructione,ſiue inſtructione riuorum, & fontium, ac murorũ ciuitatis, vt ex tex.in l.fin.ff.de riuis, & l.ad inſtructionẽ. C. de ſacroſ.eccl. & alijs notat hic
5 Napod. nu.14. cum ſeqq.† quantò magis
erit

Digitized by Google

erit cauſa iuſta, & neceſſaria reparatio in-
fortunij viri, ac honoris propriæ filiæ, vt
dum dotari nequit de bonis viri, dotetur
de bonis matris, & quia non credo adeſſe
filios tam ſocordes, & miſeros, qui in tali
facto audeãt contradicere, & ſi cõtradice-
rent, eſſet cauilloſa contradictio, & proin
6 de reijcienda: ideo tranſeo ad alia. † Hoc
tamen, vt dixi, accipiendum eſt, vt exclu-
datur omnis fraus, & dum eſt filia eiuſdẽ
matrimonij; ſi enim vellet dotare filiam
præſentis matrimonij, tunc poſſent filij
prioris matrimonij contradicere, quoniã
lex præſumit cõtra matrem, & vitricum,
vt docet Napod. ſub d. nu. 13. quod ſæpiſ-
ſimè par. 3. replicatũ eſt, & proinde proce
dit in ſubſidium aliorum bonorum, vt ſu-
perius pluries replicatum eſt, & probat
etiam Napod. in conſuet. ſi conſtante, ſub
num. 25. verſ. item quare videtur.

SVMMARIVM.

Filia, ſi inueniatur dotata de bonis patris, & matris, de quibus bonis in dubio cenſeatur dotata, explicatur num. 1. cum ſeqq. tam ſecundùm ius commune, quàm ſecundùm noſtrum ius conſuetudinarium.

Dos promiſſa filiæ per patrem, & matrẽ, de cuius bonis debeatur, explicatur num. 1. cum ſeqq.

Maritus, ſi confiteatur recepiſſe dotem à Petro, & eius filia, vxore ipſius confitentis; de cuius bonis præſumatur recepiſſe dotem, traditur num. 5. & ſeqq.

Napodan. in tit. de contract. inter uir. & vxor. nu. 31. dum ſibi ipſi contradicere videtur in dote promiſſa per matrẽ filiæ, quòd mater præſumatur tantundem recipere de bonis viri, defenditur à contradictione. nu. 9. & 10.

QVÆST. VIII.

1 Octauò quæro, an filia
poſſit dotari de bonis pa
tris, ac matris, adhuc vi-
uentium? Hæc quæſtio
deciditur ad literã per
hanc conſuet. ſi conſtan-
ter. quę affirmatiuè quæſtionem determi-
nat, quòd nempe filia dotari poſſit de bo-
2 nis vtriuſq; parentis, adhuc viuentis: † &
ideò ſi in inſtrumento dotali pro matri-
monio, & conſtitutione dotis filiæ appa-
reat, quòd mater dederit filiæ in dotem
certam quantitatem, pro illa ſumma di-
minuitur dos matris, quia hæc promiſſio
dotis facta in beneficiũ filiæ, habetur pro
reſtitutione dotis maternæ, & in caſu re-
ſtitutionis dotium maternarũ pater, vel
eius hęredes non tenentur dictam ſummã
reſtituere hæredibus matris, ſed ſolùm
reſiduum dotium, vt ad literam habetur
in d. conſuetud. & ratio eſt, quia dum do-
tatio tenuit, iam pro illa ſumma dos ma-
tris fuit reſtituta filiæ nomine ipſius ma-
tris etiam ex iuris diſpoſitione, & pro illa
parte fuit ſublata etiam obligatio ex illo
3 axiomate, † ſolutione eius, quod debetur,
4 tollitur omnis obligatio. † Si tamen ma-
ter nõ expreſſiſſet quantitatem dotis, nec
etiam pater, & vterque ſimul dotem pro-
miſerint filiæ, tunc dos promiſſa cenſetur
pro rata bonorum vtriuſque parentis, vt
habetur in d. conſuet. ſi conſtante. §. quod
ſi conſcriptum. & dixi ſupra ſuo loco. li-
cèt de iure communi ſit determinatum
contrarium, vt pro medietate reſpectu
vtriuſque parẽtis cenſeatur facta promiſ-
ſio ea ratione, quia dum parentes ſunt fi-
liæ, æqua charitate coniuncti, ita etiam
dum dotẽ conſtituunt, dotatio illa vtriuſ-
que parentis bona afficit pro æquali cen-
ſura, l. vt liberis. C. de collation. Napod.
hic num. 30. de qua materia latiſſimè tra-
ctant Maſtrill. deciſ. 186. par. 2. Ant. Fab.
in ſuo Codice in tit. de dotis promiſs. de-
ciſ. 7. & 10. Ioſeph Lud. deciſ. Peruſin. 21.
de quibus meminit Ricc. in ſua collect.
deciſ. par. 1. cap. 164.

Hinc etiam Alex. conſ. 24. vol. 1. conſu-
5 luit, † quod ſi maritus confiteatur recepiſ-
ſe dotem a Petro, & eius filia, vxore ipſius
cõfitentis, quod medietas dotis ſoluta pręſ-
ſumitur à Petro patre, & alia medietas ab
eius filia, vt notat etiam quædam additio
hic ſub nu. 25. f. 285. incip. in textu ibi, &
pręcipuè hoc procedit dũ apparet ex in-
ſtrumẽto, in dubio tamen pręſumitur pa-
ter dotare de bonis proprijs. l. fin. verſ. po-
terat enim. C. de dot. promiſſ. Ann. in al.
leg. 88. & alij penes Ricc. d. c. 164. de qua
materia dixi aliqua ſupra par. 6. q. 4. in ad-
6 dit. † Verùm ſi quantitas non eſt expreſ-
ſa, & mulier habeat ſolã dotẽ, diminutio
diminuitur de ipſa dote: ſed ſi mulier ha-
beat bona (cuiuſcũq; generis ſint) tunc di-
minutio

Digitized by Google

minutio fit æqualiter de omnibus bonis
ipſius, vt ad literam diſponit conſuetudo,
vbi Napodan. nu.25. cum ſeqq. quod pa-
tet etiam ex dictis ſuperius. Bene verum
7 eſt, quòd licèt Napod. num.21. † videatur
inducere, vt diminutio fiat de tota dote,
nihilominùs nu.27. & 28. expreſsè docet
8 contrarium, † vt debeat remanere legiti-
ma aliorum filiorum tam proris, quã eiuſ-
dem matrimonij, & hæc eſt veritas, vt ſæ-
piſſimè replicatum eſt. An autem in vita,
vel poſt mortem matris filij reuocent eo-
rum legitimam, ex tit. de inofficioſ. dotib.
tractat Præſ. de Franch. deciſ. 170. & dixi
ſupra par.4.q.26. etiam in addition.
9 Sed contra hanc deductionem faciunt
verba Napod. hic nu.31. in verb. & eate-
nus. quæ ſic habent. *Et eatenus, id eſt, in-
quantum contingit pro dote, non inquã-
tum obtingit matrem pro omnibus bonis
ſuis, imò inquantum tangitur mater pro
omnibus bonis, intãtum diminuitur pro
dote, cùm de bonis viri præſumatur bre-
ui manu tantum recepiſſe, et filiæ dediſſe
in dotem. arg ff. de don. int. vir. & vxor.
l. licèt. §. 1. vt ſubijcit hic. pro qua dicta*
10 *dos, & prædicta bona, &c.* † Hæc verba
Napodani continent ambiguitatem, &
videntur habere pugnantiam, quia ſi
vxor præſumitur de bonis viri breui ma-
nu recepiſſe tantundem, quantum dedit
filiæ in dotem, igitur non debet diminui
de dote matris, dotantis filiam, & ſic eſt
cõtra id, quod ſuperius dixit de deductio-
ne etiam de dote, & alijs bonis matris;
Videtur etiam alia pugnantia, quia ſi di-
minutio fiat inquantum contingit pro
dote, & non quantum obtingit matrem
pro omnibus bonis, quomodo intantum
diminuitur pro dote, inquantum tangi-
tur mater pro omnibus bonis? Niſi dica-
tur, vt ſenſus ſit, vt diminuatur dos ma-
tris pro illa rata, pro qua tangitur pro do-
te filiæ, & ſic ſi alia bona habeat pro rata,
ipſam tangente, fit diminutio pro omni-
bus bonis, prout ſuperius explicauit: quo
caſu ſi vxor adminiſtraret bona viri, in eo
caſu præſumatur breui manu tantum re-
cepiſſe de bonis viri, & dediſſe filię in do-
tem, quantum tangitur ipſa mater pro do-
te promiſſa filiæ, vt in dubio ſit dotata de
bonis patris, vt ſuperius explicatum eſt;
& ſic euitabimus pugnantiam huius emi-
nentiſſimi viri.

SVMMARIVM.

*VAlor bonorum vtriuſque pa-
rentis an attendatur tempo-
re promiſſionis dotis, uel tem
pore contracti matrimonij
filiæ, traditur num.1. Quid
in contractu emptionis, & venditio-
nis, explicatur num.2. Quid in muta-
tione monetæ, explicatur num. 3. &
ſeqq vbi deciſiones referuntur.*
Octauius Riarius laudatur num.4.
*Mutatio monetæ an noceat debitori, vel
creditori explicatur. nu.3. cum ſeqq.*
*Creditor an debeat eſſe in damno, dum
variatur valor monetæ, explicatur
num.6. & 7.*

QVÆST. IX.

1 NOnò quæro, quodnam tem-
pus attendatur ad ſciendum
verum valorem bonorum
vtriuſque parentis ad co-
gnoſcendum qualiter pro
rata bonorũ ſit facta pro-
miſſio dotis? Reſpondeo, attendi tempus
quo filia nubit, non quo dos promittitur,
vt habetur in d. conſuet. ſi conſtante. in ti.
vbi Napod. num.33. dicit eſſe notandum,
prout reuera notari debet, quod eſt cla-
2 rum in omni negotio, † ſiquidem ad ſciē-
dum valorem rei venditę, inſpicitur tem-
pus contractus, quando agitur actione ex
ſtipulatu. l. ex mille. §. 1. & l. bonitatis. ff.
de euiction. ſecus tamen ſi ageretur actio-
ne ex empto, & uendito, tunc enim attē-
deretur tempus euictionis. l. euicta, la ſe-
cunda. ff. de euiction. vbi gloſ. citat iura
concordantia, & poſt alios Vincent. de
Franch. dec.297. vbi ſic iudicatum refert
in Sacro Conſ. Procedit etiam in feudali-
bus, nam feudi valor attenditur, prout va
lebat, & emptum fuit tempore cõtractus
emptionis, & non alio tempore, vt latiſ-
ſimè cumulatis varijs antiquis, & moder-
nis probat Conſiliar. de Anna conſil. 26.
per tot. vol. 1.
3 Inſuper procedit etiam in valore mo-
netæ, in qua attenditur valor, qui curre-
bat tempore cõtractus, licèt poſtea mute-
tur, niſi aliter conuentum fuerit inter par
tes, vt ſcripſit Bart. in l. cum quid. nu.17.
ff. ſi cert. pet. vbi Alex. nu.16. Socin. num.
30. qui teſtatur de communi. Tiraquell.
Boer.

Boer.Couarr.Brun. Menoch.Theſaur. &
alij plures, quos probat Surd. conſ.368.
per tot. conſ.406. & 438. volum. 3. vbi
multis, & varijs medijs hoc ꝓbat, prout
etiam faciunt Maſtrill.dec.7.& Menoch.
conſ.1165.vol.12.qui omnes ad ſaturita-
tem hanc materiam examinant, & dixi
aliqua ſuperius par.6.q.4. in addition. Et
dum in anno 1614. eſſem Panhormi, vidi
ſuper hoc altercatum in Cōciſtorio Sacræ
Regiæ Conſcientiæ coram adm. Spectab.
4 † Octauio Riario illius tribunalis Cōſilia-
rio integerrimo, ac viro doctiſſimo in cau
ſa Baronis Carrubæ cū Marchione Sciortini,
ſi monetæ ſolutio, quæ in reluitione
ſeu reemptione promiſſa fuit ſolui ad cer
tam rationem, nempe in tot ducatis au-
teis boni, & iuſti pōderis; ſi deinde fuerit
auctus valor monetæ, quia nempe tēpore
contractus ducatus aureus valebat v.g.ca-
rolenis treſdecim; tempore verò reem-
ptionis valebat carolenis ſexdecim; an, in-
quam, in reluitione teneatur venditor re-
ſtituere ducatos aureos in eadem forma,
vt erat tempore contractus, vel ſi velit ſol
uere in moneta argentea, & ſic alterius
formæ, & diuerſæ materiæ, teneatur ſol-
uere ad rationē carolenorum ſexdecim,
iuxta tempus reluitionis, vel ſatis erit
ſoluere ad rationem carolenorum treſde-
cim, iuxta tempus contractus? fuit iudica-
tum in d. anno 1614. de menſe Martij, vt
ſatis ſit valor carolenorū treſdecim, ſecun
dùm tempus contractus, ratione deſuper
expreſſa, quia etiā in valore monetę tem-
pus contractus attenditur.
5 Mihi tamen contraria probatur ſen-
tentia, quam etiam tunc tuebar, quia hęc
erat mutatio intrinſeca, & ſic non debe-
bat eſſe in dāmnū creditoris, qui vel debe
bat habere tot ducatos aureos, quot dedit
debitori tempore contractus, vel ſi in alia
forma, & materia teneretur recipere ſa-
tisfactionem, & ſic in moneta argētea, tot
carolēnos debebat habere pro ſingulo au-
reo, vt tot aureos reciperet, quot dedit: &
hoc omnis æquitas ſuadet, ne creditor ſit
6 in damno, & debitor in lucro. † Quodq;
creditor non debeat eſſe in damno, quan-
do monetæ valor variatur in bonitate in-
trinſeca, eſt tex. in l. Paulus, vbi omnes. ff.
de ſolution. probant etiam Roman. conſ.
123. & ſingular. 519. Socin. & alij penes
Matth. Brun. in tract. de aug. & diminut.
monet. limit. 8. Aret. conſ. 11. num. 13 &
alibi. Menoch. conſ. 138. num. 12. & alibi,
cum alijs cumulatis per Borgn. deciſ. 16.
nu. 42. par. 2. & deciſ. 3. num. 17. & ſeqq.
par. 4. Vrſill. ad Affl. deciſ. 194 Theſaur.
deciſ. 174. num. 6. Farinac. deciſ. 683. 686.
& 903. & alij plures penes Menoch. d.
conſ. 1165. vol. 12. Maſtril. loco cit. Surd.
locis citatis. Ricc. in 4. par. collectan. cap.
1223. eſt tex. in c. cum canonicis. de cēſib.
vbi expreſsè hoc dicitur, ſi nō cauilletur,
quoniam licèt attendatur tempus cōtra-
ctus in vero valore monetæ, non tamen
per hoc excluditur, vt ſi valor mutetur
intrinſecè, debeat hoc damnum eſſe cre-
ditoris, ſed ſolùm conſideratur, vt credi-
7 tor non ſit in damno, nec in lucro. † Sed
dicta deciſio fuit fundata in doctrina Bar-
tholi in d. l. Paulus, & aliorum penes Fa-
rinac. d. deciſ. 903. quaſi debitor habeat
electionem reſtituere tantam monetam
argenteam pro quolibet ducato aureo ad
illam rationem, ad quam currebat duca-
tus aureus tempore contractus; & ſatis
eſt, ne in hoc lædatur creditor. Et ideò
hæc conſuetudo voluit conſultò deſigna-
re tempus ad tollendas tot diſputationes,
& etiam quia multoties matrimonium
immaturè fit, & ſolent contrahi ſponſa-
lia, & ſic defertur in aliud tempus, nec
cum effectu maritus eſt, niſi ſequatur ma-
trimonium: ideò tempus nuptiarum in-
ſpicitur, quia tunc reuera eſt verè dos, vt
etiam dixi ſupra par. 6. quæſt. 3.

Finis nonæ Partis.

DE INSTRVMENTIS CONFECTIS PER CVRIALES NEAPOLITANOS,

Et Fide eorum.

PARS DECIMA.

Curiales, vel eius diſcipulus, conficiens teſtamentum, ſeruata forma huius Conſuetudinis, actum validum gerit, ac ſi per Iudicem, Notarium, & ſeptem teſtes fieret, geſta tamen per ipſos impugnari poſſunt.
h.d. Molfeſius.

CONSVET. PRIMA.

TESTAMENTVM confectum per Curiales Neapolitanos, quod habeat duorum Curialium ſubſcriptionem, necnon & ſubſcriptionem tertij Curialis ipſum complentis, ſiue per ipſum complentem ſcriptum fuerit, ſiue per eius diſcipulum, itaque ipſi Curiales rogati fuerint à teſtatore, robur habeat firmitatis, tale, quale ſi per Iudicem, & Notarium ſeptem numero teſtium interueniente fuerit confectum, & conſumatum: licitum tamen eſt contra teſtamentum ipſum alia opponere, quæ legitimè poſſunt opponi. Iddem in inſtrumento, quod Neapoli dicitur, Geſta, ſaluo tamen, quòd liceat uolenti opponere contra id, quod in ipſo inſtrumento, quod dicitur geſta continetur, quod poteſt dici contra perſonas teſtiũ, & dicta, de quorum dictis, & teſtificatione dictum inſtrumentum, quod dicitur geſta, confectum eſt.

Inſtrumenta emancipationis, & quælibet alia confecta per Curiales ſecundùm formam huius Conſuetudinis valent, etiam ſi in emancipatione magiſtratus auctoritas non interueniat.
h. d. Molfeſius.

CONSVET. II.

INſtrumentum emancipationis, & qualibet alia inſtrumenta confecta per Curiales Neapolis habentia ſubſcriptionem duorum Curialium, & tertij Curialis complentis ea, ſiue complens ea manu propria ſubſcripſerit, ſiue eius diſcipulus, robur habeant firmitatis perinde, ac ſi inſtrumenta eſſent confecta per Iudicem, & Notarium, cum ſubſcriptione duorum, vel trium teſtium, vel plurium, non obſtante, quòd in emancipatione Magiſtratus auctoritas non interueniat.

Inſtrumentum diuiſionis cum ſubſcriptione duorum Curialium, etiam ſi non ſit completum, valet inter diuidentes, & eorum ſucceſſores. h.d. Molfeſ.

CONSVET. III.

INſtrumentum verò diuiſionis Curialium, quod Neapoli dicitur, notitia, ſubſcriptum duobus teſtibus Curialibus, etiam non completum, robur habeat inter diuidentes, & ſucceſſores perinde, ac ſi eſſet per tertium curialem ſcriptum, & completum.

Inſtrumentum curialiſcum non completum ob mortem conficientis, poteſt de voluntate partium compleri per primarium.
h.d. Molfeſius.

CONSVET. IIII.

VBi inſtrumentum conſcriptum per Curiales Neapolis reperitur ſubſcriptum ſubſcriptione duorum teſtium, ſcilicet, Curialium, & Curialis, qui debet inſtrumentũ complere, moritur ante completionem inſtrumenti ipſius, partibus, ſiue contrahentibue petentibus, & volentibus, Curialis, qui Neapoli vocatur primarius, complet ipſum; & quòad id perſonam obtinet Curialis defuncti, partibus autem ipſis diſſentientibus, inſtrumentum ipſum per primarium compleri non poteſt, nec debet, imò pro rupto, & vacuo habeatur.

Inſtrumenta curialiſca ſi ob vetuſtatem cartæ, vel aliam cauſam exemplentur manu primarij, faciunt fidem, ſicut originalia. Introductum verò etiam exemplatum non facit fidem. Si Curialis faciat inſtrumentum alterius inſtrumenti actum validum gerit, ſi de verbo ad verbum illud inſerat, dummodo trium Curialium ſubſcriptionibus roboretur.
h.d. Molfeſius.

CONSVET. V.

INſtrumenta confecta, & completa per Curiales Neapol. vbi exemplari, ſeu authentitari petuntur per literam, quæ cõficitur per Curiales Neap. propter vetuſtatem charta, vel aliam cauſam exemplantur, ſiue authenticantur manu propria tabularij, & complentur per ipſum Tabularium, & Curialem, qui Neapoli dicitur primarius, ipſumque inſtrumentum ſic exemplatum, ſiue authenticatum robur habeat tale, quale ipſum originale, ex quo ipſum exemplum eſt ſumptum. Sed ipſum inſtrumentum, quod Neapoli dicitur introductum, exemplari non debet, & exemplatum fidem non facit. Verùm & 6 quilibet Curialis in inſtrumento, quod conficit alterius inſtrumenti confecti per Curialem fieri faciat mentionem, & de verbo ad verbum alterius, de quo fit mentio, tenorem redigat, fides plena datur inſtrumento, in quo redigitur, perinde ac ſi inſtrumentũ, de quo fit mentio, appareret. Ita tamen ſi trium eſt Curialium ſubſcriptionibus inſtrumentum roboratum, in quo alterius fit mentio, ſicut communiter fit in alijs inſtrumentis, quæ per Curiales fiunt, & ſubſcribuntur.

Conrra inſtrumenta hic numerata non admittitur ſimulatio probanda per teſtes, ſi habens inſtrumentum poſſideat: falſitas verò obijci poteſt.
h.d. Molfeſius.

CONSVET. VI.

COntra inſtrumenta venditionum, donationum, oblationum, in emphyteuſim conceſſionum, quietationum, tranſactionum, compoſitionum, & inſtrumenta, quæ Neapoli vocantur pſalia, probatio per teſtes nulla recipitur facienda per aliquem contrahentiũ, vel ſucceſſorem eorum vniuerſalem, vel ſingularem; quòd res videlicet aliter geſta ſit, quàm quòd continetur in inſtrumento, dum tamen in poſſeſſione rei aliqua ex prædictis cauſis tranſlatæ reperiatur ille, cui inſtrumentum factum eſt, reſeruata alteri contrahentium poteſtate arguendi inſtrumentum ipſum de falſo ſi voluerit.

Infra annum poteſt emptor petere rem tradi virtute inſtrumenti emptionis; & ſi venditor non adimpleat tenetur ad intereſſe: poſt annum verò agitur ad ſolum pretium contentum in inſtrumento. h.d. Molſeſius.

CONSVET. VII.

SI inſtrumentum venditionis ſit per Curiales Neapolis, vel per alias publicas perſonas, infra annum à die confectionis ipſius inſtrumenti emptor petere poteſt ſibi rem tradi à venditore ipſo, vel eius herede, quam ſi non tradiderit ad intereſſe venditor condemnatur. Poſt annum verò poteſt emptor ipſe tantùm petere pretium venditionis, in ipſo inſtrumento contentum, ac ſi ſit ipſa venditio reſoluta.

Inſtrumenta hic numerata non valent, ſi corporalis poſſeſſio non interueniat, nec traditio facta per fuſtem operatur. h.d. Molſeſius.

CONSVET. VIII.

INſtrumenta donationum, obligationum, & permutationum firmitatis alicuius nullum robur obtineant, niſi rei donatæ, oblatæ, & permutatæ poſſeſſio peruenerit ad donatarium, vel ad eum, cui oblatio, & eum quo permutatio facta eſt; nec præſumitur facta traditio per hoc, quòd in ipſis inſtrumentis donationum, oblationum, & permutationũ continetur traditionem factam eſſe.

SVMMARIVM.

CVriales unde dicãtur, quot ſint eorum ſpecies, & quid ſit eorũ officium, explicatur nu. 1. cum ſeqq.

Curia unde dicatur. nu. 2. & 12.

Cura alia dicitur moderata, & prouida, alia immoderata, & utraque, explicatur nu. 6.

Notarius an dicatur Curialis, traditur nu. 7. & 9. ſeq.

Curiales alij sũt originarij, & alij ex accidenti, quod declaratur n. 10. & ſeqq.

Neapolitana Ciuitas à quibuſnam fuerit fundata, recenſetur nu. 14.

QVÆST. I.

1 PRimò quæro vnde dicantur Curiales, quot ſunt eorum ſpecies, & de quibus loquatur hic titul. Ad hanc quæſtionem reſpondet Napodan. in rubr. & quod attinet ad nomen, & deriuationem, Curiales dicuntur à Curia. l. curiales, qui. C. de decurion. lib. 1 0. & in hoc
2 omnes in effectu conueniunt. † Curia autem, eſt locus vbi agitur de conſilijs, & de adminiſtrationibus Reipub. ac de cauſis diſcutiendis, & terminandis, vt notat Napod. nu. 2. & patet ex tot. tit. C. de Curialib. Vrb. Rom. lib. 10. cum alijs cumu-
3 latis per Napod. num. 4. † Roma enim quoſdam habuit Curiales, qui ſpecialiter Decuriones dicebantur, & eorum officiũ erat conſulendi certa negotia Ciuitatis; habetur etiam in l. Curiales omnes, vbi gloſ. & alij communiter. C. de præd. Cu-
4 rial. lib. 10. quòd † Curiales dicuntur Conſiliarij Ciuitatis, & habent officium conſulendi, & dicuntur Curiales à Cura, & Curia publica conſulendi, quam habent. Hinc patet illud Caſſiodori lib. 2. variarũ
5 relati a Napodano ſub nu. 1. † Vt Curialibus datũ ſit hoc nomen à prouida cura, & ſollicitudine, quam habere debent de adminiſtrationibus Reipublicæ, & de cauſis diſcutiendis, & terminandis.
6 Dicitur à prouida cura; † nam cura ſolet eſſe immoderata, quaſi ſẽper cor vrẽs, & ideò debet eſſe prouida, & moderata ſecundùm rectam rationem, vt omni diligentia procurent terminare negotia, non habentes penes ſe perſonarum acceptiones, iuxta tex. in l. fi. ff. de rer. diuiſ. & ſæpe aliàs, &c. Ex hoc infert Napod. num. 6. ex ex tex. in l. curiales. C. de Decurion. lib. 10.
7 † quòd quicunque officialis habet curam,

& curiam publicam, dicitur curialis: ſic
etiam Notarius dicitur Curialis, & alij,
vt mox dicetur.
8 Quod attinet ad ſecundam quæſtionis
partem, dum Curialis dicitur quicunque
Officialis, qui habet curam, & Curiam
publicam, vt paulò ante dictum eſt. Ideò
Curiales dicuntur. Primò Decuriones, nã
ſunt Conſiliarij Ciuitatis, vt paulò ante
9 notauimus. † Secundò. Defenſor Ciuita-
tis ſimiliter Curialis dicitur, quoniam cu-
ram, & curiam publicam habet reſpectu
certarum cauſarum, ut ex multis probat
Napodan. nu. 8. Sic etiam exactor tribu-
torum, & ſic de alijs, vt eſt videre per Na-
podan. in tota rubr. huius tituli, vbi nu. 9.
ſubdit ex tex. in l. ex omnibus. C. de Decu
10 rio. lib. 10. † quòd Curiales quidam ſunt
originarij, quidam ex accidenti: origi-
narij ſunt, qui ex domo curialis, nempe,
ex curialibus originem ducunt; ex acci-
denti ſunt, qui per aggregationem, vel
alio modo tale officium: ſiue dignitatem
habent, vt not. gloſ. in d. l. ex omnibus, in
verb. origine, vbi omnes expoſitores, Na-
pod. d. nu. 9.
11 Poſtremo Curiales, de quibus loquitur
hic titulus, ſunt Curiales originarij, quos
temporibus imperitorum Neapolitani
ciues adinuenerunt de melioribus, & le-
12 galioribus huius Ciuitatis; † quoniam
ciuium iurgia plurimum terminabant
exemplo 30. Curialium Romanorum,
quos Romulus adinuenit, dum populum
Romanum in 30. partes diuiſit; quas par-
tes curias appellauit ex eo, quia tunc Rei-
publ. curam per ſententias earum partiũ
expediebat, & ſingulos conſtituit, qui ſin-
gulis curijs præeſſent, & iſti erant Curia-
les. l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. & hoc exemplo
poſtea erant Curiæ, ſiue corpora curialia
in ſingulis Ciuitatibus. l. ſi curialia corpo-
ra. C. de decur. lib. 10. cum alijs cumulatis
per Napod. nu. 3. & 4.
13 Subdit denique Napod. nu. 11. differen
tiam fuiſſe inter illos, & hos Curiales,
quòd Roma ex ſe illos elegit, non aliorum
14 exemplo, † attamen hæc Ciuitas Neapo-
lis, quia primò fuit habitata à Troianis,
cum Æneas ipſam conſtruxerit, quæ po-
ſtea fuit habitata à Latinis, poſteà a Lõgo-
bardis, & demum a Græcis, vt latiſſimè
diſcurrit Napoda. in proœm. conſuet. nu.
188. cum plurib. ſeqq. & d. nu. 11. & ideò
ex tot. variarum gentium literis reſulta-
uit quædam literarum forma, difformis
in aliquo, & conformis in aliquo cum
omnibus prędictis; de cuius veritate latiſ-
ſimè diſputat Marc. Ant. Surgens, qui ve-
teres, & recentiores cumulat libr. 1. de
Neapoli illuſtrata. cap. 2. & 3. & cap. 4. vbi
agit de fundatione Romæ, de quorum ve-
ritate non attinet hic diſputare, ſed re-
mitto lectores ad prænominatos Au-
ctores. Plin. lib. 3. cap. 5. Capaccius lib. 1.
de Hiſtor. Neapol. c. 3. qui etiam tradunt,
vt a Cumanis fuerit ędificata annis 1162.
ante Chriſti aduentum. Vincen. Brun. in
tracta. de inuent. rerum fol. 176. §. 1. com-
pagni.

SVMMARIVM.

*Notarij officium an ſit vi-
le, vel dignitas, tradi-
tur num. 2. & 4. Si non
rogetur, an teneatur
conficere contractum,
traditur num. 5. Si effi-
ciatur Doctor, an poſſit exercere offi-
cium notariatus, traditur nu 6.*
*Curiales dicuntur habere dignitatem.
num. 3. Supplent auctoritatem Magi-
ſtratus, quod non faciunt Notarij.
num. 7.*
*Notarius tenetur ad vnguem obſeruare
& ſcribere, quod contrahentes man-
dant, alias poſſunt puniri de falſo, qđ
declaratur num. 8. & 9. A quonam
creari poſſit, & quatenus ſe extendat
eius auctoritas, declaratur num. 10.
Duo dant illi eſſe, vt ſit notarius, quæ
recenſentur nu. 12.*
*Epiſcopi an poſſint creare Notarios, re-
cenſetur nu. 11.*

QVÆST. II.

1 SEcundò quæro, an Cu-
rialis ſit iddem, quod
Notarius? Reſponde-
tur negatiuè: conſtat
enim Curiales eſſe di-
uerſos à tabellionibus,
ſeu notarijs, vt optimè
notat hic Napod. ſub nu. 14. Primò ex for
ma faciendi, ſeu ſtipulandi contractus, vt
2 dicetur q. ſeq. † Secundò, ratione officij,
quia officium notarij dicitur viliſſimum.
l. vniuerſos. C. de decur. lib. 10. & hoc eſt
vulgatum in ore omnium. Oldrad. Bar. &
alij penes Tuſch. in verb. notarius. concl.
69.

3 69. † Curiales autem dicuntur habere di-
gnitatem, adeò vt ſernus non poſſit eſſe
curialis. l. 2. C. ſi ſeruus, aut libert. ad De-
curion. aſpiran. lib. 10. Napodan. num. 6.
& alij.
4 In hoc tamen Regno dicuntur notarij
habere dignitatem, vt poſt alios notat
Tuſch. d. concl. 69. nu. 25. quia negari ne-
quit, quin notariatus officium ſit neceſſa-
riũ Reipub. ſitq; officium digniſſimum,
& non confertur, niſi probis, & bonis vi-
ris, & ideò non debet vilipendi, ſed hono-
5 rari notarius, † imò ſi non rogetur, nõ te-
netur accedere ad rogãdum contractum,
vt latiſſimè probat Couarr. lib. vnic. pra-
cticar. quæſt. cap. 19. nu. 5. cum ſeqq. Andr.
Tiraquell. in tract. de conſtit. par. 3. præci-
puè lim. 30. nu. 28. cũ ſeqq. aliqua Tuſch.
6 vbi ſupra num. 15. cum ſeqq. † Ideò ſi no-
tarius aſcenderit ad gradum Doctoratus,
poteſt exercere officiũ notariatus. Bald. in
l. falſa demonſtratio. ff. de cõdit. & demon
ſtrat. vbi Caſtrenſ. §. 1. nu. 3. Alex. Socin.
Bõbin. & alij, quos probat Menoch. conſ.
908. nu. 3. vol. 10.
7 Tertiò differunt, quia curiales ſupplẽt
auctoritatem magiſtratus, etiã ſecundum
has conſuetudines, vt in conſuet. inſtru-
mentum emancipationis, & olim fuerunt
etiam conſtituti ad dirimendas lites par-
tium, vt quæſtione præced. notatum eſt,
8 † notarij autem ſecus, nam notariatus of-
ficium etſi dicatur diuinitus adinuctum,
vt actus publicos faciat, vt poſt Addentes
ad Bart. conſ. 17. vol. 1. notat Tuſch. dicta
cõcl. 69. nu. 20. nihilominus tenetur in cõ
tractu obſeruare ea, quæ partes mandant,
& debet inſtrumentum ſcribere ſecundũ
verba partium contrahentiũ, nec ex pro-
prio capite ſtipulari, vt dixi ſupra par. 4.
tit. de renunciat. q. 6. nu. 46. quæſt. 18. nu.
13. cum ſeqq. & alibi probat Nauarr. in
manual. cap. 25. nu. 53. Tolet. & alij, quos
probat Sayr. lib. 12. Clauis Reg. c. 25. nu.
7. & ſeqq. vt alios in re clara omittam;
9 † nam etiam de falſo tunc puniri poſſet;
vt probauit Boſs. in tit. de falſ. nu. 40. cum
ſequent. de qua materia latiſſimè tractat
Tuſch. verb. notarius concl. 91. num. 20.
cum ſeqq. vbi hoc explicat.
10 Quartò differunt in creatione, nã cu-
riales creantur à populo, vt dictũ eſt q. 1.
Notarius autem non poteſt creari, niſi
à ſolo Principe ſupremo, qui in ſuo Re-
gno poteſt iuri communi derogare, vt eſt
Summus Pont. qui creat notarios Apoſto-
licos in toto mũdo, Imperator in toto Im
perio, Rex in ſuis Regnis, & ſic de alijs,
vt poſt Oldrad. conſ. 75. Alex. Fel. & alios
notat Tuſch. in d. verb. notarius. concluſ.
70. qui optimis medijs, & auctoritatibus
11 probat, vt alij inferiores, † vt Epiſcopi,
& alij poſſint cõſuetudine acquirere hoc
ius creandi notarios, ſed qui dicit hoc ius
habere, debet illlud probare, cùm dicenti
incũbat onus probandi, vt ſciunt omnes;
12 † ideò duo dant eſſe notario, videlicet,
auctoritas ſuperioris, qui illum creat, &
iuramentum, quod ab eo præſtatur de le-
galiter, & fideliter exercendi ſuum offi-
cium omnibus, qui illum rogant, vt poſt
Bellam. conſ. 42. nu. 4. notat Tuſch. d. con
cluſ. 70. nu. 18. Alias differentias colligit
Napod. d. nu. 14. quas omitto; nam præ-
dictæ ſunt ſatis.

SVMMARIVM.

*CVriales qualiter confi-
ciant vltimas volun-
tates traditur nu. 1. 2.*
*Tres curiales an ſup-
pleant vicem iudicis,
traditur num. 3.*
*Notarij ex quorum iu-
rium diſpoſitione creentur, traditur
num. 4. cum ſeqq.*
*Inſtrumenta Apoſtolica, & Imperialia
qualiter fiant, traditur nu. 5. Quali-
ter celebrentur in Regno, traditur
nu. 6. Qualiter autem fiebant olim in
hac ciuitate Neapolis per Curiales,
etiam quò ad emancipationem, diui-
ſionem, & ſic de alijs, traditur num. 7.
cum ſeqq.*
*Inſtrumentum quod Neapoli vocatur,
Geſtum, quidnam ſit, traditur nu. 8.*
*Inſtrumentorum vſus fuit introductus,
ne probationes perirent. nu. 9.*
*Teſtes poſſunt examinari ad futuram rei
memoriam. nu. 10.*
*Tabularius, ſeu princeps, ſiue primarius
Curialium quiſnam ſit, ſub num. 13.
& 15.*
*Introductum iddem eſt Neapoli, quod
inſtrumentum promiſſionis dotis, &
an poſſit reaſſumi, traditur num. 16.
& 17.*
*Curialis faciens mentionem alterius in-
ſtrumenti, an faciat fidem. num. 18.*

QVÆST.

Digitized by Google

QVÆST. III.

TErtiò quæro, qualiter Cu-
riales inſtrumẽta conficere
poſſint; quæſtio hæc cõple-
ctitur totã ferè materiã hu-
ius tituli tam reſpectu vlti-
marum voluntatum, quàm etiam reſpectu
contractuum, ideò ſub breuitate omnes
conſuetudines reaſſumam per ſequentes
concluſiones.
1 Prima concluſio teſtamentum ſcriptũ
per vnum Curialem, ſiue eius diſcipulum
cum ſubſcriptione duorum aliorum Cu-
rialium valet, ac ſi per Iudicem, notarium
cum ſeptem teſtibus confectus eſſet: hanc
concluſionem probat ad literam conſuet.
1. quæ incip. Teſtamentum.
2 Hanc concluſionem intelligit hic Na-
podan, nu. 13. quòd omnes tres Curiales
ſimul hunc actum faciant, quoniam non
interueniunt alij duo curiales ſolùm vt te
ſtes, ſed vt curiales, & teſtes, & ſic tanquã
perſonæ publicæ, & ideò omnes ſimul in-
telliguntur tale inſtrumentum facere, ſi-
cut notarius, Iudex, & teſtes ſimul inſtru-
mentum publicum conficiũt, vt eſt notiſ-
3 ſimum. † Itaque tres curiales ſupplent vi-
cem Iudicis, notarij, & ſeptem teſtium, &
habetur tale teſtamentum ac ſi cum Iudi-
ce, notario, & teſtibus in numero oppor-
tuno factum eſſet, vt in dicta cõſuetudine
habetur, & notat Napodan. ſub num. 12.
& 16. Itaque tria iura conſiderat Napo-
4 dan. ſub d. nu. 16. † Primum eſt ius com-
mune, quo fiunt inſtrumenta per tabellio-
nes, ſiue notarios, & teſtes in numero op-
portuno ſine aliquo Iudice ad contractus.
§. 1. §. ſi verò propter, & toto tit. Authen.
5 de tabellion. & fide inſtrum. † & ita fiunt
inſtrumenta Apoſtolica, & Imperialia, vt
notat Napod. loco cit. & omnes, & ſic fiũt
etiam in Regno Siciliæ, vt ibi ferè duorũ
annorum ſpatio obſeruatum vidi.
6 Secundum eſt ius ſpeciale huius Regni
Neapolis, in quo Federicus Imperator au
xit, & mandauit, vt interueniat Iudex ad
contractus, auxit etiam numerum teſtium
ac ipſorum ſubſcriptionem, vt in conſtit.
Reg. inſtrumentorum robur. vbi omnes,
& hoc vel ad maiorem ſolemnitatẽ, quia
ſic inſtrumenta magis ſolẽniter fiunt, vel
quia minorem fidem habuit notarijs re-
gnicolis, vt not. Napodan. d. nu. 16. verſ.
ſecundum eſt ius, adeò, vt ſi aliter fiant in-
ſtrumenta in hoc Regno, ſunt nulla, &
inualida, & ita ſeruatur.
7 Tertium deniq; eſt hoc ius ſpeciale hu-
ius Ciuitatis, vt prędicti tres Curiales ſuf-
ficiant; cùm enim de melioribus, & lega-
lioribus hominibus ciuitatis eligebãtur,
& eis dabatur etiam auctoritas iudicandi,
vt quæſt. 1. dictum eſt; ideo ciuitas maio-
rem fidem illis habuit, vt patet ex dictis.
8 Ampliatur concluſio, vt locum habeat
etiam in inſtrumento, quod Neapoli di-
citur, Geſta, nempe, inſtrumentum confe-
ctũ de dictis, & teſtificationibus teſtium,
vt habetur in ead. conſuet. teſtamentum.
§. idem in inſtrumẽto. vbi Napod. nu. 17.
cum ſeqq. explicat varias geſtorum acce-
9 ptiones, vt per eum: † quæ quidem proui-
ſio fuit inducta, ne probationes perirent.
10 c. ſignificauit. de teſtib. † & ſic examinan-
tur etiam teſtes ad futuram rei memoriã,
vt latius proſequitur Napod. ſub nu. 19.
poſt Maſcard. & alios Tuſch. in verb. te-
ſtes ad futuram rei memoriam; inſtrumen
ta tamen prædicta poſſunt legitimè impu
gnari, vt habetur in ead. conſuet. in fi. &
dicetur infra quæſt. 8.
11 Ampliatur ſecũdò habere locum in in-
ſtrumẽto emancipationis, ac cuiuſq; alte-
rius negotij, ſic probat tex. in conſuet. in-
ſtrumentum emancipationis, vbi Napod.
nu. 26. hoc limitat non habere locum in
manumiſſione facienda per minorem vi-
ginti annis, quia ibi eſt neceſſarium decre
tum iudicis.
12 Tertiò, ampliatur habere locum in in-
ſtrumento diuiſionis, ſi à duobus Curiali-
bus fuerit ſubſcriptum, etiam ſi non fue-
rit completum, nam adhuc robur habet
inter ipſos diuidentes, ac eorum hæredes,
& ſucceſſores, ac ſi per tertium curialem
eſſet ſcriptum, & completum, vt in con-
ſuet. inſtrumentum verò, vbi Napodan.
num. 31. cum ſeqq. hoc probat habere lo-
cum ſiue ſint bona mobilia, ſiue immobi-
lia, ſiue ſint ſucceſſores vniuerſales, ſiue
ſingulares.
13 Secunda concluſio, inſtrumentum cu-
rialium ſi propter mortem curialis, illud
conficientis, non ſit completum, poteſt
de voluntate partium compleri per pri-
marium, nempe per principẽ, ſeu prima-
tem curialium, ita habetur in conſuet. vbi
inſtrumentum. dicitur de voluntate par-
tium, quoniam ſi partes non conueniunt,
fieri nequit, & ſic inſtrumentum habetur
pro rupto, & vacuo, vt in ead. conſuet. in
fine,

Digitized by Google

fine, vbi Napod. num. 39. cum duob. ſeqq. ponit ſeptem caſus, qualiter hæc concluſio debeat intelligi, quos per te vide, ne eius ſcripta transcribam, etiam quia in quęſtionibus ſequentibus aliqua ſubijciã, nec hodie eſt in vſu, vt ſuo loco dicetur.

14 Tertia concluſio, inſtrumẽta curialiſca ob chartæ vetuſtatem, vel aliam legitimã cauſam poſsũt exemplari manu primarij, & fidem faciunt prout eſſent originalia, ita diſponitur in conſuet. tamen inſtrumenta confecta; explicatur, & probatur ſimul hæc concluſio, ſi Petrus habeat pro ſe inſtrumentum factum, & completũ per curiales Neapolitanos, & propter chartæ vetuſtatem, vel aliam cauſam vult authen

15 ticare tale inſtrumentum, † tunc Petrus accedit ad Tabularium, ſiue ad Primariũ, nempè ad illum, qui obtinet primum locum inter Curiales, & ſic eſt caput Collegij Curialium tabularius, quia alijs prįeſt, iuxta illud Sancti Michaelis Archangeli in eius hymno,

Sed precipuè Primatẽ cœleſtis exercitus, & ſic ipſe manu ſua exemplet illud inſtrumẽtũ ab eius originali, & Primarius illud compleat, & ſic facit fidem, prout originale, vt habetur in dicta conſuet. vbi Napod. à nu. 42. ad nu. 50. latiſſimè declarat, quod omitto.

16 Limitatur concluſio, vt locum non habeat in inſtrumento, quod Neapoli vocatur introductum (nempe inſtrumentum promiſſionis dotis) hoc enim exemplari non poteſt ſine inſtrumento dotali, vt dixi par. 7. quæſt. 16. attamen inſtrumẽtum authenticatum nõ eſt dotale, ſeu de dote, ſed eſt inſtrumentum de tenore prothocolli, ſeu inſtrumenti dotalis.

17 Plus addit Napod. nu. 53. quod ſi mulier dederit dotem viro ſuo, & a die conſignationis ſint elapſi anni 30. & tũc fuit rogatum fieri inſtrumẽtum dotale, & fuit factum prothocollum, ſed non fuit redactum in formam publicam, concludit, vt, mortuo notario, vel iudice, non poſſit reduci tale inſtrumentum in publicam formam tam virtute huius conſuetudinis, quam etiam virtute cõſtitutionis Regni, an autem hæc ſint vera, dicãm infra q. 13.

18 Quarta concluſio, Curialis conficiens inſtrumentum alicuius negotij, & in eo inſtrumento faciat mẽtionem alterius inſtrumenti confecti per alios Curiales, facit hoc inſtrumentum plenam fidem, ſi ſit inſertus eius tenor de verbo ad verbum, & factum per duos Curiales, & ſubſcriptum ab altero: ita probat d. conſuet. inſtrumenta confecta, circa fin. vbi Napod. num. 55. & 56. ſed de hac etiam concluſione dicam infra ſuo loco quæſt. 14.

SVMMARIVM.

Conſuetudines ſub tit. de inſtrum. confect. per curial. non ſunt in vſu quò ad formã celebrandi contractus, et vltimas volũtates, quod explicatur num. 1. 2. & ſeqq.

Emptor, ſecundũ conſuetudines Neapolitanas infra annum poteſt petere traditionem rei emptæ, elapſo verò anno, ſolùm agit ad intereſſe. num. 4.

An hoc procedat de iure communi, traditur nu. 5. & ſeqq. Vt dicatur infra annum petijſſe, quidnam ſit neceſſarium, traditur nu. 7. & 8.

Actio ex empto eſt perſonalis, & durat triginta annis. nu 5.

Poſſeſſio beneficij an habeat præfinitum tempus, quo capiatur. ſub nu. 6.

Actio perpetuatur ex petitione rei, vel intereſſe. nu. 8.

Intereſſe nõ conſequitur, qui rem habet, ſed qui rem habere non poteſt. num. 9.

Satis eſt, ſi à principio interſit, quod explicatur num. 10. In eius petitione attenditur initium. nu. 11. & 12.

Petitionis tempus an attendatur, explicatur nu. 10. cum ſeqq.

Contractus quando dicatur reſolutus, ſecũdùm noſtras cõſuetudines. nu. 13.

Emptor, reſoluto contractu, cogi non poteſt recipere rem emptam. nu. 14.

Traditio verbalis non ſufficit, ſed realis eſt neceſſaria, ſecundum noſtras conſuetudines, quod explicatur num. 15. & 16.

Precarium an ſufficiat, vt dicatur traditio realis ad transferendam poſſeſſionem, traditur nu. 17. cum ſeqq.

Venditor ſi poſt contractum, remaneat in poſſeſſione bonorum, præſumitur venditio pignoratitia. num. 19. Quid ſi nomine emptoris poſſideat. nu. 20.

Renunciare an poſſint contrahentes beneficio conſuetudinum, & qualiter dicatur ei renunciatum, traditur nu. 21. & 22. Talis renunciatio non nocet tertio. nu. 23.

Emptor primus, vel ſecundus præferatur in emptione rei, traditur nu. 24.

QVÆST.

QVÆST. IV.

1 QVartò quæro, an conſue-
tudines huius tituli ſint
hodie in vſu? Reſpōde-
tur, ſi loquamur de con-
fectione inſtrumētorū,
ac teſtamentorū per cu-
riales, iam iſtæ conſuetudines receſſerunt
ab aula, nec amplius ſeruantur, & iam ſpa
tio 22. annorum, quibus in hac ciuitate
permanſi, nunquam obſeruatum vidi, ſed
totum contrarium, & ſic à tempore im-
2 memorabili dicitur ſeruatum, † vt nempè
obſeruetur etiam in hac ciuitate ius con-
ſtitutionum Regni, & ita practicatur; nec
in hoc eſt amplius laborandum, vt etiam
indicat hic Naucler. in ſuis addit. fol. 20.
à ter. in 5. & 6. addition. & probat etiam
Vinc. de Franch. deciſ. 367. num. 9. & 10.
Qualiter autem inſtrumenta dicantur au
thentica, vt probent, & qualiter fieri de-
beant, dicam infra q. 7. ſic etiam qualiter
reaſſumi poſſint inſtrumenta ex protho-
collis, etiam mortuo notario, dicetur in-
fra q. 13. Qualiter autem detur fides nota-
rio, qui in ſuo inſtrumento mentionem
facit alterius inſtrumēti, dicetur inf. q. 15.
An autem contra talia inſtrumenta detur
probatio ſimulationis, vel falſitatis, dice-
tur quæſt. ſeq. Itaque videndum eſt circa
ſequentes conſuetudines huius tituli, ſi
hodie locum habeant.
3 Igitur duæ tantùm ſuperſunt conſue-
tudines, de quibus quæſtio eſſe poterit,
an hodie ſeruentur, vna incip. Si inſtru-
mentum venditionis: altera incipit, In-
ſtrumenta donationum: quas nullo modo
eſſe correctas iudico, ideò ſubijciam infra
ſcriptas concluſiones.
4 Prima concluſio, virtute cuiuſcunque
inſtrumenti emptionis infra annum po-
teſt emptor petere rem emptā ſibi tradi,
& ſi venditor non adimpleat, tenetur ad
intereſſe, elapſo tamen anno, non tenetur
venditor, niſi ad pretium contentum in
illo inſtrumento, ac ſi eſſet vēditio illa re-
ſoluta. Hanc concluſionem ponit dicta
conſuetudo, ſi inſtrumentum venditio-
nis, vbi Napodan. & omnes alij; eſt ta-
men inter eos differentia, quia Napod. in
5 princ. docet, & nu. 65. † quòd dum ex iu-
ris communis diſpoſitione datur emptori
actio ex empto, qua cogere poteſt vendi-
torem ad rem tradendam. l. ex empto in
princ. ff. de action. empt. & dixi infra ſuo
loco de contrah. empt. quoniam hęc actio
eſt perſonalis, ideò durat triginta annis.
ad tex. in l. 2. C. de conſtit. pecun. l. ſicut.
C. de præſcript. trig. vel quadrag. annor.
Reuerter. tamen in d. conſuetud. in addit.
incip. De iure communi fol. 299. affirmat,
6 † vt de iure communi non ſit præfixum
tempus ad adipiſcendam poſſeſſionē rei
emptę, ſicut de iure canonico non eſt prę-
fixum tempus ad apprehendendam poſ-
ſeſſionem beneficij, per alium collati ex
Panhorm. in c. Capitulum. nu. 7. verb. his
præmiſſis. de reſcript. Boer. deciſ. 312. nu.
1. & 2. & vtraque opinio defendi poteſt;
hęc quidem, quoniam non eſt ſpecificè de-
terminatum tempus de iure communi, &
ideò recurrimus ad naturam actionis, nē-
pe, vt 30. annis tantùm duret hęc actio, vt
optimè docet Napodan. ne tendamus in
7 infinitum. † Vt autem emptor dicatur in-
fra annū petijſſe, declarat Napod. nu. 63.
vt ſufficiat id facere vno de quatuor mo-
dis. Primò, ſi extraiudicialiter cōgruo lo-
co, & tēpore petijt à venditore, vt rē ven-
ditam illi tradat. Secundò, ſi in iudicio id
petijt per ſolam ſupplicationem. Tertiò,
ſi venditorem citare fecit ad rem traden-
dam, & quartò per litis conteſtationem;
quod multis modis proſequitur, & cla-
rum eſt, quò ad ſingula capita, quoniam
dum infra tempus non petit, excluditur
emptor ex eius negligentia, quia dum nō
petit infra tempus, cenſetur ius ſuum re-
nunciare, vt dixi par. 4. tit. de renunciat.
8 q. 1. nu. 49. cū ſeqq. etiam in addit. † Ideò
dum cōſtat de petitione, iam ceſſat negli-
gentia, & illa præſumptio renunciandi,
& ſic perpetuatur actio, vt rem petat, vel
9 eius intereſſe cōſequatur: † qui enim rem
conſequitur, non poteſt habere intereſſe;
ſed qui rem habere nequit, tunc actione
ex empto conſequitur intereſſe. d. l. ex em-
pto ff. de action. empt. cum alijs cumula-
tis per Napod. num. 64.
10 Vt autem detur actio ad intereſſe, ſatis
eſt, quòd à principio interſit, quamuis
poſtea ex aliquo euentu deſinat intereſſe;
ſic probat tex. in l. vbi exigitur. §. is autem.
vbi Bart. & alij ff. de edend. cum alijs in-
numeris penes Surd. conſ. 435. num. 8. &
11 ſeqq. vol. 3. † quoniam dum intereſſe pe-
titur iure actionis, ſemper initium atten-
ditur, & ſufficit, vt actio ſemel fuerit for-
mata, & intentata; quoniam tunc non ſu-
ſcipit amplius plus, & minus, etiam ſi au-

geatur

Digitized by Google

geatur ex poſt facto, & ſic poſt iudicium
12 intentatum; † nam petitionis tempus attenditur, vt latiſſimè proſequitur Surd. dict. conſi. 435. toto. Qualiter autem taxetur intereſſe in materia venditionis, & quid in alijs caſibus, non mediocriter explicaui infra de contrahend. empt. quæſt. 22.

13 Cùm autem elapſus ſit annus, & non ſit facta petitio, tunc quia cōtractus habetur pro reſoluto virtute huius conſuetudinis; ideo poteſt venditor rem illam alteri vendere, vel donare, nec crimine falſi puniri poteſt, quoniam venditor receſſit à contractu, & ſibi reſeruauit tantùm ius conſequendi pretium, & venditor poteſt ad libitum diſponere de re illa, nam ſua remanet, cùm tantùm debitor remaneat in pretio, vt optimè probat Napod. num. 67. & patet ad ſenſum ex dictis nu. 4. &
14 ſeqq. Plus ſubdit num. 68. quòd, † dum contractus eſt reſolutus, non poteſt venditor contra voluntatem emptoris tradere illi rem venditam, quoniam venditio habetur pro non facta, & ſic nullum operatur effectum, quod eſt veriſſimum, vt ſit in vtriuſque cōtrahentis libertate, &c. & quia ſecundùm conſuetudinem præſumuntur contraxiſſe, & ſic dum conſuetudo reſoluit contractum, dicitur reſolutus ex vtriuſque contrahentis voluntate, qui ſi de nouo contrahant, erit nouus contractus, vt ſuo loco ſuperius dictum eſt.

15 Secunda concluſio, verbalis traditio non ſufficit, ſed realis eſt neceſſaria, niſi renunciatū ſit conſuetudini, vel per aliud inſtrumentum infra annum ad petitionem emptoris hoc venditor faciat. Explicatur, & probatur ſimul concluſio. Quod verbalis traditio non ſufficiat, probat Napodan. d. nu. 64. verſ. Item quæro, vbi Anton. de Alexan. & Piſanell. fol. 301. notat etiam alia additio in conſuet. 1. de contrahen. empt. fo. 387. incip. ſeruatur Neapoli, & alij addentes id etiam notant, qui
16 docent, † vt traditio, quæ fit per fuſtem non ſufficiat ſecundùm has conſuetudines, quia requirunt verum, & ſimplex factum, videlicet, vt res naturaliter, & realiter tradatur; & ſic non ſufficit ficta tra-
17 ditio. Eſt tamen inter eos contentio, † an præcarium, & poſſeſſio tranſlata per fuſtem ſufficiat, & Napod. hic ſub d. nu. 64. verſ. ſcilicet rem tradi naturaliter, id affirmat, vbi etiam id notat Ant. de Alex. & magis clarè Napod. in d. conſuet. 1. nu. 6. de contrahen. empt. hoc docet, vt ſatis ſit ficta traditio, quando quis precario nomine, vel penſionario nomine emptoris cōſtituit ſe poſſidere.

18 Contrarium tamen tenent alij Addentes, vt dixi, ideò Piſanell. loco cit. videtur concordare has ſententias, quòd aut quærimus, ſi illa verbalis traditio per fuſtem ſit ſatis, vt dicatur re vera tranſlata poſſeſſio in emptorem; & ſit adimpleta forma conſuetudinis: aut quærimus ſi illius virtute poſſit emptor capere poſſeſſionē infra annum: hoc vltimum eſt verum, non autem primum. Patet facilè vtrunq; dictum, vltimum quidem, quia, nempe, dum facta fuit venditio, & venditor, quatenus in ſe erat, tranſtulit ius adipiſcendi poſſeſſionem in emptorē, vtique emptor habet facultatem poſtea capiendi poſſeſſionem rei emptæ ſine alio facto venditoris; ſic etiam in donante, oblante, & permutante, nam ſatis eſt, quòd ſciente Domino rei poſſideant ex titulo præcedenti; ut docet idem Napodan. in conſuetud. inſtrumenta donationum, ſub nume. 76. verſ. item quid ſi non conſtat de traditione, & dixi infra quæſt. 20. vbi de hac clauſula dixi.

19 Patet etiam ſecundum dictum, quoniā ſi infra annum, nempe infra tempus determinatum per has conſuetudines, emptor cum effectu non capiat corporalem poſſeſſionē rei emptæ; ſed manet emptor in illius poſſeſſione, vtique præſumitur venditio pignoratitia, vel reſoluitur ſecundùm dictam conſuetudinem.

20 Confirmatur ex ſecunda parte concluſionis, quia ſi ſimpliciter fuit venditio, & emptor infra annum conueniat venditorem ad rem tradendam, & ſimul conueniunt per aliud inſtrumentum, vt poſſeſſio rei venditæ habeatur pro tradita, & quòd venditor conſtituit ſe precario nomine emptoris poſſidere, quòd hæc traditio ſit ſatis, vtique non ſufficeret prima; & ideò Napod. ſub nu. 75. docet, vt dicatur verbalis traditio tam cū dico, Do, & trado tibi, quàm etiam cum dico, Do tibi, & conſtituo me tuo nomine poſſidere, ſed de his dicetur latius infra. Addunt etiam Anto. de Alex. & Piſanel. d. fol. 301 in d. Conſuet. ſi inſtrumentum venditionis, & alij addētes in d. cōſuet. 1. de empt. & vendit. fol. 387. Naucler. in addit. ſuis fol. 20. à terg. in addit. incip. in textu ibi,

21 niſi rei donatæ: † quod validè renunciatur beneficio harum cōſuetudinum; quia licèt renunciatio nō faciat, vt dominium ſit translatum, vel poſſeſſio, facit tamen, vt non contradicentes non poſſint vti beneficio harum conſuetudinum, & patet ex dictis ſupra par. 9. q. 5. & ſæpè aliàs, dūmodo in ſpecie renuncietur, quoniam nō ſatis eſt generalis renūciatio omni legum auxilio, & ad hoc facit quædam additio Io. Bapt. Lotther. hic in conſuetu. inſtra donationū fol. 81. in 3. col. quæ ſic habet.

22 † [*Cùm hodie Notarij in omni inſtrumento venditionis apponant hæc verba, quòd precarium & poſſeſſio per fuſtem data habeat vim veræ, & corporalis poſſeſſionis lege, vſu, & conſuetudine Ciuitatis Neapolis non obſtante, videtur derogatum huic conſuetudini, per notata hic in gloſ. & propter renunciationem, quam dixi, & clauſulam, non obſtante conſuetudine Ciuitatis Nea-*
23 *polis. † Aduerte tamen, quia, licèt venditor ſibi præiudicet, non præiudicat tertio, cui poſtea venderet, quia ſi primus emptor infra annum non capiat poſſeſſionē, ſecundus emptor ſe defenderet contra primum emptorem per iſtam conſuetudi-*
24 *nem, † præſertim quia l. quotiès. C. de reſcind. vendit. non procedit, ſi eſſet facta ficta traditio, quia præferretur ſecundus, cui realis traditio facta fuit, ſecundùm Bald. in rubr. C. de contrah. empt. & Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de empt. & vendit. §. ſciendum. 6. col. qui tamen loquuntur, quando non eſſet ſolutū pretium, vel habita fides de eo. Vide Ant. de Butr. in cap. cùm veniſſent. 3. col. de reſtitu. ſpolia. & Dec. in reg. contract. de regu. iur.*] Hæc ibi. Quam additionem pro parte ponit Anto. de Alexan. in Conſuet. ſi inſtrumentum. fo. 301. & de renunciatione, & de alia parte additionis prædicti Lottherij, notat etiam ibid. Piſanell. in additio. incip. nota in practica. d. fol. 301. & quædam alia additio ſine Auctore in Conſuet. 1. de contrahen. empt. fol. 387. incip. ſeruatur Neapoli. Sed an primus, vel ſecundus emptor præferatur, dixi infra de contrahen. empt. q. 18.

SVMMARIVM.

INſtrumenta donationum, oblationum, & permutationū Neapoli non valent, niſi cum effectu capiatur realis poſſeſſio dictorum bonorum, & rationibus comprobatur. num. 1. cum ſeqq.

Fraudibus eſt obuiandum. nu. 2. & 3.

Donatio, ex nunc, &c. an prohibeantur per noſtras conſuetudines, traditur nu. 4. An donatio remuneratoria, vel ob cauſam. nu. 9. An in donatione facta contemplatione matrimonij. numero 11.

Donatio omnium bonorum an valeat, ſi conferatur poſt mortem. nu. 5. Qualiter perficiatur ſecundùm ius commune, & qualiter ſecundùm noſtras conſuetudines, traditur nu. 6. cum ſeqq.

Donatio remuneratoria ſolùm valet pro quantitate meritorum. nu. 10.

Oblatio quidnam ſit, & de qua loquatur hæc conſuetudo, traditur num. 12. & 13. Vbi etiam explicatur, quot modis accipiatur, nempe pro eleemoſyna, pro ſatisfactione debiti, & ſic de alijs, qđ etiam traditur nu. 14. & ſeqq. Dum fit creditori, debet eſſe realis, nec verbalis ſufficit, & ratione probatur. nu. 15. & 16. Qualiter autem hoc intelligatur, traditur nu. 17.

Oblatio verbalis conſtituit creditorem in mora, & impedit curſum vſurarū, præcipuè ſi fiat in iudicio. nume. 17. & 18.

Traditio realis requiritur in re donata, oblata, vel permutata ſecundùm noſtras conſuetudines, nec ſufficit precarium; & iddem procedit in ſimili ſtatuto, quod explicatur num. 19. & 20. An ſufficiat traditio præſumpta, & quænam dicatur, & quotuplex præſumpta traditio? traditur num. 21. & 22.

Precarium, & cōſtitutum an locum habeant ſecundùm conſuetudines, explicatur à nu. 19. vſque in finem.

Poſſeſſio realis probatur per teſtificationem Iudicis, Notarij, ac teſtium, quod explicatur nu. 24.

QVÆ-

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, an inſtrumen-
ta valeant, ſi poſſeſſio rei cum
effectu non capiatur? Reſpō-
deo, In hac Ciuitate Neapo-
lis inſtrumēta donationum,
oblationum, & permutationum non va-
lere, niſi cum effectu corporalis poſſeſſio
rei interuenerit, nec traditio in illis ap-
poſita operatur: hæc reſponſio habetur
ad literam hic in Conſuet. inſtrumenta
donationum, vbi Napod. num. 75. reddit
2 rationem, † quia conſuetudo hæc fuit in-
troducta ad euitandas fraudes, quæ a qui-
buſdam committi ſolebant, nam fingebāt
facere tales contractus donationis, obla-
tionis, vel permutationis, & poſt eoſdem
contractus vel ſequebatur delictum, & ſic
reſultabant in damnum fiſci, vel ſecundò
volebant apparere ditiores, ut matrimo-
nia nobiliora contraherent, caperent pe-
cuniam ad annuum cēſum, & ſic de alijs,
vel tertiò, vt fraudarent aliquos iure con-
grui, & ob iſtos, vel alios ſimiles fines do-
nabant, offerebant, vel permutabant bo-
3 na. † Ciues igitur Neapolitani ne ſub hac
fiducia talia facinora patroarentur, fece-
runt hāc Conſuetudinem, quòd tales con-
tractus, & eorum inſtrumenta nullam
habeant firmitatem, niſi realiter, & cum
effectu poſſeſsio talium rerum perueniret
ad donatariū, uel ad eum cui facta eſt ob-
latio, vel cum quo permutatio facta fuit,
vt optimè explicat Napod. d. num. 75. in
fin. & ideò hæc conſuetudo eſt in viridi
obſeruantia, ut dictum eſt, & ſemper ita
debemus interpretari, ad hoc ut fraudes
euitentur.

4 Bene uerum eſt, ut per hanc conſuetu-
dinem non excludantur donationes, quæ
fiunt ex nunc pro tunc, & contra, ſecuta
morte donantis, præcipuè dum fiunt ex
cauſa, ut dixi ſupra par. 3. quęſt. 5. Conſtat
enim, quòd illa non fit propter fraudes
prædictas, an autem faciat ceſſare ius con-
grui, dicetur infra de iure congrui ſuo lo-
5 loco; † & ideò etiam ſi eſſet donatio om-
nium bonorum præſentium, & futurorū,
ualeret, dum confertur poſt mortem, ut
poſt alios probat Surd. conſi. 450. nu. 55.
uol. 3. & alij.

6 Donatio igitur ſecundùm hoc ius mu-
nicipale perficitur rei peruentione, ſiue
traditione, modo tamen deſuper explica-
to; de iure tamen communi perficitur do-
natio etiam pacto nudo, ſiue fiat per uer-
bum futuri tēporis, ut dabo, uel donabo,
uel per uerba præſentis temporis, ut do,
7 uel dono. † Secūdò rei traditione, ut quā-
8 do res donata cum effectu traditur. † &
tertiò adueniente cōditione, quando nē-
pe fuit facta ſub conditione, ut ex tex. in l.
ſi quis argentum. §. fin. C. de donatio. &
alijs, probat hic Napoda. num. 72. quod
clarum eſt, ideò alios non cumulo. Hinc
Piſanell. in ead. conſuetud. in princ. fol.
9 301. in fi. probat, † ut hæc conſuetudo lo-
cum habeat ſolùm in donatione ſimplici,
non autem in donatione remuneratoria,
uel ob cauſam, ex regul. text. in l. 1. & l.
Aquilius Regulus. ff. de donat. nā appel-
latione donationis uenit ſimplex dona-
10 tio; † non autem donatio ob cauſam, uel
in remuneratoriā, quod eſt clarum, reſpe-
ctu tamen eius quantitatis, quæ merita
non excedit. In eo enim, quòd donatio
non excedit merita, nihil ſpecialitatis ha-
bet. cap. relatum, el ſecondo de teſtam. Ol-
drad. conſi. 226. cum aliis innumeris cu-
mulatis per Andr. Tiraq. in l. ſi unqnam,
in uerb. donatione largitus. num. 79. cum
ſeqq. C. de reuoc. donat. quē probat Surd.
conſi. 324. nu. 15. uol. 3. & alij paſsim, &
dixi ſupra part. 3. q. 21. in addit. & quia
hæc conſuetudo eſt correctoria iuris com
munis, & ideò ſatis eſt, ut caſu ſuo loqua-
tur, ut optimè probat Piſanell. & patet ex
dictis ſupra par. 1. cap. 5. num. 9. cum ſeqq.
11 & alibi ſæpiſsimè † & ſic non haberet lo-
cum in donatione, quæ fit contemplatio-
ne matrimonij; hæc enim eſt donatio ob
cauſam, ut dixi ſupra par. 4. q. 25. etiam in
additio.

12 Quod attinet ad oblationem (poſui ob-
lationem, quia, ut optimè in hac Conſuet.
aduertit Naucler. ſic legi debes, nō autem
obligationū) & ſic eſt error bibliopolæ,
etiā quia obligatio eſſet nomen genericū,
& non eſſemus certi de qua loquatur con-
ſuetudo, quod dicere non debemus; Sed
quia conſuetudo met hoc explicat ibi (uel
ad eum, cui oblatio) tum etiam, quia ſic
Napod. hic pluries repetit, & conſequen-
ter, quod attinet ad oblationem eſt du-
bium, de qua oblatione hæc conſuetudo
13 intelligatur. † Oblatio igitur, ut ex hoc
incipiamus, ſimpliciter enunciata intelli-
gitur de largitionibus bonorum ſiue mo-
bilium, ſiue immobilium, quæ dantur ec-
cleſiæ, uel in eccleſia. cap. cauſa Sauonen-

ſis.de uerb.ſignif.Oldrad.conſil. 293. in
fin. Tuſch. in ſua pract. uerb. oblationes.
conci. 11.nu. 1.& alij,& in boc differt ab
ab eleemoſyna,hæc enim ſecretò fit,obla-
tio verè fit publicè,vt poſt Anchar. conſi.
429.incip.Quæſtio talis eſt.nu.4.& 5.&
alios notat Tuſch.vbi ſupra, qui ad plura
infert in materia harum oblationum,quę
omitto,nã penes eum videri poſſunt vſq;
14 ad concluſ.19.† Accipitur etiam oblatio
alio modo,nempe cum debitor ſuo credi-
tori ſatisfactionem ſui crediti offert iuxtà
terminos text. in l. acceptam. C. de vſur.
vbi omnes latiſſimè Tuſch. vbi ſupra dict.
verb. oblatio debiti a concl. 20. ad concl.
29.Surd.conſi. 331. toto,& in ſpecie nu.
15 39.& ſeqq.vol.3 & alij paſſim, † qui tra-
ctant,an ſola verbalis ſufficiat; vel neceſ-
ſaria ſit realis, & quid ſi debitum non eſ-
ſet liquidum,& ſic de alijs, vt per eos, ad
quos mitto lectorem, non enim hoc ſpe-
ctat ad hanc quæſtionem explicandam.
Igitur quouis modo ſumatur oblatio, ha-
bet locum hæc Conſuetudo:iam enim cõ-
ſtat ex dictis par.3.q. 2. quòd dum aliquis
per bas conſuetudines diſponere nequit
de bonis ſuis,procedit etiam ſi in benefi-
cium Eccleſiarum diſponeret, & ſic eſſet
in hoc caſu; & eò magis locum habet in
oblatione; quæ fit creditori, vt patet ad
16 ſenſum,† quia debet eſſe oblatio realis,
nec verbalis ſatis eſt,& creditor cum effe-
ctu capere debet poſſeſſionem rei oblatæ,
ſic etiam Eccleſia ſi illi facta fuerit obla-
tio, aliter non præſumeretur oblatio fa-
cta in fraudem, vt ex dictis cernitur,quan
do enim tractatur de actione acquirenda
ex oblatione non ſufficit verbalis,ſed rea-
lis eſt neceſſaria. l. ſi à te. C. de pact.inter
emptor.& vẽdit.Calderin. Anchar. Boer.
& alij penes Tuſch. vbi ſupra concluſ. 20.
num.1.& ſeqq.Surd.d.conſ.331.num.17.
17 Crederem tamen, † vt oblatio verbalis
non excludatur omnino, ſed quando eſ-
ſet voluntaria ex parte vtriuſq; tantùm:
ſcimus enim oblationem verbalem mul-
toties babere effectum realis,nempe,quan
do creditor recuſat illam accipere, tunc
enim in damnum creditoris ſubſtinetur
oblatio verbalis, & vim realis oblationis
habet ad conſtituendum creditorem in
mora,& vt non currant amplius vſuræ,
ſeu intereſſe.l.ſi fundus.ff.de reſcind.ven-
dit. l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pignor.
Barto.Bald.Fulgoſ.Caſtrenſ. Alexan. Ti-
raquell. Neguſan. Roland. & alij plures,
quos probat Surd. d. conſi. 331. num. 29.
& ſeqq.

18 Hoc eò magis procedit, ſi talis oblatio
fuit facta in iudicio, quoniam hæc habet
vim ſolutionis,& ſic habet eũdem effectũ,
quem baber realis extra iudicium, vide-
licet ad liberandum debitorem. Barto. in
l.interdum.§.fin.vbi Iaſ. ff. de verbor. ob-
ligat.& alibi Bero.Natt.Roland.Cephal.
& alij,quos probat Surd. d.conſi.331.nu.
40. & 41. Caſtrenſ. Alexan. Neguſan.Ti-
raquell.& alij,quos probat Tuſch. d.con-
cluſ.20.num.36.idem Surd.conſ.385.nu.
35.& alibi,& hoc eſt vulgatum apud om-
nes, itaque in bis duobus caſibus ceſſaret
conſuetudo, quoniam non præſumitur
fraus, & ideò non deficit ex parte oblan-
tis, quin re ipſa tradat poſſeſſionem, &
conſequenter habetur pro impleto con-
tractus ex parte ſua, & hoc eſt clarum, nã
vt colligitur ex verbis conſuetudinis, illa
loquitur de oblatione verbali voluntaria
ex parte vtriuſque; conferunt dicta per
Napodan.ſupra in conſuet.contra inſtru-
menta.in verbo oblationum.num.57. in
fin. vt illa conſuetudo locum non habeat
in oblatione, quæ fit ad purgandam mo-
ram,& iddem eſt in hoc caſu,vt patet.

19 Quod ſit neceſſaria corporalis, & rea-
lis traditio rei donatæ,oblatæ,vel permu
tatæ; patet ex verbis expreſſis eiuſdem
conſuetudinis,vt euitentur fraudes deſu-
per narratæ, vt notat Napoda. num. 75.
quod non eſt ſatis,vt quis precario nomi-
ne donatarij, vel permutatarij conſtituat
ſe poſſidere, quia hæc eſt ficta traditio ex
iuris communis diſpoſitione inducta, quę
non ſufficit, dum hęc conſuetudo vult in-
20 teruenire corporalem traditionẽ,† prout
etiam in ſimili ſtatuto probat Gratian.in
deciſ. Rotæ March. deciſ. 238. in 2.dub.
vbi ſic refert deciſum, de quo ſolo memi-
nit Riccius in ſua Collect.deciſio. par. 1.
cap.57.probant etiam Bart. & Dec. quos
ſequitur bic Franc. Anto. Villan.fol.303.
in fin. in additio. incip. Nota ex hac vl-
tima gloſa, & in hoc caſu militant eius
rationes, non autem in ſequenti, vt mox
dicetur.

21 Hoc tamen limitat Napoda. num. 76.
in traditione præſumpta extrinſeca,nam
ipſe tradit, duplicem eſſe traditionem
præſumptam. Prima eſt intrinſeca, quæ
nempe reſultat ex ſolo inſtrumento do-
nationis, oblationis, & permutationis,
quia nempe dicitur dedit, & tradidit per
fu-

fuſtem,&c. conſtituens ſe precario nomine poſſidere, & hæc non ſufficit, vt dictũ eſt. Altera vocatur præſumpta extrinſeca, quando, videlicet interuenit traditio clauium in præſentia rerum donatarum, ob-
22 latarum,& permutatarum. † Secundò, ſi interueniat traditio epiſtolæ, ſiue inſtrumenti, in quo quis donat mihi aliqua bona,& illa a me donatario conducit, & ſic vti conductor poſſidet: & iddem dicit procedere quoties interuenit alius actus externus demonſtrans traditionem rerũ prædictarum, ſic docet Napodan. loco citato, cuius opinio probabilis eſt, quia ſufficit, vt conſuetudo locum habeat in aliquo caſu, nempe in ſola verbali traditione, vt illam excludat, vt, nempe, ius commune, quanto minus poſſit, corrigatur, dummodo ex tali actu appareat, quod rei veritate cõtractus ſit vnus, nec adſit fraus aliqua, vt patet ex quæſt. præced. & ideò videndi ſunt actus ſubſequentes, ſi denotent poſſeſſionem donantis, vel donatarij, ne adſit palliatio, & fraus, nam actus ſequentes declarent animum contrahentium; vt ſæpiſſimè replicatum eſt.

23 Igitur in primo caſu, nempe, in conſtituto,& precario locum habent motiua Regentis Villani, quod nempe quando ſtatutum requirit corporalem traditionẽ ad euitandas fraudes non ſufficiat precarium,& conſtitutum, quod docet expreſsè Napodan. vt dixi ſupra, non autem procedunt, ſi vltra interueniat aliquis actus; denotans externam traditionem, quod Iudicis arbitrio relinquitur; nam poteſt hoc etiam fieri ſimulatè, & ideò attendi debent actus ſequẽtes, vt dixi, ſi denotent poſſeſſionem in beneficium donatarij, vel donantis,&c. quoniam cauſa attenditur apta ad transferẽdum dominiũ, & poſſeſſionem, vt ex tex. in conſuet. 1. de contrah. empt. hic Napod. nu. 77. notat.

24 Limitatur ſecundò abſque controuerſia, ſi in tali inſtrumento Iudex, Notarius, & teſtes affirment, traditam eſſe veram, & realem poſſeſſionem rei per ingreſſum actualem in illa bona, vel per alios actus denotantes corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum; nam hęc eſt corporalis,& realis poſſeſſio, non autem verbalis, vt optimè notat Napoda. d. num. 76. in princ.

SVMMARIVM.

INſtrumenta an poſſint impugnari, & qualiter ſecundùm noſtras cõſuetudines, explicatur nu. 1. cum ſeqq. Vbi hoc explicatur tam in inſtrumentis Curialiſchis, quàm etiam in inſtrumentis Notariorum. Qualiter procedat ſecundùm ius commune, traditur nu. 6. & ſeqq.

Inſtrumentum ſimulatum dicitur aliquod inſtrumentũ, falſum verò nullo modo. nu. 5.

Inſtrumentum pro ſe habens, an dicatur habere probationem probatam, vel caſum legis, traditur nu. 6. & 7.

In dubio iudicandum eſt pro inſtrumento. nu. 8.

Inſtrumentum debet reduci ad concordiam, quod ſi fieri nequeat, potius errore, quàm dolo præſumitur ſic ſcriptum per Notarium. nu. 8. & 9. Quid ſi teſtes in eo ſubſcripti, deponerent contrarium, quod continet inſtrumentum, explitatur nu. 10. & ſeqq.

Teſtibus deponentibus contra inſtrumentum quando datur fides, traditur nu. 10. cum ſeqq.

Contradictio inſtrumenti ſemper, vt fieri poteſt, euitari debet; & iddem eſt in omni alia ſcriptura, declaratur nu. 8. cum ſeqq. Et iddem procedit in depoſitione teſtium. nu. 14.

Coniecturis, & præſumptionibus euitatur contradictio ſcripturarum, ac teſtium, quod declaratur nu. 14.

Suſpitiones falſitatis an vitient inſtrumentum, & alias ſcripturas, traditur num. 15.

Simulatio qualiter requiratur, vt ſcriptura argui poſſit de ſimulatione, traditur nu. 16.

QVÆST. VI.

1 SExtò quæro, an contra inſtrumenta detur probatio in contrarium? Quæſtio hæc examinari poteſt tam ſecundùm hoc ius conſuetudinarium, quàm etiam ſecundùm ius commune. Quod attinet ad hoc ius conſuetudina-

dinarium, iam hoc examinatur in cõſuet.
contra inſtrumenta, hoc tit. fol.298. de
Franch.deciſ.367. & verba dictæ conſue-
tudinis relata in principio, ſunt clara, vt
contra inſtrumenta curialiſca venditio-
num, donationum, oblationũ, in emphy-
teuſim conceſſionum, quietationum,
tranſactionum, compoſitionum, & inſtru
menta, quæ Neapoli vocantur, Piallie, nõ
poſſunt per teſtes argui de ſimulato, dum-
modo habens inſtrumentum, realiter poſ-
ſideat, ſubdit tamen Napod. ante nu. 56.
2 † quòd ſi re uera non poſſideat, datur hæc
probatio ſimulationis, & hoc a cõtrario
ſenſu probat conſuetudo, hoc enim argu-
mentum validiſſimũ eſt in iure, præcipuè
dum nullus reſultat prauus intellectus, vt
dixi ſup.par.4.q.48.nu.3. & 10. at hic, vt
patet, nullus intellectus prauus reſultat,
etiã quia conſuetudines iſtæ ad excluden-
dam omnem ſimulationem mandant ca-
piendam eſſe corporalem poſſeſſionem,
vt cernitur ex quæſt. præcedenti.

3 Inſuper not. Napod. nu.56. vt hoc lo-
cum habeat in inſtrumentis factis per Cu-
rlales, quoniã ſic loquitur hic titulus, quia
ad primordium tituli, poſterior formatur
euetus.l.1.C.de imponen.lucrat.deſcript.
& ideò dum cõſuetudines huius tituli in
aliquo caſu voluerũt comprehendere in-
ſtrumẽta facta per notarios, iam expreſſe-
runt, vt in conſuet. ſi inſtrumentum hoc
tit. vbi Napod.nu.62. & dum hæc inſtru-
menta nõ ſunt hodie amplius in vſu, con-
ſuetudo hæc locum habet in inſtrumentis
factis per notarios, ideirco nec datur re-
probatio talium inſtrumẽtorum, etiã ſe-
cundùm has conſuetudines, vt poſt Na-
pod. & alios explicaui ſup. 7. par.d.q.16.
4 † Limitatur hoc, ſi partes vellent talia in-
ſtrumenta arguere de falſo, nam hoc poſ-
ſunt, vt ad literam habetur in d. conſuet.
contra inſtrumentum. vbi Napod.nu.59.
cum duob.ſeqq. & hoc tum in odium fal-
5 ſitatis, † tum etiam quoniam inſtrumentũ
ſimulatum, eſt aliquod inſtrumentum,
falſum verò inſtrumẽtum, non eſt inſtru-
mentum, ita Napod. vbi ſup. & citat ſe in
conſuet. contra inſtrumentum dotale ſu-
pra de iur.quartæ.nu.114. & ſeqq. ubi la-
tiſſimè hanc materiam examinat, & dixi
aliqua ſupra par.7.quæſt.16.tota etiam in
addit.

6 Quod attinet ad ius commune, quia ha-
bemus regulam, ut habens inſtrumentum
pro ſe, dummodo confectum fuerit in for
ma publica, & ſic authenticum ſit, habet
probatam probationem, & obtinere de-
bet, ut poſt alios dixi d.q.16. nu.10. cum
7 ſeqq. † adeò ut habens pro ſe inſtrumẽtũ
authenticum, dicitur habere caſum legis.
Bal.conſ.215.col.2.in fi.vol.2. quem pro-
bat Surd.conſ.452.nu.9.vol.2. Ang. Dec.
& Ruin. quos probat Tuſch. in verb. in-
ſtrumẽtum probat, concl.237.nu.10.45.
& per totam illam concluſ. hoc probat.
8 † Nec in dubio debet iudicari contra, ſed
pro inſtrumento, imò ſi adeſſet in eo ali-
qua cõtradictio, debemus capere omnem
coniecturam, & omne poſſe facere, vt de-
fendamus inſtrumentum, & ad concordiã
reuocemus, quando fieri poteſt, vt poſt Ge
min.conſ.76.nu.4. Bal. Alex. Maſcard. &
alios probat Tuſch. in verb. inſtrumenta
contraria, concl.250. cum pluribus ſeqq.
in verb. notarius. concl.80. cum pluribus
9 ſeqq. & alij paſſim. † Et ſi ad concordiam
reduci nequeat, debemus interpretari, vt
magis per errorem, quàm dolo notarius
ſcripſerit. Bart. in l.quoties.§.1.nuu.3.de
hæred.inſtit vbi Alex. Anchar. Caſtrenſ.
Dec. & alij, quos probat Surd.conſil.149.
vbi hoc dictum examinatur eſſe verum,
niſi ex coniecturis conſtet contrarium;
ſed nos loquimur in dubio.

10 Plus dicunt DD. quòd ſi omnes teſtes
ſcripti, ac ſubſcripti in inſtrumento, dicãt
ſe non fuiſſe præſentes tali inſtrumento,
ſi conſtet de illorum ſubſcriptione, in du-
bio ſtatur inſtrumẽto prædicto, & iddem
eſt, ſi dicant ſe fuiſſe præſentes, ſed aliter
fuiſſe ſcriptum, quam dictum, & tractatũ
11 inter partes: † nam ſola contradictio ſim-
plex teſtium non ſufficit, ſed probare de-
bent ſe in ſubſcriptione eſſe deceptos, vt
poſt Anchar. in c.cùm Ioannes. nu.12. de
fid.inſtr. Bart. in l.1.§.ſi quis neget.nu.11.
ff.quemad.teſtam.aper. Bal. Io.de Amicis,
& alios probat Surd.cõſ.378. nu.21. cum
ſeqq. vol.3. & latiſſimè conſ.414. quibus
in locis latiſſimè, & doctiſſimè pariter
hãc materiam examinat, ſic etiam Tuſch.
in verb. inſtrumentum qualiter probetur
12 falſum, concl.253. † Itaque vnus teſtis nõ
ſufficit ad impugnandum inſtrumentum
de falſo, ſed diminuit aliqualiter de fide
talis inſtrumenti, præcipuè ſi aliquæ aliæ
coniecturæ, & præſumptiones interue-
niant: at ſi maior pars teſtium contradi-
cant, & dicant inſtrumentum eſſe falſum,
quia non fuit coram eis factum, vel aliter
ſit ſcriptũ, quàm dictum, tunc reprobatur
tale

tale inſtrumentum, & nullo pacto tenet
Alex. cõſ. 56. viſo proceſſu in fi. volum. 2.
Tuſch. d. concl. 253. nu. 6. cum ſeqq. Surd.
d. conſ. 378. num. 22. & ſequent. & latius
d. conſ. 414. num. 100. & ſeqq. eod. 3. vol.
13 † quòd ſit hoc arbitrarium iudici, vt ex
qualitate teſtium deponentium, & alijs
circunſtantijs id iudicare debeat. iddem
Surd. conſ. 149. toto volum. 1. ſed, vt dixi,
14 hoc eſt arbitrariũ iudici, † nam ſicut pro
cõtradictione teſtis, vel teſtium ſumi poſ-
ſunt, & attẽdi coniecturæ, & præſumptio-
nes ad illam cõtradictionem validandam
pro nullitate, & falſitate inſtrumenti, vel
teſtamenti, ita etiam reijci poteſt contra-
dictio ex alijs coniecturis, præſumptioni-
bus, & adminiculis pro inſtrumento, vel
teſtamẽto, vt poſt Imol. in d. §. ſi quis ne-
get. in 2. notab. Fulgoſ. conſ. 78. Boſs. Me-
noch. Anchar. & alios probat Surd. d. cõſ.
378. nu. 26. 27. & ſeqq. Tuſch. d. cõcl. 253.
& concl. 237. & alibi, qui pro reliquis vi-
deri poſſunt circa hanc quæſtionem; ſatis
eſt enim, vt pauca collegerim, & indica-
uerim auctores, penes quos materia iſta
examinatur. Scripſit etiam Bald. in l. ſcri-
pturæ. nu. 6. verſ. quædam ſunt ſcripturæ.
C. de fide inſtr. quem ſequuntur Caſtrenſ.
Curt. iun. Neuiz. Natt. Oſaſc. & alij, quos
probat Menoch. conſ. 996. num. 3. & ſeq.
15 vol. 10. † quòd ſuſpitiones falſitatis, quã-
uis eſſent vitij latentis, & ex his, quæ in
lege non ſunt expreſsè approbata, tamen
ſufficiunt ne in iudicio ciuili detur fides
inſtrumento prædicto, vel alteri publicæ
ſcripturæ; ſed, vt dixi, hoc eſt iudici arbi-
trarium ex debitis circunſtantijs, vt ſupra
traditum eſt.

16 Dum autem redarguitur de ſimulatio-
ne, debet ſimulatio probari in indiuiduo,
& ſic in illa ſpecie ſimulationis; quoniam
multæ ſunt ſimulationis ſpecies, & dicẽti
incumbit onus probandi in particulari
ſpecie ſimulationis, vt notant communi-
ter DD. per illum tex. in l. ab Anaſtaſio.
C. mand. Alex. conſ. 111. vol. 1. Burſat.
conſ. 175. vol. 2. de Pont. conſ. 72. vol. 1.
Lanar. conſ. 79. & alij, qui hoc explicant,
ponunt aliqua Surd. deciſ. 34. Cornazan.
deciſ. 41. latiſſimè Surd. conſ. 378. nu. 45.
& ſeqq. vol. 3. Ricc. in collectan. cap. 194.
vbi ponit varias limitationes, vt non ad-
mittatur exceptiò ſimulationis, vt per
eum.

SVMMARIVM.

APpellatione contractus quidnam veniat, & quid appellatione inſtrumenti, traditur num. 1. cum ſeqq.

Inſtrumentum eſt potius probatio contractus, quàm ipſe cõtractus, & ratione probatur. num. 2. Poteſt eſſe validum, & authenticum, contractus verò ſit nullus, & ſimulatus, ſic è contra, quod explicatur nu. 4. & ſeqq. ſi declaretur nullum, an poſſit contractus probari per teſtes, & per quos, traditur nu. 8. cum ſeqq.

Contractus aliud eſt, & aliud inſtrumẽtum contractus. num. 2. & ſeqq. An poſſit probari per teſtes, ſi inſtrumentum declaretur nullum, explicatur num. 5. cum omnibus ſeqq.

Teſtamentum aliud eſt, & aliud inſtrumentum teſtamenti, quod declaratur num. 3.

Teſtibus an poſſit probari contractus, ſi declaretur nullum teſtamentum, traditur num. 8. 9. & 10.

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, quid
veniat appellatione
contractus, & quid ap-
pellatione inſtrumen-
ti? Communis eſt re-
ſolutio, & vera, vt cõ-
tractus ſit illa conuen-
tio facta inter partes, nempè emptio, &
venditio, locatio, & conductio, & ſic de
alijs: inſtrumentum verò eſt illa ſcriptura
notarij, continens illum contractum fa-
ctum inter illas partes, cum appoſitione
diei, loci, teſtium, & aliorum ſubſtantia-
2 lium, † & ſic inſtrumentum eſt vti conti-
nens, & probans contractum; contractus
verò eſt vti contentus, ac incluſus in in-
ſtrumento, & probatus ab illo. Bart. in l.
ſi quis legatum. col. 2. ff. de falſ. cum alijs
innumeris cumulatis per Andr. Tiraq.
de retract. gloſ. 1. §. 2. num. 2. Bald. Alex.
Dec. Caſtrenſ. Imol. & alij, quos probat
Tuſch. in verb. inſtrumentum, & contra-
ctus, concl. 236. Surd. conſ. 318. Fontanel.
in tract. de pact. dotal. in princ. num. 5. &
ſeqq.

dinarium, iam hoc examinatur in cõſuet. contra inſtrumenta, hoc tit. fol. 298. de Franch. deciſ. 367. & verba dictæ conſuetudinis relata in principio, ſunt clara, vt contra inſtrumenta curialiſca venditionum, donationum, oblationũ, in emphyteuſim conceſſionum, quietationum, tranſactionum, compoſitionum, & inſtrumenta, quæ Neapoli vocantur, Piallię, nõ poſſunt per teſtes argui de ſimulato, dummodo habens inſtrumentum, realiter poſſideat, ſubdit tamen Napod. ante nu. 56.

2 † quòd ſi re uera non poſſideat, datur hæc probatio ſimulationis, & hoc à cõtrario ſenſu probat conſuetudo, hoc enim argumentum validiſſimũ eſt in iure, præcipuè dum nullus reſultat prauus intellectus, vt dixi ſup. par. 4. q. 48. nu. 3. & 10. at hic, vt patet, nullus intellectus prauus reſultat, etiã quia conſuetudines iſtæ ad excludendam omnem ſimulationem mandant capiendam eſſe corporalem poſſeſſionem, vt cernitur ex quæſt. præcedenti.

3 Inſuper not. Napod. nu. 56. vt hoc locum habeat in inſtrumentis factis per Curiales, quoniã ſic loquitur hic titulus, quia ad primordium tituli, poſterior formatur euẽtus. l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcript. & ideò dum cõſuetudines huius tituli in aliquo caſu voluerũt comprehendere inſtrumẽta facta per notarios, iam expreſſerunt, vt in conſuet. ſi inſtrumentum hoc tit. vbi Napod. nu. 62. & dum hæc inſtrumenta nõ ſunt hodie amplius in vſu, conſuetudo hæc locum habet in inſtrumentis factis per notarios, idcirco nec datur reprobatio talium inſtrumẽtorum, etiã ſecundùm has conſuetudines, vt poſt Napod. & alios explicaui ſup. 7. par. d. q. 16.

4 † Limitatur hoc, ſi partes vellent talia inſtrumenta arguere de falſo, nam hoc poſſunt, vt ad literam habetur in d. conſuet. contra inſtrumentum. vbi Napod. nu. 59. cum duob. ſeqq. & hoc tum in odium falſitatis,

5 † tum etiam quoniam inſtrumentũ ſimulatum, eſt aliquod inſtrumentum, falſum verò inſtrumẽtum, non eſt inſtrumentum, ita Napod. vbi ſup. & citat ſe in conſuet. contra inſtrumentum dotale ſupra de iur. quartæ. nu. 114. & ſeqq. ubi latiſſimè hanc materiam examinat, & dixi aliqua ſupra par. 7. quæſt. 16. tota etiam in addit.

6 Quod attinet ad ius commune, quia habemus regulam, ut habens inſtrumentum pro ſe, dummodo confectum fuerit in forma publica, & ſic authenticum ſit, habet probatam probationem, & obtinere debet, ut poſt alios dixi d. q. 16. nu. 10. cum

7 ſeqq. † adeò ut habens pro ſe inſtrumentũ authenticum, dicitur habere caſum legis. Bal. conſ. 215. col. 2. in ſi. vol. 2. quem probat Surd. conſ. 452. nu. 9. vol. 2. Ang. Dec. & Ruin. quos probat Tuſch. in verb. inſtrumẽtum probat, concl. 237. nu. 10. 45. & per totam illam concluſ. hoc probat.

8 † Nec in dubio debet iudicari contra, ſed pro inſtrumento, imò ſi adeſſet in eo aliqua cõtradictio, debemus capere omnem coniecturam, & omne poſſe facere, vt defendamus inſtrumentum, & ad concordiã reuocemus, quando fieri poteſt, vt poſt Gemin. conſ. 76. nu. 4. Bal. Alex. Maſcard. & alios probat Tuſch. in verb. inſtrumenta contraria, concl. 250. cum pluribus ſeqq. in verb. notarius. concl. 80. cum pluribus

9 ſeqq. & alij paſſim. † Et ſi ad concordiam reduci nequeat, debemus interpretari, vt magis per errorem, quàm dolo notarius ſcripſerit. Bart. in l. quoties. §. 1. num. 3. de hæred. inſtit. vbi Alex. Anchar. Caſtrenſ. Dec. & alij, quos probat Surd. conſil. 149. vbi hoc dictum examinatur eſſe verum, niſi ex coniecturis conſtet contrarium; ſed nos loquimur in dubio.

10 Plus dicunt DD. quòd ſi omnes teſtes ſcripti, ac ſubſcripti in inſtrumento, dicãt ſe non fuiſſe præſentes tali inſtrumento, ſi conſtet de illorum ſubſcriptione, in dubio ſtatur inſtrumẽto prædicto, & iddem eſt, ſi dicant ſe fuiſſe præſentes, ſed aliter fuiſſe ſcriptum, quam dictum, & tractatũ

11 inter partes: † nam ſola contradictio ſimplex teſtium non ſufficit, ſed probare debent ſe in ſubſcriptione eſſe deceptos, vt poſt Anchar. in c. cùm Ioannes. nu. 12. de fid. inſtr. Bart. in l. 1. §. ſi quis neget. nu. 11. ff. quemad. teſtam. aper. Bal. Io. de Amicis, & alios probat Surd. cõſ. 378. nu. 21. cum ſeqq. vol. 3. & latiſſimè conſ. 414. quibus in locis latiſſimè, & doctiſſimè pariter hãc materiam examinat, ſic etiam Tuſch. in verb. inſtrumentum qualiter probetur

12 falſum, concl. 253. † Itaque vnus teſtis nõ ſufficit ad impugnandum inſtrumentum de falſo, ſed diminuit aliqualiter de fide talis inſtrumenti, præcipuè ſi aliquæ aliæ coniecturæ, & præſumptiones interueniant: at ſi maior pars teſtium contradicant, & dicant inſtrumentum eſſe falſum, quia non fuit coram eis factum, vel aliter ſit ſcriptũ, quàm dictum, tunc reprobatur

tale

tale inſtrumentum, & nullo pacto tenet
Alex. cõſ. 56. viſo proceſſu in fi. volum. 2.
Tuſch. d. concl. 253. nu. 6. cum ſeqq. Surd.
d. conſ. 378. num. 22. & ſequent. & latius
d. conſ. 414. num. 100. & ſeqq. eod. 3. vol.
13 † quòd ſit hoc arbitrarium iudici, vt ex
qualitate teſtium deponentium, & alijs
circunſtantijs id iudicare debeat. iddem
Surd. conſ. 149. toto volum. 1. ſed, vt dixi,
14 hoc eſt arbitrariũ iudici, † nam ſicut pro
cõtradictione teſtis, vel teſtium ſumi poſ-
ſunt, & attẽdi coniecturæ, & preſumptio-
nes ad illam cõtradictionem validandam
pro nullitate, & falſitate inſtrumenti, vel
teſtamenti, ita etiam reijci poteſt contra-
dictio ex alijs coniecturis, præſumptioni-
bus, & adminiculis pro inſtrumento, vel
teſtamẽto, vt poſt Imol. in d. §. ſi quis ne-
get. in 2. notab. Fulgoſ. conſ. 78. Boſs. Me-
noch. Anchar. & alios probat Surd. d. cõſ.
378. nu. 26. 27. & ſeqq. Tuſch. d. cõcl. 253.
& concl. 237. & alibi, qui pro reliquis vi-
deri poſſunt circa hanc quæſtionem; ſatis
eſt enim, vt pauca collegerim, & indica-
uerim auctores, penes quos materia iſta
examinatur. Scripſit etiam Bald. in l. ſcri-
pturæ. nu. 6. verſ. quædam ſunt ſcripturæ.
C. de fide inſtr. quem ſequuntur Caſtrenſ.
Curt. iun. Neuiz. Natt. Oſaſc. & alij, quos
probat Menoch. conſ. 996. num. 3. & ſeq.
15 vol. 10. † quòd ſuſpitiones falſitatis, quã-
uis eſſent vitij latentis, & ex his, quæ in
lege non ſunt expreſsè approbata, tamen
ſufficiunt ne in iudicio ciuili detur fides
inſtrumento prædicto, vel alteri publicæ
ſcripturæ; ſed, vt dixi, hoc eſt iudici arbi-
trarium ex debitis circunſtantijs, vt ſupra
traditum eſt.
16 Dum autem redarguitur de ſimulatio-
ne, debet ſimulatio probari in indiuiduo,
& ſic in illa ſpecie ſimulationis; quoniam
multæ ſunt ſimulationis ſpecies, & dicẽti
incumbit onus probandi in particulari
ſpecie ſimulationis, vt notant communi-
ter DD. per illum tex. in l. ab Anaſtaſio.
C. mand. Alex. conſ. 111. vol. 1. Burſat.
conſ. 175. vol. 2. de Pont. conſ. 72. vol. 1.
Lanar. conſ. 79. & alij, qui hoc explicant,
ponunt aliqua Surd. deciſ. 34. Cornazan.
deciſ. 41. latiſſimè Surd. conſ. 378. nu. 45.
& ſeqq. vol. 3. Ricc. in collectan. cap. 194.
vbi ponit varias limitationes, vt non ad-
mittatur exceptiò ſimulationis, vt per
eum.

SVMMARIVM.

APpellatione contractus quidnam veniat, & quid appellatione inſtrumenti, traditur num. 1. cum ſeqq.

Inſtrumentum eſt potius probatio contractus, quàm ipſe cõtractus, & ratione probatur. num. 2. Poteſt eſſe validum, & authenticum, contractus verò ſit nullus, & ſimulatus. ſic è contra, quod explicatur nu. 4. & ſeqq. ſi declaretur nullum, an poſſit contractus probari per teſtes, & per quos, traditur nu. 8. cum ſeqq.

Contractus aliud eſt, & aliud inſtrumentum contractus. num. 2. & ſeqq. An poſſit probari per teſtes, ſi inſtrumentum declaretur nullum, explicatur num. 5. cum omnibus ſeqq.

Teſtamentum aliud eſt, & aliud inſtrumentum teſtamenti, quod declaratur num. 3.

Teſtibus an poſſit probari contractus, ſi declaretur nullum teſtamentum, traditur num. 8. 9. & 10.

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, quid
veniat appellatione
contractus, & quid ap-
pellatione inſtrumen-
ti? Communis eſt re-
ſolutio, & vera, vt cõ-
tractus ſit illa conuen-
tio facta inter partes, nempè emptio, &
venditio, locatio, & conductio, & ſic de
alijs: inſtrumentum verò eſt illa ſcriptura
notarij, continens illum contractum fa-
ctum inter illas partes, cum appoſitione
diei, loci, teſtium, & aliorum ſubſtantia-
2 lium, † & ſic inſtrumentum eſt vti conti-
nens, & probans contractum; contractus
verò eſt vti contentus, ac incluſus in in-
ſtrumento, & probatus ab illo. Bart. in l.
ſi quis legatum. col. 2. ff. de falſ. cum alijs
innumeris cumulatis per Andr. Tiraq.
de retract. gloſ. 1. §. 2. num. 2. Bald. Alex.
Dec. Caſtrenſ. Imol. & alij, quos probat
Tuſch. in verb. inſtrumentum, & contra-
ctus, concl. 236. Surd. conſ. 318. Fontanel.
in tract. de pact. dotal. in princ. num. 5. &
ſeqq.

Digitized by Google

3 ſeqq. & alij: hoc enim ſciunt omnes. † Sic etiam aliud eſt teſtamentum, & aliud inſtrumentum teſtamenti, nam teſtamẽtum eſt quid intellectuale: eſt enim diſpoſitio, & ordinatio teſtatoris de bonis ſuis poſt eius mortem. l. 1. ff. de teſtam. inſtrumentũ tamen teſtamenti eſt actus tabellionis ad probandam diſpoſitionem illam teſtatoris, vt poſt Caſtell. conſ. 23. num. 9. cum ſeqq. probat Tuſch. d. concl. 236. nu. 32.

4 Hinc eſt, ſecundùm omnes, vt inſtrumentum ſit legitimum, & authenticum, contractus verò ſit ſimulatus, & falſus, ſic contra inſtrumentum ſit nullum, contractus autẽ ſit verus, vt probant omnes prȩcitati DD. præcipuè penes Surd. & Fontanell. locis citatis, & hoc ratione citata,

5 † quia, vitiato inſtrumento, iam vitiatur, & annullatur ſcriptura notarij, vt quia non fuerit facta cum debitis requiſitis, remanet tamen contractus, quia eſt quid diuerſum ab inſtrumento, & ſic ſatis eſt, vt

6 aliunde probetur. † ſic è contra notarius facit inſtrumentũ authenticum, & legitimum, contra quod nihil opponi poteſt, attamen contractus annullatur, vt in obligationibus, quæ fiunt per filiosfam. dixi conſ. 4. 42. & 43. ſic in obligationibus, & renũciationibus mulierum, vt pluries replicatum eſt, & præcipuè par. 8. pluribus

7 in locis. † & iddem eſt de alijs contractibus ſimulatis, vt ſunt donationes, quȩ fiũt in fraudem congrui, vel ob alium ſimulatum finem, & ſic de alijs, vt poſt Bal. conſ. 39. Proponitur, quòd. lib. 3. Ang. Natt. & alios probat Tuſch. d. concl. 236. num. 18. cum ſeqq.

8 Ex prædictis plura inferunt prædicti DD. vt ſi inſtrumentum declaretur nullum, tanquam factum a perſona non legitima, vt quia non erat notarius, vel non erat habilis ad illum actum, vt quia extra territorium, erat ſuſpenſus ab officio, erat notarius vaſſallus, & ſic de alijs, vel non adhibuit ſolemnitates requiſitas, vel quia non fuit regiſtratum, vel inſinuatũ, prout erat neceſſariũ ex forma ſtatuti, & ſic de alijs; tunc inſtrumentum tantùm eſt nul-

9 lum, ac annullatur; contractus tamen firmus permanet, & probari poteſt per teſtes. Caſtrenſ. conſ. 75. vol. 2. Bart. Dec. & alij penes Tuſch. d. concl. 236. nu. 20. cum ſeqq. Surd. d. conſ. 318. nu. 16. & ſeqq. vbi alios citat. nonnulla etiam ponit cõſ. 378. & 414. vol. 3. Fontanell. loco cit. qui etiã

10 tradunt, † quòd talis actus, ac contractus poteſt etiam duobus teſtibus probari, vt per eos, prȩcipuè Surd. d. conſ. 378. nu. 40. & ſeqq. vbi gloſ. Bart. in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt teſtamentum. ff. de teſtam. Caſtren. Aret. Alex. Mantic. & alios citat, ſic etiam d. conſ. 414. num. 56. & ſeqq. de qua materia dixi ſupra conſ. 6.

SVMMARIVM.

INſtrumentum, vt dicatur authenticum, requiruntur etiam ſolemnitates iuris municipalis in hoc Regno, quod explicatur num. 1. 2. & 3.

Nomen Principis an neceſſariò apponi debeat in inſtrumẽto, traditur nu. 4.

Inditio an neceſſariò apponi debeat in inſtrumento. num. 5.

Inſtrumentum dotale, quando dicatur liquidum, & authenticum, traditur num. 6. Quid in alijs inſtrumentis, traditur num. 7.

QVÆST. VIII.

1 OCtauò quæro, vt inſtrumentũ dicatur authenticum, & fidem faciat, qualiter debeat eſſe cõfectum? Reſpondetur, debere confici cum debitis requiſitis ex diſpoſitione iuris, ſiue communis, ſiue municipalis; hoc enim inſtrumentum dicitur probatio probata euidens, & manifeſta, vt probaui ſupra par. 7. q. 16. num. 10. cum ſeqq. Abb. Dec. Crauett. & alij, quos probat Tuſch. in verbo inſtrumentum probat, concluſ. 237. nu. 19. cum ſeqq. & in hoc omnes conueniunt.

2 Quod attinet ad ſolemnitates iuris municipalis vnuſquiſque ſua ſtatura, & conſuetudines conſulat: de hoc enim requiſito non poteſt tradi certa regula; & ideo fieri debet ad vnguem cũ omnibus requiſitis per ſtatutum, vel cõſuetudinem loci, alias non valet, vt patet ex quæſt. præced.

3 & alijs ſuperius diſcuſſis. † In hoc Regno, vt ſuo loco indicatum eſt, & habetur in conſtit. Reg. Inſtrumentorum robur. cum interuentu iudicis ad contractus, & ad minus duorum, vel trium teſtium fieri debet per notarium publicum cũ deſignatione loci, ac temporis, alias non valet, vt in d. conſtit. habetur, vbi omnes, & dixi ſupra q. 3.

q.3.ponit etiam aliqua Napod.hic nu.51.
4 † Nomen Principis regnantis in illo loco
eſt etiam neceſſarium, alias inſtrumētum
non valeret, niſi conſuetudo eſſet in contrarium;
de qua materia latiſſimè tractat
Tuſch.loco cit. ſic etiam concl.244. tota:
qui prædicta requiſita examinat, & in ver
bo notarius, concl.73.cum ſeqq. Couarr.
5 .var.reſol,lib.1.cap.12. † vbi etiam de Inditione
anni, latiſſimè Fontanell.de pact.
dotalib.clauſ.1.tota, vbi multas examinat
quæſtiones de appoſitione diei, anni, horæ,
&c.ad quem mitto lectorem, ſic etiam
clauſ.2.vbi de inuocatione Domini.
6 Vt autem inſtrumentum dotale ſit authenticum,
non ſolùm prædicta requiſita
ſunt neceſſaria, ſed etiam eſt neceſſarium,
vt probetur matrimonium fuiſſe ſecutũ;
nam aliter inſtrumentum dotale non eſt
liquidum, nec authēticum, nec habet executionē
paratam, vt poſt Bal.in rub.nu.9.
C.de priuileg.dot.& alios notat Viu.dec.
39.lib.1. vbi ſic refert deciſum, quos probat
Fontanell.in tract.de pact.dotalibus,
clauſ.4.gloſ.1.nu.55. Carauit. in rit.167.
nu.5.de Franch.deciſ.366.nu.1.& 7. Viu.
dec.39. de quo ſolo meminit Ricc. par.1.
7 collect.deciſ.cap.152. † Qualiter autem
dicantur inſtrumenta liquida, & habere
executionem paratam. Carauit.d.rit.166.
167.& alibi, nam reſpectu inſtrumēti dotalis,
probato iam matrimonio, & ſtipulata
ſint capitula matrimonialia in forma,
iam habet hoc inſtrumentum executionem
paratam, vt probant præcitati
Doctores.

S V M M A R I V M.

NOtarius debet rogari pro validitate actus, & ſi non rogetur, non tenetur accedere. num.1. & 2. In dubio præſumitur rogatus tanquàm notarius, non tanquàm amicus, & vt apponat clauſulas conſuetas, quod explicatur nu.3. cum ſeqq. An ſit rogandus ab vtraque parte. nu.6. An debeat cognoſcere contrahentes, & quid in hoc Regno. num.7. & 8. An poſſit facere fidem de actu geſto inter partes, & non ſtipulato, traditur nu.9. Vt validè faciat teſtamentũ, an debeat rogari à teſtatore. nu.10. An poſſit vocari ab alio, vel teneantur contrahentes accedere ad notariũ, traditur num.12. Notario an credatur de commiſſione ſibi facta, traditur num.11.

Q V Æ S T. I X.

1 NOnò quæro, an notarius
rogari debeat pro validitate
inſtrumēti, quod cōficit.
In hac quæſt. conueniunt
omnes, vt notarius
debeat eſſe rogatus, vt
actum validè faciat, imò ſi non rogatur,
non tenetur accedere ad conficiendum
actum illum, vt dixi ſupra q.2.§.in hoc regno.
Et hoc omnes ſciunt, latiſſimè tradit
poſt alios Tuſch. in verb. notarius. concl.
75.multa tradit etiã Surd.conſ.414.vol.3.
in ſpecie nu. 37. cum ſeqq. Napodan. hic
2 num.15. vbi ſubdit, vtile eſſe, † vt ſemper
apponat in inſtrumento, ſe fuiſſe rogatũ,
quoniam ſi mortuus eſſet, vel non recordaretur
de rogatione, pro nihilo haberetur
inſtrumtēum, ſi autem viueret, crederetur
ſibi.§.ſi verò.authen.de tabellionib.
3 collat.6. † & dum notarius apponit, ſe
fuiſſe rogatum, ei creditur, & præſumitur
in dubio rogatus, tanquam notarius, non
autem tanquam amicus; quoniam vt notarius,
non autem vt amicus actum publicum
facit, & ita fieri cōſuetum eſt, vt poſt
alios probat Fel.in c.ex literis.col.pen.de
fide inſtr. Natt.conſ.146.nu.8. quos probat
Surd.conſ.452.nu.47.vol.3.
4 Hinc etiam eſt, vt notarius præſumatur
à partibus rogatus apponere omnes clauſulas
conſuetas in inſtrumento, quoniam
ita conſuetum eſt etiam, vt actum faciat
cum ſuis debitis ſolemnitatibus, vt poſt
alios dixi ſupra conſ.3. nu.28. cum ſeqq.
Surd.conſ.440.nu.10.vol.3. cum alijs cumulatis
per Fontanell.clauſ.4.de pact.dotalib.
glo.21.par.2.nu.71.& gl.25.nu.74.
de Franch.deciſ.302.num.4.& 8. vbi hoc
5 declarat, & omnes alij, † adeò vt poſſet ex
ſe ipſo tales clauſulas addere, quia ſic ex iuris
diſpoſitione rogatus præſumitur, vt
prædicti DD. docent, & quia hoc eſt cla-
6 rum, ideò omitto. † Hoc tamen notãdum
eſt, quòd ſi contractus reſpiciat vtilitatem
vtriuſque cōtrahentis, notarius debet rogari
ab vtraq; parte, nec aliter poteſt conficere
inſtrumentum publicum, ſecus tamen
ſi vnius tãtùm beneficium reſpiceret
contractus, quia ſatis eſt, ab illo rogari.
Bart.conſ.114.in primis, num.2.lib.2. latiſſimè
Alex. conſ. 110. Eximie Doctor.

lib.2.cōſ.38. tot.vol.7. vbi addentes alios
cumulant, poſt alios Tuſch.d. concluſ.75.
7 tota. † Non tamen eſt neceſſarium, vt no-
tarius cognoſcat cōtrahentes, quia etiam
pro contrahentibus ignotis poteſt inſtru-
mentum facere, vt poſt alios de Franch.
deciſ.262. Surd. qui alios citat conſ.473.
8 nu.19.vol.4.& conſ.132.nu.76. † In hoc
tamen Regno adſunt pragmaticæ in con-
trarium, quādo fiunt obligationes, ne poſ-
ſint notarij eas ſtipulari, niſi obligandum
cognoſcant, ſeu ille obligandus cognoſca-
tur à duobus teſtibus, qui etiam poſt obli-
gationem debent ſe ſubſcribere, quòd il-
lum talem cognoſcant.

Plus probant addentes ad Alexādrum
d.conſ.38.in verb.vtranque, lib.2.ex gloſ.
in l.ſi quis decurio. C.ad leg.Corn.de falſ.
& Spec.quos probat Tuſch.d.concluſ.75.
9 nu.9. † quòd ſi notarius non eſſet à parti-
bus rogatus, poſſet atteſtari, & ſic priuatā
ſcripturam facere pro rei veritate de his,
quæ vidit, & audiuit fieri inter partes: nā
hæc ſcriptura licèt non ſit publica, facit
10 tamen fidem: † eſſet hic examinandus ar-
ticulus, an perneceſſe notarius rogari de-
beat à teſtatore, vt validè teſtamentū fiat,
vel ſatis ſit, eſſe ab alio rogatum, & ſtipu-
laſſe teſtamentum præſente teſtatore, &
non contradicente, &c. & quod ſufficiat,
probat Surd. latiſſimè d.conſ.414. quod
omitto, quia ita doctiſſimè loquitur, vt
nihil amplius deſiderari poſſit. Eſt ēt con-
11 trouerſia, † ſi credatur notario de cōmiſ-
ſione ſibi facta, & magis communiter con
cludunt, eſſe illi credendum, ſi de illa con-
fecit publicum inſtrumētum, aliter ſecus,
latiſſimè Alex.conſ.213.volum.2.& alibi
Dec. Roland. & alij, quos probat Tuſch.
verbo notarius poteſt rogari, concl.76.in
ſpecie nu.6. Brunor.in compend.propoſ.
verb. notario aſſerenti de commiſſione,
& qui contrarium tenent, vt Bald.& alij
penes eundem, & penes Surd.conſil.452.
nu.52.cum ſeqq.vol.3. debent intelligi, ſi
adeſſet tantùm aſſertio notarij, ſecus ſi in-
de factum ſit publicum inſtrumentum, &
ſic ſeruatur in commiſſionibus cauſarum
in electionibus ad examinandum teſtes,
& ſic de alijs, pro reliquis videantur ci-
tati Doctores.
12 Illud ſolùm aduertendum eſt, non eſſe
neceſſarium, vt pars, vel ambæ partes ac-
cedant ad vocandum, & rogandum nota-
rium, vt actum illum faciat, ſed ſatis eſt, vt
à quouis alio vocetur notarius, & quòd
pars, vel ambæ partes, ſi cōtractus reſpicit
vtranque, narrent notario ſe velle talem,
vel talem contractum facere, vel teſtamē-
tum, & notarius reducit in ſcriptis con-
uētionem partium, & illam, ſic in ſcriptis
redactam, legit ambabus partibus coram
teſtibus in numero opportuno, & hæc eſt
communis obſeruantia, & ſic quotidie
practicatur, & ſufficit etiam ex iuris di-
ſpoſitione, vt ex dictis cernitur.

SVMMARIVM.

NOtarius an poſſit rogare inſtrumentū in alieno territorio, traditur nu.1. cum ſeqq.

Notarius Apoſtolicus poteſt rogare inſtrumētum in toto orbe, & ratione probatur.nu.3.& 4. Quid ſi ab alio creetur nomine Summi Pontificis.num.5.

Summus Pōtifex totum orbem habet pro Diœceſi, & in toto orbe habet iuriſdictionem. num 4.

Inſtrumento facto per Notarios Apoſtolicos an detur fides in hoc regno.nu.6.

Notarius creatus ab Imperatore an poſſit in toto orbe conficere inſtrumenta, explicatur nu.7.& 8.

Notarius creatus in vno loco, an poſſit conficere inſtrumentum extra territorium, varij recenſentur caſus tam inter ſubditos, quàm inter non ſubditos.num.9.cum omnibus ſeqq.

Inſtrumenta cōficere an ſit iuriſdictio, vel officiū, explicatur nu.14.& ſeqq.

Iuriſdictio alia eſt volontaria, & alia contentioſa, & an vtraque exerceri poſſit in alieno territorio, quod explicatur num.15. cum ſeqq.

Epiſcopus an poſſit exercere Pontificalia in aliena Diœceſi. nu.18.

Legitimatio facta in alieno territorio, valet. num.19.

Obligatio capta penes acta Curiæ extra territorium, an valeat. nu.20.

Prorogatio iuriſdictionis quot modis fiat recenſetur. num.21.

Rogitus notarij qualiter prorogari valeat, traditur num.22.

Notarius ſæcularis poteſt facere inſtrumēta, & obligationes etiam in forma Cameræ contra eccleſiaſticos, qui virtute talium ſcripturarum cōueniuntur coram iudicibus eccleſiaſticis. num.

Digitized by Google

num. 23. cum ſequentibus.

Obligationes, etiam in forma Cameræ, an fieri poſſint penes notarios ſæculares contra eccleſiaſticos. num. 23. cum ſequentib.

QVÆST. X.

1 DEcimò quæro, an notarius poſſit rogare inſtrumentum in alieno territorio? Quod attinet ad curiales iam Napoda. hic in conſuet. inſtrumentum emācipationis. nu. 26. in fi. probat, vt curiales non poſſint facere inſtrumentum extra diſtrictum huius Ciuitatis, quoniam eorū poteſtas circūſcribitur loco, quamuis intra diſtrictum etiam inter forenſes poſſūt inſtrumenta facere; quoniam hoc illis nō eſt prohibitum, & hoc etiam de rebus ſitis extra territorium, vt etiam not. Naucler. in ſuis addit. in conſuetud. teſtamentum, fol. 1. à ter.

2 Quod attinet ad notarios, examinat latiſſimè hanc materiam Cardin. Tuſch. in verb. notarius. concl. 72. vbi plures cumulat vltra eius ſolitum, ſed reaſſumā ſequentes concluſiones. Prima concluſio, † Notarius à Summo Pont. creatus, qui vocari ſolet Notarius Apoſtolicus, poteſt in toto orbe terrarum inſtrumenta rogare: hanc concluſionē probant Calder. Abb. Cardin. & Anchar. in c. ſicut, ne cler. vel monach. Bal. Fel. Alex. Gabriel. Maſcard. Bellamer. & alij plures, quos ſequitur Tuſch. d. concl. 72. tot. & nu. 11 in fi. affirmat, nullum Doctorem de hoc dubitare:

3

4 & hoc ea ratione præcipuè, † quia totus orbis eſt Diœceſis Summi Pontificis, & in toto orbe iuriſdictionē habet, ideò per totum orbem Notarij ab eo creati, validè conficiunt inſtrumentum: ſatis eſt enim, vt partes conſentiant, dum ipſe habet iuriſdictionem, poſt alios Brunor. à Sole in compend. propoſ. iur. verb. Notarij creati à Papa. Affl. deciſ. 245.

5 Ampliant hanc concluſionem habere locū, etiam ſi non eſſent immediatè creati a Summo Pontifice; ſed ab habente ab eo facultatem, quoniam adhuc eadem eſt ratio, & hoc eadem ratione, quoniam ab ipſomet Summo Pont. ordinatus, ſiue creatus dicitur, vt notant præcitati DD. quos probat Tuſch. vbi ſupra num. 2. & 3. vbi Spec. tit. de inſtrum. edit. §. reſtat, verſ. & nota, quòd tabellio. Felyn. Luc. de Penn. Bertran. Iaſ. Maſcard. Boer. Surd. & alios

6 cumulat. † Verùm quidam Auctor dicit, quòd in hoc Regno Neap. non ſolent iudices ſæculares adhibere fidem ſcripturis factis per dictos Notarios Apoſtolicos, ſi faciant inſtrumenta in dicto Regno circa temporalia, ſecus de rebus eccleſiaſticis, & quod etiam validè in dicto Regno faciant teſtamenta ad pias cauſas, ex traditis per Afflict. in conſt. Reg. inſtrumentorum robur. nu. 23. & alijs.

7 Secunda concluſio, Notarius creatus ab Imperatore, vel auctoritate Imperiali, poteſt etiam per totum orbem terrarum inſtrumenta conficere, eadem ratione probatur cōcluſio ab omnibus prædictis DD. quamuis aliqui dicant, vt de facto in aliquibus locis ſeruetur contrarium: & ideò in hoc ſtandum eſt conſuetudini, quamuis de iure poſſint vbique talia inſtrumenta conficere, præcipuè Notarius Apoſtolicus, qui ab alijs inferioribus non poteſt impediri etiam per ſtatutum, vt latiſſimè proſequitur Tuſch. vbi ſupra num. 32. cum ſeqq. Brunor. d. verb.

8 Notarij creati à Papa. † Hoc autem intelligitur, ſi nō habeat limitatā poteſtatē in priuilegio, nempe pro aliquo Regno, quia tūc taliter creatus, haberetur, ac ſi à Principe illius Regni tantùm factus eſſet, ac creatus Notarius, & tunc attenderetur, quod de alijs Notarijs infra dicetur, vt patet ex terminis, & non poteſt ſubſiſtenter dubitari. † Sola controuerſia eſt de

9 Notarijs creatis pro certo loco, vt pro Regno Neapolis, pro Regno Siciliæ, pro Dominio Veneto, & ſic de alijs, an extra territorium creantis eos Notarios poſſint legitimè inſtrumenta rogare, & ſi rogauerint, fidem faciant? Et in hoc caſu negatiuam ſententiam ſecutus fuit Hoſtienſ. & aliqui Canoniſtæ in cap. cum P. tabellio. de fide inſtrum. Bellam. Natt. & Roland. quos recenſet Tuſch. d. concl. 72. num. 21. & 22. & ſic deciſum refert Valaſc. in deciſio. Luſitan. 9. de quo meminit Riccius par. 1. collect. cap. 114. in fin. ea ratione, quia extra territorium ille Princeps non habebat iuriſdictionem, & ſi habebat, non habuit intentionem dandi talem poteſtatem notario, dum pro certo loco illum creauit, & hæc videtur ſolidior ratio.

Multi tamen tenent contrarium, & eſt receptior opinio, vt infra dicetur, ſiꝰò ſe-

10 parabimus certa prius ab incertis.† Dico
igitur primò. Hic Notarius poteſt de licē-
tia eius, qui poteſt extra territoriū, crean-
tis illum, rogare inſtrumētum in illo ter-
ritorio; hoc dictum tenet etiam Hoſtienſ.
in ſumm. in tit. ne clerici, vel Monachi. §.
clericis. verſ. quid igitur, ſequuntur Spe-
culat. Præpoſit. Bertrand. & alij, penes
Tuſch. vbi ſupra num. 25. & 26. Ratio eſt
clara, quia hic iam eſt actu notarius, & li-
cèt eſſet vera opinio contraria, vt extra
territorium careat iuriſdictione ex volū-
tate creantis; tamē ſatis eſt, vt inſtrumēta
conficiat de licentia illius, qui præeſt ter-
ritorio; nā per illam licentiā illum habet
in illo loco pro perſona legitima ad mi-
nus, vt in ſuo territorio faceret inſtrumē-
tum de bonis ſitis in alieno territorio, qđ
fieri poteſt, vt dicam in ſecundo dicto. Sic
etiam iuriſdictio contentioſa poteſt exer-
ceri in alieno tirritorio eo modo, & for-
ma, vt dicetur infra.

11 Dico ſecundò, hic notarius poſſet in ſuo territorio facere inſtrumēta inter foreſes, etiam de bonis ſitis extra illud territorium, & valerent inſtrumenta. Hoc dictum ex dictis rationibus, & alijs probant Butr. in cap. cum P. Tabellio. nu. 4. Fely. nu. 26. qui teſtatur de communi de fid. inſtrum. Caſtr. & alij, quos ſequuntur Tuſch. d. concl. 72. nu. 27. cum ſeqq. Brunor. in ſuo cōpend. in verb. notarius creatus ab inferiore, & in verb. inſtrumentum notarij.

12 Dico tertiò, hic notarius poteſt de voluntate partium in alieno territorio facere inſtrumentum inter ſubditos territorij creantis notarium; quoniam ſatis eſt, vt faciat inſtrumentum inter ſubditos, in quos ratione officij habet voluntariam iuriſdictionem, ita poſt Gulielm. de Cun. probant Bald. in l. 1. num. 16. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. Anchar. Abb. Felyn. Caſtren. Franciſ. Marc. Alciat. Maſcard. Boer. & alij, quos probat Tuſch. d. concl. 72. nu. 23. cum ſeqq.

13 Cùm igitur hæc ſint certa, ſola quæſtio
eſt, ſi notarius extra territorium, & inter
non ſubditos, & de bonis ſitis extra terri-
torium poſſit validè rogare contractum,
& quicquid dixerint DD. in contrarium
citati, mihi placet opinio affirmatiua, in-
ſtrumentum eſſe validum, niſi per ſtatuta,
vel conſuetudinem locorum ſit introdu-
ctum contrarium. Et moueor duplici me-
14 dio. † Primò, quoniam actus conficiendi
inſtrumenta non eſt iuriſdictio, ſed offi-
cium, vt etiam concedunt Doctores, pau-
lo ante citati: quod officium inter volen-
tes poteſt vbicunque exerceri, & conſe-
quenter ſufficit conſenſus partium, vt ro-
15 gitus notarij prorogari poſſit. † Secūdò,
quia, etiam ſi eſſet iuriſdictiō, nō eſſet con-
tentioſa, ſed voluntaria, & ideo de con-
ſenſu partium prorogabilis eſt. Probatur
hoc dictum quòad omnes eius partes, nā
iuriſdictio contentioſa eſt illa, qua actor
contendit contra reum, quæ etiam dici-
tur neceſſaria; quoniam reus, in iudicium
vocatus, tenetur ibi neceſſariò reſponde-
re, alias condemnabitur in contumacia,
& ſic iuriſdictio hæc redditur etiam in
16 inuitos. † Voluntaria eſt, quæ in ſolos
ſubditos volentes exercetur, nec requirit
Iudicem, pro Tribunali ſedentem, ſed ſa-
tis eſt voluntas ipſorum ſubditorum, &
ſic dicitur voluntaria, quia in volentibus
tantùm exercetur, vt hæc omnia probat
tex. in l. 2. vbi gloſ. & omnes communiter
ff. de offic. Proconſ. probat etiam Marant.
in ſuo ſpecul. par. 4. diſt. 18. gloſ. Innocen.
Hoſtienſ. Rebuff. & alij penes Sanchez
lib. 3. de matrim. diſp. 19. num. 7. vt alios
omittam.

17 Probatur denique tertia pars; nam iu-
riſdictio contentioſa extra territorium
exerceri non poteſt etiam inter ſubditos,
niſi duo cōcurrant: Primò voluntas ſub-
ditorum; & Secundò licentia Domini
18 territorij, vt dictū eſt, † hoc etiam ſerua-
tur quando Epiſcopi vellent exercere
Pontificalia in aliena Diœceſi, quia eſſet
neceſſaria licentia Ordinarij ipſius loci,
& iddem eſſet in contrahendo matrimo-
nio, vt eſt praxis notoria, & poſt alios no-
tat Sanchez d. diſp. 19. vt alios omittam.
Voluntaria tamen exerceri poteſt in alie-
no territorio inter ſubditos volentes, vt
19 omnes docent: † qui etiam probant va-
lere legitimationem factam extra terri-
torium, vt etiam deciſum refert Puteus
20 deciſ. 22. par. 2. † Sic etiam valēt obliga-
tiones, captæ penes acta Curiæ per Actua-
rios Curię alterius territorij, quamuis in-
cuſari non poſſint, niſi coram Iudice com-
petēte. l. 1. vbi gloſ. ff. de iudic. & ibi etiam
Bald. num. 8. Iacobin. num. 19. & alij, An-
gel. conſi. 93. num. 1. in fin. & nu. 3. Anto.
Gamm. deciſ. 133. Carauit. in rit. 14. Tuſc.
in d. verb. notarius. concl. 99. num. 23. &
ſeqq. Iddem igitur erit in propoſito, quia,
vt voluntaria iuriſdictio poſsit exerceri

per

per modum prorogationis inter nō ſub-
ditos in alieno territorio, ſufficit volun-
21 tas illarum partium: † nam prorogatio
iuriſdictionis, vt ſciunt omnes, & probat
Marant. par. 4. diſt. 12. num. 3. Capyc. de-
ciſ. 9. Theſaur. deciſ. 266. & dixi aliqua
in tit. de renunciat. quæſt. 4. num. 38. &
ſeqq. ſit quatuor modis, nempe de re ad
rem, de loco ad locum, de tempore ad tem
22 pus, & de perſona ad perſonam, †. & con-
ſequenter eò magis datur prorogatio ro-
gitus notarij de conſenſu partiū, ĕt ſi eſſet
iuriſdictio volūtaria, ꝓut eſt officiū, vt di-
ctū eſt, ꝓrogari poteſt, & ita tenēt Hoſtiē.
Ioan. Andr. Butr. & Abb. in d. c. ſicut, ne
cleric. uel monach. Felyn. & alij penes
Tuſch. d. concluſ. 72. num. 36. Surd. d. cōſ.
257. quatenus ſtatutum, vel conſuetudo
expreſsè non mandarent contrarium, &
23 ſeruatur in prax. † nam notarij ſęculares
ordinariè conficiunt inſtrumenta tā pro,
quā cōtra Eccleſiaſticos, & inſtrumēta sūt
validiſſima, quia, licèt Eccleſiaſtici ſint
extra iuriſdictionem ſæcularem, volunta-
riè tamen prorogant iuriſdictionem illā
voluntariam, ſiue rogitum notarij, con-
ſentiendo in illum; quamuis virtute taliū
inſtrumentorum Eccleſiaſtici ſunt conue
niendi coram eorum Iudicibus Eccleſia-
ſticis, & iddem eſt de obligatione facta
per Clericum penes acta curiæ ſæcularis,
etiam in beneficium laici, nam valida eſt,
quamuis pro dicta obligatione Clericus
conueniri nequeat, niſi coram Iudice Ec-
cleſiaſtico competenti: & ſi duo eſſent fi-
deiuſſores, vnus laicus, & alter Clericus,
24 † & fideiuſſores eſſent condemnati, non
poſſet ſententia exequi contra Clericum,
niſi confirmaretur ab eius Iudice Eccle-
ſiaſtico, ita Dyn. in l. 1. ff. ſi quis in ius vo-
cat. non ier. Bal. Anchar. & alij, quos pro-
bat Surd. conſi. 396. per tot. & in ſpecie
nu. 26. vol. 3. & dixi aliqua infra conſi. 19.
& 20. & ſupra par. 2. titu. de perſon. q. 8.
etiam in additio.
25 Ad prædictorum confirmationem ad-
ditur, quia notarij ſæculares capiunt etiā
informationes in forma Cameræ, etiam
contra Eccleſiaſticos, & tamen huiuſmo-
di obligationes non incuſantur, niſi corā
Reuerendiſs. Auditore Cameræ Apoſto-
licæ, & quidquid alij Iudices attentaue-
rint, eſt irritum, & inane, quoniam ſolus
ipſe Auditor poteſt vigore dictarum obli-
gationum cenſuras Eccleſiaſticas promul
gare, & ita habent in eorum facultate, &
commiſſione, adeo vt inhibeant etiam
alijs Iudicibus, vt poſt Galleſ. not. Auctor
prax. Archiep. Neap. cap. 97. & hæc mihi
videtur veritas quicquid alij dixerint.

SVMMARIVM.

Notarius an computetur in numero teſtium? traditur nu. 1. cum ſeqq.
Scriptura inſtrumēti, vel teſtamēti, vt dicatur authentica, quid ſit neceſſarium, explicatur nu. 2. cum ſeqq.
Teſtamentum ſi non ſit ſtipulatum, qualiter probetur, explicatur num. 3. cum ſeqq.
Publicatio teſtamenti, ad quid ſit introducta, traditur nu. 6.

QVÆST. XI.

1 Vndecimò quæro, an no
tarius cōputetur in nu
mero teſtium? De hac
quęſtione plura narrat
Tuſch. verb. notarius,
quæſt. 98. ponit aliqua
Surd. conſ. 378. nu. 36.
& alij, ſed reſolutiuè procedendo, pauca
2 ſubijciam. † Dico primò. Si agitur de va-
liditate ſcripturæ, nempe ad validandam
ſcripturam, & tunc notarius non compu-
tatur in numero teſtium: hoc dictum eſt
omnium, quoniam ſi agitur de validitate
inſtrumenti, quod certum numerum te-
ſtium expoſcit, tunc clarum eſt, vt ille nu-
merus teſtium ſit neceſſarius, & vltra de-
bet adeſſe notarius, & Iudex, qui ſimul iū-
cti faciut ſcripturam authēticā, vt ſuo lo-
co dictū eſt. docēt ēt Bal. cōſ. 413. Duo sūt
ſtatuta. lib. 1. in fin. verſ. ſecundò verò ca-
ſu. Alex. Honded. & Anchar. quos probat
Tuſch. d. concl. 98. num. 1. Ruin. Bero. &
Neuizan. quos probat Surd. d. num. 36. &
3 omnes alij. † Hoc iddem procedit in pro-
bando inſtrumētum teſtamenti, quoniam
vt ſit authenticum, ſunt neceſſarij ſeptem
teſtes regulariter, & vltra eos eſt neceſſa-
rius notarius de iure communi, & iudex
ad contractus in hoc Regno, & ideò no-
tarius non computatur in numero teſtiū,
vt optimè probant prænarrati DD. &
alij plures, quoniam ex legis diſpoſitione
eſt taxatus numerus teſtium, & vltra ad-
hibetur notarius, vt de illo actu coram
illis

illis teſtibus faciat inſtrumentum publi-
cum,& ideo pro regula eſt, notarium non
connumerari in numero teſtium, quoties
agitur de probãdo aliquo actu per publicã
ſcripturam, quoniam non poteſt eſſe no-
tarius ratione officij, & teſtis, vti perſona
priuata, ſicut nemo poteſt eſſe Iudex, & te
ſtis, vt latiſſimè Tuſch. d. concl. 98. proſe-
quitur, & varijs modis probat.

4 Dico ſecundò, ſi agatur de probando
cõtractu, vel vltima voluntate per teſtes,
non autem per ſcripturam, tunc notarius
connumeraretur in numero teſtiũ, ita ſex
teſtes, & notarius probarent teſtamẽtum
nuncupatiuũ, ſi duo teſtes, & notarius, vel
vnus teſtis, & notarius, ꝓbarẽt cõtractũ,
ſi duo, vel tres teſtes requiruntur, ita poſt
Balduin. antiquum gloſatorẽ probat Bel-
lamer. conſi. 1. num. 28. alios citat, & pro-
bat Angel. Areti. conſ. 104. in caſu propo-
ſito num. 29. cum ſeqq. Alex. Bal. Anchar.
Caſtrenſ. Signorol. & alij penes Tuſch. d.
concluſ. 98. num. 4. cum ſeqq. vbi pluries
hanc ſentẽtiam repetit, communem pro-
bant etiam Berõ. Ruin. Neuizan. & alij,
quos ſequitur Surd. d. num. 36. Maſcard.
de probat. concluſ. 1352. num. 55. ex text.
in l. Domitius Labeo, vbi omnes. ff. de te-
ſtam. faciunt tradita per Seraphin. deciſ.
888. præcipuè nu. 8.

5 Plus dicunt DD. quòd, ſi contractus,
vel teſtamentum partim ex ſcriptura, &
partim ex teſtibus probaretur; tunc nota-
rius connumeraretur in numero teſtium,
vt ad ſenſum patet, & probat Bald. conſi.
413. in fi. lib. 1. Caſtrenſ. conſi. 75. notan-
dum lib. 2. probat Tuſch. d. conclu. 98. nu.
12. & 13. faciunt latiſſimè diſcuſſa per eũ-
dem Surd. conſi. 414. Veluti præſumere-
tur nullum inſtrumentum, vt quia nõ ha-
beret debita requiſita; ſic teſtamentum,
vt quia non eſſet ſtipulatum; tamen teſta-
tor declarauit totam eius voluntatem co-
ram ſex teſtibus, & notario, tunc notarius
6 ſupplet numerũ teſtium. † Additur etiã
quia publicatio teſtamenti cõtinet teſta-
menti ſolemnitatem, vt publicè de illo
conſtet; non autem continet, nec concer-
nit teſtatoris voluntatem, quæ aliunde po
teſt teſtibus probari, vt poſt Bald. in l. cum
proponebatur. ff. de lega. 2. Bart. Ioan. de
Platea, Iaſ. & alios not. Surd. cõſi. 350. nu.
24. cum ſeqq. Et hæc mihi videtur pura
veritas.

S V M M A R I V M.

NOtarius vaſſallus an poſſit facere inſtrumentum pro Domino, vel contra Dominum, explitatur nu. 1. cum omnibus ſeqq. Quid in hoc Regno. nu. 6. & ſeqq.

Notarius poteſt contra ſe ipſum rogare inſtrumentum, non autem in eius beneficium. nu. 2. & ſeqq. Non poteſt in alieno teſtamento ſcribere aliquid in eius beneficium. nu. 4. Poteſt propriũ teſtamentum conficere, & publicare. num. 5.

Inſtrumentum factum per notarium vaſſallum, an valeat in hoc Regno, traditur nu. 6. & 7.

Obligationes captæ per notarium vaſſallum, an valeant. nu. 7.

Q V Æ S T. XII.

1 DVodecimò quæro, an valeat
inſtrumentum factum per
notarium vaſſallum? Hæc
quæſtio de iure communi
caret difficultate, & pars
affirmatiua eſt certa pro validitate inſtru-
menti, ea ratione, quia ſatis eſt, vt nota-
rius ſit perſona publica, & pro omnibus
fideliter ſuum exercet officium; etiã ſi in-
ſtrumentum eſſet contra propriũ Domi-
nũ, ratio clara eſt, quia dũ caret omni ſu-
2 ſpicione fraudis, † & poſſet etiam contra
ſe ipſum rogare inſtrumẽtum, & rogatum
valeret, ac ſi eſſet celebratum inter alias
partes. l. Publia. ff. depoſit. l. non putauit.
§. ſi quis in ſuo. ff. de bonor. poſſeſſ. contr.
tabul. Innoc. & alij, quos probat Bellam.
qui teſtatur de communi in clemen. ſi vna
num. 89. de reb. eccleſ. non alienã. probat
etiam Bald. Alex. & Signorol. quos ſequi-
tur Tuſch. in verb. notarius. concl. 78. qui
3 etiam docent, † vt nõ poſſit notarius pro
ſe rogare inſtrumentum propter ſuſpitio-
nem fraudis, & ad euitandas ſuſpitiones
4 falſitatis, † & ob eandem rationem non
poteſt pro ſuo beneficio, & commodo ali-
quid ſcribere in alieno teſtamento, vt ha-
betur in iuribus citatis, & probant poſt
alios Tuſch. in verb. notarius, concluſ. 77.
Brunor. in verb. notarius adſcribere. Soc.
iun. in l. ſciendum. num. 24. ff. de verb. ob-
ligat. Dec. conſi. 42. nu. 2. Decian. conſ. 45.
vol. 3.

5 vol. 3. & alij paſſim. † Poſſet tamen notarius cum legitimo numero teſtium (& in hoc Regno cum Iudice ad contractus) teſtamentum proprium conficere, & publicare, quia in hoc caſu nemini damnum affert, cùm de proprijs bonis diſponat gl. in l. 2. ubi omnes C. de teſtam. Signorol. conſi. 65. quem probat Tuſch. in d. verb. notarius. concl. 78. nu. 2. poſt alios Bellamer. vbi ſupra nu. 91. & ſeruatur in prax. ideò omitto alias probationes.

6 Redeundo igitur ad quæſtionem, eſt ſola quæſtio in Regno, ſi notarius vaſſallus poſſit facere inſtrumentum pro Barone, ac eius Domino, & negatiua opinio eſt certa, quia ſic eſt diſpoſitum per capitulũ Regis Ladislai incip. Sine prudẽtis. Eſtq; capitulum 289. ſecundùm ordinem Campagnæ, qui ibi hoc latiſſimè probat, ſic etiam Scaglion. in rit. Magn. Cur. 163. nu. 44. Vinc. de Frãch. dec. 118. qui hoc adeo probat eſſe verum, vt etiam ſi eſſent inſtrumenta contra barones, non probarent, ex quo obſtat dictum Capitulum Ladislai, qđ fuit factum ne ob Dominorum timorẽ notarij conficerent inſtrumenta falſa, ponerent clauſulas inuſitatas, & alios deci-
7 perent, † & iddem eſt de obligationibus, quæ fiunt penes acta cauſæ, quæ nec fieri poſſunt per notarios vaſſallos, ſed fieri debent per notarios demaniales, vel non vaxallos, vt latè hoc proſequitur de Franch. loco cit. quem ſequitur Ricc. in ſua collect. cap. 187. in fin. Attamen quando ſunt inſtrumẽta, vel obligationes contra Barones obſtat ratio deſuper citata; quia etiam contra ſe ipſos poſſunt notarij facere inſtrumẽtum, quia ceſſat ſuſpitio fraudis, & ceſſat etiam timor falſitatis, & ſic non viget ratio capituli, & ita iudicarem.

SVMMARIVM.

INſtrumenta Notarij mortui qualiter reaſſumantur de iure canonico, & qualiter de iure Regni, explicatur nume. 2. cum ſeqq.

Prothocollum notarij an faciat fidem de iure ciuili. nu. 3. Et quid hodie obſeruetur nu. 7. & ſeqq.

Scda notarij an fidem faciat. nu. 4.

Reaſſumptio inſtrumentorum qualiter fiat, traditur nu. 5. cum ſeqq.

Partes non poſſunt priuatæ ſcripturæ tribuere formam publicam. nu. 6.

Inſtrumentum ſi ſit confectum, & non ſit ſubſcriptum per Iudicem ad contractus, & teſtes, qualiter compleatur, traditur nu. 8. cum ſeqq.

Inſtrumenta primò ponuntur in baſtardello, ſecundò rediguntur in prothocollum, & tertiò reaſſumuntur, quæ explicantur num. 11. Si poſt reaſſumptionem deperdantur, lacerentur, vel aliter fœdentur, an poſſint iterum reaſſumi? traditur nu. 12.

Inſtrumenta notarij mortui, vt poſſint per aliquem notarium viuum reaſſumi, quænam ſint neceſſaria, traditur nu. 15. cum ſeqq.

Notario, dicenti ſe inueniſſe ſcripturam in prothocollo notarij mortui, an detur fides, & quid in hoc Regno? numero 14.

Reaſſumptio inſtrumentorum notarij mortui quatuor expoſcit, quæ recenſentur nu. 15. & ſeqq.

Stylus extendendi cætera, ſiue abbreuiaturas notarij mortui, debet conſtare in proceſſu, quando eius inſtrumenta reaſſumuntur. nu. 16.

Prothocollum Notarij exhibetur Iudici, quando timetur ſuſpitio falſitatis. num. 17.

Citatio partis an ſit neceſſaria in reaſſumptione inſtrumentorum, traditur nu. 18. & 19.

Inſtrumenta Eccleſiaſticarum perſonarum qualiter reaſſumantur, traditur num. 20.

Inſtrumentum dotale, ſiue introductũ, an poſſit reaſſumi, & quid ſtante præſcriptione, explicatur num. 21. cum ſeqq.

Inſtrumentum reaſſumptum, an ſit verum inſtrumentum, traditur nu. 24.

Capitula matrimonialia, quæ firmantur inter partes, an ſint inſtrumentum dotale. nu. 25.

QVÆST. XIII.

1 DEcimotertiò quæro, an mortuo notario, poſſint reaſſumi eius inſtrumenta ab alio notario? De hac quæſtione plura tradunt Napoda. hic num. 39. cum ſeqq. ſub nu. 53. ſic etiam Andr. & Afflict. in conſtit. Regn. Baiulos omnes.

Digitized by Google

oës, Paris de Put. q. facit particularë tract. de reaſſumpt. inſtrum. & alij paſſim, ideò pauca tantùm reaſſumam in hac quæſtio, pro reliquis mittens lectorem ad auctores citatos. Tuſch. in verb. inſtrumentum. concl. 239. & verb. notarius. concl. 79. Di-
2 co igitur primò, † ſi inſtrumentum fuit rogatum per notarium, ſed ob illius mortem non fuit redactum in formam publicam, de iure ciuili non valebat inſtrumentum, de iure canonico reaſſumi poterat de licentia Iudicis. De iure verò Regni aliter practicatur. Probatur hoc dictũ quòad omnes eius partes.

3 Quod attinet ad ius ciuile, prothocollum, ſeu ille liber, in quo ſcribuntur abbreuiaturæ notarij, non facit fidem, quia tabelliones non habent Archiuium, in quo eorum geſta conſeruantur, & ſic poſt eorum mortem, illorum fides facilè perijt §. ſi verò quidam. Authen. de defenſorib. Ciuitat. nec Notarij notæ fidem faciunt,
4 l. cum patrono. §. fi. ff. de bon. libert. † At ſi Seda notarij eſſet recitata coram teſtib. & tunc cum adminiculis teſtium faciebat fidem; ſecus ſi coram teſtibus non fuiſſet recitata. l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de legat. 3. cum alijs cumulatis per Napoda. ſub d. nu. 39.

5 Et quoniam ex hoc procedendi modo grauiora damna Reipublicæ imminebãt, ideò ſuperuenit ius canonicũm, & mandauit, ut in hoc caſu prothocollum mortui notarij redigatur in formam publicã, nempe, vt alter notarius de licentia Iudicis ordinarij, vel delegati reaſſumat illa inſtrumenta, quæ ſunt cum dicto prothocollo, vocata tamen parte, contra quam
6 ceſſat inſtrumentum, † partes autem ſine Iudice non poſſunt ſcripturæ priuatæ tribuere publicam formam. c. cum P. Tabellio, vbi Innoc. Abb. & alij de fid. inſtrum. Napoda. ſub d. nu. 39. verſ. poſtea ſuperuenit ius canonicum. Tuſch. d. cõcl. 79. num. 1. vbi ſe ipſum alibi citat, & cõcl. 239. nu. 17. vbi quòd debeat conſtare de
7 tali licentia, nec notario creditur, † & ſic hodie prothocollo notarij mortui creditur. Specul. in tit. de inſtrum. edit. Butr. & alij, quos probat Abb. Superuenit tertiò, in hoc Regno Cõſtit. Baiulos omnes, quæ dat clariorem formam, & mandat aliter obſeruari, prout inferius dicetur ſecundũ varios caſus, qui accidere ſolent, ſi mortui ſint notarius, Iudex, & teſtes, vel aliqui eorum, prout inferius dicetur.

8 Dico ſecundò, ſi inſtrumentum fuit rogatum, & reaſſumptum, ſiue confectum per notarium, ſed a teſtibus non fuit ſubſcriptum, de iure ciuili non valebat, valet tamen in hoc Regno: primam partem probat tex. in §. ſed & ſi inſtrumenta. Authen. de fid. inſtrum. vbi omnes. Napod. d. num. 39. §. tertio caſu, & ratio eſt, quia pro forma traditur, vt inſtrumenta ſint publica, ſcribãtur, & compleantur a perſona publica, & à teſtibus ſubſcribantur, quibus non adimpletis, actus non ualeret, quamuis cum iuramento notarij faceret aliqualem fidem; quoniam talia documenta credibilia ſunt. §. ſi verò neque. Authẽ. de fid. inſtrum. Napod. loco cit.

9 Probatur quòad ſecundam partem; nã in hoc Regno ſeruatur in praxi, quòd, ſi notarius confecit inſtrumentum, ſiue reaſſumpſit ab eius prothocollo, illudque ſuo ſigno ſignauit, non tamen in eo Iudex ad contractus, nec teſtes ſe ſubſcripſerũt; tunc ſine decreto, & abſque alia licentia Magni Prothonotarij huius Regni, ſi Iudex, & teſtes viuant, poſſunt citra difficultatem illud ſubſcribere, & ſi renitentes fuerint, poſſunt cogi, dummodo conſtet de manu, & ſigno prædicti notarij: & indiſtinctè obſeruatur, quòd notarius reaſſumit inſtrumentum, & ſuo ſigno ſignat, quod tradit partibus poſtea, quæ procurant ſubſcriptionem Iudicis, & teſtium, & de hac praxi nunquam in iudicijs fuiſſe dubitatum, affirmat Naucler. hic in conſuet. vbi inſtrumentum, in 6. addit. & ſic ſemper obſeruatum vidi, & practicari indiſtinctè mihi retulerunt antiqui, & periti notarij. Quid autem ſeruandum ſit, ſi Iudex, & teſtes ſint mortui, dicetur inferius.

10 Dico tertiò in hoc Regno, hunc eſſe notariorum ſtylum, quando inter partes ſtipulantur inſtrumenta, vt indicat Napoda. loco cit. & not. poſt alios Vinc. de Franch. deciſ. 361. num. 10. & ijdem met periti, & antiqui notarij mihi retulerũt; nam plures eorum interrogaui circa diſcuſſa in hac quæſt. vt veritatem ſcriberẽ.

11 Igitur primò ponuntur inſtrumenta in baſtardello, & hæc vocatur abbreuiatura. Secundò rediguntur in prothocollũ eiuſdem notarij; & tertiò, vt probent, ſeruata forma Conſtit. Regn. inſtrumentorũ robur. reaſſumuntur in charta pergamena cum extenſione omnium cæterarum, & in fine ponitur tale inſtrumentum eſſe reaſ-

reaſſumptum ad inſtantiam eius, qui pro-
curauit reaſſumptionem, poſtea ſuo ſigno
ſignat, & ponit in eo Iudicem ad contra-
ctus, & teſtes, qui interuenerunt in con-
tractu, & tradit illud parti prædictæ, quæ
procurat ſubſcriptionem a Iudice, & a te
ſtibus, & ſic ſeruatur, & ponunt aliqua
Crau. conſi. 28. & Surd. conſi. 173. nu. 86.
12 vol. 2. Si tamen † poſt reaſſumptionem
illud inſtrumentum eſſet amiſſum, vel eſ-
ſet corroſum, ſiue laceratum, vel aliter de-
uaſtatum: poteſt denuò reaſſumi ab eodē
notario, & ſubtus illud inſtrumentum
tenetur notarius facere mētionem inſtru-
mentum illud fuiſſe alias reaſſumptum,
& hoc iure vtimur: & eſt praxis valde ra-
tionabilis, quia ad hunc finem fit protho-
collum notarij, vt inde reaſſumantur in-
ſtrumenta ad probationem actus, & ſi cō-
tingat deperdi, vel eſſet carolatum, vel
aliter maculatum, reaſſumatur denuò
ad probationem actus.

13 Dico quartò, vt inſtrumenta notarij
mortui reaſſumi poſſint ab alio notario,
debent eſſe in prothocollo dicti notarij
mortui, vel ſaltem in eius faſciculis, nam
ſi reperiretur ſeparatim à dicto protho-
collo, vel faſciculis, de iure nō poſsēt reaſ-
ſumi, quia eſſet mera chartula, nec fidem
faceret, ita Bar. Bald. & Angel. in l. ſi quis
ex argentarijs. §. initū. ff. de eden. latiſſimè
Vinc. de Frāch. deciſ. 567. par. 4. de Pont.
deciſ. 38. nu. 29. & in pragm. 1. & 2. de fid.
inſtr. vbi latiſſimè Rouit. vide Seraphin.
dec. 888. vbi plura tradit de filza notarij.
Dicit tamen poſt alios Surd. conſil.
14 350. ante nu. 26. † quòd crederetur no-
tario dicenti ſe inueniſſe illam ſcripturā
in prothocollo, ſeu faſciculis, ſiue in filzis
dicti notarij mortui: ſed contrarium
idemmet Surd. tenet conſi. 187. num. 37.
vol. 2. & tutior eſt hæc ſecunda ſententia,
& ſeruatur in praxi in hoc Regno, nam
porrigitur memoriale Domino Proregi
huius Regni, in quo narratur qualiter
in prothocollo, vel in baſtardolo talis
notarij inuenitur contractus celebratus
inter tales, & tales; & quia prædictus no-
tarius eſt mortuus, ideò petitur reaſſumi
illud inſtrumentum per alium notarium.
Qui Dominus Prorex remittit negotium
ad Pręſidem Sacri Conſilij, & Vicempro-
thonotarium, quòd prouideat: cuius de-
creti vigore committitur informatio in
partibus, vbi actus eſt geſtus; & capta in-
formatione de morte notarij, & eius lega-
litate, ſic etiam quòd eius ſcripturis datur
plena fides, & qualiter illud inſtrumentū
fuit inuentum coram teſtibus in faſcicu-
lis, ſeu ſcheda dicti notarij mortui, eius
propria manu ſcriptum, non tamen extē-
ſum, & hac informatione viſa in Sacro
Conſilio, fit decretum, quod reaſſumatur
inſtrumentū prædictum per alium nota-
riū, & extendatur ſecundū ſolitas cęteras
dicti notarij mortui: Quæ omnia ſeruan-
tur etiam quando talia inſtrumenta reaſ-
ſumuntur per notarium, qui ad id habet
priuilegium; debet enim illi conſtare de
morte illius notarij, & ſic de alijs deſuper
expreſſis.

Hæc praxis fundatur etiam in iure cō-
muni, de quo vt inſtrumentum notarij
mortui reaſſumi valeat, quatuor pręcipuè
15 attenduntur. † Primò, vt reaſſumere vo-
lēs ſit notarius, nec committi debet reaſ-
ſumptio cuique notario, ſed probo, & de
legalioribus. Secundò, vt dans facultatem
reaſſumendi ſit Iudex ordinarius, vel de-
legatus, & ideò in hoc Regno fit ex com-
miſſione Dñi Proregis, vt dictū eſt ſupra
nu. præced. Tertiò requiritur, vt cōſtet il-
lud inſtrumentum fuiſſe ſcriptum manu
dicti notarij mortui. Et Quartò, vt nota-
rius, qui aſſumitur in dicta reaſſumptio-
ne: illud inueniat in faſciculis notarij
mortui, atque extendat ſecundùm cæte-
ras dicti notarij præmortui. ita Alex. cōſi.
198. per tot. incip. viſo proceſſu. vol. 7.
Tuſch. in d. verb. notarius. concl. 79. nu. 7.
16 & ſeqq. & alij infra citandi. † Imò debet
conſtare in actis Iudicis, & ſic in proceſſu
de ſtylo notarij mortui, circa extenſionē
cæterarum, alias non crederetur notario
reaſſumenti, vt latiſſimè probant Alexan.
conſi. 28. col. pen. vol. 2. de Franch. d. de-
ciſ. 557. nu. 5. Surd. conſi. 350. nu. 30. vol.
3. & d. conſi. 187. vbi nu. 12. ſubdit, hunc
notarium reaſſumentem puniri pœna
falſi, ſi aliquid addidit de ſuo illi inſtru-
mento reaſſumpto, quod etiam poſt Bald.
& alios probant latiſſimè Tuſch. in verb.
clauſula. concl. 302. & 303. Brunor. à Sol.
17 in verb. notarius abbreuiaturas. † & con-
ſequenter ſi adeſſet aliqua ſuſpitio falſita-
tis, exhiberetur prothocollum Iudici, vt
videatur de veritate, vt latiſſimè probat
Vinc. de Franch. deciſ. 194. & dixi ſupra
in procem. q. 20. nu. 7. & ſeqq.

18 Poſtremò eſt neceſſarium, vt omnia
legitimè fiant, & ſine fraudis ſuſpitione,
quando reaſſumptio fit ex decreto Iudi-

cis, vt citetur pars aduerſa, ſic enim negotium cautius fit cap. ſignificauit. de teſtib. Innoc. Cardin. Abb. & alij in cap. Albericus. de teſtib. & poſt Bald. & Alexan. not. Vinc. de Franch. d. deciſ. 567. num. 4. Affl. deciſ. 6. Mynſinger. Franciſ. Marc. & Cape l. Tholoſ. quos probat Ricc. in ſua collect. cap. 203. §. ſic in reaſſumptione. & iddem eſſet in exemplatione, vt ibidem not. poſt Minad. deciſ. 43. & conferunt etiam diſcuſſa per Surd. d. cōſ. 350. nu. 29. Sed hoc non habet locum, quando nota-
19 rius ex priuilegio reaſſumeret; † nō enim eſt neceſſaria partis citatio; ſed alia explicata ſuperius nu. 13. & ſeqq. & ſic regulariter debēt ad minus viuere duo teſtes, vel vnus teſtis, & iudex ad cōtractus, & in locum demortuorum ſubrogantur alij per ipſum notarium, quod exprimitur etiam in inſtrumento reaſſumpto, & in ſubſcriptionibus teſtium, & iudicis, vt eſt notoria praxis in hoc Regno, & notat etiam hic Naucler. in conſuet. inſtrumentum conſcriptum. fol. 20. addit. vlt. & in conſuetud. inſtrumenta confecta. fol. 20. à ter. addit. penult. & alij: ſecus tamen, ſi omnes teſtes eſsent mortui, & iudex, quia tunc nō poſset reaſsumere, niſi in ſpecie id haberet in priuilegio; ſed tunc haberetur recurſus ad Excellentiſs. Regni Proregem, cui prędicta omnia narrarentur, iuxta ſuperius explicata nu. 14. & ſeqq. & conſtito de omnibus, fit decretum, vt reaſſumātur inſtrumenta, & in locum iudicis, & teſtium demortuorum ſubſcribantur alter iudex, & alij teſtes in numero opportuno; & hoc iure vtimur.

Plus dicit Paris de Put. in tract. de re-
20 aſſumpt. inſtrum. rubr. 9. per tot. † quòd inſtrumentum eccleſiaſticarum perſonarum contrahentium in Regno tam nomine proprio, quam etiam nomine Eccleſię, poſſunt reaſſumi, mortuis omnibus teſtibus, iudice, & notario, ſecundùm formam tex. in c. pen. de fide inſtr. non obſtāte conſt. Reg. Baiulos, quia illa non ligat eccleſiaſticos, & multis medijs hoc probat. Hoc puto verum, tam ſi vellet illo vti coram eccleſiaſtico, quàm ſi coram iudice ſæculari, ex quo in ordinatorijs tantùm clericus ligatur ſtatutis laicorum; ſecùs in deciſorijs, vt latiſſimè per Minad. deciſione 4.

Verùm Napod. hic in conſuet. inſtrumēta confecta. nu. 52. & 53. conatur pro-
21 bare ex verbis dictæ conſuetudinis, † vt talis reaſſumptio non procedat in introducto, quia dos peti nequit ſine inſtrumēto dotali, ſed inſtrumentum authenticatum, ſiue reaſſumptum non eſt inſtrumentum dotale, ſeu de dote, ſed eſt potius inſtrumētum de tenore prothocolli, ſeu de tenore inſtrumēti dotis, & ſubdit, vt hoc
22 eo magis locum habeat, † ſi interueniret præſcriptio longiſſimi temporis 30. annorum, non iam a die conſignationis dotium, ſed a tempore, quo incipit caſus re-
23 ſtitutionis earundem dotium. † Verùm in vtroque caſu praxis eſt in contrarium, & iure quidem, vt notat Naucler. in eadem conſuet. in 8. & 9. addition. fol. 20. a ter. latiſſimè Paris de Put. in tract. dę reaſſumpt. inſtrument. rubr. 27. vbi veris, & viuis rationibus probat, vt etiā inſtrumenta dotalia reaſſumantur; nā licèt dos
24 peti nequeat ſine inſtrumēto dotali; † tamen inſtrumentum reaſſumptum non eſt de tenore prothocolli, ſed eſt verū inſtrumentum authenticum, omni ſolemnitate vallatum de ipſa dote recepta, & hoc iure vtimur, vt à pluribus peritis notarijs etiā
25 audiui ſemper practicatum fuiſſe; † nam illa capitula matrimonialia, quæ firmantur inter partes, & ſtipulantur per notarios tempore, quo celebratur matrimonium, non ſunt inſtrumentum authenticum, & in forma publica, nec poſſent liquidari, niſi habeant pacta executiua ſolita, & ſit reaſſumptum in publica forma, iuxta tradita ſuperius de alijs inſtrumentis, nempe, vt reaſſumatur per notarium, ſuo ſigno ſit munitum, & per iudicem ad contractus, & teſtes ſufficientes ſit ſubſcriptum.

26 Nec vrget illud de pręſcriptione, quia nec etiam eſt verum, niſi eſſet præſcripta actio: ſi enim actio non eſſet præſcripta, iam omni tempore poſſunt inſtrumenta reaſſumi: quando autē pręſcribatur actio, dixi infra de pign. & hypoth. q. 35. & 36.

SVMMARIVM.

CVrialis, ſi facit mentionem alterius inſtrumēti in inſtrumento, quod facit, an probet, traditur nu. 1. et 2.

Notario, aſſerenti in eius inſtrumento alterum inſtrumentum, vel aſſenſum, an credatur. nu. 3. & 4.

Relatio an probet, ſi non conſtet de relato. num. 5.

Nota-

*Notario facienti fidem de aliqua ſcri-
ptura, an credatur. num. 6.*
*Aſſertioni Principis ſtatur in priuile-
gijs, & ratione probatur. nu. 7. & 8.*

QVÆST. XIV.

1 DEcimo quartò quæro, ſi no-
tarius in ſuo inſtrumento
mentionem faciat alterius
actus, ſiue inſtrumenti, an
ille actus probetur ex tali
enunciatione notarij? Hanc quæſtionem
inſinuat tex. hic in conſuet. inſtrumenta
cõfecta. §. verum. vbi Napod. nu. 55. & 56.
eam tractant DD. communiter in auth. ſi
quis in aliquo. C. de edend. & alibi, vt per
Surd. conſ. 419. vol. 3.

2 Quod attinet ad inſtrumẽta curialiſca,
tria expoſcit dicta cõſuetudo, vt mentio,
ſeu enũciatio fidem faciat alterius inſtru-
menti. Primò, vt de verbo ad verbum in-
ſeratur eius tenor. Secundò, vt tale inſtru
mentum fiat per tres curiales, vnum ſcri-
bentem, & complentem illud inſtrumen
tum, & duos ſubſcribentes: & tertiò, vt
dum ponitur tenor illius inſtrumenti, aſ-
ſeratur ſe vidiſſe inſtrumẽtum, de quo fit
mentio, non eſſe abraſum, neque cancel-
latum, vt habetur in d. §. verum. vbi Na-
podan. nu. 56. Sed quia huiuſmodi inſtru-
menta non ſunt in vſu, vt poſt Vincent.
de Franch. deciſ. 367. nu. 9. & alios ſupe-
rius notatum eſt; ideò omitto hãc diſcuſ-
ſionem.

3 Igitur quod attinet ad inſtrumenta no
tariorum, ſi notarius in eius inſtrumento
faciat mentionem alterius inſtrumenti,
non facit fidem, nec ei creditur; ſic à con-
trario ſenſu per dictam conſuetudinem,
probat Napod. d. nu. 55. & tex. etiam in
auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi om-
nes, probant etiam Afflict. & eius addent.
deciſ. 373. Benintend. deciſ. 2. Speculat.
& alij, quos ſequitur Ricc. in prax. alien.
4 rer. eccl. deciſ. 30. vbi loquitur † etiam de
aſſenſu Apoſtolico, vt non credatur no-
tario aſſerenti, ſe vidiſſe talem aſſenſum,
5 & ratio communis eſt, † quia illa relatio
non facit fidem, niſi conſtet de relato; &
probant etiam gloſ. in c. 1. de fid. inſtrum.
& alij, quos ſequitur Surd. d. conſil. 419.
num. 1. & ſeqq. & iure quidem, quia dum
contractus pendent à voluntate contra-
hentium, & non à voluntate notarij, ideo
debet expreſsè conſtare de inſtrumẽto re-
lato, vel ſaltem notarius debet de verbo
ad verbũ illud inſerere in ſuo inſtrumen-
to; quia ſi diceret, ſe vidiſſe, & legiſſe, fa-
ceret fidem de cauſa propria, & ſic ei non
creditur, & hoc eatenus eſt verum, vt lo-
cum habeat, ſi inſtrumẽtum relatũ, fuiſſet
factum ab eodẽ notario, vt latiſſimè pro-
bat Surd. loco cit. & conſ. 245. num. 22.
vol. 2. Affl. deciſ. 48. nu. 2. plures deciſio-
nes reaſſumit Ricc. in ſua collect. cap. 145.
vbi ponit quaſdam limitationes ad hanc
regulam, quas omitto, quia non videntur
neceſſariæ, quando agimus de reaſſũptio-
ne ex prothocollis. Si verò ageremus de
copijs, iã de his dixi ſup. in procem. q. 20.
6 † Poſtremò ſi ageremus dum notarius fi-
dem facit ſeparatim de ſcripturis, quas pe
nes ſe habere fateatur, regulariter ei da-
tur fides, vt euenit in fide procurationis,
præambuli, baliatus, tutelæ, aſſenſus Re-
gij, & ſic de alijs, &c. quia omni futuro
tempore tenetur notarius rationem red-
dere de illis ſcripturis, & ſi aduerſarius
prætenderet contrarium, teneretur illud
probare, & ad ſummum poſset conſtrin-
gere notarium, iudicis auctoritate, vt per
extenſum exemplaret tales ſcripturas; &
ſi dubitaretur de originali, quod eſſet vi-
tiatum, cogeretur notarius etiam per ca-
pturam perſonæ, aſportare originale ad
iudices, vt videatur veritas, & hoc iure
vtimur, vt dixi ſup. d. q. 20. in procem.

7 Inſuper, ſi ageretur de priuilegio, tunc
crederetur Principis aſſertioni, ſi in pri-
uilegio fiat mentio alterius priuilegij, ab
eo, vel eius maioribus conceſſi, & vellet,
vt priuilegium enunciatum vires, & fir-
mitatem haberet, ac ſi de verbo ad verbũ
eſſet inſertum in ipſo priuilegio, in quo
enunciatur, ita Hoſt. & Io. And. in c. ve-
nerabilis. de confir. vtil. vel inutil. Bertr.
conſ. 429. nu. 1. vol. 1. Speculat. Abb. Ro-
man. Cardin. Alberic. Caſtrenſ. Iaſ. Bald.
Dec. Pariſ. Grammat. Bellon. Menoch. &
alij, quos probat Surd. d. conſ. 419. nu. 21.
8 cum ſeqq. Et hoc ea ratione, † quoniam
hoc ſolùm pendet à voluntate eiuſdem
Principis concedentis, & ideo ſatis eſt,
vt habeat pro vero illud priuilegium, &
ex certa ſcientia confirmet, & ſic ſatis eſt
eius tenor, licèt non conſtet de relato,
quod ſecus eſt in inſtrumẽto, quod depen
det à voluntate contrahentium, & ideo
non ſufficit relatum, niſi de illo conſtet,
& de voluntate ipſorum cõtrahentium,
vt optimè docent prędicti DD. qui videri

Digitized by Google

poſſunt pro reliquis, nam ſatis eſt indi-
caſſe quæſtionem, quoniam tenderemus
in infinitum, aliter faciendo. Quando au-
tem relatum ſit in referente, dixi ſupra
par. 3. q. 4. num. 3. & 4.

SVMMARIVM.

MErces duplex debetur nota-
rio, vna pro rogitu, & alte-
ra pro ſtipulatione. Et an
ſeruetur in praxi, traditur
nu. 1. & 2. Quiſnam tenea-
tur illam ſoluere, traditur num. 5.
Qua actione petatur, explicatur n. 3.
An merces iſta ſe habeat loco peculij
quaſi caſtrenſis, vt de ea notarius di-
ſponat ad libitum, traditur nu. 6. cum
ſeqq.

Notarius poteſt compelli edere inſtru-
menta, ac ea rogare, ſi tamen ei ſolua-
tur merces. num. 4. An poſſit de bonis
per eum acquiſitis diſponere vti de bo-
nis quaſi caſtrenſibus, traditur nu. 6.
cum ſeqq.

Quaſi caſtrenſia quænam dicantur, vt
quis valeat de illis diſponere, explica-
tur num. 8. & ſeqq.

Architectus an acquirat peculium quaſi
caſtrenſe, traditur num. 12.

QVÆST. XV.

1 DEcimo quintò quæro, quæ
nam merces debeatur no-
tario pro inſtrumento? In
hac quæſt. non poteſt tradi
certa regula circa quantita
tem mercedis, ideo vnuſquiſque ſua ſta-
tuta, & conſuetudines conſulat; hoc verò
de iure eſt certum, vt notario duplex mer-
ces debeatur, vna, videlicet, pro rogitu,
nempe, pro ſtipulatione actus; & altera
debetur pro extractione, ſiue exemplatio-
ne, ſeu reaſſumptione inſtrumēti. ita gloſ.
in l. fin. in verb. exemplaria. C. de princip.
agend. in reb. lib. 12. vbi Io. de Plat. plura
iura concordantia citat, Bart. Rom. Iaſ.
Dec. & alij, quos probat Surd. conſ. 66.
vol. 1. conſ. 414. nu. 4. cum ſeqq. volum. 3.
Tuſch. in verb. notarius. concluſ. 102. qui
de d. gloſa, & Romano tantùm meminit,
2 & probant alij plures. † & ſeruatur in
praxi multoties, quamuis regulariter pro
rogitu non ſoleant partes cōſtringere ad
ſoluendam mercedem. Ratio omniū eſt,
quia notarius duplicem laborē aſſumit,
ac duplex exercet officium, vnum nempe
in rogitu, & alterum in exemplatione, &
ideò duplex ei debetur ſalarium, ex regu-
la tex. in §. illud. vbi gloſ. in verb. duplex.
auth. vt iud. ſine quoq. ſuffrag. & alijs ci-
tatis per Surd. d. conſ. 66. in princ.
3 Inſuper notarius vel per officium iudi-
cis, vel per actionem locati, quia dicitur
locaſſe operas ſuas, cogit partes ad ſoluen
dum ei mercedem, vt latius probat Surd.
4 d. conſ. 66. nu. 3. † Et ideò licèt notarius
cōpelli poſſit rogare, & edere inſtrumen-
ta, l. 1. C. de tabul. Fed. de Sen. & alij penes
Tuſch. verb. notarius. concl. 74. & penes
alios, id tamē debet intelligi, dūmodo illi
ſoluatur debita merces, & ita ſeruatur,
nec debet aliter ſeruari, cùm officiū ſuum
nemini debeat eſſe damnoſum, vt labor
ſuum debitum habeat præmium, & mer-
5 cedem: ſemper tamen mercedem ille ſol-
uere tenetur, in cuius beneficiū fit inſtru-
mentū, ſic emptor ſoluit prætium inſtru-
menti emptionis rei, quia eius cōmodum
reſpicit. Bero. cōſ. 115. nu. 13. lib. 1. quem
probat Tuſch. verb. inſtrumentum, con-
cluſ. 257. in caſſatione verò ille ſoluit, ad
cuius commodum caſſatur inſtrumētum.
6 Poſset tamen hic quæri, an hęc merces
notarij ſe habeat loco peculij quaſi caſtrē
ſis, & ſi attendamus ſententiam Silueſtri
in ſum. in verb. peculium, il primo, nu. 10.
quem probat Azor tom. 2. moral. lib. 2.
cap. 23. q. 2. §. quid de notarijs. opinio ne-
gatiua eſt verior, vt nullo modo dicatur
peculium quaſi caſtrenſe, niſi ſit notarius
ſalariatus a publico, nempe à Principe,
vel a Communitate, vt eſſent in hoc Re-
gno Notarius huius fideliſſimę Ciuitatis,
& Notarius Regiæ Curię, qui à Ciuitate,
ac Rege certū habet ſalarium. Et opinio-
nē etiam negatiuā tenent aliqui alij, quos
probant addentes ad Alex. conſ. 2. vol. 6.
7 Verùm contraria opinio mihi proba-
tur, quam tuentur Io. Fab. inſtit. per quas
perſ. nob. acquir. Caſtr. conſ. 98. in princ.
volum. 2. Guid. Pap. conſ. 205. Tholoſan.
deciſ. 10. Tuſch. in verb. caſtrenſia. concl.
113. nu. 11. cum ſeqq. Ariſmin. Tepat. in
ſuo compend. var. ſentent. iuris tit. 521. de
peculio. cap. 1. §. pen. vt alios omittam;
& hoc ratione officij publici, quod nota-
rius exercet; quia licèt nō accipiant hodie
ſalarium de publico, ſed à partibus, vt hic
diſcuſſum eſt; hæc tamen merces ſuccedit
loco ſalarij, quod olim habebant de publi
co,

co, vt eſt etiam de ſalario Aduocatorum,
vt optime prænarrati Doctores probãt.
8 Nec curandum eſt de Doctoribus, qui
contrarium tenent. Primò, quia hæc opi-
nio eſt receptior, vt patet. Secundò, quia
nihil firmum allegant, nam ratio, qua ſe
mouent, vt debeant eſſe ſalariati de publi-
co, non vrget, quia ſatis eſt, vt officium ſit
publicum, vt de Aduocato dictum eſt, hęc
enim merces eſt ſubrogata loco publici ſa
larij, & ſic ex regula ſubrogati procedit
in cauſidicis, & conſequenter etiam in
notarijs. Tertiò, quia Azor loco citato
hoc etiam affirmat de tabellionibus, quia
eſt vnus de his, qui exercẽt artes liberales,
& negat de notarijs, & tabellio, & nota-
rius ſunt vnum, & iddem, vt in authen. de
tabellion. & ex hic diſcuſſis in tota hac
10. par. Igitur nec ſibi conſtat; etiam quia
ponit regulam generalem, prout eſt ſecun
9 dùm veritatem, † vt quaſi caſtrenſia dican
tur ea, quæ ex munere, & officio publico
acquiruntur; & talia ſunt, quæ acquirunt
Aduocati, Iudices, Tabelliones, Medici,
& qui vnam aliquam ex ſeptem artibus
liberalibus profitentur; pari ratione, qui
Theologiam, Ius Pontificium, vel Ciuile,
vel Medicinam docent. Denique quæ ac-
quiruntur ex quauis publica adminiſtra-
tione, propter quam publicum ſtipẽdium
ſit conſtitutũ, vt ex tex. in l. vlt. C. de inoff.
teſtam. Syluestro, & Nauar. per hęc verba
10 ferè retulit Azor. d. quęſt. 2. † Igitur malè
poſtea negauit de notarijs, quoniam in eis
ſatis eſt, vt officium ſit publicum. & quod
merces ſoluatur eis in locũ publici ſalarij,
quod eis ex publico olim ſoluebatur: &
hęc mihi videtur veritas, & faciunt cumu
lata ſuperius par. 2. tit. de bonis, quæſt. 6.
11 in addit. † vt nautæ, & aliæ perſonæ ſimi-
les, quę in mari acquirunt, dicãtur habere
peculium caſtrenſe, quia aliquando mili-
tant. ex tex. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſtam.
milit. §. in claſſibus. & ſic etiam notarij ad
inſtar cauſidicorũ, quaſi militari dicãtur;
ſed quando ſalarium habent ex publico,
12 tunc res eſt citra dubitationem: † nam
etiam Architecti, ſiue Ingeniarij Domi-
norum, ac Communitatum, qui habẽt ſa-
larium ex publico, dicuntur habere pecu-
lium quaſi caſtrenſe, & de illo diſponunt
ad libitum, prout alij, qui habent peculiũ
quaſi caſtrenſe. Bal. in d. l. fin. C. de inoffic.
teſtam. Sylu. vbi ſupra nu. 9. Azor. d. q. 2.
Quæ omnia occaſione mercedis notario-
rum recenſui, ſed non ſunt aſpernenda.

SVMMARIVM.

INſtrumẽta notariorum interpretari debent, vt non recedatur à ꝓprietate uerborum, & ratione probatur. num. 2. & ſeqq.

Inſtrumentum quod non loquitur, nec nos loqui debemus. num. 3.

Verba notarij intelliguntur, prout ius illa intelligit. num. 4. & ſeqq.

Contractus ſi ſit caſſatus pro capitali, an ſubſiſtat pro intereſſe, explicatur nu. 5. & ſeqq.

Intereſſe an cenſeatur remiſſum per receptionem capitalis, explicatur tam de intereſſe cõuento, quàm de intereſſe non conuento, num. 6. cum ſeqq.

Caſſatio inſtrumenti per receptionem capitalis, an extendatur ad remiſſionem intereſſe, traditur nu. 7. & ſeqq.

Maritus recipiens capitale dotis, an præſumatur remiſiſſe illarum intereſſe, declaratur num. 9. & ſeqq.

Remiſſio debiti ex diſpoſitione l. Procula. ff. de probat. vt inducatur, quæ requirantur, explicatur num. 12. & 13.

Data, & accepta, continentur in rationibus calculandis. nu. 14.

QVÆST. XVI.

1 DEcimo ſextò quæro, qua-
liter inſtrumẽta notario-
rum ſint interpretanda?
In hac quæſtione nõ quę-
rimus de interpretatio-
ne quò ad euitãdam con-
tradictionẽ, & falſitatem; clarũ eſt enim,
vt ſemper ſit capienda cõiectura, & inter-
pretatio, vt contradictio, & falſitas euite-
tur, vt dixi ſupra quæſt. 6. & probant alij
plures, quos ſequitur Brunor. a Sole in ſuo
compen. in verb. inſtrumenta ad cõcord.
2 ſed quęrimus de interpretatione verborũ
contractus, ac inſtrumenti, quo caſu non
eſt recedendum à proprietate verborum
contractus, & inſtrumenti, ſi clarè non
conſtet de voluntate cõtrahentium; nam
inſtrumenta ſunt ſtricti iuris, & non extẽ-
duntur ad non expreſſa. ex regula tex. in l.
quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obligat.
Dec. conſ. 322. Bal. Alex. Ruyn. Curt. iun.
& alij, quos probat Tuſch. in verb. inſtru-
mentorum verba. cõcl. 251. & alij paſſim,
qui

Digitized by Google

3 qui docent, † vt quod inſtrumentum non loquitur, nec etiā nos loqui debemus, ſeu, vt Veneti dicunt, quod inſtrumentū non cantat, nec ego cantabo: & ſic nec de perſona ad perſonam, nec de re ad rem extenduntur.

Hinc etiam Oldr. conſ. 100. & alij penes Tuſch. in verb. notarius, concluſ. 81.
4 † tenent, quòd verba notarij intelligūtur prout ius illa intelligit, quod eſt manifeſtum in omni interpretatione, & ideò cō-
5 ſultus dixi. † quòd ſi notarius faciat inſtrumentum receptionis capitalis, & nihil dixerit de intereſſe conuento, non præſumitur remiſſum intereſſe. v. g. debebam tibi centum annua cum pacto de retrouendendo, cuius virtute ego recipi annuos introitus, & ſolui tibi capitale; notarius in inſtrumento aſſerit te recepiſſe à me capitale ducatorum mille, & ſic caſſauit inſtrumētum, ſed de intereſſe, ſiue de tertijs decurſis nihil dixi, regulariter non præſumitur remiſſum intereſſe, niſi aliunde hoc probetur; & motus fui tum ex prædictis, quia, quod inſtrumentum non dicit, nec
6 nos dicere debemus; † tum etiam quia per receptionē ſortis principalis regulariter non cenſetur remiſſum intereſſe conuentum, ſed ſolùm intereſſe non conuētum. l. fin. vbi omnes. ff. de eo, quod cer. loc. Bar. in l. centum Capuæ. eod. tit. Rom. & alij, quos probat Tuſch. in d. ſua pract. concl. in verb. intereſſe non conuentum, concluſ. 306.

7 Nec obſtat caſſatio inſtrumenti, nam illa caſſatio eſt ſolùm, ne in futurum intereſſe decurrat: ſed decurſum intereſſe non præſumitur remiſſum, & de per ſe peti poteſt: licèt enim ſit debitum ratione capitalis, tamen dum ſolùm capitale recipitur, remanet intereſſe, & per ſe petitur, quod eſt adeò verum, vt locū habeat etiam ſi ſuper ſorte principali fuiſſet lata ſententia, & nihil fuiſſet dictū de intereſſe conuento, ſiue debito iure actionis: nam ad huc tale intereſſe de per ſe peti poteſt, vt latiſſimè probarunt Caſtren. conſ. 219. in fi. lib. 2. Corn. conſ. 49. lib. 2. Crau. conſ. 320. quos probat Tuſch. in verb. intereſſe non poteſt peti. concl. 305. nu. 10. & conſequenter ſi nihil de intereſſe fuit dictum in inſtrumento caſſato, iam remanet hic articulus in Interpretatione iuris, vt non cenſeatur remiſſum, & per ſe peti poſſit,
8 † quamuis ſit habenda ratio aliquarū præſumptionū, vt ſi adeſſet lapſus temporis, vel aliæ coniecturæ concurrerent, vt intereſſe cēſeretur remiſſum, vel præſumeretur ſolutum, vt per Alex. cōſ. 63. nu. 17. vol. 4. Rimin. conſ. 63. vol. 4. Olaſc. deciſ. 132. nu. 18. & alios penes eundem Tuſch. in verb. dotis fructus, concl. 739. num. 9. cum ſeqq. in dubio tamen, vt dixi, non cenſetur remiſſum, & peti poſſet.

9 Confirmantur prędicta, quia ſi maritus recipiat dotem ſibi promiſſam, & non recepit dotis fructus, ex receptione capitalis dotium non cenſetur remittere illarum fructus, quia illi debentur iure actionis: quod latiſſimè proſequitur Tuſch. d. concluſ. 739. cum ſeqq. & dixi aliqua par. 4. q. 10. nu. 12. cum ſeqq. etiam in addit. vbi fit
10 etiam diſtinctio, † an debeantur ex cauſa lucratiua, vel ex cauſa onerosa: quando enim debentur ex cauſa onerosa, non prępſumūtur remiſſi, vt de omni intereſſe debitum ex cauſa onerosa, tenet Alex. d. cōſ. 63. nu. 16. & in l. quæ dotis. nu. 14. vbi Iaſ. nu. 21. Barboſ. nu. 46. ff. ſol. matr. Aretin. in §. fuerat, nu. 21. inſtit. de actio. Roland. conſ. 65. nu. 19. vol. 4. vbi teſtatur de communi Duen. reg. 207. lim. 1. nu. 1. Balb. in tract. de pręſcript. in 2. par. 3. par. princip.
11 q. 10. nu. 14. Gramm. dec. 70. † vbi ſic etiā deciſum refert in Sacro Conſ. quamuis intereſſe non fuiſſet petitum ſpatio 22. annorum. Barboſ. d. nu. 46. vbi etiam varias refert interpretationes ad tex. in l. vir vſuras. ff. de don. inter vir. & vxor. & ad tex. in l. cùm quidam. §. Diuus. ff. de vſur. quæ videntur mandare contrarium: nam procedunt in expreſsa renunciatione, & donatione vſurarum, ſiue intereſſe, vt etiam dixi loco citato.

12 Vt autem præſumatur, ſeu inducatur remiſſio debiti, virtute l. Procula. ff. de probation. tria copulatiuè requiruntur. Primò taciturnitas tēporis: ſecundò coniunctio ſanguinis: & tertiò calculatio rationis ſæpius repetita, vt ibidem notant Bart. Bal. & alij, probant etiam Bald. in l. libertis, quos. §. 1. ff. de aliment. & cib. leg. Affl. deciſ. 13. nu. 12. cum ſeqq. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 88. num. 16. plures alios antiquos, & modernos citat Barboſ. in d. l. quę dotis. nu. 42. probat etiam And. in c. 1. num. 12. ex quib. cau. feud. amittat.
13 † & conſequenter ſi calculatio rationis ſæpius repetita nō adeſſet, quamuis adeſſet curſus ſexaginta annorum, regulariter non ſufficit ad remiſſionem debiti, ac intereſſe, vt notant prænarrati Doctores, & pro-

& probant etiam poſt alios Grimat. deciſ. 103. nu. 39. Peregrin. de fideicom. art. 52. nu. 12. Et ideò, licèt in caſu mihi propoſito adfuiſſet curſus 30. annorum, & etiam quædam ſanguinis coniunctio, attamen, quia non apparebat de ratione, ſiue calculatione rationis, ſæpè repetita, ideò conſului, vt partes per tranſactionẽ ſe accommodarent, vt creditor reciperet dimidium intereſſe, & aliam medietatem
14 haberet debitor, & ſic fuit executum. † In calculandis tamen rationibus continentur data, & accepta, iuxta text. in l. cum ſeruus. ff. de conditio. & demonſtr. Bald. in l. Mæuius. famil. erciſcund.

SVMMARIVM.

DE clauſulis, quiũ tractent, recenſentur nu. 1.
Clauſula vniuerſales quãdo vniuerſaliter intelliguntur, & non reſtringantur per clauſulas ſubſequentes ſpeciales, explicatur nu. 2. cum ſeqq. An trahantur ad maiora expreſſis, vel ad nõ veriſimilia, explicatur n. 5. & 6.
Donatio facta generaliter de omnibus bonis non reſtringitur per clauſulas ſpeciales ſubſequentes, præcipuè ſi donans reſeruaſſet ſibi certam quantitatem bonorum, de quibus diſponeret, quod explicatur nu. 3.
Clauſula, reſpiciens plura determinabilia, an debeat æqualiter illa determinare, traditur nu. 7.
Clauſula generalis an reſtringat generalem, traditur nu. 8.
Clauſula conſueta apponi, an habeãtur pro appoſitis, ſi ſint omiſſa per notarium. num. 9. Quæ dicantur appoſita per notarium, traditur nu. 10.
Clauſula, in fine poſita, quãdo referatur ad præcedentia. nu. 11.
Clauſula acceſſoria qualiter interpretentur. nu. 12.
Clauſula (ad habendum, &c.) quid importat, traditur num. 13. & ſeqq. Vbi in omni materia explicatur, & q. 19. num. 2. & ſeqq. vbi in Breuibus Apoſtolicis quid fiat, traditur.
Fideicommiſſum an præſumatur remiſſum per diuiſionem, traditur num. 16. & 17. Quid ſi fratres approbarent teſtamentum nullum patris, & approbatio reſpiceret cõmodũ alterius. n. 19.
Clauſula (quicquid tibi placuerit) quid importet. nu. 18. Quid clauſul. (pleno iure) nu. 20. & q. 19. nu. 2. & ſeqq.
Clauſula quænam dicantur appoſita ex natura rei. nu. 21. remiſſiuè.

QVÆST. XVII.

1 DEcimoſeptimò quæro, qualiter clauſulæ interpretari debeant. Poſui hanc quæſtionem ſic generaliter, nã de clauſulis apponi ſolitis in vltimis voluntatibus dicam quæſt. ſeq. De clauſulis autem, quæ ſolent apponi in Breuib. Apoſtolicis, ponam aliqua queſt. 19. de clauſulis apponi ſolitis in contractibus dicam quæſt. 20. De hac materia non attinet in plura diuertere, quoniam diuerſi inueniuntur tractatus, & vltimus, quem vidi, eſt cuiuſdã Doctoris, Martha nomine, qui particularem tractatum edidit de omnibus clauſulis prædictis. Eſt tractatus Vitalis de clauſulis, Torretti, qui egit de clauſulis vltimarum volunt. & ſic de alijs, Tuſch. in pract. concluſ. iur. verb. clauſula à concluſ. 289. ad conclu. 373. qui latiſſimè hanc materiam tractant, ideò pauca dicam.
2 † Clauſulæ ſi ſunt vniuerſales, ſiue generales, regulariter interpretantur, vt iacẽt, & generaliter intelliguntur, niſi adſit aliqua ratio recti ſermonis, quæ illas reſtringet, prout multoties in d. 1. vol. explicatum eſt, vt etiam poſt Scrader. in tract. de feud. par. 10. ſect. 5. nu. 71. & ſeqq. & alios probat Martha in tracta. de clauſ. par. 2. clauſ. 4. & clauſ. 1. poſt alios Brunor. in compend. propoſ. iur. verb. clauſulæ natura, & in verb. clauſula poſita in fin. &
3 hinc eſt. † quòd, dum quis affirmat donare omnia bona ſua, illa generalitas non reſtringitur per ſubſequentem clauſulam, ſiue verba executiua, vt patet ex dictis, & eſt particularis deciſio cuiuſdam additionis ad Alex. conſi. 223. vol. 2. incip. Viſis verbis liter. B. ibi (& ſimiliter quoties præcedit diſpoſitio donationis totius rei, non puto per verba ſequentia executiua addita eam limitari, niſi aliter de mẽte appareat) hæc ille. Et præcipuè hoc locum habet, quoties donãs ſibi reſeruaſſet certam quantitatem, de qua poſſet diſponere, tunc enim excepta quantitate ſibi reſeruata, cenſentur donata omnia bona mobilia, & immobilia, & nomina debitorum,

rum,& ſic iura, & actiones: & iddem eſt
in inſtitutione hæredis, vt eſt punctualis
deciſio Fulgoſ. in l. 1. num. 3. C. ſi aduerſ.
tranſ. probat etiam Caualcan. in tract. de
vſufruct. mulier. relict. nu. 93. verſ. ex qui-
bus colligitur, & probant plures alij re-
4 centiores, quos omitto; † Ratio recti ſer-
monis dicitur eſſe, quando in præceden-
tibus eſſent aliqua ſpecificata, quia tunc
clauſulæ generales ad ſpecificata reſtrin-
guntur, nam regulantur ſecundùm natu-
ram actus, ſuper quo interponuntur. l. iu-
bemus. C. ad Velleia. l. ſi de certa re. C. de
tranſact. Bart. Roman. & alij plures, quos
probat Martha d. clauſ. 1. ferè per totam.
5 † Hinc eſt, vt clauſula generalis non tra-
hatur ad maiora expreſſis, quia ratio recti
ſermonis id nō patitur, vt probat Syluan.
conſi. 45. nu. 43. & eſſe communem ſentē-
tiam; & ita deciſum poſt Iaſ. Crot. Caſtrē.
Curt. ſen. Caputaq. & alios probat Marth.
d. clauſ. 1. nu. 7. cum ſeqq. latiſſimè Tuſch.
6 vbi ſupra. concl. 309. † Sic etiam non ex-
tenditur ad non veriſimilia, vt ex tex. in
c. 2. de decim. l. obligatione. ff. de pignor.
Archidiacon. Ioan. Andr. Roman. Grat.
Boer. Mādoſ. & Loffred. probat Brunor.
in compend. propoſit. iur. in uerb. clauſu-
la generalis. Plures alias declarationes cir-
ca clauſulas generales, & vniuerſales po-
nit Marth. d. clauſ. 1. cum trib. ſeqq.
7 Hinc eſt etiam, quòd licet clauſula, re-
ſpiciēs plura determinabilia, debeat illa
pariformiter determinare. l. iam hoc iu-
re. ff. de vulg. & pupill. id procedit ſecun-
dùm omnes, ſi militat eadem ratio, aliàs
ſecus, vt poſt Imol. in l. Caius. nu. 2. ff. ſol.
matri. & alios plures probat Surd. conſi.
31. num. 15. & poſt alios Marth. d. par. 2.
clauſ. 5. vbi ſic etiam deciſum refert in Cu
8 ria Romana. † Quando verò eſt clauſula
ſpecialis, & tunc regulariter non reſtrin-
git clauſulam generalem, niſi expreſsè cō-
ſtaret ex verbis inſtrumenti, vt notatur
in l. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ignor.
Salyc. Imol. & alij penes Marth. d. par. 2.
clauſ. 6. vbi etiam deciſiones refert, latiſſi-
mè Peregri. de fideicom. art. 52. num. 48.
verſ. item aduertendum.
9 Inſuper vt clauſulæ iuſtam recipiant
interpretationem, debēt eſſe clauſulæ ſo-
litæ, & conſuetæ apponi in inſtrumentis,
quæ ſemper habentur pro expreſſis, ne
notarij ſimplicitas partibus noceat: pro-
bat Afflict. deciſ. 265. num. 83. Grammat.
deciſ. 62. num. 20. Gabriel. conſi. 58. num.
51. volum. 1. & ita fuiſſe deciſum probat
Marth. d. par. 2. clauſ. 13. Brun. in compē.
propoſit. iur. verb. clauſulæ apponi con-
10 ſuetæ dixi conſi. 4. nu. 6. † Sed ſi eſſent ſo-
litæ, tunc nullam habent efficaciam; quia
potius præſumuntur appoſitę ex proprio
marte notariorum, quam de voluntate
partium. Bart. in l. 1. num. 10. ff. de iur. co-
dic. latiſſimè Cacher. deciſ. 164. Marth. d.
11 par. 2. clauſ. 18. † Si verò ſit alia clauſula,
in fine poſita, tunc regulariter refertur ad
omnia præcedentia, ſi recta ratio id ſua-
deat, & adſit ratio recti ſermonis, nec ſit
clauſula inueriſimilis, vt dictum eſt, prout
habetur in l. 1. C. de liber. præter. vbi Iaſ.
nu. 4. & ſeqq. Fely. Capyc. & alij innume-
ri penes Marth. d. par. 2. clauſ. 23. vbi plu-
res ampliationes, & limitationes circa
12 hanc illationem refert. † Si verò eſſent
clauſulæ acceſſoriæ, & tunc interpretātur
ſecundùm naturam actus, & principalem
diſpoſitionem, cui adijciuntur, adeò vt ſi
actus principalis ſit nullus, etiam clauſulæ
acceſſoriæ nullius ſunt momenti, vt tenēt
gloſ. in l. ſi patronum, in verb. Fauiana. ff.
ſi quid in fraud. patron. Bald. Gabr. Pute.
& alij, quos probat Marth. d. par. 2. clauſ.
21. alios citat, & probat Brunor. in d. cō-
pend. propoſit. iur. verb. clauſula acceſſo-
ria, & in verb. clauſulæ acceſſoriæ, vbi
quòd non alterant naturam actus ex mul-
tis, quæ allegat latiſſimè Tuſch. con-
cluſ. 312.
13 Clauſula ad habendum, & quicquid ti-
bi placuerit faciendum, diſponendū, &c.
quæ apponi ſolet tā in contractibus, quam
in inueſtituris, ac in Diplomatibus bene-
ficiorum, interpretatur, vt in donationi-
bus diſponat donatarius ad libitum de bo
nis donatis, vt latiſſimè dictum eſt conſ. 2.
latiſſimè Tuſch. vbi ſupra concl. 297. per
14 tot. † In inueſtitura importat facultatem
datam in veſtito liberè diſponendi de bo-
nis feudalibus, vt probat Socin. ſen. conſi.
252. Gram. deciſ. 103. num. 129. ex tex. in
cap. 1. de feud. non haben. propr. natur.
feud. Grauett. Brun. Natt. Oſaſc. & alij,
quos probat Brunor. in compend. propo-
ſit. iur. in verb. clauſula ad habendum, &
dixi ſupra par. 3. q. 3. nu. 8. latiſsimè Mar-
tha par. 1. de clauſul. clauſ. 4. Dixi ſupra
15 par. 2. titu. de bon. q. 7. & alibi. † In con-
tractu emphyteotico interpretatur, vt
etiam ſi emphyteuſis ſit eccleſiaſtica, tran-
ſeat ad omnes hæredes etiam extraneos,
dummodo hæc clauſula ſit appoſita in
diſpo-

diſpoſitiuis, non autem in executiuis; vel ſi ex conceſſione non denotetur contrarium, vt poſt Socin. conſi. 266. nu. 38. vol. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 6. num. 7. Pariſ. Deci. Oſaſch. & alios innumeros probat
16 Marth. d. clauſ. 4. vbi etiã explicat † qualiter debeat interpretari in diuiſione, ſi adſit ſcientia fideicommiſſi, & in alijs caſibus, quia regulariter clauſula hæc intelligitur ſecundùm ſubiectam materiam, & ſecũdùm naturam actus, ſuper quo apponitur, vt poſt Signorol. conſi. 10. num. 3. Crauet. conſi. 20. nu. 15. Dec. & alios pro-
17 bat Marth. d. clauſ. 4. nu. 23. † & ſi in diuiſione adſit ſcientia fideicommiſſi, hæc clauſula operatur, vt cenſeatur renunciatum fideicommiſſo ex doctrina Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 8. ff. de verbor. oblig. quem DD. communiter ſequũtur, Crot. Ruin. Gabriel. Menoch. Mohedan. & aliorum, notat ibi etiam Marth. num. 11. qui pro reliquis huius clauſulæ videri
18 poteſt, ſic etiam clauſula 110. † vbi latiſſimè agit de clauſula (quicquid tibi placuerit) quæ importat liberam voluntatẽ, nec reſtringitur ad arbitrium boni viri, niſi ex ſubſequentibus id colligi poſſit, vt poſt Bald. in c. 1. §. nomina. num. 3. de pac. conſt. Menoch. lib. 1. q. 8. nu. 12. cum ſeqq. Ruin. Cacheran. & alios probat Martha d. clauſ. 110. Et quæ dicta ſunt de renunciatione fideicommiſſi procederẽt eo ma-
19 gis, † ſi tale fideicommiſſum factum eſſet à patre in teſtamento non ſtipulato, quod filij approbaſſent; tamen tale teſtamentum valeret ex approbatione filiorum in vim pacti facti inter fratres; quod pactum de ſuccedendo inter eos habet vim teſtamenti, & poteſt per illos rouocari, vt dixi par. 4. de renunc. q. 7. etiam in addit. & ſic eo magis fratres poſſent tunc reuocare de communi conſenſu tale fideicommiſſum, quamuis per illud eſſet acquiſitũ ius ſucceſſoribus; ex quo poteſt reuocari tale pactum, etiam in donatione factum, quãuis reſpiciat præiuditium tertij, etiam ſi reſpiceret vtilitatem Eccleſiæ, ex quo tale vtile, & commodum venit poſt mortem donatarij, & paciſcentis, & ſic reuocari poteſt ex regula tex. in l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. ſic communiter ſeruari dicit. Couar. & alij penes Duen. in regu. donator poteſt reuocare. Menoch. conſi. 993. num. 3. vol. 10. Surd. conſi. 305. num. 40. & conſi. 351. num. 31. de qua materia dixi latè infra part. 17. quæſt. 9.

20 Quod attinet ad clauſulam (pleno iure,) quæ tam in contractibus, quàm in alijs conceſſionibus apponi ſolet, operatur, vt proprietas rei conceſſæ transferatur vnà cum fructibus in conceſſionariũ ſine diminutione, niſi tamen ex ſequentibus, vel præcedentibus contrarium colligatur, vt in l. mater, vbi Angel. & alij communiter. C. ad Tertull. Alber. Alex. Dec. Natt. Ruin. Mantic. & alij, quos cumulat, & probat Martha in d. tract. de clauſ. par. 1. clauſ. 85.

21 Inſuper multæ clauſulæ intelliguntur appoſitæ ex natura rei, quas ponit Tuſch. in verb. clauſulæ, quæ inſunt. concl. 305.

SVMMARIVM.

Clauſula vltimarũ volũtatum qualiter interpretentur. nu. 1. remiſſiuè.

Clauſula codicillaris qualiter interpretetur. nu. 2. An ſubſtineat, ſiue defendat teſtamentum parentum. num. 3. & 4. An ſuſtineat teſtamentum factum ad alterius interrogationem, explicatur nu. 5. & ſeqq.

Teſtamentum inualidum ex defectu ſolemnitatis ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, ſecus verò ſi ſit nullum ex defectu voluntatis, quod declaratur à nu. 3. vſq; ad nu. 10.

Clauſula (vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum) qualiter interpretetur nu. 10.

Clauſula apponi ſolita in teſtamento, ſi omittatur, an poſſit ſuppleri per notarium. nu. 11.

Clauſula (ſalua gradus prærogatiua qualiter interpretetur. nu. 12.

Teſtamentum non poteſt pro parte valere, & pro parte non, & ratione probatur. nu. 13.

QVÆST. XVIII.

1 DEcimooctauò quæro, qualiter interpretentur clauſulæ in vltimis voluntatibus. De hac quæſtione non oportet multa exponere, quia de coniecturis vltimarum voluntatũ

facit tomum particularem, Cardin.Mantic.diuiſum in duodecim libros, ſic etiam de interpretandis vltimis voluntatibus facit tomum particularem. Sim.de Præt. diuiſum in plures dubitationes, & ſolutiones, ideo ad ipſos circa prædicta mitto lectores. Dico ſolùm aliqua de clauſula codicillari, & de clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

De clauſula codicillari facit particularem tract.Fab.Turrett.ideò pauca dicã,
2 † nam primò operatur, vt iure fideicommiſsi intelligatur relictum, quod iure directo relictum eſt, & ſic quod non valet iure directo, valeat iure obliquo, & ſic per fideicommiſſum.l. quærebatur. §. vtrum. ff.de teſtam. milit. Bart. in l.1.q.11.ff.de iur.codic. Alex.vterque Socin.& Cagnol. quos probat Martha d.tract.de clauſ. par. 2.q.28. num. 1.& par.1.q.17.num.5. cum ſeqq.vbi innumeros alios cumulat: latiſſimè Tuſch, in verb. clauſula codicillaris. concl. 292.

3 Secundò operatur; quòd ſi in genere parentes paterni, vel materni recognoſcant deſcendentes in eorum teſtamento, validum ſit teſtamentum, vt explicaui infra conſi.22. quia ſemper quòd teſtamentum nõ eſt nullum ex defectu voluntatis, vel ex defectu falſitatis, tunc clauſula hæc codicillaris ſaluat, & defendit teſtamentum, vt latiſſimè fundat Turrett. loco cit. in tit.de effectib.& defectib.clauſ.codicil. q.21.& 105.poſt alios Marth. d. par.2.q.
4 28.num.9. † Idem ex hac clauſula ſaluatur etiam teſtamentum, quando filio non fuit relicta legitima titulo inſtitutionis, vel a filiis parentibus. Alex.in l.nam quod §. non omnis. ff. ad Trebell.& in l. inter cætera.ff.de liber.& poſthum. Iaſ. Socin. iun.& alij, quos probat Mut. ad conſuet. Panhorm.cap.47.nu.150.& ſeqq.

5 Hinc eſt, quòd, ſi teſtamentum declaretur nullum, quia factum eſſet ad alterius interrogationem, ſiue interpretationem, tunc hæc clauſula defendit teſtamentum, vt ſaltem valeat iure codicillorum, vt ex multis probat Gabr.in commun.concluſ. in titu.de teſtam.concluſ.2.num.14. in 2. limit.& nu.20. in 4.limit. Deci. conſ.36. nu.84.Menoch.conſ.45.nu.14. Surd. cõſ. 414.in fi. quos probat Marth. d.clauſ.28. nu.5. Idem eſt, quando aliqui teſtes contradicerent teſtamento, quia tunc adhuc ſuſtineretur teſtamentum, & dicta clauſula codicillari, vt probauit Iaſ.conſ.24.nu. 8.vol.1.Cephal.conſi.546.nu.45. Surd.d. conſ.414.num.103.

6 Et licet Turrett.poſt Bald. & alios contrarium teneat, quos probat Martha dict. clauſ.28.nu.7.cum ſeqq. Nihilominus ſic reducuntur ad concordiam, vt ſi teſtamentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatis, vt quia præteritus ſit filius, non ſit adhibitus legitimus numerus teſtium, vel aliquis ex teſtibus teſtamentarijs contradicant, tunc clauſula codicillaris ſaluat teſtamento, ex quo venientes ab inteſtato cenſentur rogati reſtituere hæreditatem per codicillum hæredibus ſcriptis in teſtamentum, nam hic eſt effectus clauſulæ codicillaris etiam ex præteritione liberorum, vt reprobata gloſ. in Authen.ex cauſa.C.de liber.præter. tenent communiter DD.vt ibi not.Alex.Bart.in l.1.q.5. ff de iur. codicill. Angel. Andr. Sicul. Deci. Rui.& Alex.quos probat Marth. d. clauſ. 28.in fi.Iaſ.Socin. Port.Gabr.Andr.Gail. Menoch. Put. & alij plures, quos probat idem Marth.loco cit.par.1. clauſ. 17. nu.
7 14. † vbi ſic pluries refert deciſum Romę, probãt alij plures, quos ſequitur Brunor. a Sol.in compen.propoſ.iur.in verb.clauſula codicillaris, latiſſimè Tuſch.concluſ. 292. alios citat Riccius in collect. par. 1. cap. 230.

8 Si verò nullum ſit teſtamentum ex defectu voluntatis, quia dolo, vel metu fuit factum teſtamentum, vel per falſas ſuggeſtiones, vel per importunas preces, vel per aliquid aliud, quod facit deficere voluntatem teſtatoris, tunc ſicut non valet teſtamentum ex defectu voluntatis teſtãtis, ita nec etiam valet iure codicillorum, & ſic clauſula codicillaris nihil tunc operatur, & ita procedit opinio contraria, vt optimè aduertit Marth.d.clauſ.28.
9 nu.9.& in hoc conueniunt omnes, † quia codicillus eſt pars teſtamenti, & ſicut teſtamentum non valet ex defectu voluntatis, eodem vitio non valeant codicilli, qui ſunt partes teſtamenti. Plura alia de dicta clauſula tractant Auctores citati, qui videri poſſunt, præcipuè Tuſch. d.concluſ. 292. vbi plures limitationes ponit, & Ricc. vbi ſupr.ſatis eſt enim eos indicaſſe.

10 Clauſula, (vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum) dũm apponitur in fine diſpoſitionis, refertur ad omnes ſubſtitutiones præcedentes, vt quælibet ſubſtitutio expreſſa.& ſpecialis cenſeatur inducta iuxta contingentiam caſuum, nem-

pè

pè vulgaris ante aditionē, pupillaris poſt aditionem, & infra tempus pubertatis; fideicommiſſaria poſt dicta duo tempora, vt poſt Bart. in l. cēturio. nu. 32. ff. de vulg. & pupill. Fulgoſ. conſ. 43. nu. 2. Anchar. Socin. Pariſ. Sim. de Prẹt. Zanchus, Alex. Decian. Mantic. & alios plures probat Marth. in d. tract. de clauſ. par. 2. concl. 19.

11 Poſtremo, ſi adeſt aliqua clauſula, quæ de ſtylo notariorum apponi ſoleat in teſtamentis, & omiſſa fuerit per notarium, poteſt iterum apponi, quia cenſetur rogatus notarius apponere omnes clauſulas cōſuetas, vt dictum eſt quæſt. prẹced. & in ſpecie poſt Cagnol. in l. precibus. nu. 238. C. de impuber. & alijs ſubſtit. Simon de Prẹt. probat Marth. d. par. 2. clauſ. 26. & dixi ſupra q. 9. nu. 3. & ſeqq.

12 Clauſula (ſalua gradus prerogatiua) appoſita in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, nō excludit; quominus filius non ſuccedat in locū patris, vbi agitur de ſucceſſione aui, & ita pluries fuiſſe deciſum in Rot. Rom. refert Marth. d. par. 1. de clauſul. in 127. clauſ. dixi aliqua de hac clauſula conſ. 22. nu. 11. cum ſeqq. quamuis fiat ſucceſſio ordine ſucceſſiuo, vt dixi ſupra par. 4. quæſt. 61. in addition. nu. 13.

13 Aduertendum eſt tamen, quod regulariter teſtamentum conſiſtit in indiuiſibili, & ſic eſt actus indiuiſibilis, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non, vt poſt Bald. & alios probāt Dec. & Cagnol. in l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. quos ſequitur Ioann. Philipp. Teſtai alleg. 10. num. 236. quod debet intelligi iuxta ſuperius explicata, ſi eſt ex defectu voluntatis, ſecus, ſi ex defectu ſolennitatis, ſed nec tunc valet pro parte, ſed alio iure, vt explicatum eſt.

SVMMARIVM.

Clauſulæ apponi ſolitæ in Breuibus Apoſtolicis, qualiter interpretentur. nu. 1. cum ſeqq.

Conceſſio beneficiȷ facta alicui pleno iure, qualiter interpretetur. nu. 2. cū ſeqq. Quid ſi fiat cum clauſula (accedente conſenſu) traditur. nu. 4. Et quid ſi fiat ad ſupplicationem vtriuſq; partis. nu. 5. Nunquam cenſetur facta in præiudicium tertiȷ. nu. 7. & ſeqq.

Clauſul. [cō ſito de aſſertis] qualiter interpretetur, traditur nu. 6.

Poſſeſſor, ſiue detentor beneficiȷ an ſit audiendus, ſi beneficium alteri concedatur, declaratur nu. 7. & ſeqq. Quid ſi adeſſet clauſula (amoto quolibet illicito detentore) traditur nu. 8.

Clauſula (amoto quolibet illicito detentore) qualiter interpretetur in breuibus Apoſtolicis, traditur num. 8.

Clauſula, quæ practicari ſolent in iudicio, ac in reſcriptis quænam ſint. num. 10. remiſſiue.

QVÆST. XIX.

1 Decimo nonò quæro, qualiter interpretentur clauſulæ appoſitę in Breuibus apoſtolicis? De hac queſt. latiſſimè tractat Marth. in d. tract. de clauſ. par. 1. per tot. ideò non eſt multum inſiſtendum circa eius inueſtigationem, ſed tantum aliqua breuiter reaſſumam.

Quod attinet ad clauſulam (ad habendum &c. pleno iure &c.) iam cōſtat ex dictis q. 17. ideò duobus modis poteſt cōtingi diſputari de dictis clauſulis, primò, quò ad conceſſionem reſpectu concedentis, & ſecundò, ſi alter reperiatur in poſſeſſione rei conceſſæ.

2 In primo caſu, ſi quęrimus reſpectu cōcedentis, & tunc ſi ipſe ſolus concedat, & intentionem habeat concedere, vt quia ex certa ſcientia cōcedat, nec conceſſio ſit in prẹiudiciū tertij, tunc clarū eſt, vt conceſſio ſit libera, & transferat ius in cōceſſionarium, † nā hoc importat d. clauſula ex
3 certa ſcientia, gloſ. in c. ad hæc in verb. elegerit. de reſcript. Rom. Cur. Sen. Dec. & alij, quos probat Brunor. à Sole in compend. reſolut. in verb. clauſula ex certa ſcientia, vbi etiam tradit ex communi ſētentia, vt talis clauſula nihil operetur in præiudicium tertij, nec etiam contra illum, cui erat ius quæſitum, & circa illa, quæ ſunt facti, & concedens præſumitur ignorare, quia tūc talis clauſula nihil operatur, vt poſt Andr. de Iſern. Bald. Caſtr. Alex. & alios innumeros notat Brunor. loco cit. conferūt latè diſcuſſa per Marth. de clauſul. par. 1. clauſ. 36. & clauſ. 70. Si
4 verò non conſtat, † quod ſolus concedere voluerit, ſed cum conſenſu aliorum, & dicat, accedente conſenſu, tunc conceſſio di-

citur conditionalis, ſi accedat conſenſus expreſſus illius, vt poſt And. Tiraquell. de ll. connubial. gloſ. 7. nu. 98. cum ſeqq. Put. & alios notat Marth. d. par. 1. clauſ. 3. &
5 & clauſ. 22. † Quandò verò ad ſupplicationem vtriuſq; partis fit conceſſio, tunc hæc clauſula, ad ſupplicationem, intelligitur diſtributiuè, nempè vt quilibet cenſeatur ſupplicare pro his, quæ ad eum ſpectant, & illa ſolùm ſunt ab eo iuſtificanda, quia quod eſt ex parte ſua adhibere tenetur, ita poſt Mohed. dec. 113. not. Marth.
6 d. par. 1. clauſ. 5. Verùm ſi † adeſſet in breui clauſula (conſtito de aſſertis) tunc requiritur partis citatio, ex quo cenſetur facta conceſſio, vt cum cauſæ cognitione procedat ille, cui commiſſio breuis facta fuerit. gloſ. in clement. præſenti. in verb. conſtiterit. de cenſ. Domini de Rot. Lapus, Abb. Fel. Dec. & alij innumeri, quos recēſet Mart. d. par. 1. clauſ. 19. vbi etiam ponit aliquas limitationes circa hāc clauſulam.

7 In ſecundo caſu regulariter non intelligitur facta cōceſſio in præiudicium tertij, vt dictū eſt; quod eatenus eſt verum, quòd ſi aliquis vigore Breuis non iuſtificati, eijceretur à poſſeſſione beneficij, tunc reſtituendus eſſet in poſſeſſionem, quamuis in breui adeſſet clauſula (abſq; vitio ſpolij) quia talis clauſula tunc operatur, quando breue eſt iuſtificatum, & non aliter, & ita bis deciſum refert Marth. d. parte 1. clauſ. 1.

8 Inſuper, quamuis poſſeſſor eſſet illicitus detentor, adhuc deberet audiri, niſi tamen in conceſſione adeſſet clauſula (amoto quolibet illicito detentore) quia tunc hæc clauſula habet vim expreſſionis coloratæ poſſeſſionis alterius, & ſic præſeruat gratiam à ſubreptione, dum in ſpecie non eſt expreſſum in ſupplicatione, vt beneficium ab altero detineatur. c. propoſuit. in fi. de cōceſſ. præben. vbi gloſ. Ioan. Andr. & alij, quos probat Marth. d. par. 1. clauſ. 9. & 10. latiſſimè Tuſch. concl. 319.
9 cum plurib. ſeqq. † Quid operentur in legitimatione, latiſſimè Tuſch. verb. clauſulæ legitimationum concluſ. 356. vbi ad ſa
10 turitatem. † Quid de clauſulis iudiciorū, vt omni meliori modo; ius, & iuſtitiam miniſtrari &c. latiſſimè concluſ. 358. cum pluribus ſeqq. De clauſulis circa mandata procurationis, tradit concluſ. 364. de clauſulis diuerſorum reſcriptorum tam circa iuſtitiam faciendam, quàm circa ſummariam cognitionē, & ſic de alijs agit clauſ. 365. cum quinque ſeqq.

SVMMARIVM.

Clauſula (vt infra) qualiter interpretetur. num. 1. Quid de clauſula (vt ſupra) nu. 2. Quid de clauſula (tunc, & eo caſu) nu. 3. Quid de clauſula (ex nunc pro tunc, & è contra) traditur nu. 4. Qualiter interpretetur clauſul. (non aliter, nec alio modo) explicatur nu. 5. 6. & 7.

Clauſula aſſerens rē eſſe venditoris, &c. quid operetur. nu. 8. Quid clauſul. (ponens in locum ſuum) num. 9. Quid vt tranſeat in dominium &c.

Clauſula (pro hæredibus, & ſucceſſoribus) an æquiparetur clauſulæ (et quibus dederit) explicatur num. 11. Qualiter intelligatur clauſula (quomodolibet) num. 12.

Clauſula (conſtituti) quos operetur effectus, & quando, traditur num. 13. & ſeqq. An propter incertitudinem aliquid operetur, traditur nu. 15. & 16.

Clauſula (& ſi plus valet, &c.) quid operetur. num. 17.

Clauſula (pro quibus omnibus obſeruandis) qualiter referatur, & ad quæ, explicatur. num. 18. & 19.

Clauſula (renuncians omni legum auxilio) quidnam operetur, & ad quid ſe extendat, explicatur nu. 20. & ſeqq.

Renunciationes, quæ apponuntur in contractibus, regulariter ſunt nullius momenti, præcipuè dum contractus non tenent, quod declaratur num. 22. cum ſequentibus.

Clauſula (rebus ſic ſtantibus) intelligitur appoſita ex natura actus in omni diſpoſitione, quod declaratur nu. 25.

QVÆST. XX.

1 Viceſimò quæro, qualiter interpretari debeāt clauſulæ apponi ſolitæ in contractibus? Quæſtio hæc patet ex multis diſcuſſis ſuperius; ideò pono alias ſequentes clauſulas. Prima eſt clauſula (vt infra) Hæc clauſula ſtat demonſtratiuè, non autem limitatiuè, quia partes demonſtrant

ad

ad quid ſe extendat contractus, & ſic in
dubio accipitur, vt reſoluit Rot. dec. 448.
nu. 6. par. 1. in nouiſſimis. Marth. in dicto
tract. de clauſul. clauſ. 170. num. 3.

2 Clauſula (vt ſupra) interpretatur, vt cē-
ſeantur repetita omnia narrata ſuperius
in actu celebrato. Bart. in l. 1. §. deinde. ff.
de poſtul. Alex. cōſ. 59. nu. 21. vol. 3. plures
cumulat Cacher. deciſ. 164. nu. 13. Dec.
Pariſ. Crot. Craue. Soc. iun. Ruin. Cephal.
& alij, quos probat Martha loco cit. nu. 1.
& 2. dixi ſupra par. 8. q. 4. nu. 7. & ſeqq.

3 Clauſula (tunc, & eo caſu) limitat di-
ſpoſitionem ad caſum expreſſum, ita vt
nō extendatur actus vltra caſus expreſſos
in contractu, niſi cōtrarium colligatur ex
voluntate veriſimili cōtrahentium, vt eſt
tex. in l. Titius. §. Lucius, vbi Bart. & alij
cōmuniter. ff. de lib. & poſthum. latiſſimè
Surd. cōſ. 336. nu. 46. Anchar. Rom. Dec.
Pariſ. & alij penes Marth. loco cit. clauſ.
160. & alij, quos probat Brunor. in com-
pend. propoſit. iur. in verb. clauſula, tunc,
& eo caſu.

4 Clauſula (ex nunc pro tunc, & è cōtra)
interpretatur, vt qualificet verba, ſiue
actus, quibus adijcitur, & refertur ad tem-
pus, quo diſpoſitio incipere debeat, iuxta
tex. in l. debitor. §. fin. ff. ad Trebell. Dec.
conſ. 283. nu. 1. cum alijs per Tiraq. cumu-
latis in tract. de retract. cōuent. §. 2. nu. 86.
ſed habet varias acceptiones, aliquando
enim eſt retrotractiua ad tempus celebra-
ti actus, vt ille actus videatur à principio
purè factus. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus fue-
ro. in princ. ff. de verb. obligat. Ang. Alex.
Gemin. Curt. ſen. Fel. Iaſ. Borgn. Cephal.
& alij, quos probat Brunor. à Sole in com
pen. propoſ. iur. in verb. clauſula ex nunc.
latiſſimè Marth. d. par. 1. clauſ. 52.

5 Clauſula (non aliter, nec alio modo)
interpretatur, vt ſtet præcisè, vt non reci-
piat alienam interpretationem, nec aliā
modificationem, à verbis ſeparatam, quia
inducit formam, & facit, vt actus non in-
telligatur aliter factus, niſi modo expreſ-
ſo. Gloſ. in l. ſiquidem. vbi Bald. nu. 3. C.
de except. Bart. in l. de his. ff. de tranſact.
Alex. Soc. Iaſ. Pariſ. Natt. Guid. Pap. Boer.
Iul. Clar. & alij plures, quos cumulat
6 Mart. d. par. 1. clauſ. 71. † vbi in omni ma-
teria tam in alienatione rei emphyteoti-
cæ, quam in alijs actibus hanc clauſulam
interpretatur: eſt enim clarum, vt clauſu-
la hæc regulariter ſit limitatiua volunta-
tis, & præſeruatiua ſui iuris in caſu con-
trario, vt ex multis probat Pariſ. conſ. 10.
nu. 285. lib. 4. dummodo expreſsè nō con-
7 ſtet contrarium; † hæc enim clauſula non
comprehendit ea, in quibus aliquis ex-
preſsè ſibi præiudicat, vt docet Oldr. conſ.
330. in fi. probat Pariſ. conſ. 70. nu. 12. vol.
1. & alij relati in d. clauſ. 71. nu. 10. & 11.
aliqua poſt alios ponit Tuſch. vbi ſupra
clauſ. 311.

8 Clauſula (aſſerens rem eſſe venditoris,
& nulli alteri venditam, obligatam, &c.)
interpretatur reſpectu validitatis illius
actus reſpectu contrahentium tantū, itaq;
ſi ſit alteri obligata, vendita, &c. actus re-
ſcinditur quò ad ipſos contrahentes ex
falſa aſſertione, vt alibi dictum eſt: ſed hęc
clauſula nihil operatur reſpectu tertij, nā
illi non nocet, & ita fuiſſe deciſum Romę
die 7. Februarij 1582. coram Seraphino
notat Marth. d. par. 1. clauſ. 13.

9 Clauſula (ponens in locum ſuum) im-
portat ceſſionem iurium, tranſlationem
vtilium actionum, & conſtitutionem pro-
curatoris in rem ſuam. Bart. in l. qui qua-
draginta nu. 2. vbi Iaſ. nu. 7. ff. ad Trebell.
idem Bart. in l. prouinciali. §. ſi ego, nu. 3.
vbi Angel. nu. 1. Alex. nu. 8. de nou. oper.
nunciat. Pariſ. conſ. 107. nu. 34. lib. 3. &
alij plures penes Mart. d. par. 1. clauſ. 87.
10 vbi plura de hac clauſula examinat. † &
iddem, vt clauſula (quod tranſeat in do-
minium) quæ eſt multæ efficaciæ, vt poſt
Bald. in c. 1. in fi. de Capitan. qui Cur. ven-
did. vbi Liparul. ſub num. 17. lit. N. de
Thor. in ſuo compen. in verb. clauſula in-
ſtrumenti.

11 Clauſ. (Pro hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcunq;) æquipollet clauſulę, & qui-
bus dederit: itaque poteſt recipiens bona
cum illa clauſula, de illis diſponere ad li-
bitum, vt dixi infra conſ. 2. & in feudis, &
emphyteuſi, vt tranſeat ad hæredes extra-
neos, & ſint alienabilia, etiam irrequiſito
domino, ita Prępoſ. in c. feudū ea lege, ſi de
feu. defun. mil. fuer. contr. Alb. & alij in
l. fin. C. de iur. emphyt. Iacob. Curt. iun.
Rom. Bald. Socin. Dec. Iul. Clar. Roland.
Gozad. Crauett. & alij plures, quos recen-
ſet Brunor. vbi ſupra in verb. clauſula &
quibus dederint. & in verb. clauſula hę re-
dibus, & ſucceſſoribus. & Marth. d. par. 1.
clauſ. 93. & clauſ. 108. vbi plures etiā deci-
ſiones cumulat, vt dixi ſupra par. 3. q. 3.
num. 8. Tuſch. verb. clauſula & quibus de-
derit. concl. 295. vbi latiſſimè.

12 Clauſ. (Quomodolibet, vel quouis mo-
do)

Digitized by Google

do.) Hæc clauſula, in contractibus appo-
ſita, comprehendit omnem modum tam
directè, quam indirectè, vt non poſſint cō-
trahentes actui celebrato contradicere.
gloſ. in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus,
de hæretic. in 6. Crauett. & Rebuff. quos
probat Marth. d. par. 1. clauſ. 116. & 120.
& dixi par. 4. de renūc. q. 14. nu. 16. & ſeqq.

13 Clauſ. (conſtituti) regulariter operatur
translationem poſſeſſionis ad quoſcunq;
effectus. l. mulier. vbi glo Bart. & alij. ff. de
rei vendic. l. quamuis. §. 1. & l. quod meo.
ff. de acq. poſs. vbi omnes. Affl. deciſ. 299.
latiſſimè Tiraq. in tract. de conſtit. par. 1.
& par. 3. limit. 11. & alij plures, quos cu-
mulat Marth. d. par. 1. clauſ. 20. nu. 4. &
per tot. vbi plura de hac clauſula tractat.

14 Verùm debet eſſe contractus validus,
quia ſi contractus non teneat, nihil ope-
ratur dicta clauſula, vt notant DD. in l. 1.
§. ſi vir vxori. vbi Iaſ. præcipuè nu. 18. ff. de
acq. poſs. & alij plures, quos probat Tira-
quell. d. par. 3. limit. & alij penes Marth.
d. clauſ. 20. nu. 3. vbi ſic etiam pluries de-
ciſum refert; gloſ. Bart. Alex. & alij in l.
emptor. ff. de aq. plu. arc. innumeros alios
citat, & probat Io. Philipp. Teſtat alleg.
15. nu. 40. cum ſeqq. vol. 1. poſt hæc ſcri-
pta viſus.

15 Hinc eſt etiam, quòd talis clauſula pro-
pter incertitudinem nihil operatur, vt
docet Bart. & communiter DD. ſequun-
tur in l. 3. §. incertam. ff. de acquir. poſſ. nā
propter incertitudinem non transfertur
poſſeſſio. Angel. in l. quę de tota. §. incerte.
ff. de rei uendicat. Ruin. cōſ. 144. nu. 2. vol.
1. & alibi latiſſimè Menoch. conſ. 122. nu.
49. & 50. vol. 3. Dec. Gozad. & alij, quos
probat Brunor. loco cit. in verb. clauſula
conſtituti: de qua materia latiſſimè tra-
ctat Tiraq. loco cit. quamuis Vrſill. ad Af-
16 flict. deciſ. 139. nu. 5. † dicat eſſe deciſum
contrarium, quem poſt Muſcatell. probat
Io. Bapt. de Thor. in compend. dec. Neap.
verb. clauſula cōſtituti. ſed in d. deciſ. plu-
ra aderāt, nēpe, an ad futura extēdatur, &
ſi habens hypothecā, poſſet petere aſſiſten
tiam, & hoc fuit deciſum, vt poſſit, & non
de incertitudine, dixi ſupra q. 4. cōcluſ. 2.

17 Clauſ. (& ſi plus valet, donat, &c.) ap-
poſita in contractu venditionis, regulari-
ter excludit venditorem à beneficio. l. 2.
C. de reſcind. vend. dummodo ſciens rei
valorem, illam clauſulam appoſuerit, vt
ibid. notarūt Bart. col. 4. verſ. quæro quid
ſi dictum eſt. Bald. q. 7. Salycet. col. 4. verſ.
iuxta hoc quæro. Angel. col. 3. verſ. tamen
vt ſoluetur. Idem Bart. in l. ſi quis cum ali-
ter. ff. de verb. oblig. l. fin. §. iddem quæſijt.
ff. de condit. in deb. & alibi Alex. Iaſ. Dec.
Imol. & alij penes Boer. deciſ. 142. nu. 3.
Pariſ. Tiraq. & alij plures, quos probat
Brun. vbi ſupra in verb. clauſula & ſi plus
valet, donat. & dixi aliqua infra in tit. de
contrahen. empt. par. 18. q. 6. & ſeqq.

18 Clauſ. (Pro quibus omnibus obſeruan-
dis, &c.) refertur ad omnia cōtenta in in-
ſtrumēto, & enunciatiuè narrata, vt pro-
bat Alex. conſ. 17. nu. 2. lib. 3. Ruin. conſ.
137. nu. 6. lib. 1. Pariſ. cōſ. 97. nu. 91. lib. 1.
Rot. in 2. par. diuerſ. deciſ. 741. quos pro-
bat Marth. d. par. 1. clauſ. 98. vbi ſic etiam
19 pluries deciſum refert nu. 2. † Quę intelli-
guntur, dummodo non alteretur, nec mu-
tetur principalis diſpoſitio, quia, cùm hęc
ſit clauſula poſita in executiuis, & in con-
firmatione diſpoſitionis principalis, illa
non ampliat, nec mutat, nec alterat prin-
cipalem diſpoſitionē. Clem. 1. de præben.
Butr. cōſ. 29. Iaſ. cōſ. 6. nu 24. vol. 3. Natt.
conſ. 123. nu. 7. & ſæpè alias. Menoch. cōſ.
84. nu. 45. Bald. Imol. Abb. Gabr. Couarr.
& alij, quos probat Brunor. vbi ſupra in
in verb. clauſula, poſita in executiuis, & in
verb. clauſula, quæ omnia, & ſingula.

20 Clauſ. (Renuncians omni iuris, & le-
gum auxilio) regulariter eſt talis naturæ,
vt per illam cenſeatur renunciatum om-
nibus exceptionibus, quę faciunt in fauo-
rē renunciantis, vt ex multis probat Alex.
conſ. 42. nu. 13. vol. 1. conſ. 11. nu. 14. verſ.
pondero. vol. 2. Rom. conſ. 151. nu. 4. verſ.
primò cùm renunciauerit. Aretin. conſ.
104. nu. 9. Roland. conſ. 13. vol. 1. præci-
puè nu. 6. & 37. & alij plures, quos cumu-
lant Mart. d. par. 1. clauſ. 126. Brunor. vbi
ſupra in verb. clauſula renuncians omni
iuris, & legum auxilio. ſed Marth. d. clau-
21 ſula 126. ad plura infert, † vt per illam
cenſeatur renunciatū beneficio Velleian.
ſic etiam beneficio purgationis moræ, ſic
etiam beneficio ne quis conueniatur, niſi
inquantum facere poteſt; ſic etiam benefi-
cio inuentarij, beneficio cedendarum, di-
uiſionis, & ſic de alijs: quę omnia omitto;
nam quælibet illatio ſuam expoſcit quæ-
ſtionem, & multi tenent contrarium, vt
d. clauſ. 126. habetur; & ſic ſatis eſt indi-
caſſe Auctores, de hac clauſula tractantes;
22 † etiam quia talis clauſula, prout omnes
aliæ, quæ non ſunt de natura contractus,
cenſentur potius appoſitæ per notarium,
quàm

quàm de voluntate partium; & proinde
dum cōtractus principalis non tenet, nec
etiam valent tales renunciationes, vt dixi
conſ. 4. & ſæpè alias, adeò vt hæc clauſula
non purgat errorem, nec ignorantiam fa-
cti, ſed debet adeſſe particularis certifica-
tio, vt notat Brunor. loco cit. & ante ip-
ſum probarunt Nicol. de Matth. & Bald.
in l. 2. nu. 8. verſ. quintò quæro. C. de re-
ſcind. vend. vbi Caſtrenſ. nu. 9. Iaſ. Bart.
Alex. Tiraquell. Roland. Pancirol. & alij
penes Mart. d. clauſ. 162. præcipuè nu. 23.
23 cum ſeqq. & in ſpecie nu. 26. † quòd ex de-
fectu conſenſus, & ſic in non cogitatis ni-
hil operatur; quod hodie eſt manifeſtum;
quòd tales clauſulæ apponuntur de ſtylo
notariorum in omni contractu, & ſic non
eſt facienda multa vis in talibus renuncia-
tionibus, vt latiſſimè Tuſch. vbi ſupra
concluſ. 304. vt alios ſileam in re clara;
24 † & ideò potius conſideranda eſt cauſa
cōtractus, nam eadem facilitate, qua quis
inducitur ad contrahendum, inducitur
etiam ad faciendam quamlibet renuncia-
tionem; nec iuramentum aliquid facit;
quia ipſum regulatur ſecundùm naturam
contractus, & ad ſummum ſatis eſt abſolu
tio ab ipſo iuramento, vt dixi ſupra par. 8.
q. 5. & conſ. 42.

Poſtremò, omiſſis alijs clauſulis, quæ
videri poſſunt penes citatos Autores, præ-
cipuè penes Brunor. in verbo clauſula,
à fol. 33. ad fol. 37. & penes Marth. in tot.
illo tract. de clauſul. hoc ſolum aduerto,
25 † quòd in omni contractu, & in qualibet
diſpoſitione intelligitur appoſita clauſu-
la, rebus ſic ſtantibus, ſiue rebus in eodem
ſtatu permanētibus, vt dixi conſ. 1. & 39.
ſiue ſit contractus iuratus, ſiue non. l. fin.
ff. ad municip. l. fin. C. de non num. pecun.
c. 2. de renunc. c. quemadmodum, de iure-
iur. Anchar. Dec. Iaſ. Ruin. Crauet. Natt.
Tiraq. & alij, vt per Cacheran. deciſ. 91.
num. 2. & alij plures, quos probat Marth.
d. par. 1. clauſ. 123. vbi plures deciſiones
cumulat. ſed plura dixi d. conſ. 39. latiſſi-
mè Tuſch. vbi ſupra concluſ. 300.

SVMMARIVM.

Lacerans inſtrumentum, vel aliã ſcripturam, ad quid teneatur in vtroque foro, traditur nu. 1. & 2. Qua pœna puniatur in foro exteriori, traditur nu. 3. & ſeqq. vbi quid in facto euenit, recenſetur.

Occultans alienum inſtrumentum qualiter puniatur, & ad quid teneatur parti læſæ, traditur num. 6. cum ſeqq.

Occultatio, vel laceratio inſtrumenti, quo animo præſumatur facta, traditur num. 8. cum ſeqq.

QVÆST. XXI.

1 VIceſimo primò quæro, lace-
rans, vel occultans inſtru-
mentum alienum, qua pu-
niatur pœna? Poſui hanc
quæſtionem tam in laceran-
te, quam in occultãte, quia hæc duo æqui-
parantur in iure noſtro, vt in l. Paulus. ff.
ad leg. Cornel. de ſycar. quæ quidem quæ-
ſtio in vtroque foro examinari poteſt.
2 Quòd attinet ad forum exteriorem, qui
malo animo lacerauit, ſurripuit, vel occul
tauit inſtrumentum alterius, non ſolùm
tenetur ad totale intereſſe parti læſæ, ſed
etiam puniri poteſt pœna falſi, ſic probat
tex. in d. l. Paulus. & in l. eum, qui. C. eod.
3 tit. † quæ quidem pœna eſt arbitraria cir-
ca modum, videlicet, ſecundum qualita-
tem perſonæ lacerantis, ſecundum locum
lacerationis, & attento etiam loco, in quo
lacerauit, vel ſurripuit, vt ſi coram Iudi-
ce, quoniam tunc grauius puniretur, vt
probauit Ioan. Andr. in c. accepimus. nu.
6. de fid. inſtrum. Bald. & alij plures, quos
ſequitur Maſcard. in tract. de probat. cõcl.
961. lacerans inſtrumentum. nu. 5. Felyn.
Crauett. & alij, quos probat Farinac. cõſ.
4 43. tot. & conſ. 50. & alij. † Et ſcio, quòd,
dum quidam procurator bonæ qualitatis
allegaſſet quendam Conſiliarium ſuſpe-
ctũ, & comparitio conſeruabatur per Se-
cretarium Sacri Conſilij, qui habebat pe-
nes ſe dictum proceſſum, cum dictus pro-
curator in præſentia dicti Secretarij ac-
cepit dictam comparitionem, & ſubſtulit
à proceſſu, quaſi per imperium, niſi pro-
curator ille ad quandam Eccleſiam con-
fugiſſet, ſine dubio ibat in Galileam; ſed,
elapſis quibuſdam menſibus, fuit negotiũ
ſopitum gratioſè; fuit enim illi condona-
5 ta culpa, † ex quo dicebatur illud feciſſe
calore iracundiæ, quo caſu mitius punire-
tur, non autem pœna falſi, vt docent præ-
narratti DD. quod eſt notandum, quia
multoties euenire ſolet, & in lacerante
libros gabellæ, qua pœna puniatur, latiſſi-
mè Theſaur. deciſ. 171. vt pœna falſi pu-
6 niatur. † Iddem, vt dixi, in occultante in-
ſtru-

ſtrumentum alienum, vt teneatur parti ad totale intereſſe, habetur in iuribus citatis, & notant omnes Auctores deſuper allegati, & Farinac. d. conſ. 50. nu. 9. ſic iudicatum refert in d. Curia Romana, & hoc eſt manifeſtum, vt damnum emendet, qui illum dedit.

7 Procedunt prædicta etiam ſi quis voluntariè in iudicio fuerit confeſſus ſe tale inſtrumentum laceraſſe, vel occultaſſe etiam calore iracũdiæ; nam hæc confeſſio ſolùm poteſt illum excuſare ab acerbitate pœnæ, vt dictum eſt, non autem ab emendatione damni, & ita conſultus reſpondi, & ſic executum fuit annis elapſis per quẽdam ſupremum Iudicem in hac Ciuitate, mitigauit enim pœnam laceranti inſtrumentum; & ſi bene recordor, fuit pœna exilij; condemnauit tamen illum ad totale intereſſe, & cum hac occaſione ſcripſi hoc conſilium, quod ſummariè volui hic referre pro facti veritate.

8 Inſuper quia hæc laceratio, vel occultatio inſtrumenti in dubio pręſumitur facta dolo lacerantis, & animo occultandi veritatem in beneficium lacerantis, & in damnum alterius; ideò ſtatur in hoc iuramento damnum paſſi; & laceranti, & occultanti incumbit onus probandi contrarium tam de iracundia, quàm de minore quãtitate damni ſucceſſi ex tali laceratione, vt probauit Felyn. in c. accepimus. nu. 13. de fid. inſtrum. Afflict. deciſ. 330. nu. 3.
9 poſt alios Farinac. d. conſ. 43. nu. 25. † In foro tamen conſcientiæ, quia in eo attenditur veritas, & ceſſant præſumptiones, ideò ſolum debetur parti læſæ verum intereſſe: ideò ſi exhibeat inſtrumentum, vel ſuis expenſis reaſſumeret ex prothocollo notarij; nec pars contraria aliud damnũ paſſa fuerit, hoc ſatis erit: ideò debemus conſiderare damnum paſſum, vt eſt damnum emergens; ſic etiam lucrum ceſſans, & expenſæ ex dicta cauſa factę, etiã ſi notarius ſit ille, qui lacerauit, vel occultauit, vt fundauit Syluester In verb. tabellio. q. 8. Nauarr. in manuali. cap. 25. nu. 53. Tolet. in ſum. cap. 16. Sayr. lib. 12. Clauis Regiæ cap. 25. nu. 9. & alij paſſim.

10 Ex quo ſequitur, quod ſi ex confeſſione facta in iudicio ab ipſo lacerante, vel occultante inſtrumentum, pars aduerſa nullum patiatur damnum, & iddem conſequitur, quod habuiſſet ex illo inſtrumẽto, non deberetur dictę parti lęſę aliud intereſſe, & ita iuris mihi eſſe videtur.

11 † Iddem eſſet ſi laceratio, vel combuſtio non eſſet in loco, quo pars lædatur, tunc enim nec pœna falſi puniretur. gloſ. in l. damus. in verb. priuatas. C. de falſ. Azo. Caſtrenſ. Soc. ſen. Salyc. Bart. Clar. & alij penes Brunorum à Sole in compend. propoſit. iur. in verb. lacerans. ſed non credo, vt euaderet omnino impunis, poſſet enim arbitrariè puniri ſecundùm qualitatem lacerationis, vt non detur alijs occaſio delinquendi.

SVMMARIVM.

Paritas votorum cur poſita ſit in hoc tractatu, traditur nu. 1.

Maior pars Iudicum, quod facit, eſt exequendum. num. 2. Procedit etiam in receptione nouitiorum, & in profeſſione. nu. 4.

Iudices, ſi ſint diſcordes in condemnando aliquem ad certam quantitatem, an valeat ſententia. num. 3.

Iudices ſi ſint in pari voto, recurritur ad ſuperiorem, qui vel ad ſe auocat cauſam, vel dat adiunctos. nu. 5. & 6. Quid ſeruetur in Collaterali Conſilio traditur nu. 7. Quid in Sacro Conſilio num. 8. & 10. Quid in Regia Camera traditur num. 11. Quid in Mag. Cur. Vic. nu. 12. Quid in Regijs Audentijs. num. 13. Quid in cauſis huius Ciuitatis? nu. 15. & ſeqq.

Papinianus propter eius excellẽtiam in paritate votorum valebat pro duobus ſuffragijs. nu. 9.

Paritas votorum, qualiter terminetur in omni negotio, declaratur nu. 5. cum ſeqq. Si accidat in Rota Romana, Auditores Rotæ iterum ſe congregant. nu. 14. Quid ſi eueniat in negotijs huius Cĩuitatis? traditur nu. 15. & ſeqq.

Recurſus an haberi debeat ad Principem in omni negotio? traditur nume. 17. & 18.

Prorex in paritate votorum in negotijs Ciuitatis, dum Deturiones ſunt in paritate votorum, ius non acquirit, niſi requiſitus; & ratione probatur. num. 18. & 19.

Iudex, debens aliquid facere, debet eſſe requiſitus, aliàs nec culpam, nec pœnã incurrit. nu. 19.

In electionibus qualiter detur gratifica-

tio

tio in paritate votorum, traditur num. 20. An nobiles tunc præferri debeant, traditur nu. 21. Quid in electione Imperatoris fiat, ſi electores ſint in pari voto, traditur ſub d. nu. 21.

Paritas votorum an iudicio ſortis terminari poſſit. num. 22. Si eueniat in receptione nouitiorum, vel in illos admittendos ad profeſſionem quid faciendũ ſit, traditur num. 23. cum ſeqq. An in paritate votorum dicatur aliquis electus, traditur nu. 31.

Electores Religioſi in recipiẽdis nouitijs, & in illis admittendis ad profeſſionẽ, ſi ſint in paritate votorum, an poſſint denuò ſe congregare, explicatur varijs modis in diuerſis religionibus, & in qua profeſſione eueniat. nu. 23. cum ſeqq.

Iudex poteſt reformare ſuam ſententiã, & ratione probatur. ſub nu. 24.

Profeſſio alia eſt expreſſa, & alia tacita. num. 27. remiſſiuè. Poteſt etiam fieri ſub conditione, quod explicatur num. 28. cum ſeqq.

Eligendi ius an competat ratione iuriſdictionis, vel ratione officij, ſiue dignitatis, traditur nu. 29.

Scrutinio publicato, an poſſint electores variare votum, explicatur nu. 3.

Profeſsio poteſt fieri cum triplici conditione, & an vitietur per conditiones, vel vitientur conditiones? explicatur nu. 32. cum ſeqq.

Conditio an vitiet profeſsionem, vel vitietur. nu. 33. Quid ſi eſſet conditio reſolutiua, & quænam ſit iſta conditio traditur nu. 35. Quæ dicatur conditio contra eſſentialia profeſsionis, traditur num. 33. Quæ contra regulam, traditur nu. 36. Et quæ nec contra regulam, nec contra tria vota religionis, explicatur nu. 37. cum ſeqq. Vbi etiam declaratur, ſi ex parte Prælati ſit adimplenda huiuſmodi conditio.

Prælatus an teneatur admittere profeſſionem conditionatam, traditur nu. 37. cum ſeqq.

Actus agentium non operetur vltra illorum intentionem nu. 39.

Conditio ſuſpendit obligationem, etiam in profeſsione. nu. 41. & 42.

QVÆST. XXII.

1 VIceſimoſecũdò pro complemento huius tituli quæro, quid faciendum ſit in paritate votorum? Hæc quæſtio non eſt in totum aliena ab hoc titulo; nam pluries in eo fuit facta mentio de Iudicibus, ſic etiam de Curialibus, quòd eligebantur à Ciuitate, & quòd plures debebant interuenire in celebratione actus, & ſic de alijs: & quoniam in prędictis, vel eorum ſingulis poteſt eſſe diſcordia inter Electores, vel Iudices, & quòd ſint in paritate votorum, quid tunc faciendum ſit, eſt aperiendum.

Pro dicendis in hac quæſtione ſuppono vnum, apud omnes certiſſimum, quòd,
2 † dum ſunt plures Iudices deputati in aliquo negotio, tunc quod facit maior pars ipſorum, id exequendum eſt, quod eſt ma-
3 nifeſtum penes omnes, adeò vt, † ſi eſſent tres Iudices, & vnus abſolueret reum, alter illum condemnaſſet in quinquaginta, & alter in triginta; reus remaneret condemnatus in triginta, quia in hac ſumma condemnauit etiam alter Iudex, qui condemnauit ad quinquaginta, nam in maiori ſumma ineſt minor, vt latiſſimè probat Caſtrenſ. conſi. 145. Videndum eſt. lib. 2. Socin. conſi. 54. per tot. lib. 1. quos probat Tuſch. in verb. Iudices plures dati. concl. 419. num. 13.

4 Procedit etiam in negotijs Eccleſiaſticis; & etiam in receptione nouitiorum, vel in eos admittendos ad profeſſionem, quandò in his actibus totum capitulum domus interuenire debet; nã quod à maiori parte capituli fit, id exequitur, quia illud tantùm dicitur factum capitulariter, vt probat Nauarr. in tit. de regular. lib. 3. conſi. 62. probant etiam Sot. & alij, quos ſequuntur Ludouic. à Mirãda in manual. Prælator. par. 1. q. 24. art. 4. Azor. part. 1. moral. lib. 12. cap. 5. q. 3. & 7. Tuſch. in verb. profeſſio. concl. 880. nu. 8. Diuerſos alios caſus recenſet Tuſch. in d. verb. Iudices plures dati. concluſ. 419. ideò eos omitto, & deuenio ſolùm ad paritatem votorum.

5 Dico igitur primò, quando ſunt duo Iudices in eadem cauſa, ſi diſcordant, & ſic remaneant in pari voto, neutra ſententia valet, nec ab ea appellari poteſt antequàm altera ſit confirmata per delegantẽ,

ſiue ſuperiorem,ad quem tunc recurri de-
bet,ita Io. Andr.in c. fin. de re iudic. Bart.
& omnes in l. duo Iudices. ff. de re iudic.
Alex.conſ.110. Adeò grauis. vol.6. Tuſch.
d.concl.419. nu. 15. & ſeqq. & alij, quos
probat Marc. Anton. Surgens libr.1.de
Neapol. illuſtr. cap. 25. num.25.& ſeqq.
6 † & in particulari, quando Iudices ſunt
in paritate votorum, Princeps auocat cau
ſam ad ſe in quibuſdam cauſis grauibus,
& mandat, vt Iudices ſigillatim, & ſeor-
ſum vota ſua tranſmittant, & poſtea ad
tollendas querimonias nouos adiungit Iu
dices, cum quibus cauſa terminatur, vt eſt
7 notoria praxis. † Regulariter tamen ſi pa
ritas hæc acciderit in Collaterali Conſil.
tunc Dominus Prorex dat adiunctum ad
eius libitum, & regulariter aut eſt Præſes
Sacri Conſilij, aut Locumtenens Regiæ
Cameræ, aut eſt vnus ex Regijs Conſilia-
rijs, aut ex Præſidentibus Regiæ Cameræ,
& quando cauſa eſt grauis, dantur tres, vel
plures adiuncti, & vt dixi, hæc eſt notoria
praxis.
8 In Sacro Conſilio olim in paritate vo-
torum ſi Præſes interueniebat, ad quam
partẽ ipſe inclinabat, iudicabatur maior
pars propter eius dignitatem, & præſtan-
9 tiam, † prout olim tribuebatur Papinia-
no: nam in paritate votorum illa pars po
tior erat, in quam ipſe inclinabat. l. 1. §.
cumque hæc materia. C. de veter. iur. enu-
clean. cum alijs relatis per Surgentem d.
10 cap.25. ſub nu.28. † Sed hodie ex diſpoſi-
tione Regiarum pragmaticarum, & ex
notoria praxi tam in cauſis criminalibus,
quam in Ciuilibus in paritate votorum
dantur adiuncti per Excellentiſs. Domi-
num Proregem, vt in pragm. 1. §. 7. de cau-
ſis decidendis.
11 In Regia Camera Summariæ ſi paritas
votorum ſuccedat in cauſis fiſcalibus, cen
ſetur iudicatum contra Fiſcum, ex regula
tex. in l. non puto. ff. de iur. fiſc. Barto. in l.
iuriſperitus. ff. de excuſatio. tutor. Afflict.
deciſ. 165. Surgens ſub d. num. 28. de qua
materia dicemus aliqua ſuo loco, & an
procedat in omnibus cauſis, interim tamẽ
videantur Tuſch. in verb. Fiſcus. cõcl. 383
cum ſeqq. Mantic. de tacitis, & ambig. cõ-
uent. lib. 11. nu. 25. & 26. Si verò eſſemus
in cauſis priuatorum, vt ad caſum reuer-
tar, tunc datur adiunctus per Dominum
Proregem, vt notant Auctores citati, &
eſt etiam praxis notoria in dicta Regia
Camera.

12 In Magn. Cur. Vicariæ ſeruatur, quòd,
ſi paritas ſuccederet in cauſa criminali re-
gulariter Regens eiuſdem Magnæ Curiæ,
audito Fiſci Patrono, vocat aliquem ex Iu
dicibus Ciuilibus, & in Ciuilibus aduocat
vnum ex Iudicibus cauſarum criminaliũ,
vt ſic tollatur paritas, & ſententia fiat, vt
habentur aliqua in pragm. 5. de offic. Ma-
giſtri Iuſtitiar. Multoties tamen Fiſci pa-
tronus dictæ Mag. Cur. præcipuè ſecundũ
qualitatem rerum, & cauſarum recurſum
habet ad Dominum Proregem, a quo im-
petrat aliquem ex Regijs Conſiliarijs pro
adiuncto, & hæc, vt dixi, in dictis tribuna-
libus, eſt praxis notoria, vt etiam aduertit
Surgens loco cit.
13 In Regijs Audientijs Prouinciarum
Regni, dum Auditores ad inuicem con-
tendunt, & ſic eſſent in pari voto, mit-
tuntur vota ad Dominum Regni Prore-
gem, qui, ſi res illa, de qua diſceptatur, ſit
criminalis, eam delegat vni ex Iudicibus
Criminalibus Magnæ Curiæ. Si verò eſſet
ciuilis, illam delegat vni ex Iudicibus Ci-
uilibus eiuſdem, qui eam terminet, &
hoc iure vtimur, vt in pragmat. 5. de offic.
Iuſtitiar.
14 Romæ tamen in Rota, audiui ſolitum
eſſe practicari, quòd, ſi Reuerẽdiſſimi Ro-
tæ Auditores ſint in pari voto, nullus da-
tur adiunctus, ſed iterum cauſa diſcutitur,
& votatur ab iiſdem Auditoribus, vt ſic,
negotio melius diſcuſſo, determinet quid
melius iudicandum ſit, & decernendum
ſecundum diſpoſitionem vtriuſque iuris.
15 Dico ſecundò, in cauſis huius Ciuitatis,
quando Decuriones congregantur, vel
Equites Sedilium pro aliquo negotio, &
ſunt in paritate votorum, ſi id eueniat in
Tribunali Diui Laurentij, vbi Electi Ci-
uitatis congregantur pro negotijs eiuſdẽ
Ciuitatis, etiam ſi id eueniat cum interuẽ-
tu Collateralis Conſilij, itur ad Dominũ
Proregem, & coram eo negotium termi-
natur. Si in autem paritas eueniat inter ſex
deputatos alicuius Sedilis in creandis of-
ficialibus in aliquo Sedili pro publico be-
neficio, tunc moris eſt congregari omnes
nobiles illius Sedilis, & quod maior pars
illorum terminauerit, adhærendo parita-
ti, id executioni demandatur, quod etiam
procedit in quocunq; negotio, quod tra-
ctatur per ſex viros deputatos cuiuſcunq;
Sedilis, quamuis differenter ſoleat hoc
practicari in ſingulis Sedilibus: Sed ordi-
16 nariè hoc iure vtuntur. † Si verò paritas
oriatur

oriatur inter ſe ſuffragia eiuſdem Ciuita-
tis, nempe, in quinque Sedilibus, & in
ſexto populari, regulariter tunc cauſa co-
gnoſcitur coram eodem Domino Prore-
17 ge ex illo Axiomate, † quòd in quocunq;
ferè negotio tam iudicialiter, quam ex-
traiudicialiter peragendo, regulariter ad
Superiorem habetur recurſus, vt patet
ex dictis nu. 5. & poſt Iaſon. in l. fi. ff. qui ſa-
tiſdar. cogan. Corſet. in tracta. de poteſt.
Reg. quæſt. 27. Caſſan. in Catalog. glor.
mund. par. 5. conſideratione 24. nu. 176.
18 notat Surgens loco cit. ſub num. 29. † At-
tamen in hoc caſu non acquiritur ipſo iu-
re poteſtas Proregi; ſed, ſi Sedilia, & Ele-
ctus populi ad illum haberent recurſum,
& nullum aliud haberent remedium: nā
quando ad Iudicem habetur recurſus, cla-
rum eſt, vt ſit remedium ſubſidiarium, &
19 ad petitionem partis, & ideo, † ſi Iudex
non fuerit requiſitus, nec culpam, nec pę-
nam incurrit. Iaſ. in l. vniuerſa. col. 1. & 2.
C. de precib. Imper. offerend. poſt alios
Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 541. nu.
15. & ideò, ſi aliquis interim haberet re-
curſum ad Dominum Proregem, & inte-
rim Ciuitas de nouo ſe congregaret, ante-
quam Superior apponeret manus in dicto
negotio paritatis, eſſet expectādus exitus,
& concluſio eiuſdem Ciuitatis, & ideo de
hoc menſe Septembris huius anni 1616.
dum creabatur Secretarius Ciuitatis, etiā
ex parte Populi erat vnus iam electus, qui
habebat etiam ſuffragium vnius ex Sedili-
bus, & iam vnus habebat ſuffragia trium
Sedilium, & dubitabatur de paritate vo-
torum, iam populus mutauit ſuffragium,
illudque dedit illi, qui tria habebat ſuffra-
gia, & ſic licita fuit mutatio, quia adhuc
vnum ex Sedilibus debebat congregari,
& ideo ſequitur, quod dixi, vt recurſus ad
ſuperiorem ſit omninò ſubſidiarium; &
mutatio datur antequam plene acquira-
tur ius alteri ex publicatione ſcrutinij, vt
dixi nu. 30. & ſeqq.

20. In electionibus, & ſic in materia gra-
tioſa, & tunc datur gratificatio à ſuperio-
re. l. fin. vbi gloſ. ff. de religioſ. & ſumpt. fu-
ner. c. cùm autem, & ibi gloſ. de iur. patro-
nat. Dec. conſi. 129. num. 1. Reſtaur. in
tract. de Imperat. quæſt. 61. & 62. Iaſ. Caſ-
ſan. & alij penes eundem Surgent. vbi ſu-
21 pra num. 27. † qui etiam docent, vt regu-
lariter nobiles ſint præferendi in tali pa-
ritate, quod etiam latiſſimè proſequitur
Andr. Tiraquell. in tracta. de nobilit. cap.
20. num. 1. & ſeqq. & num. 37. cum ſeqq.
& ideò ſi Electores Imperij eſſent in pari
voto, & duos elegiſſent, nempe tres vnū,
& tres alterum, ambo dicuntur electi, &
ambo adminiſtrant, donec Summus Pon-
tifex vnum ex illis confirmet, ita gloſ.
communiter recepta in clemen. 1. §. porrò
in verb. Reges. de iur. iuran. Caſtald. in
tract. de Imperatore quæſt. 70. Azor. par.
2. moral. lib. 10. cap. 6. quæſt. 2. §. inſuper
quæri ſolet.

22 Inſuper ex votorum paritate ſolet etiā
res dubia etiam alijs iuris remedijs diri-
mi ſecundùm qualitatem perſonarum, &
rerum, vt patet ex prædictis, & ex alijs
multis exemplis, quę penes eoſdem aucto-
res videri poſſunt, & multoties via media
more ruſticorum dirimitur, iuxta gloſ. in
l. Neſennius. ff. de negot. geſt. l. in tribus. ff.
de iudic. Bald. & Iaſ. in l. fin. C. commu. de
legat. Deci. in l. precibus. C. de impub. &
alijs ſubſtitut. vbi etiam habetur, ut etiam
ſorte dirimatur, ut poſt alios not. Surgēs
ſub d. num. 27.

23. Ex dictis colligi poteſt quid dicendum
ſit in receptione nouitiorū, vel in admit-
tendis nouitijs ad profeſſionem, & regu-
lariter ſtandum eſt regulis, & conſuetudi-
ni cuiuſcunque Religionis, iuxta tex. in c.
24 cùm olim, de conſuet. † & in noſtra Re-
ligione eſt diſpoſitum per noſtras Conſti-
tutiones par. 2. cap. 5. §. 1. quòd, ſi in aliqua
domo ſit vnus Pater Vocalis, & Pater
Prępoſitus, & in prædictis eſſent in pari
uoto, negotium defertur ad Patrem Ge-
neralem, & quod ille decernit, id exequi-
tur; qđ intelligitur, (& ſic ēt uidi practi-
catū,) quoties inter ſe non conueniunt,
ex illis uerbis cōſtitutionis (uocalis ille cū
Prępoſito non conſentiat) non tamen per
hoc eſt eis inhibitum, quin iterum poſſint
ſe congregare, ut diſcuſſo melius negotio,
aliquis ex eis mutet ſententiam, ſiue uotū,
ut uel ingrediendus recipiatur, uel exclu-
datur, & nouitius uel admittatur ad pro-
feſſionem, uel à religione eijciatur: nam
etiam Iudex, qui malè tulit ſententiam,
poteſt mutare ſuam uoluntatem, & in
melius illam reformare. Ancharan. conſi.
67. in principio, quia magnæ ſapientię eſt
reuocare male geſta. cap. magna. 22. quęſt.
3. Abb. & alij, quos probat Tuſch. in
in uerb. mutare. concluſ. 435. præcipuè
25 num. 6. cum ſeqq. † & talis mos in pari-
tate uotorum, ſiue ſuffragiorum, ut iterū
ſe congregent Patres, ad quos ſpectat, ut

audiui, practicatur in diuerſis alijs reli-
gionibus, & iure quidem, ut ex prædictis
cernitur, quia, ſi loquamur de acceſſu ad
Superiorem, ille eſt remedium ſubſidia-
rium, & locum habet quoties ceſſat aliud
remedium, & quoties partes nolunt de-
nuò ſe congregare, ut multoties ſuperius
notatum eſt, præcipuè num. 18. & ſeqq.
Si dicamus, ut Electores in hoc caſu ſe ha-
beant loco Iudicum, & tunc duo reſultãt.
Primò, ut in paritate uotorum pro neu-
tra parte ſit concluſum, nec deciſum, &
ideò uel itur ad Superiorem, ut dẽtur ad-
iuncti, ut patet ex dictis num. 5. cum ſeqq.
uel denuò ſe congregant, ut de Autoribus
Rotæ dixi ſuperius nu. 14. Et hoc eſt me-
26 lius remedium, † quæ recenſui occaſione
27 prædictorum, † & procedunt quòad ex-
preſſam profeſſionem, ut patet, nõ autem
quòad tacitam, de qua plura dixi conſ. 49.
& plura etiam de illa tractant Tuſch. in
uerb. profeſsio. concluſ. 889. cum ſeqq. Sic
etiam prædictus Auctor Manualis Præla-
torum. par. 1. quæſt. 25. cum ſeqq. Verùm
tacita profeſsio requirit omnia diſcuſſa
dict. conſi. 49. & proinde, ut elapſo anno
probationis, utatur habitu profeſſorum,
& admittatur ad functiones, ſiue actus,
fieri ſolitos à ſolis profeſsis, & conſequen
ter arbitrio boni uiri hoc iudicandum eſt,
nec de facili eſt iudicandum fuiſſe indu-
28 ctam profeſsionem tacitã. † qui & DD.
tractant, quòd expreſſa profeſsio poteſt
fieri ſub conditione, de qua materia latiſ-
ſimè habetur in dicto Manuali in tract. de
Monialibus quæſt. 1. artic. 5. per totum.
aliqua etiam ponit Leſsius lib. 2. de iuſt. &
iur. cap. 41. ſub num. 62. §. 8. ut nulla adſit
conditio; Sed quia multi confusè loquũ-
tur, & paucis; multi uerò nimium ſe extẽ-
dunt, ideo reaſſumam magis neceſſaria ad
hoc explicandum, dum de illa accidit ſer-
mo, reſoluto prius quoddam oppoſito cõ-
tra reſolutionem ſuperius datam circa
electionem de paritate uotorum. Et ad-
29 uertendum eſt, † quòd ius eligẽdi potius
denotat officium, ſiue quandam dignitatẽ
inter alios de capitulo; quam iuriſdictio-
nem, ut optimè aduertit Azor. par. 2. mo-
ral. lib. 6. cap. 14. quæſt. 14. Regulariter
enim, qui eligunt Prælatum, uel alias per-
ſonas, non habent iuriſdictionem, quàm-
uis in aliquibus caſibus hoc nõ procedat,
ſed hoc non attinet ad noſtrum propoſi-
tum.
30 Eſt igitur oppoſitio ex tex. in cap. publi-
cato ſcrutinio. de elect. quo ſancitur, ut pu
blicato ſcrutinio, non poſsit reuocari, uel
mutari ſuffragium ſemel datum. Igitur
non datur uariatio, & conſequenter non
poſſent Electores denuò ſe congregare,
& iterum eligere. Verùm hæc oppoſitio
continet fallaciam, ex quo tunc tantùm
non poteſt uotum uariari, uel mutari, ſi
facta fuiſſet electio, & ſic loquitur tex. &
glo. in uerb. uariare, rationem reddit, quia
res non eſt integra, & nemo poteſt muta-
re conſilium in alterius præiudicium, &
quamuis per publicationem ſcrutinij nõ
ſit plenè acquiſitũ ius electo, poteſt tamen
haberi recurſus ad ſuperiorem, per quem
Electores compellantur habere ratam
electionem factam, Gemin. conſi. 84. num.
13. Tuſch. uerb. electio. concl. 77. Sed quã-
do res eſt integra, nec facta eſt aliqua ele-
ctio. Tex. non prohibet, quin electores
iterum ſe congregent, imò potius per-
mittit; quod probant ibi communiter
Doctores, & notat etiã aliqua prædictum
manuale prælatorum par. 2. quæſt. 23. art.
24. Et patet ad ſenſum, & ex dictis etiam
ſub num. 19. nam eſſet ridiculum aſſerere,
ut ſemper quòd ſcrutiniũ publicatur, non
poſſent electores iterum ſe congregare,
& electionem facere, quia ſic ſemel tãtùm
poſſent ſe congregare, & non toties quo-
ties fieret electio, & conſequenter intelli-
gitur, ne detur talis mutatio, & prohibeã-
tur denuo eligere, publicato ſcrutinio, vi-
delicet in præiudiciũ electi, & nõ aliter.
31 Et confirmatur, quia licèt olim fuiſſet
quæſtio inter Canoniſtas in materia ele-
ctionum, & quaſi pro maiori parte con-
cludebant, vt non ſolùm requireretur ma
ior, ſed etiam ſanior pars eligentium ad
electionem faciendam, adeò vt pluris fa-
ciebant multi de ſaniori, quàm de maiori
parte Capituli, & proinde in paritate vo-
torum ille dicebatur electus, qui ſaniorẽ
habebat partem, quæ ſanior pars diceba-
tur vel reſpectu meriti, & zeli ipſius ele-
cti, vel eligentium, vt ex communi proba-
uit Alex. conſ. 192. vol. 6. de quo meminit
Tuſch. in verb. electio. concl. 65 qui etiam
dicunt, hoc vix verificari poſſe in electio-
ne per ſcrutinium, quia illa fit ſecretò, &
ſic eſſet neceſſarium, vt manifeſtarentur
vota, & vnuſquiſq; verificaret ſuum votũ;
vtcunq; ſit; hoc hodie non eſt in vſu, quia
non attenditur ſanior pars, ſed maior ra-
tione numeri, ita vt ſi ſex eſſent electores,
quatuor ſuffragia eſſent neceſſaria ad fa-

ciendam

ciendam electionem, vt poſt plures probat manual. Prælat. par.2.q.23.ar.27. & alij, & ſunt iura manifeſta in c. quia propter. de elect.clem.exiui.§.demum.de verborum ſignif. vbi valet electio, quæ a maiori parte Capituli in numero fit, nulla zeli, vel meriti collatione, aut conſideratione habita, & ita ſeruatur: & proinde non dicitur actus capitulariter geſtus, nec capitulariter concluſus, niſi maior pars capituli concurrat ad talem electionem, vt probãt iura citata in d. c. quia propter. & in d.§.demum.& tot.tit.de his, quę fiũt a maiori par.cap. quo fit, vt in paritate votorum nouitius non ſit incluſus, nec excluſus, & ſic inter eligere, & non eligere, ſeu recipere, & eijcere, detur medium, vt non ſit incluſus, neque excluſus, ſiue non ſit receptus, neque reiectus, & conſequenter iterum debent ſe congregare, & electionem facere, vt melius diſcuſſo negotio, vel recipere, vel eijcere nouitium, & ita fuit etiam reſolutũ per plures eximios viros, quos in hac difficultate conſului, & cõſulere feci, & licèt nõ adſit particularis deciſio, non potuimus pro nunc illã inuenire, vel euenit, quia hoc DD. habuerunt pro abſoluto, vt dixi de diſpoſitione, quæ fit per nouitium, par. 3.q.8.ſi ſapiat naturã contractus, vel quia multoties non poſſumus eas inuenire, vt dixi eadem par. 3. quæſt.22.num.23.in fi. vol.1.& amplius, quia deciſio vnius Doctoris, qui non habet contradictorem, habet vim textus, vt dixi in eod.1.vol.par.1.cap.5. num.38.& alibi.

Redeundo igitur ad propoſitam dubitationem de profeſſione conditionata, di-
32 co, tripliciter id eueniri poſſe. † Primò, vt conditio non ſit contra eſſentiam, ſiue ſubſtantiam voti religionis, ſeu profeſſionis. Secundò, vt ſit contra regulam religionis, quam quis profitetur. & tertiò, vt ſit contra eſſentialia profeſsionis. Si conditio ſit hoc tertio modo, vel vitiatur, vel vitiat: ſi primo, vel ſecundo modo, profeſſio tenet, & conditio eſt adimplenda: ita notant citati Auctores, ſed exemplis prædicta omnia magis intelligentur.

33 Conditio contra eſſentialia profeſſionis, ac voti ſolẽnis, eſt, ſi profiteri volens reſeruaſſet ſibi aliquid contra tria vota, nempe, contra votum obedientiæ, vt non faceret voluntatem ſuperioris, uel contra uotum caſtitatis, ut liceret ſibi ducere uxorem, vel contra uotum paupertatis, vt, etiam inuito Prælato, liceret ſibi ſua bona retinere, ac poſsidere, & in futurum etiã acquirere. (Dixi, inuito Prælato, quia ſi cum eius licentia reſeruaſſet ſibi poſsidere illa bona, eaq; adminiſtrare ad ſuperioris libitũ, & nutũ, non eſſet contra uotum paupertatis, ut ſuppono, & cõueniunt in
34 hoc omnes) qui etiam docent, † quòd ſi quis emittat profeſsionem, altero de prædictis modis contra tria vota religionis, ſi conditio non ſit reſolutiua profeſsionis, reijcitur conditio, & valet profeſſio; ſi verò ſit conditio reſolutiua, tunc, ſecundùm receptiorem ſententiam, vitiaretur profeſsio. ita Abb. in c.fin. de condit.apposit. poſt gloſ.ibid.& Card. Sylueſt.& Couarr. quos probat Mirand. d. art.4. in 3.concl. Quamuis Io.And.Hoſtien.& alij teneant oppoſitum, quos dictus Mirand. refert d. art.4.concluſ.1.§.ſecunda opinio, & in 2. concl.dicit eorum opinionem eſſe probabilem, nempe, quòd etiam ſi eſſet conditio reſolutiua, uitiaretur conditio, & teneret uotum, ſiue profeſsio, ſed tutior eſt prima opinio; nemo enim contra propriam uoluntatem poteſt ad aliquid obligari, ut eſt uulgatum apud omnes: quam opinionem poſt Card.Calder. Ang. Nauarr. Tabien. & alios probãt Azor par.1.moral.lib.12. cap.5. quæſt.2. Sayr.lib.6. Clau. Reg. c.8. nũ.3. Leſs. d.cap.42. ſub num.62.§.8.& nu.70.& 71.& faciunt latiſsimè tradita per Suarez tom.2. de relig. lib.4. de oblig. voti. c.17. Bart. Ang. & alij, quos probat Tuſch. verb. profeſſio. concl.885.

35 Conditio non reſolutiua eſt in propoſito, ſi profiteri volens, apponeret conditionem, quòd profitetur, ſi ei permittatur ducere vxorem, habere proprium, vel nõ obedire ſuperioribus, & tunc, vt dixi, valet profeſſio, & vitiatur conditio. Reſolutiua conditio eſt, ſi vlterius progrederetur, dicens, profeſſionem emitto, ſi mihi permittatur habere proprium, &c. & ſi mihi non permitteretur proprium habere, declaro, quòd aliter profeſſio ſit nulla, & nullius momenti, quia cum hac conditione, & non aliter intendo profiteri; & in hoc caſu remanet conditio, & vitiaretur profeſſio, vt de matrimonio habetur in d.cap.fin. vbi omnes, de cond.apposit. Sylueſt. in verb.religio, il terzo, quæſt.8. num.8. & alij deſuper citati, & eam probant omnes Auctores deſuper citati, qui nec etiam veniunt ad dictam cõditionem reſolutiuam, ſed ſimpliciter dicunt, quòd

ſi pro-

ſi profeſſio fiat altero de prædictis tribus modis contra ſolemne votum religionis, ſiue contra profeſſionem, profeſſio eſt nulla, & irrita, & tanto magis dum adeſt dicta conditio.

36 Conditio contra regulam religionis eſt, vt ſi quis profiteretur, v.g. regulam Sancti Franciſci, vt liceret ſibi carnibus veſci in omnibus ieiunijs, quæ non præcipiuntur ab Eccleſia, & cum dicta conditione profitetur, tunc talis profeſſio eſſet contra Regulam Diui Franciſci, nempe contra præceptum de ieiunio, contentum in eadem Regula.

37 Conditio, quæ non eſt contra eſſentialia profeſſionis, nec contra regulam, eſt, vt aduertit Mirand. d. art. 4. in 2. notab. ſi quis profiteretur cum hoc pacto, vt detur ſibi ſingulis annis licentia per Prælatum peregrinandi, ſeu inuiſendi parentes, vel aliud ſimile, nempè dummodo non diſcederet à tali loco, vel vt liceret ſibi confiteri peccata ſua tali Confeſſario, & ſic de alijs; clarum eſt enim, quòd hęc omnia, & ſimilia nec contra tria vota ſunt, nec contra regulam, quia multis datur licentia peregrinandi, ac inuiſendi conſanguineos; ſic etiam, vt certo determinato confeſſario eorũ peccata confiteantur; ſic etiam, vt in certo loco permaneant: & in his duobus caſibus, qui ſunt duo recenſiti num. 34. & ſeq. dicũt DD. valere profeſſionẽ; quamuis aliqui dicant, quòd ille profeſſus, ſi ſciebat ieiunia regulæ, ad illa teneatur; ſecus verò ſi, illa ignorabat, ita Mirand. d. art. 4. concluſ. 1. vbi citat Syluester verb. religio 10 3. q. 6. nu. 6. Panhormit. in c. fin. de condition. appoſ. & ſubdit, quòd hæc duo ſunt certa, ab omnibus Doctoribus communiter recepta, & de quibus nulli poteſt dubium euenire.

38 Verùm explicanda ſunt iuxta ſuperius tradita, prout iam illa explicant prædicti Doctores, nempè, in conditione ſimplici, ſecus tamen ſi eſſet conditio ſuſpenſiua, ac reſolutiua profeſſionis, nam illa reſoluit profeſſionem, ſi cogeretur profeſſus ſeruare ieiunium, ſiue aliud contentum in regula, dum expreſsè cum tali conditione profeſſionem emiſit, quam aliter non emiſiſſet, & eò magis, dum reſeruata, non ſunt contra regulam, nec contra eſſentialia voti ſolemnis, ſiue profeſſionis, & ideò per Prælatũ debẽt ei adimpleri, & obſeruari, & aliàs non teneretur ad profeſſionẽ; vul-

39 gatum eſt enim, † ut actus agentium non operetur ultra illorum intentionem. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. cũ uulg. alijs; & etiam quia nemo cõtra propriã voluntatem, pręcipuè in contractu libero, ut eſt profeſſio, ut ſciũt omnes, poteſt obligari,

40 † quæ eò magis procedũt ſi tempore profeſſionis emittendæ, ille talis, qui profeſſionem, ſic conditionatam emiſit, erat in poſſeſſione illorum, quę ſibi reſeruauit, & cum quibus emiſit profeſſionem, tunc enim aliud accedit, nempè, pactum, & promiſſio illi facta per eius Superiores, & ſic pacta ſeruanda ſunt. l. 1. ff. de pact. cũ uulg. alijs; quæ omnia, ut manifeſta, alijs non

41 comprobo auctoritatibus, † ſemper enim, obligatio nõ cogit, quandiu conditio manet in ſuſpenſo, & quandiu non impletur, ut notant Auctores citati, quando cõditio eſt contra eſſentiam uoti. nu. 33. & ſeqq. & præcipuè in caſibus deſuper expreſſis, dum eſt in poteſtate Prælati adimplere illam conditionem licitam; tunc

42 enim ſuccedit alia regula, † vt eo magis reſoluatur actus, dum quis non adimplet, quod adimplere poteſt ex parte ſua, & ſic ex volũtate vtriuſque contrahentis actus reſoluitur, quæ exceptio, vt dixi ſupra parte 8. queſt. 5. ſub nu. 1. cum ſeqq. nunquam tollitur etiam per ſtatutum, tollens omnem exceptionem. Quæ ſatis ſint, pro complemento huius decimę Partis, & incidenter hæc omnia iam diſcuſſi ex ratione indicata in principio huius quæſtionis.

LAVS DEO.

Finis decimæ Partis Conſuetudinum Neapolitanarum.

Imprimatur.
Alexander Boſch. Vic. Gen. Neap.

Aloyſius Riccius Canonicus Deput. vidit.
Ioannes Longus Canonicus, & Curiæ Archiep. Neap. Theologus Deput. vidit, & regiſtrauit fol. 35.

IVRIS RESPONSA D. ANDREAE MOLFESII.

SVMMARIVM.

NOuus vſus Capuana, & Nidi excludit parentes etiam à legitima liberorum nu. 1. excludit etiã auum, & auiam, quàmuis in capitulis matrimonialibus non fuerint præſentes nu. 18.

Trebellianica an iure probiberi valeat in filijs primi gradus nu. 2. 24. & ſeq.

Matrimonium contrahens, dicitur omnia pacta, appoſita in capitulis matrimonialibus approbare. nu. 3. 7. & 9. eò magis procedit, ſi ſcienter id faciat. nu. 12. 14. & ſeq.

Pacta, adiecta in contractu, ſunt correſpectiua ad contractum. num. 4.

Pacta, adiecta in capitulis matrimonialibus ſunt irreuocabilia, vti eſt matrimonium, & omninò ſeruari debent. nu. 5. & 6. procedit etiam in pacto de renunciando. nu. 8.

Contractus, celebratus nomine abſentis, eſt indiuiduus, ideò vel in totum annullari, vel in totum approbari debet, quod explicatur. nu. 10. & 11.

Pactum excludendi parentes à ſucceſſione filiorum ſecundùm nouum vſum Capuana, & Nidi, dicitur eſſe de ſubſtantia dicti noui vſus, quod explicatur. nu. 13. & 17.

Qui contractu vtitur, dicitur illum ratificaſſe cum omnibus eius qualitatibus, & ratio traditur. nu. 15. & 16.

Pactum de non ſuccedendo, an de iure ſit validum, explicatur. nu. 19. & 21.

Legitima non venit in generali renunciatione, niſi in ſpecie renuncietur. num. 20.

Nouus vſus Capuana, & Nidi in praxi Neapoli receptiſſimus eſſe dicitur. num. 22.

Mater excluſa à ſucceſſione filiorum ex nouo vſu Capuana, & Nidi, etiam à Trebellianica filiorum dicitur excluſa. nu. 23.

AN NOVVS VSVS CAPVANÆ, & Nidi locum habeat contra abſentes in ſtipulatione capitulorum matrimonialium, & an ratificando matrimonium, dicantur etiam in omnibus ſe ſubmittere dicto nouo vſui; & an mater poſſit deducere trebellianicam de bonis filij præmortui, non obſtante prohibitione teſtatoris.

CONS. XIV.

De quo facta eſt mentio par. 1. cap. 2. in addit.

IESVS MARIA IOSEPH.

DVÆ ſunt prætenſiones Sulpitiæ Capiciæ vxoris quõdam Cæſaris Prioliſ, prima eſt; illi non obeſſe Capitula matrimonialia, cõtracta ſecundùm nouum vſum Capuanæ, & Nidi, quo excluditur à ſucceſſione filiorum, etiam a legitima. Secunda eſt, vt poſſit etiam deducere trebellianicam à bonis hæreditarijs filij prɇmortui, non obſtante prohibitione Teſtatoris.

Vt fundet eius primam prætenſionem,
ſe tuetur, quia licet Matrimonium fuit
1 contractum, † ſecundùm dictum nouum
vſum Capuanæ, & Nidi, quo parentes
omninò excluduntur à ſucceſſione filiorum, ab inteſtato quandocumque morientium, & etiam ab eorum legitima, vt mãdat prædictus nouus vſus, de quo dixi ad conſuet. Neapolitanas par. 1. cap. 2. & 4. & par. 2. tit. de bonis q. 24. & par. 4. q. 46. Hoc tamen non poteſt locum habere in hoc caſu, quia prædicta Sulpitia non fuit præſens, quando fuerunt ſtipulata Capitula matrimonialia, & ideo non fecit prɇdictam renunciationem, & conſequenter non poteſt excludi, ad minus a legitima prædicti eius filij, de cuius hæreditate nunc tractatur.

Secundam prætenſionem fundat ex il-
2 lorum ſententia, qui dicunt, † trebellia-
nicam non poſſe prohiberi in filijs primi
gradus, prout poſt conſiliarium de Anna,
Surdum, & alios firmaui in d.par.2.tit.de
perſonis q.10. num.63. At nunc ſumus in
filijs primi gradus, igitur poteſt mater pe-
tere trebellianicam, non obſtante prohi-
bitione facta, vt minimè detrahi valeat.

Prædictis tamen non obſtantibus, reaſ-
ſumendo quæ pro hac cauſa ſcripſit Do-
minus Conſulens firmiter aſſeuero, præ-
dictas prætenſiones friuolas eſſe, & nullius
momenti, & partes circunſpecti arbitri
fore, abſoluendi Eccleſiam Sanctæ Irenę,
& excludendi prædictam Sulpitiam a di-
ctis eius vanis prætenſionibus.

3 Quod attinet ad primã prætenſionem,
non multùm laborandum exiſtimo, ſi qui-
dem, vt optimè notat Dominus Conſu-
lens, multi ſunt anni, quòd fuit reſoluta
per Marcum Antonium Peregrinum, vt
patet in dicto eius conſ.90.vol.5.vbi duo-
4 bus modis id probat. † Primò quia pacta
adiecta in contractu, iudicantur correſpe-
ctiua ad contractum, & contractus ad pa-
cta, itaq; vnum corpus conſtituunt, Bald.
in l.petens vbi Dec.nu.3.C.de pactis Cor-
neus, Soccin. & Crauett. quos probat Pe-
5 regr. dicto conſil. 90. numer. 3. † & in
ſpecie in pactis adiectis in capitulis Ma-
trimonialibus hoc procedit, nam eatenus
ad inuicem ſunt correſpectiua, vt ſint irre-
uocabilia, prout eſt ipſum met Matrimo-
nium, quia eius naturam ſequuntur, &
omninò obſeruari debent, poſt alios di-
xi dicta par.4. tit. de renunciatione q. 3.
6 nu.16.q.7.nu.14.15.16. & alibi, † & præ-
cipuè prædicta procedunt, quando huiuſ-
modi pacta ſecundum communem obſer-
uantiam loci apponi ſolent in capitulis
Matrimonialibus, quia tunc omninò ſer-
uari debent, vt ibidem dixi, & vltra ibi
cumulatos poſt Bartholo, & alios 25. Do-
ctores probat Menoch. conſ. 803. nu.39.
& 40. & conſ.815. nu.15. vol.10. Fonta-
nell. de pactis nuptialib. clauſul.4 gloſ.9.
par.4.nu.16.& ſeqq.vbi deciſiones cumu-
lat, in ſpē etiam videatur additio ad Dec.
conſ.35.in prima apoſtill.in verb.Paulus.
Cannetius in c. ſi aliquè in c. incip. Quę-
ritur & ſignanter nu.15. & ſeqq.fol.325.
7 † vbi cum mulier quòd ipſo ex conſen-
ſit matrimonio acceptat etiam pacta
dotalia, de quibus confidit eis, qui matri-
monium tractauerunt, &c.

8 Eatenus prædicta ſunt vera, vt etiam
pactum de renunciando, appoſitum in ca-
pitulis matrimonialibus, ſit de iure vali-
diſſimum, & irreuocabile, quia eſt corre-
ſpectiuum, & pars Matrimonij, vt poſt a-
lios dixi in dicto tit. de renunc. quęſt.10.
nu.1.3. & ſeqq.

9 Quò fit, vt dum Sulpitia approbauit
contractum matrimonialem, cui erat an-
nexum pactum prædictum, quo exclude-
batur à ſucceſſione filiorum, & etiam à le-
gitima; vtique etiam pactum prædictum
ratificaſſe, & approbaſſe cenſetur ex iuris
neceſſitate, quia dictum pactum eſt pars
prædicti Matrimonij, vt ex regula tex. in
l.iuris gentium §. quinimò, cum §.ſeq.ff.
de pactis l.lecta ff. ſi certum pet. & l.1.§.
diem.ff.de edend. probat Pereg. d.cõſ.90.
ſub num.1.

Secundò. Confirmat Pereg. hoc aſſum-
10 ptum, † quia vbi nomine abſentis vnus
celebratur contractus cum aliquibus con-
ditionibus, & modis, contractus dicitur
qualificatus, adeòvt, vel abſens debeat in
totum illum cõtractum approbare, vel in
totum reprobare, quia pro parte non po-
teſt id facere l.cù quęritur ff. de adminiſtr.
tutor.l.Caius ff. de manumiſs. Bart. Bald.
Roman. Caſtrenſ. Iaſ. Curt. Iun. Corneus
Cagnol. & Tiraquell. quos probat Surd.
cõſ.60.nu.27.vol.1.& conſ.576. num.30.
& 31.vol.4.

11 Quia cõtractus diuidi non poteſt à ſuis
qualitatibus, & ideò, vel debet in totum
reijci, vel in totum admitti, & dum ſim-
pliciter admittitur, cenſetur approbatus
cum omnibus eius qualitatibus, vt notant
optimè prænominati Doct. Quæ quidem
eo magis locum habent in hoc caſu, dum
pacta, adiecta in capitulis Matrimonialib.
nullo modo ab illis ſeparari poſſunt, vt
dictum eſt.

12 Eò magis prædicta procedunt in caſu
noſtro, quia prædicta Sulpitia ſcientiam
habuit de prænarratis pactis, quoniam
fuerunt ſtipulata in eius domo in Caſtro
Barbiani, in quo ipſa tunc degebat, & præ-
ſens aderat; & dũ poſtea in Matrimoniũ
conſentijt, & principalem contractum
approbauit, vtique eo magis cenſetur illũ
approbaſſe, & ratificaſſe cum dictis pactis,
& omnibus alijs eius qualitatibus, vt om-
13 nes ſciunt, eo maximè in caſu noſtro, † dũ
hoc pactum eſt de natura, & ſubſtantia
iſtius noui vſus, & per omnes Notarios
apponitur quãdo contrahitur matrimo-

nium ſecundum dictum nouum vſum Ca-
puanæ, & Nidi, vt dixi dicta par. 1. cap. 4.
& etiam omnes mulieres hoc ſciunt, præ-
cipuè dum ſunt de huiuſmodi ſedilibus,
vt erat hæc Sulpitia; cũ hoc ſit principale
requiſitum huius noui vſus, & ideo dum
ſecundùm illum contraxit matrimoniũ,
inſeparabiliter, & renunciauit ſucceſsio-
nibus filiorum, etiam quòad legitimam.

14 Tertiò, confirmantur, quia mortuo di-
cto eius viro, ipſa Sulpitia virtute talis
contractus egit, & poſſedit bona viri, in
dictis capitulis contenta, & pro talibus
15 agnouit; † quo fit vt etiam poſt mortem
viri contractum prædictum ratificaſſe di-
catur, dùm illo vſa fuit l. ſi ſeruo de fide-
iuſſor. Bald. Alex. Dec. And. Tiraquell. &
alij, quos probat Surd. conſ. 60. nu. 11. &
ſeqq. vol. 1. & conſ. 528. num. 18. vol. 4. Pe-
regr. conſ. 158. nu. 4. vol. 5. Menoch. conſ.
16 1003. nu. 90. vol. 11. quia, † qui aliqua
ſcriptura, vel perſona vtitur, cenſetur ta-
lem perſonam, & ſcripturam approbare,
& ratificare cũ omnib. eius qualitatib. vt
locis citatis habetur, & i l. ſi quis teſtib. C.
de teſtib. Idẽ Surd. cõſ. 183. n. 9. & 10. uol. 2.

Poſtremò confirmatur in propria ma-
17 teria, de qua loquimur, † nam paſſim
obſeruatur in Ciuitate Neapolis, ut fiant
Capitula ſecundùm prædictum uſum Ca-
puanæ, & Nidi, & quaſi ſemper, uel ut plu
rimum in capitulatione non interuene-
runt ſponſæ, tamen, quia dum approbant
contractum principalem Matrimonij, in-
telliguntur approbare omnia pacta, in di-
cta capitulatione contenta, & ideò nun-
quam fuit in controuerſiam reuocatum,
vt non valeat pactum in præiudiciũ Spõ-
ſæ, ne excludatur à ſucceſſione filiorum,
quia nõ interuenit in capitulis matrimo-
nialibus, nam dum eſſentiale eſt huic no-
uo vſui, & in vno capitulo apponitur pa-
ctum reſtitutionis dotium, & excluſionis
parentum à ſucceſſione filiorum, vt dixi
dicta par. 1. cap. 4. nu. 12. dum Matrimo-
nium contractum fuit ſecundùm talem
vſum, eo ipſo, quod approbãt ſponſi Ma-
trimonium, approbãt etiam tale pactum
eſſentiale, ad eorum excluſionẽ, & ut dixi,
etiã à mulierib. hoc audiui, adeò eſt notiſs.

18 Additur etiam, vt illud pactum, vigore
dicti noui vſus ſit talis efficaciæ, quod ex-
cludit etiam auũ, & auiam, & alios aſcen-
dentes, qui nullo penitus modo interue-
nerunt in dicta capitulatione, & tamen
excluduntur a ſucceſſione, vt teſtatur Ca-
pic. ad Napodan. in conſuetud. ſi quis vel
ſi qua num. 183. fol. 127. in fin. in
verb. in hac gloſ. probant etiam Mina-
doius deciſ. 26. Vinc. de Frãch. deciſ. 537.
& 552. & alij quos cumulaui par. 4. q. 46.
præcipuè nu. 16. & 26. & hoc eſt notiſſi-
mum, quia parentes prædicti, & ſi in Ca-
pitulis matrimonialibus non interuene-
runt, nec aliquid promiſerunt; tamen
penitus excludũtur a bonis liberorum, &
habentur pro mortuis, vt probaui dicta
q. 46. quoniam excluſio prędicta venit vi-
gore dicti noui vſus, ſecundùm quem fuit
matrimonium contractum, vt rectè aduer
tit Dominus Conſulens.

Non obſtat motiuum Peregrini dicto
conſ. 90. nu. 4. quod dicit valdè perturba-
19 re negocium, † nimirùm hoc eſſe pactum
de non ſuccedendo quod non valet ex iu-
ris ciuilis diſpoſitione. Nam primò non
eſt vera eius opinio; nam tex. in l. ſi quan-
do §. illud C. de in offic. teſtam. & Doct.
20 quos citat, † loquuntur vt in generali re-
nunciatione non veniat legitima, niſi in
ſpecie deducatur; at in ſpecie benè poteſt
renuntiari, vt ibidem habetur, & dixi
par. 4. q. 15. nu. 11. & alibi, & in hoc nouo
vſu in ſpecie renunciatur legitimæ filio-
rum, igitur inanis eſt eius motiuum.

21 Additur etiam, quia pactum de non ſuc
cedendo validiſſimum eſt, vt dixi d. par. 4.
tit. de renunciat. q. 8. nu. 12. & ſeqq. & to-
to illo tit. de renunciatione, vbi probatũ
eſt, pacto, & renunciatione poſſe vnum-
quemque ſe excludere ab aliorum ſucceſ-
ſione, ideo hoc nunc diſputare omitto.

22 Secundò, quia iam talis nouus vſus Ca-
puanæ, & Nidi receptiſſimus eſt, & mul-
ti volunt haberi tanquàm conſuetudinẽ,
vt patet ex adductis per me par. 2. tit. de
bonis. q. 24. quamuis ſit merus vſus, & aſ-
ſuefactio Ciuium, & ideo dum ſic receptiſ
ſimus eſt, & obſeruatur, & per illum ex-
cluduntur parentes à ſucceſſione libero-
rum, ab inteſtato morientium; non po-
teſt hodie de eo dubitari; itaque obiectio
Peregr. relinquitur aduenis, quia Neap.
non viget, nec vigere poteſt, cum ſemper
ſecundùm illum fit matrimonium, iã an-
nexè adeſt excluſio parentum a ſucceſſione
liberorum etiam à legitima, vt dictum eſt.

23 Ex dictis etiam ſoluitur ſecunda præ-
tenſio, ſi enim Sulpitia mater virtute di-
cti noui vſus excluſa eſt, etiam à legitima
filij, fruſtra quærit de trebellianica, nam
etiam compræhenditur, & à maioritate

rationis in dicto pacto, excluſiuo paren-
tum, cum faciat illos haberi penitus pro
mortuis, vt dixi dicta quæſt.46. in dicta
par.4.& alibi.

Additur etiam, quia ſi velimus nume-
rare Doctores pro, & contra, plures te-
24 nent, † Trebellianicam prohiberi poſſe
in filiis primi gradus, & vltra cumulatos
dict.par.2.tit.de perſonis quæſt. 10. num.
62.& 63. iam pro validitate prohibitio-
nis Menoch.conſi.1147.nu. 17.citat.42.
Doctores, ſe cum illis connumerato, &
nu.18.ita ſubdit practicari Mediolani, &
Romæ; & quia ex doctrina Surdi firmaui
contrariam ſentẽtiam, nunc reperi, quod
idem Surd. Oppoſitũ defendit conſi.412.
num.42. lib. 3. & vtcunque ſit, in Regno
25 Neap. eſt receptiſſima opinio, † vt valeat
prohibitio, & ita fuit pluries iudicatum,
vt patet ex deciſ. 612. Præſ. de Franchis,
Itaque in additionibus ad dictam quæſt.
10. quas cum ſecundo volumine Typis
dabo, Deo dante, apparebit, Neapoli eſſe
indubitatam hanc ſententiam, nec volo
nouas, & peregrinas opiniones excitare,
dum in meo Regno ſic ſeruatur.

Ex his luce clarius cernitur, prætenſio-
nes, ex aduerſo excitatas, nullius eſſe mo-
mẽti, & ideo partes circunſpecti Arbitri
fore, & eſſe, abſoluendo Eccleſiam prædi-
ctam Sanctæ Irenæ ab impetitis ex aduer-
ſo, cum refectione omnium damnorum,
& expenſarum. Cætera ſua prudentia, in-
tegritate, & eximia doctrina ſupplere di-
gnetur prędictus Dominus Morra primò
Iudex, nunc arbiter in hac cauſa, cui ſupre
mo Iudicio, hæc omnia ſubmitto, ſaluo
errore ſcribentis.

D. Andræas Molfeſius.
Cler. Regularis.

Non fuit neceſſaria diſcuſſio, nec fuit
deciſus articulus, quoniam fuit per tran-
ſactionem lis ſopita, vt æquitatem, &
quietem amaremus, vt ſemper facimus,
& cum maximo intereſſe pecuniario, ſed
ſic eſt melius, vt lites vitemus, in hac tamẽ
cauſa iã in puncto iuris dicta Sulpitia de-
bebat omninò excludi, vt ex dictis cerni-
tur, & ſic iudicarem.

SVMMARIVM.

*DIgnitas eſt duplex, vna, quæ habet iuriſdictio-
nem annexam, & altera ſine iuriſdictio-
ne, & vtraque explicatur. nu. 1.*

*Data priuilegij, non autem captura poſ-
ſeſſionis attenditur in dignitatibus,
quæ non habent annexam iuriſdictio-
nem.nu.2. Secus ſi habeat iuriſdictio-
nem annexam, quia tunc captura poſ-
ſeſſionis inſpicietur.num.8. cum ſeqq.
Niſi tamen Rex expreſsè mandet con-
trarium.nu.20.*

*Prius electus ad aliquam dignitatẽ, de-
bet alijs præcedere, quando dignitas
non habet iuriſdictionem annexam.
nu.3.& 5.& ſic deciſum refertur, non
obſtante poſſeſſione capta ab illo, qui
poſtea obtinuit priuilegium eiuſdem
dignitatis.nu.4.*

*Priuilegiato an acquiratur ius ante ſciẽ-
tiam priuilegij.nu.6.& 9.*

*Priuilegiatus habens notitiam priuile-
gij, gaudet priuilegio à die conceſſio-
nis, non autem à die ſcientiæ, & acce-
ptationis.nu. 7.*

*Priuilegium dignitatis, quæ habet iuriſ-
dictionem annexam, tribuit inſignia
tantùm dignitatis priuilegiato, non
autem exercitium iuriſdictionis ante
præſtationem iuramenti, & rationes
ſolidæ traduntur nu.8. cum ſeqq.*

*Electio facta de aliquo in officialem, qui
habet iuriſdictionem ei non prodeſt,
niſi actualiter ſuſcipiat adminiſtra-
tionem officij.nu.10.11. Et ſic deciſum
pluries refertur.nu.22. & ſeqq.*

*Officialis non habetur pro officiali, niſi
actualiter adminiſtret.num.12. Ac
actualiter præſtet iuramentum. n.13.
Eo magis hoc procedit in hoc Regno ob
leges municipales, quod explicatur
num.16.*

*Electio ad officium non attenditur, ſed
eius poſſeſſio, & ſemper prioritas poſ-
ſeſſionis in ſimilibus attenditur.num.
14. Niſi tamen poſſeſſio in fraudem ca-
peretur, quod explicatur nu 30.*

*Poſſeſſio etiam per punctum, ac momen-
tum attenditur in officijs. num. 14.
& 15.*

Salarium non debetur Conſiliario, niſi
poſt

Digitized by Google

poſt iuramentum præſtitum de benè, & fideliter adminiſtrando, quod declaratur nu. 17. & 19.

Conſiliarij tenentur in manu Præſidis Sacri Conſilij præſtare iuramentum de benè, & fideliter adminiſtrando. num. 18.

Rex mandare poteſt, vt non attendatur captura poſſeſsionis officij, ſed data priuilegij, & ſic decisum refertur. num. 20.

Rex in dubio nemini præſumitur præiudicare, ſed conceſsiones facere, etiam ſecundùm loci obſeruantiam, quod optimè probatur. nu. 21.

Officialis impeditus capere poſſeſsionem officij pro ſeruitio Regis, an præcedere debeat, non obſtante, ꝙ alter prius ceperit poſſeſsionem. nu. 24. explicatur num. 30.

In modo ſedendi, & præcedentiæ, attenditur conſuetudo loci. nu. 25.

Priuilegium, requirens aliquod adimplementum non dicitur ius tribuere priuilegiato ante adimplementũ, & ratio traditur n. 26. & 27. Procedit nõ ſolũ quando electio eſt conditionalis, ſed in omni qualitate adimplenda, quod explicatur nu. 28.

Melior eſt conditio poſsidentis, etiam in præcedentijs. nu. 29.

DE PRÆCEDENTIA OFFIcialium, An videlicet primus obtinens priuilegium, vel primus capiens poſſeſſionem officij debeat præcedere.

CONS. XV.

De quo fuit facta mentio par. 1. cap. 5. in addit. ſub nu. 18.

MAteria huius cõſilij eſt, adeo frequens in noſtris tribunalibus, & de ea mentionem feci loco citato; Ideo hic eam examinandam conſtitui.

1 Dico igitur primò
dignitates eſſe duplicis generis, ſiue ſpeciei, quędam enim habent iuriſdictionem annexam, vt ſunt dignitates Iudicũ, Conſiliariorum, Gubernatorum Prouinciarum, & ſic de alijs, quædam verò nullam habent iuriſdictionem annexam, vt ſunt dignitates Baronum, & aliorum titulatorum, & huiuſmodi aliorum, vt patet ex dictis d. par. 1. cap. 6. per totum, & hoc eſt notiſſimum tam in corpore vtriuſque iuris, quàm etiam ſecundùm opinionẽ communium ſcribentium.
2 Dico ſecundò, quando ſunt dignitates,
quæ nullam habent iuriſdictionem annexam, tunc data priuilegij, non autem captura poſſeſſionis attenditur. In hoc dicto conueniunt omnes, qui etiam docent,
3 vt in hoc caſu ſit vera regula, † vt prius
electus ad dignitatem aliis præcedere debeat, ac prius ſedere in Comitijs, ſiue in priori ſtallo, vel ſede ſtare. ſic probat tex. in c. capitulum Sanctæ Crucis, vbi Felyn. de reſcript. Roman. conſi. 298. circa pręmiſſum. Iaſ. conſi. 27. vol. 2. Freccia in tracta. de ſubfeud. in tit. de præcedentia inter Principem, & Magnum Cancellarium fol. 22. num. 3. Loffred. in ſua paraphraſ. feudal. col. 2. latè Rebuff. in tract. de nomination. q. 21. nu. 9. Affl. deciſ. 253. Belluc. in ſpecul. Princip. ſub Rubric. de public. for. col. 5. nu. 6. fol. 22. Ripa in lib. de reſcriptis cap. 2. quos probat Vincen. de
4 Franch. deciſ. 62. nu. 1. & 2. † vbi ſic deci-
ſum refert in cauſa Marchionis Lauri cũ Marchione Orioli, quamuis Marchio Orioli prius obtinuiſſet litteras exequutoriandi priuilegium, probant etiam Cõſiliar. de Georgio allegat. 37. nu. 29. Nanc. Pelliccia, & Riccius, de quibus meminit Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. præcedere an debeat;
5 † quia dum per priuilegium, & dominiũ,
& poſſeſſio talis dignitatis transferatur in priuilegiatum, data priuilegij attenditur, non autem actualis captura poſſeſſionis, quia ſatis eſt illa legalis virtute priuilegij.
6 Hinc docent DD. magis communiter,
quod ſi priuilegium mihi concedatur ad petitionem meam, mihi ius acquiritur ex priuilegio à die conceſſionis, etiam ſi ad mei notitiam conceſſio priuilegij non
7 peruenerit; † at ſi notitiam habuerim, &
priuilegium iam acceptaſſem, omnes docent, eſſe mihi ius quæſitum, & me gaudere priuilegio à die conceſſionis, ſiue datæ eiuſdem priuilegij, & ita concordantur opiniones inter ſe diſſidentes, vt poſt glo. in c. ex parte, in verb. vim ſuam, de cõceſs. præbend. in 6. vbi Cardinal. Ioan. Andr. Bart. Bald. & alij innumeri, penes Suarez lib. 8. de legib. cap. 25. per totum, & penes

Salas

Salas diſp. 12. de legib. ſect. 7. per totam,
vbi latiſſimè hanc illationem examinant;
quod omitto, quia huc non ſpectat talis
tractatio.

8 Dico tertiò, quando dignitates habent
iuriſdictionem annexam, tunc per nomi-
nationem, & expeditionem priuilegij ſo-
lùm transferuntur inſignia dignitatis;
adminiſtrationem verò, & iuriſdictionẽ,
ſiuè iuriſdictionis exercitium non acqui-
rit electus ante præſtationem iuramenti;
hoc dictum probat tex. ad literam in §. il-
lud. Auth. de adminiſtrat. ſequuntur Luc.
de Penna, Ioan. de Platea, Barto. & alij in
l. iudices. C. de dignitatibus. lib. 12. Andr.
Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 6. Oldrad.
conſi. 180. col. 3. verſ. 2. de Ponte in tract.
de poteſta. Proreg. in tit. de aſſenſib. regijs
§. 6. nu. 25. de Franch. deciſ. 62. præcipuè
num. 9. cum ſeqq. quamuis nihil ibi deter-
minet; probant etiam Molin. de primo-
gen. Hiſpan. lib. 2. cap. 7. nu. 68. Menoch.
lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 185. num. 30.
cum ſeqq. Guttierez alleg. 3. in fi. Franciſ.
Marc. deciſ. 262. tota, & præcipuè nu. 6.
9 par. 1. Qui omnes plus docent, † vt gratia,
ſiue priuilegium acquiratur etiam igno-
ranti ex prioritate tẽporis, & hoc quòad
eſſentiam gratiæ, non autem quòad eius
exercitium, quia requiritur præſtatio iu-
10 ramenti, † quoniam tria ſunt neceſſaria
in dignitate, quæ habet annexam iuriſdi-
ctionem; Primò electio, ſiuè confirmatio;
Secundò acceptatio; Tertiò ingreſſus; vt
eligatur a Principe, acceptet gratiam, &
iuramentum præſtet, vt ex gloſ. in l. Pu-
blius ff. de condit. & demonſtr. vbi Bald.
& Paul. de Caſtro, probat etiam Franciſc.
Marc. d. deciſ. 262. num. 6. vbi etiam citat
gloſ. in §. oportet, in verb. iuſiurãdi Auth.
vt iudic. ſine quo ſuffrag. vbi Angel.

11 Ratio eſt manifeſta, quoniam electio,
ſiuè creatio alicuius in officialem ei non
iuuat, niſi ſequuta fuerit adminiſtratio
eiuſdem officij. l. ſed & milites. §. quæſitũ,
vbi Bald. ff. de excuſat. tutor. Paris de Put.
in tract. de ſindicat. in verb. In officio, tria
requiruntur, Boer. deciſ. 250. col. 2. Frecc.
de ſubfeud. in tit. de præcedentia Domi-
norum Regiam Cancellar. Regentium
nu. 56. fol. 135.

12 Tanta eſt vis adminiſtrationis, vt offi-
cialis non habeatur pro creato, ſi non ad-
miniſtrat, Bald. in d. §. quæſitũ in fi. Frecc.
loco cit. in tit. quis dicatur Dux num. 56.
qui plus ſubdit, vt nec etiam talis officia-
lis gaudeat priuilegio, & dignitate officij,
niſi ſuſcepta adminiſtratione.

13 Plus etiam docent DD. vt non dicatur
aliquis re vera Conſiliarius, niſi præſtaue-
rit iuramentum, & poſt iuramenti præ-
ſtationem habuerit poſſeſſionem dicti of-
ficij. ad tex. in l. 1. verſ. cum poſterior, vbi
gloſ. in verb. auſpicia. Cod. de conſulib.
vbi Ioannes de Platea. l. Publius Mæuius.
ff. de condit. & demonſtr. Affl. in procem.
conſtit. q. 26. num. 4. & habetur etiam in
Pragm. 2. de officio Sacr. Reg. Conſil. Et
14 hoc eſt adeo verum; † vt non attendatur
electio ad officium, ſed eius poſſeſſio. cap.
quod autem de iure patronat. & attendi-
tur etiam prioritas poſſeſſionis in ſimili-
bus, quamuis eſſet per horã, ita poſt alios
Ioan. Bapt. Ferret. conſi. 2. nu. 7. & conſi.
15 27. num. 1. & conſi. 397. nu. 25. † Immò
etiam per momentum attenditur, ſic etiã
per punctum, Bald. in c. capitulum Sãctæ
Crucis nu. 3. extr. de reſcriptis, Alberic. in
l. cum ſponſus num. 6. ff. de public. in rem.
act. conferunt tradita per Vinc. de Frãch.
deciſ. 144.

16 Hæc omnia eo magis locum habent in
hoc Regno, quia in ipſo ſancitum eſt per
leges particulares, vt electo nullum ius ac-
quiratur, niſi præſentato, & exequuto-
17 riato priuilegio, † & præſtito iuramento
de benè, & fideliter exercendo eius offi-
cium, & tũc illi incipit currere ſalarium,
& non prius, vt in particulari de conſi-
liario electo habetur in pragm. ſecunda
verſ. Igitur Sacrum Conſilium, ſub tit. de
18 offic. Sacr. Reg. Conſil. † quod iuramen-
tum præſtare tenetur Conſiliarius in ma-
nibus Præſidis eiuſdem Sacri Conſilij,
19 † & poſt iuramentum præſtitum adſcri-
bitur in libro portionis, quia tunc ei cur-
rit ſalarium, vt habetur in d. pragm. 2. &
ita ſeruatur, vt eſt praxis notoria in d. Sa-
cro Conſilio.

20 Hoc obſeruatur citra dubitationem,
niſi Rex expreſsè mandaſſet, vt attenda-
tur ſolùm data priuilegij. argum. tex. in
c. quàmuis de reſcript. in 6. vt ſciunt om-
nes; & ideo in cauſa Regentis Albertini,
quia Rex mandauit, vt data priuilegij at-
tenderetur, fuit hoc obſeruatum, vt do-
cet Frecc. in tract. de ſubfeud. in tit. de pre-
cedentia Dominorum Regiam Cancel-
lar. Regentium fol. 139. nu. 71. in fin. Sed,
21 vt dixi, debet hoc expreſsè cõſtare, † quo-
niam in dubio Rex præſumitur velle con-
trarium, nempè vt ſeruetur ſolitum; cla-
rum

Digitized by Google

rum eſt enim, vt Rex in dubio præſuma-
tur conceſſiones facere, priuilegia expedi-
re, & alios actus celebrare, ,put ius cõmu-
ne intelligit, & obſeruãtia loci expoſcit,
& ſeruat, vt poſt alios probauit Barbat.
conſi.47.col.5. in fi. vol. 1. & plures alij,
quos alibi cumulaui, quos nũc omitto; nã
omnes ſciunt, vt Princeps in dubio, nec
etiam reſcripto. præſumatur alteri præ-
iudicare, vt eſt glo. communiter recepta
in c. cum olim, vbi Dominic. de conſuet.
Decius, & alij, quos probant Brunor. à
Sole in compend. propoſit. iur. in verb.
Principem in minimo etiam, Guttierez
alleg.3. nu.19.
22 Hinc etiam obſeruatum fuit pluries in
hoc Regno, vt illi, qui fuerunt electi Con-
ſiliarij, vel Regentes, & non obtinuerunt
exequatur, nec iuramentum preſtiterunt,
non fuerunt habiti pro officialibus, nec
eis fuit ſolutum ſalarium, nec præceſſerũt
alijs, qui poſteriori tempore electi fuerũt
Officiales; ſed prius obtinuerunt exequa-
tur præſtiterunt iuramentum, & poſſeſ-
ſionem adepti fuerunt, quod præcipuè iu-
dicatum fuit in cauſa Regentis Cadenæ
cum Regente Dauid, in cauſa Regentis
Dauid cum Regente Tabuada; impedito
etiam capere poſſeſſionem pro ſeruitio
Regio.
23 Fuit etiam obſeruatum in Sacro Conſ.
inter Conſiliarium de Quiros, & Conſi-
liarium Veſpulum, ſic etiam inter Conſi-
liarium Montoiam, & Conſiliarium Me-
ſtanlam, & inter Conſiliarium D. Ioannẽ
Sanchez, & Conſiliarium de Curte, & in-
ter plures alios, vt notum eſt Sacro Conſ.
24 Plus etiam fuit iudicatum, vt Regens
de Ponte impeditus capere poſſeſſionem
ſui officij pro ſeruitio Regio, & vtilitate
Reip. quod dum prius Regens Lanzius
poſſeſſionem cœperit, ille fuit prælatus
Domino de Ponte, quàmuis in eius bene-
ficium ſcripſiſſet Conſiliarius de Anna, vt
habetur in primo eius volumine conſ.42.

Ex his patet eſſe in hoc caſu introdu-
ctam conſuetudinem, quæ per binam iu-
dicaturam introducitur, vt par. 1. cap.5.
25 pluribus in locis dixi. † Et in ſpecie, vt in
modo ſedendi, & præcedentiæ, ſiue præ-
lationibus attendatur conſuetudo, vt in
cap. cùm olim, de conſuet. Bald. in l. obſer-
uare. §. antequàm. ff. de offic. Proconſul.
poſt ipſum, & Rebuff. de nominat. queſt.
21. num. 52. plures alios cumulaui par. 1.
cap.5. nu.18. & ſeqq. & cap.6. nu.1. cum
ſequen. cuius occaſione hoc conſilium
poſui.

Quæ quidem conſuetudo admodum
26 rationabilis iudicatur, † ſiquidem dum
priuilegium requirit aliquod adimple-
mẽtum, vt eſt exequatur Regium, & pre-
ſtatio iuramenti, in hoc caſu vtique ante
hoc adimplementum nullum ius quæri
poteſt electo, cùm dicatur electio facta ſub
cauſa per prius adimplenda. tex. in cap. ſi
pro te. de reſcript. in 6. vbi gloſ. in verb.
meritò, alia iura cumulat, habetur toto
tit. C. de donat. quæ ſub mod. late Rebuff.
in tracta. de nominat. q.21. num.29. verſ.
Septimò reſtringitur. ſubdit num. 30. ex
27 tex. in §. teneantur, de collat. † vt etiam
procedat, ſi poſterior primò inſinuaſſet,
quam primus, tunc ſecundus præfertur,
quia primò adimpleuit.
28 Nec dicatur, vt prædicta iura locum
habeant, quãdo eſt electio conditionalis,
ſi talis cõſenſerit; Nam reſpondetur iddẽ
eſſe in quauis qualitate adimplenda, ſic
enim loquuntur illa iura, & gloſ. etiam;
Sic enim de facto ſeruatur, & interpræ-
tantur huiuſmodi electiones, & priuile-
gia; vnde ab hac obſeruantia non eſt rece-
dendum.
29 Hinc eſt, quòd, ſi aliquis reperiretur in
poſſeſſione præcedentiæ, tunc melior eſt
conditio poſſidentis, vt docet Bald. in l.
per agrum. C. de ſeruitutib. & aqu. Zaba-
rell. conſil. 62. col. 2. & alij, quos probat
Anna conſ.40. nu.10. & 11. vol.1. & conſ.
136. nu.11. vol.2. & alij paſſim: eſt enim
hoc vulgatum apud omnes.
30 Benè verum eſt, quòd ſi poſſeſſio cape-
retur per nimiam feſtinantiam, & quaſi
data opera ad precedendum, & alter, qui
primo loco obtinuit priuilegium eſſet iu-
ſta cauſa impeditus poſſeſſionem capere,
& omnia requiſita adimplere; tunc poſ-
ſeſſio non nocet; & ita fuit ſeruatum in-
ter Conſiliarium Gizzarellum, & Conſi-
liarium de Conſtantio; qui, licèt prius
cœpit poſſeſſionem, tamen quia prædi-
ctus Gizzarellus erat Capuæ pro ſeruitio
Regis, ideò ei non potuit nocere poſſeſſio
capta per dictum Conſiliarium de Con-
ſtantio; & ſic procedunt ea, quæ cumulat
Anna d. conſi.42. in beneficium Regentis
de Ponte.

Ex his patet veritas, qualiter iudicãdũ
ſit circa præcedentiã Officialium, & quid
in hoc poſſit, & valeat conſuetudo; cuius
occaſione hoc conſilium poſui.

SVM-

SVMMARIVM.

OFficiales perpetui poſſunt ſecundùm ius cõmune palam, & bona fide emere, ac negotiari, vt alij Ciues. num. 1

An hoc procedat ſecundùm ius Regni, explicatur, num. 9.

Quid ſi eſſent ad beneplacitum Principis. num. 4.

Officiali non debet denegari, quod licito iure alijs priuatis competit. nu. 2.

Munera, qua ratione ſunt officialibus prohibita, declaratur. nu. 3.

Officiales an emere poſſint bona Regiæ Curiæ, declaratur nu. 5. quid ſi emat pluris, quàm ab alijs offeratur. num. 8.

Nemo poteſt eſſe ſimul emptor, & venditor. num. 6.

Officialis emens bona Curiæ à ſe ipſo, dicitur fraudem facere, quod explicatur nu. 5. & 7.

Quinam officiales in hoc Regno ſint prohibiti negotiari, declaratur. num. 10. & in quibus negotijs, explicatur. nu. 12. & 14.

Tex. in l. 3 C. ſi certum pet. declaratur, vt procedat in officiali ad tempus, non in perpetuo. nu. 11.

Negotiatio ratione validiſſima fuit officialibus prohibita, quod explicatur. nu. 12. & 13.

Pragmaticæ Regni, quæ officialibus prohibent negotiationem, num procedant in emptione, & vẽditione declaratur. nu. 14. & 18.

Fraus ceſſare præſumitur in emptione, & venditione facta ab officialibus, & ratio traditur. n. 15. Quomodo hoc procedat, explicatur. nu. 16.

Emere vilius, vt carius vendatur, eſt negotiatio, & ratione probatur. nu. 17.

Officiales, qui bona fide vendunt, & emũt in caſibus non prohibitis per Regias Pragmaticas qua pœna puniri debeãt, traditur. nu. 19.

Officiales ad tempus, etiam ſecundùm ius commune, prohibentur emere, & vendere, durante eorum officio nu. 20. Id tamen facere poſſunt in concernentibus eorum, & familiæ victum. n. 21.

Officiali ſuſpenſo ab officio, an debeatur ſalarium. nu. 22.

AN LICITVM SIT OFFICIALIBVS emere bona, durante illorum officio.

CONS. XVI.

De quo facta eſt mentio par. 1. cap. 6. in fin.

OCcaſione diſcuſſorum in prima par. cap. 6. de officialibus, & ſi officia vendi poſſint, vidi diſputatum, ſi per conſuetudinem introduci poſſit, vt licitum ſit Officialibus bona emere, durante eorum officio; & ſi emerent, qua pœna eſſent puniẽdi: ideò ad explicationem prædictorum ponam ſequẽtes Concluſiones, tam ſecundùm ius commune, quàm etiam ſecundùm ius Regni.

1 Prima concluſio, † licitum eſt officialibus perpetuis ſecundùm ius commune palàm, & bona fide emere, & vendere, ac etiam negotiari, prout poſſunt alij homines eiuſdem loci. Hanc Concluſionem probat tex. in l. Præſidis. ff. ſi cert. pet. Sic etiam Bart. & alij, quos ſequitur Marchio de Põt. cõſ. 49. vol. 1. & in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. §. 7. num. 7. cum ſeqq. Menoch. cõſ. 1174. per tot. pręcipuè nu. 20. & 21. vol. 12. Card. Tuſc. in ſua pract. concluſ. lit. D concl. 100. n. 17.

2 Et ratio eſt, † quoniam non eſt denegandũ officiali, quod licito iure conceditur alijs, niſi quando illa negotiatio concerneret corruptionem eius integritatis, vt eſt in emptione officij, prout dixi dicto cap. 6.

3 Sic & in receptione munerum, quæ ob hanc cauſam ſunt prohibita officialibus, ne muneribus obcæcati, non iudicent, vt iuris eſt, vt eſt vulgatum penes omnes, & dixi aliqua ſupra in explicatione prohęm.

4 Hæc concluſio procedit etiam in illis officialibus, qui ſunt ad beneplacitum Principis, vt poſt alios notat Tuſc. dicta concluſ. 100. nu. 18. Et ratio eſt manifeſta, quia tale beneplacitum regulariter perpetuitatem denotat, vt dicetur infra cõſ. 36.

5 Inſuper Concluſio procedit tàm ſi emerẽt bona priuatorum, quàm etiam ſi emerent bona Regiæ Curiæ; dummodò non emãt à ſe ipſis, ſed ab alijs Regis miniſtris, & ceſſaret omnis colluſio, ita ſumitur ex tex. in l. licet. ff. de cõtrahen. empt. probãt gloſ. Andr. & alij, quos ſequitur de Pont.

dicto

dicto conſ.49.nu.59.& 85. quem, in pro-
pria cauſa ſcribens, ſequitur Menoch. d.
cóſ.1174.n.13.vbi nu.18.alios cumulat: ſi
quidem text. ille ſolùm prohibet officiali,
ne poſſit rem Principis emere, quando ip-
ſe ex officio rem illam vendere tenebatur,
6 † ex quo non poteſt eſſe venditor, & em-
ptor iuxta tex. in l.1.ff. de rer. permutat.
cũ alijs cumulatis per Menoch. vbi ſupra
7 num.30. † etiam quia tunc non præſume-
retur bona illa emere iuſto prętio, ſed ſem
per procurare proprium commodum, &
Principem fraudare, quæ ratio ceſſat, quã-
do emit ab alijs officialibus eiuſdẽ Princi-
pis, quia tunc ipſi ſunt venditores, & prę-
ſumuntur iuſto prætio illa bona vendere,
& Principis vtilitatem procurare, vt op-
timè docent pręnarrati Auctores, qui etiã
8 tradunt hoc eſſe per ſe perſpicuum, † quã-
do maiori prætio bona illa Principis offi-
cialis emeret, quàm fuerit oblatum ab alia
perſona priuata, vt optimè fundat Me-
noch. vbi ſup. nu.13. cum ſeqq. & ita fuit
in hòc Regno deciſum in cauſa cuiuſdam
Theſaurarij, vt refert de Pont. d. conſ.49.
in princ. & in fin. Menoch. d. conſ.1174.
nu.26. vbi alia refert exempla, ac decreta
in ſimilibus facta in Senatu Mediolani, vt
emptio prædicta iudicata fuerit licita.

9. Secunda Concluſio, in hoc Regno pro-
hibita eſt negotiatio officialibus ſub pęna
priuationis officij: hanc concluſionem
probat tex. in pragmatica vnica. de mer-
catura officialib. prohib. de qua meminit
10 idẽ de Põt. d.§.7.n.5. † Et hęc prohibitio
extẽditur ẽt ad ſecretariũ Regni, ad Scri-
bas mandatorũ, & ad magiſtros actorũ, vt
in pragmatica 12. alias 11. ſub tit. de offi-
cial. & quæ ijs prohibentur: nam in om-
nibus officialibus, tàm maioribus, quàm
minoribus etiam pecuniarijs, & eorum
executoribus fuit hoc prius ſtatutum per
Regem Catholicum, vt habetur in c.38.
inter capitula, & priuileg. Neapol. anni
1507.fol.61. vt etiam notat Conſil. Roui-
tus in d. prag.1. de mercat. officialib. pro-
hib. & idem fuiſſe ſancitum in Gallia no-
tat ex Gugliel. de Bened. in c. Raynutius.
in verb. duas habens filias. nu.50. de teſtã.
11 & dicit concordare cum iure cõmuni † ex
l.3.C. ſi cert. pet. Sed ille text. loquitur de
negotiatione illicita, nempè de fęnore, &
de officiali ad tempus, vt ibidem not. gloſ.
& proinde poſui Concluſiones de officia-
libus perpetuis, & de negotiationibus li-
citis.

12 Diſpoſitio dictarum pragmaticarum
procedit etiam in Cambijs, induſtrijs, &
mercantijs quibuſcumque, vt in illis legi-
tur, & fuit hoc optimè ſancitum ad tollẽ-
das omnes fraudes; nam poſſent officiales
vel per ſe ipſos, vel per interpoſitas perſo-
nas committere plures fraudes, ſi eis per-
miſſa eſſet talis negotiatio, & etiam quia ſi
13 omnis fraus ceſſaret, hoc non ceſſat, † qm̃
ratione negotiationis, & corpore, & men
te eſſent impediti procurando proprium
commodum, & non poſſent vacare nego-
tijs aliorum, quibus ex officio deputati
ſunt, & pro quibus à Rege ſtipendium
obtinent, vt eſt manifeſtum.

14 Concluſio prædicta procedit in indu-
ſtrijs, mercatura, & cambijs, vt expreſsè
mandant dictæ pragmaticæ, ſed non iudi-
co procedere in emptione, & venditione,
quæ palam fiunt, & bona fide. Probatur
hoc aſſumptũ dupliciter, primò quia prag
maticæ prædictæ ſunt correctoriæ iuris
communis: vnde non ſunt extẽdendæ ad
alios caſus, niſi ad expreſſos, ut eſt notiſsi-
mum: & ideò, dum expreſsè non introdu-
xerunt contrarium in emptione, & uen-
ditione, quæ fit palam, & bona fide, rema-
net hoc in diſpoſitione iuris communis,
ut patet ex dictis par.4. quæſt.37. num.10.
15 Secundò probatur, † quia in emptione,
& uenditione, quæ fiunt palàm, & bona
fide, ceſſant fraudes, quæ committi ſolẽt
in cambijs, & mercatura, & alijs indu-
ſtrijs, & ſic à ratione ceſſante, ceſſat etiam
diſpoſitio dictorũ iurium principalium.

16 Verùm hæc omnia intelliguntur ſano
modo, uidelicet, quando Officiales bona
emerent pro eorum vſu, & familiæ; ſed
ſi illa emerent cauſa vendendi carius, tunc
eſſet palliata emptio; nam in effectu eſſet
negotiatio, quia re vera mercantiam exer-
17 cerent: † nam emere cauſa vendendi ca-
rius includitur in prohibitione negotia-
tionis, & mercaturæ, vt in c. eijciẽs. §. qui-
cunque diſt.88. gloſ. in c. conſequens in
verb. negotiationes. ead. diſt.88. cum alijs
cumulatis a noſtro de Pont. dicto §.7.n.5.
& hoc docẽt omnes Canoniſtæ, & Theo-
logi circa negotiationem Clericorum, de
qua ſuo loco dictum eſt.

18 Hinc euenit, quòd, dum annis elapſis
fuiſſet ſequeſtrata mercatura olei, quam
publicè faciebat quidam Regius Conſilia-
rius fuit ſublatum ſequeſtrum per totum
Collaterale Conſiliũ, quia non habuerunt
illud factum pro negotiatione fraudulẽta,

vt refert Lanarius conſ. 43. nu. 32. de quo meminit Io. Bapt. de Thoro in compend. deciſion. Neapolitanar. in verb. mercaturam exerceri, quod factum nunc non diſpono; nã regulariter eſt negotiatio prohibita per Regias pragmaticas, vt patet ex dictis.

19 Tertia concluſio, Officiales, bona fide ementes, & vendentes bona in caſibus, nõ incluſis in Regia Pragmatica non ſunt puniendi pœna priuationis officij, ſed ad ſũmum pœna arbitraria, & ad emendationem damni illati, ſi quod adſit. Hanc concluſionem ex multis ſundat Menoch. d. conſi. 1174. ad quem me remitto, etiam quia in hoc non poteſt tradi certa regula, ex quo ex qualitate facti, & venditionis; ac etiam ex officialis qualitate hoc decidi poteſt, & in caſu Menochij erant multæ cauſæ, quæ bonam fidem arguebant, & proinde debent illi, ad quos pertinet, inquirere diligenter damna, quæ cauſata fuerunt ex tali emptione, & venditione, & pro quo tempore, & ſeuerè tales officiales punire, ſi ſub colore emptionis, & venditionis induſtrias, & mercãtias exercuerunt: nam ex hoc cauſatur deſtructio totius Regni, vt experientia docet.

20 Poſtremò ſi eſſent officiales temporales, vt quia ad tempus exercerent iuriſdictionem, tunc etiam, ſecũdùm ius commune, non poſſent contrahere durante illorum officio; & hoc tum ad euitandam ſuſpitionem Barattariæ, & corruptionis, vt patet ex dictis; tum etiam, ne homines illius loci, timore affecti, ne a dictis Officialibus malè tractarentur, vel ſpe corrumpendi eoſdem Officiales, vilius eorum bona venderent, vt multoties euenire ſolet, & ſic licito iure prædicta facere prohibentur, vt poſt Alexan. conſi. 1. nu. 11. & 12. lib. 2. Bald. & alios probat Thuſc. d. concl. 100. nu. 1. cum ſeqq. qui num. 19. ex communi

21 probat, † vt ſolùm prędictis Officialibus ſit licitum negotiari, & contrahere pro neceſſarijs ad proprium victum, & eorũ familię, quod eſt indubitatum.

22 An autem ſi Officiales ſuſpendantur ab eorum officio, priuentur [illegible]bus officij, ſiue ſalario e[illegible] diſputat latiſſimè noſter de [illegible] 134. vol. 2. vbi docet, quod ſi [illegible] fuerit ſequuta, factis defenſionibus, tũc priuatur ſalario, quoniam cauſa cognita, & [illegible] fuit Officialis [illegible] ſuſpenſus ab officio, ſecus verò ſi fuit ſuſpenſus ex abrupto, & ſine cauſa, ac non factis defenſionibus, vt optimis medijs, ac rationibus probat, vt per eum.

SVMMARIVM.

HAebrei habẽtur ad inſtar hoſtium, ſunt inimici Chriſtiani nominis, Chriſtum crucifixerunt, ac alijs malis pleni, quæ recenſentur nu. 1. 9. 18. & 27. An procedat, ſi habitent in terris Chriſtianorum. num. 6. cum ſeqq.

An aſſecuratores bonorum hæbrei, quæ vi ventorum peruenerunt ad locum, ad quẽ accedere non poterant, teneantur ad prætium aſſecurationis factæ. nu. 5. & 17.

Bona naufragata hoſtium, an licito iure occupentur, & confiſcantur. nu. 2. 41. 42. & in toto conſ.

Pragmatica Regis Alphonſi, qua ſub pœna vitæ, & cõfiſcationis bonorum expulſit Iudæos à Regno Siciliæ, recenſetur nu. 4. Qualiter procedat, explicatur nu. 11. cum ſeqq. Dicitur principaliter perſonas Hæbreorum reſpicere, non autem bona, & ratio traditur. nu. 18.

Hæbrei, habitantes in terris Chriſtianorum Principum, ex Bullis Summorũ Pontificum, & ſaluis conductibus, poſſunt ad libitum negotiari, quod explicatur nu. 7. 8. & nu. 10.

Iudæi, habitantes in terris Chriſtianorum, dicuntur pars Populi Romani, & ciuitatis eiuſdem Principis, in cuius dominio habitant, vt traditur nu. 10. Gaudẽt in humanis priuilegijs, ſicut gaudent Chriſtiani, vbi habitant, quod explicatur nu. 28.

Qui vẽtorũ vi ducitur ad loca ei prohibita, non dicitur legis tranſgreſſor, nec in pœnã incidit, quod explicatur nu. 13. cum ſeqq. & num. 19. & 22. ſic iudicatum Neap. refertur num. 20. ſic etiam Siciliæ nu. 21.

Gabella non ſoluitur ex bonis, quæ vi ventorum ducuntur ad aliquem locũ, & ratio traditur nu. 14. & nu. 23.

Lex etiam Pontificia, prohibens aliquem tranſire per loca aliqua, intelligitur de tranſitu voluntario, quod explicatur num. 11. 15. & 16. vbi vera ratio traditur, & nu. 25.

Regens Lanarius in conſi. 84. defenditur à ca-

à calumniatoribus.nu.24.

Bannitus,qui per vim ducitur per territorium bannientis,non incidit in pœnam banni.nu.26.

Tex.in Auth.nauigia C.de furt.& ſeru.corrupt.nõ habet locum in bonis naufragatis Iudæorum habitantium in terris Chriſtianorum,quod latè oſtenditur nu.29.& ſeqq.

Iudæi poſſunt expelli à locis Chriſtianorum.cum licentia Principis eiuſdem loci.nu.30.

Aſſecuratio facta per mercatores,qualiter proſit Iudæis,traditur nu. 32.

Indultus conceſſi Iudæis à Summo Pontifice,vel alio Principe,vt poſsint negotiari ad libitum,quòd eis proſit,ſi per leges aliarum Principum non poſſint in aliquibus locis negotiari,explicatur nu.33.

Aſſecuratio facit tranſire bona in aſſecuratores, qui ad prætium mercium tenentur,facto naufragio,quod declaratur num. 34. & 35. Licito iure fit à Chriſtianis in beneficium Iudæorum, habitantium in terris Chriſtianorũ, & ratio traditur nu. 36.

Sententia lata contra caſum legis,vel cõmunem DD.opinionem,eſt nulla.nu. 37. & 38.

Tex.in l.poſtliminij §.in pace.ff.de capt. & poſtlim.reuerſ. declaratur num. 39.& 43.

Amicitiam,nec fœdus cum gente inimica habere poſſumus. nu.40.

Mutari non debet, quod certam habuit interpretationem, præcipuè quando interpretatio venit ex effectu ſubſequuto.nu.44.45.& 46.

AN BONA HÆBREORVM, qui lege municipali ſub pœna mortis, & confiſcationis bonorum fuerunt expulſi ab aliquo Regno, ſiue ventorum perueniant ad loca, à quibus fuerunt eiecti,poſſunt confiſcari, & aſſicuratores ad id teneantur.

CONS. XVII.

De quo facta eſt mentio par.2.in tit.de perſon.q.2.in fin.in addition.

COntendunt inter ſe Regius fiſcus; & D.Marchio Ieraci, & D. Petrus de Leua, quiſnã eorum habere debeat bona Mayr Hæbrei, quæ ex vi ventorum vnà cum naui deuenerunt ad portũ Dræpani huius Regni Siciliæ vltra Pharum.

Sed quia hæc diſceptatio videtur ſuperuacanea, quia illa bona nullo iure, ac nullo modo confiſcari poſſunt, ideò licèt hincinde tam pro dictis prætenſoribus, quàm pro dicto Hæbræo ſit abundè allegatum per doctiſſimos Conſulentes, nihilominus, vt aſſecuratori dictorum bonorum, vt amico ſatisfaciam, tanquam ſpicas poſt terga metentium recolligens, reſumam quę ex vtraque parte ſcripta ſunt, & allegata.

Prætendunt igitur aduerſarij ex diuerſis hæc bona eſſe confiſcanda: Primò qui-
1 dem, † quia Hæbrei habentur ad inſtar hoſtium, nam inimici ſunt Chriſtiano nomini, & vellent, vt populus Chriſtianus deſtrueretur, Chriſtum crucifixerũt, eius Euãgelium recipere noluerunt, adeò vt ſint gens admodùm peruerſa, & nullã excuſationem habens: & hoc argumentũ multis conantur probare Domini Conſulentes pro Regio Fiſco, & aliorum prætendentium ſuper dicta bona ipſius Hæbræi, dilatando admodum fimbrias.

2 Secundò, quia bona illorum, qui ſunt nobis inimici, ſi naufragantur, licito iure occupari poſſunt, & confiſcari, Authen. nauigia. C. de furt. & ſeruo corrupt. Sed omnes Hæbrei ſunt inimici expulſi. Igitur res videtur clara.

3 Tertiò, quia & ſi bona Iudæorum ſine licentia Principis occupari nequeant. c. ſicut de Iudæ. attamen à contrario ſenſu cum licentia Principis occupari poſſunt,
4 †& proinde dum Rex Alphonſus fel.memoriæ mandauit, vt Iudæi expellerentur ab eius Regnis, & voluit ſub pœna priuationis vitæ, & confiſcationis bonorum, vt Iudæi nullo modo et tranſitũ haberent per eius Regna, & præcipuè per hoc Regnũ Siciliæ, qs nõ videat, vt nũc iſte Hæbreus ſit tranſgreſſor dictæ pragmaticæ, & vt talis eius bona ſint applicanda fiſco.

5 Quartò prætendunt nullam habẽdam eſſe rationem, quòd iſta bona aſſecurata fuerunt per Chriſtianos: ſciebant enim Chriſtiani, quòd illa bona erant dicti Hæbrei inimici Chriſtiano nomini, & quòd deferebãtur ad Infideles, & proinde fuerunt in culpa in tali aſſecuratione, & dũ bona peruenerunt ad hoc Regnum Siciliæ; Et hæc ſunt præcipua motiua Regij Fiſci, & aliorum prætendentium aduerſus

ſus dicta bona.

Verùm hæc motiua, & ſi aliquam videantur habere apparentiam, ſi tamen radicitus conſiderentur, nullius ſunt conſiderationis, & momenti, adeò vt auſim affirmare, vt cauſa ſit citra controuerſiam decidenda in beneficium dicti Hæbrei, & eius aſſecuratorum, ſi factum, quod ſequitur, verum eſt.

6 Tria in facto ſupponuntur. Primùm eſt, hunc Hæbreum natum eſſe in Ciuitate Venetiarum, & habitare in Ciuitate Piſarum in dominio Magni Ducis Etruriæ, & eiuſdem Ducis eſſe vaſſallum, & per hoc tollitur motiuum ex aduerſo, quod hic Hæbreus ſit Leuantinus, hoc enim cognomen retinet ad differentiam aliorũ Hæbreorum, qui Leuantini non ſunt: tamen non per hoc ſequitur, vt hic Hæbreus iudicari debeat, vt vaſſallus Infidelium, cùm re vera ſit vaſſallus Magni Ducis, vt in facto manifeſtè conſtat.

7 Secundum eſt, Hæbreos habitantes in Dominio Chriſtianorum habere ſaluos conductus, & Bullas Pontificias, per quas ipſis permittitur poſſe ad libitum negotiari, & deferre bona à terris Chriſtianorum ad terras Infidelium, & è contra.

8 Tertium, bona iſtius Hæbrei eſſe onerata in locis non ſubiectis Catholicæ Maieſtati noſtri Regis, ſed Liguri, & ſic in loco, vbi Hæbreus iſte negotiari poterat, & quòd illa bona mittebat ad Ciuitatem Alexandriæ, & quòd ex vi ventorum nauis illa peruenit ad portum Drepani huius Regni Siciliæ.

Si hæc tria in facto ſunt vera, prout veriſſima ſunt, quia omnia patent ex actis, quis negare poteſt, vt cauſa decidi debeat in beneficium ipſius Hæbrei, & eius aſſecuratorum.

Vt autem noſtra ſententia iuridica iudicetur, eſt aduertendum, prout etiam colligi poteſt ex argumentis aduerſariorum, & notant etiam expreſsè Conſulentes pro ipſo Zaccaria, & eius aſſecuratoribus, & præcipuè Spect. de Lombardo, cauſam iſtam poſſe dupliciter tractari; Primò ex diſpoſitione iuris communis; Secundò ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ iam dictæ.

Quod attinet ad ius commune, Iudæi conſiderantur duobus modis. Primò, vt Iudæi ſunt, & viuunt in eorum obſtinatione, & habitant in Terris Infidelium, & ſubditi ſunt Infidelibus, & hoc modo ſunt vt hoſtes iudicandi, eorum bona licito iure occupari poſſunt; & digni ſunt omni pœna, & ſic procedunt omnia, quæ dicunt Aduerſarij, & conſi. 93. & deciſio. 21. Noſtri D. Ioannis Franciſci de Ponte. & hic non eſt caſus noſter: proinde in vanum laborauerunt, qui tantis filacteriis fimbrias ſuas dilatauerunt contra Aſſecuratores, & Hæbreum prædictum.

10 Secundò modo conſiderantur Hæbrei, vt ſunt vaſſalli alicuius Principis Chriſtiani, & hoc modo iudicantur tanquam de populo Romano, & vt de corpore Ciuitatis illius Principis, ſub cuius dominio ſunt, gaudent protectione, & priuilegijs qualiter gaudẽt alij ſubditi prædicti Principis, & eorum bona nullo modo ab aliis occupari poſſunt, prout ſunt iura manifeſta in l. Iudæos, cum alijs pluribus. C. de Iudæ. & toto tit. in decretali de Iudæ. cum aliis innumeris cumulatis per Dominos Conſulentes: nec Aduerſarij hoc negare poſſunt, prout non negant, ni loquerentur contra vtriuſque iuris diſpoſitionem, & communem omnium ſententiam, vt per Burſat. conſi. 200. vol. 2. & alios cumulatos per Santernam in tract. de aſſecuratio. par. 4. & 5. Thuſc. in ſua pract. concl. in verb. Iudæi, concluſ. 371. & præcipuè nu. 31. & ſeqq.

Cùm igitur hoc ſit manifeſtum, & indubitatum ſecundum ius commune, non erit in hoc elaborandùm amplius, ſed videndum erit, ſi aliqua ſit dubitatio ſecundùm diſpoſitionem dictæ Regiæ pragmaticæ.

11 Quod igitur attinet ad Regiam pragmaticam Regis Ferdinandi emanatam in anno 1492. qua mandatur expelli Iudæos a ſuis Regnis, & vt nullo modo in illis habitare poſſint; nec etiam voluntariè tranſire ſub pœna mortis, & confiſcationis bonorum. Nec etiam locum habent in caſu noſtro, quia non eſt caſus compræhenſus in dicta Pragmatica, prout ex ſequentib. verbis dictæ pragmaticæ manifeſtè colligitur ibi *Che paſſato il detto tempo, alcuno Giudeo maſcolo, nè femina, grande, nè piccolo, di qualſiuoglia età ſiano, poſſa ſtare, nè ſtarà in parte alcuna delli noſtri Regni, e Dominationi, nè poſſano tornare a quelli per ſtare, nè paſſare per quelli, ò per alcuna parte di quelli, ſub pena della morte, e perditione delli beni à noſtra Camera, e Fiſco applicandi, la qual pena ſia incorſa ipſo iure.*

Ex

12 Ex prædictis verbis manifeſtè colligi-
tur, vt tranſgreſſores dictæ pragmaticæ
dicantur Hæbrei, ſi voluntariè vellent
tranſire cauſa commertij per Regna Suæ
13 C.M. † Sed qui ex vi ventorum per mare
tranſijt, & per loca ei prohibita, dicitur
contra eius voluntatem tranſire ex vi ne-
ceſſitatis ſortunæ, & proinde nullam in-
14 currit pœnam; † imò nec de bonis, quę in
naui ſunt, teneretur aliquam gabellam
ſoluere, vt eſt tex. vt aiunt, Rotundus in l.
Cęſar, & in l. fin. §. ſi propter neceſſitatem
aduerſæ tempeſtatis. ff. de public. & vecti-
gal. cum alijs infra cumulãdis; & per hoc
patet vanam eſſe prætenſionem Aduerſa-
riorum, qui conantur dicere, vt pragma-
tica loquatur in omni caſu, cùm re vera
loquitur de tranſitu voluntario, vt patet
ex verbis ipſius pragmaticæ, & ſic non
eſt vana, & procedit in caſu ſuo tantùm,
15 & ad alios non ſe extendit, † & ſic etiam
loquuntur Bullæ Pontificiæ, expelientes
Hæbreos à terris Eccleſiæ, de quibus me-
minit Leon. in ſua prax. Archiep. cap. 35.
ſub nu. 131. licèt enim Hębrei expulſi non
ſint ſecuri in alijs locis, procedit, ſi volun-
tariè per loca prohibita tranſirent, & ſic
ſecundùm terminos dictæ pragmaticę.
16 Confirmatur hæc conſideratio ex ad-
ductis per omnes conſulentes; quia cùm
hęc pragmatica ſit pœnalis, debet accipi,
& intelligi ex neceſſitate in caſu ſuo tan-
tùm, nempè, quando ex libera voluntate
vellent Hębrei illam tranſgredi. Nec ex-
tendi poteſt ad alios caſus, vt eſt commu-
ne axioma iuris, & omnium Doctorum.
17 Additur prædictis, quia prędictus Mayr
Zaccarias expreſsè conuenit cum aſſe-
curatoribus, vt nauis aſſecurata intellige-
retur, ſi ex vi ventorum perueniret ad re-
gna Suæ C. M. ex quo datur intelligi, vt
nullo modo habuiſſet animum tranſgre-
diendi pragmaticam prædictam. Sed vt
nauis recto tramite duceretur per loca,
ipſi Hæbreo permiſſa, ad vehęndum, &
negotiandum tam ex Apoſtolicis, quam
Magni Principis Etruriæ, & aliorum
Chriſtianorum Principum indultibus.
18 Non omittimus dicere, quòd dicta
Pragmatica principaliter reſpicit perſo-
nas Iudęorum, qui fuerunt expulſi tanquã
inimici Chriſtiano nomini, & ne Chri-
ſtianos ſubducerent, & ſubuerterent, &
proinde dum expreſsè non loquitur de
bonis, ſed de perſonis, & ceſset ratio dictę
pragmaticæ in bonis, iam ſanctio illa etiã
quia pœnalis eſt, non extenditur ad bona
Iudęorum, prout ex gloſ. in c. ita quorun-
dã in verb. ferrum, extra de Iudę. & alijs
multis probat Burſat. d. conſi. 200. num.
123. & ſeqq. vol. 2. de quo mentionem fa-
ciunt omnes Collegæ, & ſucceſſiuè luce
clarius cernitur hunc non eſſe caſum cõ-
præhenſum in d. Regia pragmatica.
19 Ad confirmationem omnium prædi-
ctorũ adducitur, quòd dum iſte Hæbreus
bona prædicta in naui onerauit Ligurni,
& ſic in locis ei permiſſis, & tranſmitte-
bat bona ad loca ei permiſſa per Indultus
Summorum Pontificum, & Magni Ducis
Etruriæ, dum poſtea nauis ex vi ventorũ,
& propter aduerſæ tempeſtatis neceſſita-
tem ducta fuerit ad hoc Regnum Siciliæ,
non dicitur Hæbreus ille incurriſſe in
pœnas confiſcationis bonorũm, nec bona
illa confiſcari poſſunt, nec collectari poſ-
ſunt, quia neceſſitas aduerſæ tempeſtatis
illum excuſat, & immunem facit, prout
ex tex. in d. l. Cęſar, & in d. l. fi. §. ſi propter
20 nece[illegible]atem † iudicauit Regia Camera
Sũmmariæ Neap. dum ſimilis caſus acci-
dit in illo Regno, vt videri poteſt penes
Lanar. in conſi. 84. toto, præcipuè nu. 12.
21 † fuit etiam deciſum in hoc Regno Sici-
liæ de anno 1576. & erat caſus magis du-
bitabilis, quia in illa naui non ſolùm ade-
rant bona, ſed etiam perſonæ Iudęorum,
& fuit deciſum, vt perſonæ, & bona ipſo-
rum Iudæorum reducerentur ad priſtinã
libertatem, ſolutis expenſis cuſtodum, &
quòd non dicerentur tranſgreſſores dictæ
Regiæ pragmaticæ; fuit etiam deciſum
menſibus non longè decurſis in ſimili cau
ſa per Illuſtr. Præſidem de Raho, Spect. de
Blaſchis, & alios in hoc Regno contra
Ducíſſam Machedæ, olim huius Regni
Vicereginam in beneficium quorundam
Hębreorum, itaque eſt cauſa indubitabi-
lis, vt dictum eſt.
22 Et hęc ſententia nullam iuſtam pati po
teſt controuerſiam; nam omnes Doctores
eam ſequuntur, quia textus prædicti ſunt
ineuitabiles, & legi poſſunt etiam pro cõ-
firmatione huius ſententiæ, Barto. in l. 1.
C. de naufrag. lib. 11. Alexan. conſi. 7. viſo
themate vol. 3. Bertach. in tract. de gabell.
in 8. membr. ſeptimę part. num. 10. Felin.
in cap. quærelam nu. 11. de iur. iuran. Fer-
rett. in tract. de gabell. num. 115. Rip. in
tract. de peſte in tit. de priuileg. contrau.
nu. 158. 161. & ſequẽtib. Benuenut. Stracc.
in d. nu. 26. & ex diuerſis Hiſpaniarum le-
gibus,

23 gibus, † vt nec gabellam ſoluant, nec incidant in commiſſum hoc probat Molin. in tractatu de maiorat. & tribut. diſp. 663 nu. 15. & ſic patet, quòd malè loquuntur
24 aduerſarij, † qui conatur dicere, vt Lanarius ſine lege, & ratione loquatur, cum re verè loquatur ſecundùm leges, & naturalem rationem, & ſecundùm omnium Doctorum ſententiam fundatam, & in iure
6 naturali, & gentium, ſic etiam in iure canonico, & ciuili, & auctoritate rerum iudicatarum etiam.

Secundò, confirmantur omnia prædi-
25 cta, † quia ſi adeſſet ſtatutum prohibens deferri vinum ad aliquem locum, & vinũ eſſet deferẽdum ad alium locum licitum, & propter aliquem caſum fortuitum deferreretur ad locum prohibitum, Dominus vini nõ incideret in pœnam ſtatuti, ex quo præter, & contra eius voluntatem vinum illud aſportatum fuit ad locũ prohibitum, prout conſuluit Bald. conſ. 198.
7 ſtatutum Ciuitatis. nu. 5. vol. 2. Stracc. in tract. de mercat. par. 4. n. 48. & in tract. de nauibus par. 2 nu. 26.

26 Tertio cõfirmatur ex alio conſimili de Bannito; ſi enim per vim ducatur in territorium bannientis, non poteſt contra eũ
8 exequi bannum, ſed reponi debet in priſtinam libertatem, quia non dicitur tranſgreſſor banni, dum contra eius voluntatẽ ad eum locum ducitur, vt per Bald. in Authen. Item nullã. nu. 8. C. de Epiſc. & Cler. vbi Iacob. Butricar. Iul. Clar. in §. fin. q. 56 nu. 6. Roland. conſ. 60. nu. 9. lib. 2. Flamin. Cart. in tract. de execut. ſẽt. capto bãnito. c. fin. nu. 267. vbi alios citat Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 56. Et faciunt latè diſcuſſa, & deciſa per Vinc. de Frãch. deciſ. 415. Borgnin. Caual. deciſ. 1. nu. 45. par. 1.

Sed in caſu noſtro prçter, & contra voluntatem Domini mercium, & Aſſecuratorum ipſarum mercium nauis ex vi ventorum, & propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis ducta fuit ad hoc Regnũ, quis igitur non videat, vt in nullam inciderit pœnam, & vt nullo modo tranſgreſſa ſit dicta Regia pragmatica, & ſucceſſiuè merces vna cum naui reponi debet in priſtinã libertatem, & reſtitui earum Dominis, vt optimis rationibus pluries deciſum fuit, vt dictum eſt.

27 Nec obſtant contraria, † nam primum ſolutum apparet ex dictis nu. 8. & ſeqq. licèt enim Iudçi nullam habeant excuſationem, ſi ad fidem non conuertantur, & digni ſint ęterna gehenna, non tamen per hoc ſequitur, vt dum in terris Chriſtianorum habitant, poſſint impunè offendi, vel eorum bona occupari, quia ex iure naturali, gentium, & ciuili, & canonico bona Iudæorum eorum ſunt, & nemini licet illa occupare, nec Chriſtianis permittitur eis moleſtiã inferre, vt toto tit. C. de Iudç. c. ſicut. & c. Iudæi. extra de Iudæ. Roman. conſ. 489. cum alijs innumeris cumulatis. per Burſat. d. cõſ. 200. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Santer. in tract. de aſſecurator. & ſpõſion. par. 5. num. 17. cum multis ſeqq.

28 Additur etiam, † quia Iudçi habitantes in terris Chriſtianorum in humanis actibus participant cum Chriſtianis, & eiſdẽ gaudent priuilegijs, & prærogatiuis, cùm ſint pars illius populi, & Ciuitatis, in qua habitant, vt ſuperius dictum eſt, nu. 10. & eſt tex. in l. Spadones §. iam autẽ. vbi Bald. nu. 1. & 3. ff de excuſat. tutor. Alex. cõſ. 75. nu. 6. lib. 5. Dec. in c. conſuluit. nu. 9. de appellat. Rimin. Iun. conſ. 275. nu. 21. & 22. & plures alij cumulati per Dominos Collegas, prçcipuè per licentiatum de Molin. in §. penult.

29 Nec vrget ſecundum argumẽtum nam tex. in d. Authen. nauigia. probat totum oppoſitum, quia ſi bona Iudæorum, habitantium in terris Chriſtianorum naufragantur, reſtitui debent eiſdem Iudæis, vt latè etiam ibidem defendit Petr. de Bellapert. & Afflict. in conſtit. Regn. Rapinas. Lanar. d. conſ. 84. n. 11. & ſeqq. & alij paſſim, & hoc optima ratione, qa ſi iudicãtur tanquàm Chriſtiani in humanis actibus, dum tollerantur inter Chriſtianos, & poſſunt bona quærere, & retinere ad inſtar Chriſtianorum, ſi bona naufragantur, eiſdem Dominis reſtitui debent, vt patet ad ſenſum, & vt optimè notat D. Licentiatus de Molin. in ſuis allegationibus. §. ſed contrarium: hæc eſt vera, & communis ſententia, quç inſpecto iure communi, nullum habet contradictorem, & ſic vanè loquuntur aduerſarij, qui contendunt, vt textus iſte in eorum beneficio loquatur, cùm penitus deſtruat eorum vanam prætenſionem.

30 Ad tertium reſpondetur quòd, licèt cũ Principis licentia poſſint Hebræi expelli à locis eiuſdẽ Principis, & prohiberi poſſint etiam cum cõfiſcatione bonorum, ne per Regna eiuſdem Principis tranſeant, hic tamen non eſt caſus noſter, quia iſte Hebræus habitabat in terris Magni Ducis

cis Etruriæ, etiam dum ibi tollerabatur,
& erat eius vaxallus, bona ipſius iudican-
tur vt bona vaxallorum dicti Ducis Etru-
riæ, & ſucceſſiuè dum contra eius volun-
tatem nauis peruenit ad hoc Regnum, re-
ſtitui illi debēt eius merces, & reponi de-
bet nauis vna cum mercibus in priſtinam
libertatem, vt patet ex dictis ſupra à n. 12.
vſque ad num. 27.
31 Poſtremò non vrget quartum argumē-
tum, nam oppoſitio ridicula eſt: quoniam
ſi hic Hebræus eſt vaxallus Ducis Etrurię,
& in actibus humanis iudicatur tanquam
de populo eiuſdē Ciuitatis, & gaudet eiſ-
dem priuilegijs, vt alij vaxalli eiuſdē Du-
cis, quis non videt, vt argumentum non
concludat, nam licito iure aſſecuratores
interuenerunt, dum bona onerata fuerūt
Ligurni, & aſportabantur in Alexandriā,
& ſic ex loco licito, & ad locum lici
tum propter Apoſtolicos indultus, &
propter licētiam eiuſdem Magni Ducis,
32 & in ſpecie, † vt aſſecuratio, facta a mer-
catoribus, proſit Iudæis, probat Angel. in
l. 1. C. ad leg. Iul. Maieſt. Barbat. cōſ. 63.
lib. 4. Rimi. cōſ. 119. nu. 5. lib. 2. Foller. in
Conſtit. Regn. Item ſtatuimus. num. 10.
33 Nec vrget replicatio ex aduerſo, † quòd
hic ſaluuſcōductus Apoſtolicus non ligat
Principes Chriſtianos iuxtà tradita per
Burſat. cōſ. 200. nu. 22. cum aliquib. ſeqq.
lib. 2. Nā hoc eſt verum, vt ipſi Principes
poſſint facere leges cum cauſa, & expelle-
re Iudæos ab eorum Regnis, & prohibere
commercium Iudeis in eorum Regnis; nō
tamē per hoc ſequitur, q̃ nō liceat Iudęis
commercium habere per loca [illegible] permiſ
ſa per indultus, & ideò ſemper viget pri-
ma ratio, vt dū negotiabatur in locis per-
miſſis, & vi vētorū bona peruenerūt ad lo-
ca prohibita, debēt ei reſtitui p̃dicta bona.
Nec vrget replicatio Regij Fiſci, ut ue-
ra non ſit prędicta doctrina, ex quo res no-
ſtræ ſine facto noſtro auferri non poſſunt;
34 nam obiectio uana eſt, † quia conuentio
facta in aſſecuratione, & æſtimatio per-
miſſa, ſi periculum euenerit facit bona trā-
ſire in aſſecuratores, qui æſtimationē mer-
cium ſoluere tenentur, & merces ſunt
in eorum dominio; ut eſt text. ad lite-
ram in l. 1. §. æſtimatio. ff. de æſtimat. actio.
l. ſiuè certò. §. nunc uidendum. ff. commo-
dat. cū alijs iuribus citatis, & rationibus
diſcuſſis per dictum Santer. in tract. de aſ-
ſecurat. par. 4. num. 46. cum ſeqq. Oddus
conſ. 31. nu. 26. Rota Genuæ deciſ. 63. n. 1.
& patet ad ſenſum quia ſi aſſecuratores
æſtimationem mercium ſoluunt, non de-
bet Dominus mercium habere prætium,
& merces.
35 Nec ſecunda replicatio urget, ut hoc
non procedat in præiudicium illorum,
quibus bona aſſecurata ſunt incorporata,
nam hoc eſt, de quo quærimus, an ſcilicet,
dicta bona inciderint in commiſſum, &
dicimus, quod non, quia non voluntarie
venerunt ad hoc Regnum, & dum eſt lici-
36 ta aſſecuratio, vt dictum eſt, † quia inter
Chriſtianos, & Iudæos habitantes in ter-
ris Chriſtianorum poteſt eſſe commertiū,
& licito iure fit aſſecuratio, vt probāt prę-
citati Doctor. & notant etiam [illegible] tract. in
tract. de aſſecurat. gloſ. 3. & in tract. de mer
cat. par. 2. nu. 46. iam quo iure poſſunt hęc
bona alijs incorporari, certè nullo modo,
& proinde remanent illa bona periculo
ipſorum aſſecuratorum.
37 Nec vrgent prætenſæ ſententiæ prola-
tæ per Conſultorē [illegible], & Audi-
torem exercitus in hac cauſa in fauorem
Marchionis Hieraci, & D. Petri de Leua,
quia vt optime reſpondit Licētiatus Ca-
rolus Martucho nō merentur nomen ſen-
tentiæ, & ſunt nullæ ipſo iure, tanquàm
latæ contra omnia iuris principia, & abſ-
que vllo iuris fundamēto, & manifeſtum,
38 † eſt ſententiam latam contra caſum legis
vel communem ſentētiam Doctorum eſ-
ſe nullam. Et tantò magis, dum nec prin-
cipalis Dominus dictarum mercium, nec
aſſecuratores earundem fuerūt auditi, &
etiam quia ſunt contra alias ſententias le-
gitimè prolatas, tā à Tribunali Regij Pa-
trimonij in hoc Regno, quam etiā à Re-
gia Camera ſummarię in Regno Neapo-
lis vt ſuperius dictum eſt.
Dum prædicta eſſent allegata, & diſcuſ
ſa coram doctiſſimis viris in dicto Regno
Siciliæ, & partes Dominorum iudicantiū
cernebātur eſſe ſecundùm diſcuſſa in hoc
Conſilio, fuerunt ex aduerſo oppoſitę duę
39 aliæ difficultates. † Prima ex tex. in l. poſt
liminij Ius. §. in pace. ff. de capt. & poſt li-
min. reuerſ. vbi ad literā videtur diſponi
40 contra diſcuſſa in hoc conſ. † quia cū gen-
te inimica, nec amicititiam, nec hoſpitiū,
nec amicitiæ fœdus habemus, & ideò ſi
bona illorum ad nos perueniunt, noſtra
fiunt, & è contra.
Secunda difficultas erit ex allegatis ex
aduerſo per Spect. de Aſſalis, & quibuſdā
alijs doctis viris, qui in contrariū ſcripſe-
runt,

runt, & præcipuè ex diſcuſſis per Cabal-
lum tom.2. reſolut.crimin. caſ.220.num.
27.& ſeqq.& per D.Ioan.Franc.de Pont.
in trac..de poteſt.Proreg.tit.11.præcipuè
41 nu.7.& per alios plures, qui docent, † vt
bona Infidelium naufragata efficiantur
capientium, & ſic Regij Fiſci.

42 Sed reſponſum fuit prædictas difficul-
tates non militare, & incipiendo ab hac
ſecunda iam ex lectura eorundem Aucto-
rum cernitur, vt loquantur de Infidelibus
diffidatis, & contra quos eſt indictum bel-
lum, & conſequenter loquuntur iuxta pri
mum caſum, relatum num.9. nempè quan
do Hebræi habitarẽt in terris infidelium,
clarum eſt enim, vt tunc ſint hoſtes Chri-
ſtianorum, & ſic nihil faciunt ad caſum
noſtrum, dum ſunt Iudæi, habitantes in
terris Principum Chriſtianorum, vt ſæ-
piſſimè replicatum eſt.

43 Nec vrget text. in d.§. in pace, nam ex
pluribus adaptari non poteſt ad factum
noſtrum: Primò, quia hic Hæbreus eſt
ſubditus dicti Magni Ducis Etruriæ, &
ſic non eſt de gente omninò incognita,
de qua tantùm loquitur ille textus, quia
cum dictis Hæbreis non eſt prohibita ne-
gotiatio, dum habitant in terris Chriſtia-
norum, vt dictum eſt: & tantò magis, dũ
bona prædicti Hæbrei aſportabantur ad
loca illi permiſſa, & vi ventorum, & con-
tra eius voluntatem peruenerunt ad dictũ
Regnum Siciliæ, & conſequenter debent
reſtitui, vt toties inculcatum eſt.

44 Secundò non poteſt adaptari ad caſum
noſtrum, quia vanum eſt quærere de in-
terpretatione aliquorum iurium in caſi-
bus dubijs, dum habemus certam, & vſi-
tatam interpretationem in proprio caſu
noſtro, & in caſibus magis dubitabilibus;
fundatum eſt enim in præcedentibus ſic
multoties fuiſſe iudicatum tàm in hoc
Regno Siciliæ, quàm etiã in Regno Nea-
politano, & conſequenter ſuccedit vul-
45 gatum iuris axioma † mutandum non
eſſe, quod certam habuit interpretationẽ,
vt teſtatur plures, quos cumulaui, & pro-
baui ad Conſuet. Neapol. par.4.q.65. nu.
46 56. & præcipuè, † quando interpretatio
venit ex effectu ſubſequuto, & poſt alios
probat Surd.conſi.297.nu.8.vol.2.& cõſ.
362.nu.10.vol.3.Menoch.conſi.222. ſub
num.13. & etiam in conſi. 745.num. 37.
vol. 8. vt alios omittam: ſed in caſu no-
ſtro non ſolùm habemus tot Doctorum
auctoritates, ſed etiam diuerſas ſententias
diuerſorum ſupremorum Tribunalium,
fundatas etiam in iure naturali, gentium,
ciuili, & canonico, vt bona prædicta non
inciderint in commiſſum, ſed reſtituen-
das eſſe eorum Dominis, ſeu Aſſecurato-
ribus: Igitur inanis videtur ſupradicta
prætenſio.

Ex quibus omnibus concluditur, quòd
neq; ſecundum ius commune, nec etiam
ſecundùm diſpoſitionem dictæ pragma-
ticæ bona prædicta inciderunt in com-
miſſum, & ita per Illuſtriſs. Præſidem de
Rabo, & alios Spect. Iudicãtes decerni ſpe
ramus: quorum correctioni omnia præ-
dicta ſubmitto.

In hac cauſa conſului in dicto Regno
Siciliæ de menſe Decembris 1614. in Ci-
uitate Panhormi, & quia de mẽſe Martij
anni ſequentis 1615. à Ciuitate prædicta
diſceſſi, neſcio quem finem cauſa habuit,
ſed, vt dixi, Domini Iudicantes inclina-
bãt ſecundùm hic diſcuſſa: ex quibus etiã
apparet veritas quæſtionis.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſum factũ per Illuſtriſs. D. Hectorem Pignatellum, Siciliæ Proregem, recenſetur num.1.

Rex an poſſit habilitare fœminas, vt ad maioratum, & fideicommiſſum admittantur, non obſtante excluſione primi inſtitutoris, nu.2. cum ſeqq. Conſilia ẻdita per D. de Põte in hac materia, recenſentur num.3. Quid ſi id facere velit via ordinaria, explicatur nu.7. cum ſeqq.

Princeps ſupremus etiam ſine iuſta cauſa poteſt ius tertio quæſitum tollere, ſed peccat, & tenetur ad excambium. nu.4. & 6.

Eſt ſupra ius, nec ei dici poteſt, cur ita facis. nu.5.

Princeps in agnatorum præiudicium poteſt admittere fœminas ad feuda, & exemplis comprobatur nu.8.

Poteſt legitimare naturalem in præiudicium agnatorum, quod declaratur num.9.

Ius ſuccedendi, quæſitum in ſpe, dicitur elidibile, & ſecundùm Platonem dicitur ſomnium vigilantiũ, quod multis probatur nu.10. & 11.

Princeps poteſt habilitare fœminas ad feuda

feuda, & fideicommiſſa in vocatorum praiudicium, quando ſpes illa ſuccedendi fundabatur in carentia filiorũ maſculorũ, & ille eſſet habilis ad procreandum filios, quod explicatur nu. 12. cum ſeqq.

Poteſt eo magis id facere, ſi declaret, ac interprætetur primi inſtitutoris voluntatem. nu. 13. & 14.

Voluntas teſtatoris qualiter à ſolo principe interpratetur, declaratur nu. 14.

Fideicommiſſa declarantur, ac interpratantur ex ratione, qua motus fuit teſtator ad illud faciendum. nu. 15.

In his, quæ in ratione comprahendũtur, non dicitur fieri interpratatio extenſiua, ſed comprahinſiua. nu. 16.

Fœmina nubens in familia, ſuccedit ad maioratum, & fideicommiſſum, à quibus aliàs excludebatur, nu. 17. Sic deciſum refertur in familia Sãſeuerina. nu. 18. Sic ẽt per Regem Philippũ Tertium num. 24. Fundatur hoc euenire etiam ex voluntate fideicommittentis nu. 19. cum ſeqq.

Homo de familia, nubens cum muliere eiuſdem familiæ dicitur habere duo vincula ad ſuccedendum, quæ explicantur nu. 20.

Interpratatio, vt valida ſit, debet eſſe fundata in ratione, & ratio traditur. num. 21.

Sententia Regis facit legem in articulo iuris dubio. nu. 22.

Forus conſcientiæ qualiter differat à fooro exteriori, traditur nu. 23.

AN REX POSSIT HABILITARE, & admittere fœminas natas ex maſculo, vt veniant ad bona maioratus, vel fideicommiſſi, non obſtãte prohibitione primi acquirentis, & excludentis fœminas à dictis bonis.

CONS. XVIII.

De quo facta eſt mentio par. 2. tit. de perſonis q. 4. in fin.

1 IN anno 1526. die 7. Decembris Illuſtriſsimus D. Hector Pignatellus, Prorex in Regno Siciliæ obtinuit priuilegiũ à Cęſarea, & Catholica Maieſtate Caroli Quinti Imperatoris faciendi fideicommiſſum, ſiue Maioratum in omnibus eius bonis tã burgenſaticis, quàm feudalibus in beneficium maſculorum ſuæ familiæ de Pignatellis, excluſis penitus fœminis per maſculos de familia, etiam remotiores, & ex linea collaterali, & facta a prædicto D. Hectore vnione bonorum, quæ erant ſubijcienda fideicommiſſo in anno 1531. die 19. Octobris, iam ipſemet Prorex in eodẽ anno 1531. die 24. eiuſdem menſis Octobris eius vltimum condidit teſtamẽtum, in quo fideicõmiſſum prędictum, & Maioratum fecit in ampliſſima forma.

2 Fuit quęſitum annis non longè decurſis, per Illuſtriſs. modernum Ducem Montisleonis D. Hectorem Pignatellum, deſcendentem ex linea recta dicti primi inſtitutoris maioratus, ac fideicommiſſi, dũ ipſe non habet maſculos, ſed fœminas tãtùm, ſi Rex noſter inuictiſſimus tam in foro exteriori, quàm in foro conſcientiæ poſſet habilitare dictas fęminas eius filias, ſeu aliquas ipſarum, vt ad bona prędicta ſuccedant, non obſtante dicto fideicõmiſſo, ſiue maioratu.

3 In hoc negotio plura per diuerſos eximios Doctores fuerunt reſponſa ædita, quorum tria edidit doctiſsimus ille Vir Marchio de Ponte, vt habetur in 2. vol. conſil. 152. 154. & 157. & duo alia typis etiam ædita vidi abſque Auctore: Et quia prędictus noſter de Ponte omnia cumulat, & iuxta morem omnes difficultates tangit, doctiſſimè reſoluit, & contraria reijcit; ideò pauca tantùm ponam, quæ priuſquàm dicta conſilia viderem, Ego ſcripſi in vtroque foro, vt dixi.

Voluit dictus Illuſtriſs. Dux in vtroq;
foro conſultationem, ad hoc, vt videretur
ſi de poteſtate ordinaria Princeps ſine
4 peccato id facere poſſet; † nam eſt clarum
ſecundùm omnes, quòd de poteſtate ſu-
prema, & abſoluta etiam ſine cauſa poteſt
Princeps tollere ius acquiſitum tertio,
5 † nec ei dici poteſt, cur ita facis? eſt enim
ſupra, contra, & extra ius, ac leges huma-
nas, & proinde ſacrilegium eſſet de eius
poteſtate ſuprema diſputare. l. 2. Cod. de
crim. ſacrileg. & ideò, quod per hanc po-
teſtatem facit, firmum eſt, etiam dum de-
rogat fideicommiſſis. Iaſ. in l. reſcripta. C.
de precib. Imper. offer. Albert. Brun. conſ.
1. nu. 33. cum ſeqq. Deci. conſi. 270. & cõſ.
390. nu. 13. & alij innumeri, quos recen-
ſet, quàmuis non ſequatur, Molin. de pri-

mogen.Hiſpan.lib.1.cap.8.nu.29. Sequi-
tur eos tamen Peregri.de fideicom.art.52
6 nu.117.& plures alij, † qui docent, vt va-
lida ſit derogatio, quamuis Princeps, ſi ſi-
ne cauſa iuſta id faciat, peccet mortaliter,
& teneatur ad excambium, vt notant cō-
muniter DD. in l.digna vox. C. de legib.
ex tex.in l.venditor.§.ſi conſtat.ff.comm.
prędior. & eſt clarum hoc de iure Regio
Hiſpaniarum, vt habetur in l.2.tit.5. par-
tit.vbi Gregor.Lop.latiſſimè gloſ.23.in
verb. Buoncambio, & iddem diſponitur
in l.31.tit.18.par.3.probant Roland.cōſ.
1. num. 41. vol.2.vt alios omittam: nam
Suarez lib.8.de legib. cap. 37. ſub num.5.
teſtatur hāc eſſe opinionem communem
Theologorum, & Canoniſtarum, & con-
ſequenter, omiſſa poteſtate abſoluta, vi-
dendum eſt, ſi licito iure id fieri poſſit de
poteſtate ordinaria.
7 De poteſtate ordinaria multi affirmāt,
& multi negant, vt eſt videre penes Mo-
lin. loco cit. ſic etiam penes Couarru. lib.
3.variar. reſolut. cap. 6. per tot. & plures
alios, quos cumulaui d.q.4.nu.9. & 10. &
penes Menoch.conſi.993.per tot.vol.10.
& penes Surd.conſi.571. num. 39. vol.4.
adeò vt magis communiter concludant,
8 † vt poſsit Princeps in agnatorum præ-
iudicium admittere fœminas ad feuda,
pręcipuè dum ius ſuccedendi eſt quæſitū
agnatis ſpe tantùm; & ad hoc faciunt
pragmaticæ, capitula, & gratię concęſſæ
in hoc Regno, per quas Reges eiuſdem
Regni gratioſè concęſſerunt eidem Re-
gno, vt fœminæ admittantur ad feuda,
non obſtante quòd de iure communi feu-
dorum, & ex tenore inueſtiturarum erant
excluſæ à ſucceſsione dictorum feudorū:
& de hoc non poteſt hodie ſubſiſtenter
dubitari.
9 Hinc etiam docent communiter Scri-
bentes, vt Princeps poſſit legitimare ſpu-
rium ad ſucceſſionem feudorum, non ob-
ſtante quòd agnatis erat in ſpe quæſitum
10 ius ſuccedendi in dictis feudis; † quia tale
ius ſuccedendi eſt elidibile. glo.in cap.na-
turalis, ſi de feud.defunct.milit. fuer. con-
trouer. Alberic. & Caſtrenſ. in l.quoties.
C. de precib. Imper. offeren. Deci.conſil.
298.Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum.nu.
49. de conſtit. & alij, quos cumulaui d.
par.2.tit.de perſon.q.10.nu.23.cum ſeqq.
11 † adeò vt Plato ſpem illam ſuccedendi vo
cabat ſomnium vigilantium, vt poſt Mo-
lin. & Port. notat Guttier. lib.5. practic.
quæſt.in quæſt.55.nu. 24. & re vera com-
probatur experientia; nam multi imagi-
nantur habere magnam bonorum quan-
titatem ex aliorum ſucceſſione; & poſteà
vel præmoriūtur, vel illimet, quibus ſuc-
cedere ſperant, vel in ſenectute filios pro-
creant, vel ita ære alieno grauant eorum
facultates, vel alio modo diſſipantur ex iu
ſto iuditio Dei, vt ſomnium re vera ſit ta-
lis pretenſio.
12 Hoc eò magis ꝓcedit, ſi ſpes illa funde-
tur in carētia filiorū, & ille, cuius ſucceſ-
ſio ſperatur, adhuc viueret, & poſſet filios
procreare, & vocati ad fideicommiſſum,
ſiue maioratum poſſent præmori, & ſic
ante deficere, vt poſt Dec.Crauett. Goza-
di.& alios probat Menoch. conſi. 20. nu.
39. Quæ eò magis procedunt, dum Prin-
ceps vtitur poteſtatis plenitudine, Alex.
conſi.2.num.14.volum.1. Menoch.conſi.
19. cum alijs cumulatis per dictum de
Ponte in conſilijs citatis. Hic igitur eſt
caſus noſter. nam agnati dicti Illuſtriſs.
Ducis habent ius, ſpe tantùm fundatum,
& in eo, quòd ipſe Dux non habet filios
maſculos; ſed quia dicti agnati Duci præ-
mori poſſunt, & Dux eſt iuuenis, & po-
teſt filios maſculos procreare, igitur legi-
timo modo Princeps diſpenſat.
13 Vt autem ceſſet omnis difficultas, ad-
uertendum eſt, vt quoties Princeps in ta-
li diſpenſatione procedit per viam com-
mutationis, & interpretationis volunta-
tis primi inſtitutoris: tūc ſine aliquo ſcru-
pulo id facere poteſt, & in hoc omnes cō-
ueniunt ex tex.in clemen.quia contingit,
de religioſ.domib.l.legatum.ff. de vſufru.
legat.Menoch.conſi.969. num.6.vbi 39.
Doctores cumulat, & hanc opinionem
eſſe veram in vtroque foro probat Suarez
d.lib.8.cap.37.num. 7. cum ſeqq. & patet
14 ratione ineuitabili, † quia ad ſolum Prin-
cipem ſpectat talis commutatio volunta-
tis, & ita præſumitur eſſe voluntas primi
Inſtitutoris, & conſequenter, dùm Prin-
ceps hoc facit, ſuo vtitur iure, & nemini
facit præiudicium, & conſequenter mu-
tat formam ſuccedendi, & maioratum
tollit, & etiam priuilegium à ſe cōceſſum
ſubdito gratioſe reuocare poteſt, vt pro-
bat gloſ.in cap.decet de regu.iur. in 6. &
clement. dudum in verb. inſtante, de ſe-
pultur.Bald. Abb.& alij plures, quos pro-
bat Suarez d.c.37.nu.4. & n.7. cum ſeqq.
Melchior Palaez in tract.de maiorat.par.
1.q.44.nu.12.cum ſeqq. vt alios omittā.

Con-

Confirmantur prędicta,quia Doctores
15 communiore pronunciant, † quòd fidei-
commiſſa amplianturur, reſtringuntur, li-
mitantur, & declarantur per rationem,
ex qua teſtator motus fuit ad diſponēdū,
16 † quia in his,quæ ratione comprehendun
tur,non dicitur fieri interpretatio exten-
ſiua voluntatis teſtatoris,ſed eſt interpre-
tatio comprehenſiua in eadem volunta-
te,vt ex reg. tex.in l.cùm pater. §.dulciſſi-
mis.ff.de legat. 2. notant ibi communiter
DD.& alij,quos probat Molin.lib.1.de
primogen, Hiſpan. cap.5.nu.9.11.& 12.
& alij ſuperius citati.

Hinc etiam ex rationibus prædictis do
17 cent DD.quòd † licet fœminæ ſint exclu
ſæ à ſucceſſione maioratus, & fideicom-
miſſi ratione conſeruationis bonorum in
familia,agnatione, ſiue domo; hęc enim
in iddem coincidunt, vt ſciunt omnes, ſi
aliqua fœmina nubat in eadem familia;
& ſit proximior alijs agnatis maſculis, tūc
fœmina illa,& eius liberi admittuntur ad
ſucceſſionem dicti maioratus, & fideicom
miſſi,tanquam proximiores, & agnati de
eadem domo,& familia,vt ex multis pro-
barunt Crauett. conſi. 831. & conſi. 877.
Mantic. de coniectu.vltim. volunt. lib.8.
tit.12.num.10.in fin.Iaſ.conſi.142.col.5.
verſ.ſextò facit.vol.2.Curt. ſen. conſi. 40.
num. 5.12. & 15.Socin.in conſi.10.verſ.
quartò,& vltimò inter conſilia Bruni,Ia-
cob.Mannell. qui plures cumulat deciſio-
nes conſi.87.Peregrin.conſi.50. verſ.ter-
18 tiò vol. 3. Cacheran. deciſ. 127. † & fuit
etiam deciſum per Regem Alphonſum
Primum, & declaratum in familia Sanſe-
uerina,compilato proceſſu in anno 1449
ſedente ipſo Rege in ſuo ſolio pro Tribu-
nali in Caſtro Turris Octauę: erat enim
in dicta familia Sanſeuerina notorium fi-
deicommiſſum perpetuò in fauorem ma-
ſculorum, & excluſiuum fœminarum,
ſtantibus maſculis in quocunque gradu
remotis,vt eſt in caſu noſtro,& tamen de-
clarauit Rex maſculos eiuſdē familiæ de-
ſcēdētes ex fęminis proximioribus,& nu-
19 ptis in ead. familia ſuccedere: † & hoc tū
quia maioratus, & fideicommiſſum in-
telligitur ex veriſimili mente teſtatoris,
vt tunc fęminę excludantur per maſculos
remotiores eiuſdem familiæ, quando fœ-
minæ ſunt nuptæ extra familiam;ſed quā
do ſunt nuptę in eadem familia, tunc vti
proximiores in gradu, & ex veriſimili mē
te teſtatoris admittūtur ad ſucceſſionem;
20 tum etiam,† quia homo eiuſdem familię,
qui nubit cum fęmina eiuſdem familiæ,
& magis propinqua fideicommittenti,
ex quo ipſe maritus efficitur vna caro
cū dicta eius vxore, erit ipſe pariter pro-
pinquior in gradu affinitatis eidem fidei-
committenti;& ſic cùm habeat alium gra
dum agnationis tanquàm de familia,licèt
alijs poſteriorem, nihilominus quoniam
duo habet vincula,conſequenter præfer-
tur alijs, vnum tantùm vinculum haben-
21 tibus, & ideo † cùm omnis interpretatio
debeat fundari in ratione, & vt ſit confor
mis animatæ legi, vt docent communiter
DD.in l.hęredes mei §.cùm ita.ff.ad Tre-
bell.& alij,quos probant Ioan. Dilect. in
tracta.de art.teſtand. cautel. 66.vt legitur
tom.8.tract.par.1.fol.135. Marcus Anto.
Marſil.in tract.de eccleſ. reddit. iur.c.15.
nu.32.vt legitur tom. 15. tract.part.2.fol.
348.vt alios omittam,omni iure,& ſecun
dùm omnem rationem, & æquitatem
prædicti Doctores hanc ſecuti ſunt ſen-
tentiam, & magis rationabiliter id fecit
Rex Alphonſus prędictus interpretando
22 voluntatem primi inſtitutoris, † & con-
ſequenter dum habemus declarationem
Regis in articulo iuris dubio, clarum eſt,
vt in Regno faciat legem contra omnes,
vt docet Bal.per illū tex.in l.fi.C.de legib.
Afflict. deciſ.96. in fi.& alij. Et hic eſt etiā
caſus noſter,nam prędictus Illuſtriſs. Dux
eius filiam in matrimonium collocare in-
tendit cum alio Equite eiuſdem familię.
& ſic Rex noſter inuictiſſimus iuſtè, & le-
gitimè, & in omni foro poteſt declarare,
vt fœmina proximior, & ſic filia eiuſdem
Ducis,quæ virum ducit eiuſdem familię,
quamuis remotiorem in gradu alijs, ad-
mittatur ad ſuccedendum ad bona prędi-
cti Maioratus, & fideicommiſſi, quia hic
fit declaratio ſecundùm veritatem, nem-
pè ex voluntate primi acquirentis, & ſe-
23 cundùm diſpoſitionem iuris,& ſic † dum
in cauſis proceditur ſecūdùm veritatem,
& non ex ſolis coniecturis, tunc forus cō-
ſcientię non differt à foro exteriori, vt di-
xi ſupra conſi.11.nu. 36.

Hęc reaſſumpſi ex tunc ſcriptis, nam
reliqua omitto, nempè de cauſis legitimis
& iuſtis etiam ex meritis dicti Illuſtriſs.
Ducis, vt Rex debeat dictam declaratio-
nem facere, nam habentur in dictis con-
ſilijs noſtri de Ponte, & nolo tranſcribere
24 † & fuit declaratum per dictam Sacram
Maieſtatem cum voto illius ſupremi Cō-

filij Italię ſecundũ diſcuſſa hic, & in cõſilijs dicti de Ponte; nã potius ad tollendã dubitationẽ, & ſcrupulũ in foro conſcientiæ, quã ad aliũ finem fuit à me conſilium petitum, & datum.

SVMMARIVM.

IVdex, qui ſententiam tulit, vel ſucceſſor, debet ſententiam illam exequutioni demãdare. num.1.

Procedit ſi officio Iudicis, non autem ſi per actionem in factum talis exequutio poſceretur, quod explicatur. num.3.& ſeqq.& nu.24. & 26.

Iudex Eccleſiaſticus an debeat cognoſcere de ſententia lata per Iudicem ſecularem. num.2.& 29.

Sententia in Regno Siciliæ ſolùm infra annum ex via ritus dicti Regni exequitur per officium Iudicis, elapſo verò anno exequitur per cedulam condemnatoriam actionis in factũ, quod explicatur. nu.4. cum ſeqq.

Actio in factum, quæ oritur ex ſententia, eſt actio principalis, & poteſt proponi coram quocum Iudice competente ipſius qui cõuenitur. nu.5.6.7.14.& ſeqq. Eò magis locum habere in Regno Siciliæ oſtenditur. num.10.11. Sic ibidem fuiſſe Panhormi deciſum, traditur. nu.9. eò magis procedit contra Clericum, vt neceſſariò intentari debeat coram Iudice Eccleſiaſtico. nu.11. ſic deciſum traditur. nu.13.

Ciues Panhormitani non poſſunt conueniri extra illam Vrbem, etiam coram alijs ſupremis Tribunalibus, quando ſunt extra vrbem, quod explicatur. num.9.

Priuilegium exemptionis clericorum eſt clauſum in corpore vtriuſq; iuris, & in iure diuino etiã fundatum. nu.12.

Inſtantia datur in iuditio actionis in factum. nu.15.

Sententia, quæ petitur exequi per actionem in factum, æquiparatur inſtrumento, quod declaratur. nu.16.

Inſtrumentum etiam liquidum factum à defuncto laico debet coram Eccleſiaſtico præſentari contra Clericum hæredem. nu.17. Idem procedit in obligatione facta per defunctum in forma Cameræ. nu.18.

Inſtantia cœpta cum defuncto laico non tranſit ad Eccleſiaſticum hæredem, & ſic deciſum pluries refertur. n.19. & 20.

Inſtantia perit, poſtquàm lata fuit ſententia. nu.21.

Tex. in l. vbi cœptum. ff. de iudic. nõ vendicat ſibi locum in præiuditium alterius iuriſdictionis. nu.22.

Inſtantia cœpta per defunctum coram laico Iudice poteſt per hæredem Eccleſiaſticum continuari coram Iudice Eccleſiaſtico, quod declaratur. nu.23.

Sententia lata per Iudicem ſæcularem an poſſit exequi contra Clericum, ſi in eum lite pendente deuenerint bona, traditur. nu.25.& 28.

Actio in factum nullam habet connexionem cum ſententia, quod explicatur. num.27.

AN SENTENTIA, LATA contra Laicum, poſſit executioni demandari contra hæredem Eccleſiaſticum à Iudice laico; & quid, ſi ſententia exequi petatur per actionẽ in factũ.

CONS. XIX.

De quo fuit facta mentio par.2. in tit. de perſon. quæſt. 8. in fin.

DVx Miſilmerij prætendit iure legitimo procedere eius prętenſionem, vt ſententia, lata annis elapſis per M.R.C. contra Philippum de Oria, poſſit nunc executioni demandari per eandem M.R.C. contra Patres Eccleſię S. Ioſeph hæredes vniuerſales prænarrati de Oria.

Fundare prætendit eius prætenſionem
1 ex duobus, Primò, † quia Iudex, qui ſen-
tentiam protulit, vel eius ſucceſſor, debet
eam executioni demandare l. a Diuo Pio.
§. ſententiã Romæ. vbi oẽs. ff. de re iudic.
2 Secundò ob conuenientiam, † quoniã
nõ videtur cõueniẽs, vt Iudex Eccleſiaſti-
cus cognoſcat de ſententia Iudicis ſæcu-
laris, præcipuè dum lata fuit a tam ſupre-
mo Tribunali, vt in hoc Regno eſt M.
R. C.

His tamen non obſtantibus, contrariã
3 ſententiam puto de iure veriorem, † quia
prænarratus Illuſtriſſimus Dux per cedu-
lam

Iam condemnatoriam actionis in factum
petijt executionem ſententiæ, nec alio iu-
4 re illam prætendere poteſt; † cùm non ſo-
lùm ſit elapſus annus, vt requiritur ex for
ma ritus, ſed ſunt elapſi pluſquàm anni de-
cem: quo fit eſſe neceſſarium nouum iudi-
cium, & nouam obtinere condemnatio-
nem quia hæc eſt actio principalis, & ſuc-
ceſſiuè fieri nequeunt hæc omnia, nec eo-
rum ſingula, niſi coram Iudice competen-
te ipſorum Patrum.
5 Quòd actio in factum, quę oritur ex ſen
tentia ſit actio principalis, & proponi
poſſit coram quocunq; Iudice competen-
te ipſius conuenti, nec debeat neceſſariò
intentari coram eodem Iudice, qui ſen-
tentiam protulit ex tex. in l. fin. circa fin.
verſ. ideò enim noſtri maiores. C. de præ-
ſcript. longi temporis. probat Bart. in d.
§. ſentētiam Romę. nu. 2. & ibidem Alex.
ſub nu. 5. ibi, & hoc intelligit procedere
coram alio Iudice ordinario, ſic etiā pro-
bat Iaſ. ſub n. 5. ibi. Ideò abſque literis Iu-
dicis poteſt intentari coram alio quocun-
que Iudice, in quo reus ſortiatur forum,
& ne omnium verba tranſcribam ſubij-
ciam deciſionē Felin. in c. poſtulaſti. n. 11.
de for. cōpet. vbi in fractos alios citat per
hæc verba.
6 Secunda cōcluſio, ſi victor intentat a-
ctionem iudicati pro executiòne ſenten-
tię, poteſt quilibet Iudex, de cuius foro eſt
victus, ſententiam alterius exequi; ſecus
ſi intentatur officium Iudicis nobile, niſi
Iudex, qui iudicauit, requirat alium lite-
ris. ita ſpecul. de execut. ſent. §. 2. verſ. ſed
pone Iudex Peruſin. Bart. & omnes in l. à
Diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iudic. d.
Anto. D. Card. & Abb. hic gloſ. & Bald.
in l. cùm quędam puella. ff. de iuriſd. omn.
Iudic. in gloſ. incip. nota ex cauſa. in l. 2. ff.
ſi quis in ius vocat. Innoc. in c. pręterea. in
gloſ. magna. de dilat. Iacob. Butricar. in l.
argentarium. ff. de iudic. Bald. in l. 2. in 1.
col. C. de execut. rei iud. Angel. in l. 3. §. ſi
ex conuentione. ff. de re iud. & Paul. de
Caſtr. clarè in conſ. 220. incip. Si dicta
ſententia, & alij infra cumulandi. Hęc
Fęlin.
7 Eandem ſententiam poſt ipſum Dec.
& Cagnòl. probat Surd. cōſ. 204. num. 8.
vol. 2. ex Peruſ. Neuiz. conſ. 4. nu. 1. Idem
Caſtrēſ. in rubr. C. de execut. rei iud. nu. 2.
Suar. in repet. l. poſt rem iudicatam in de-
clarationelegis Regni, verſ. circa Iudicē.
ſub nu. 4. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autē
reus nu. 3. C. de
Et vt omittamus Doctores, qui ſecun-
dùm ius commune hanc ſententiam do-
cent, afferam eoſdem met doctiſſimos Si-
culos, qui hoc ipſum probant.
8 Primò igitur hanc ſententiam firmat
Ferd. Bonior. ſuper d. rit. Alphōſi cap. 132
§. ibi poſt annum. vbi poſt Salycet. dicit
poſſe hanc actionem intētari coram quo-
cunque Iudice competente ipſius, contra
9 quem competit. † Vnde infert vidiſſe ſem
per practicatū ſe patrocinante, & ad eius
relationem deciſum, vt contra Ciuem Pa-
nhormitanum non poſſit cauſari cōdem-
natoria in M. C. & Conciſtorio exiſtenti-
bus extra Panhormum etiam pro ſenten-
tia lata in eadem Curia; ſic enim eſt in ori
ginalibus manuſcriptis, quamuis mendo-
sè fuit relictum in libro, typis miſſo, ſed
neceſſariò intentari debeat coram Regia
Curia Prætoris, ne ciues extrahantur ex-
tra territorium, & idem procedere dicit
in alijs Ciuitatibus, quæ habēt idem Pri-
uilegium, & poſt ipſum, & Fimiam hoc
idem ibidem tenet Marius Muta tom. 4.
in d. cap. 132. nu. 12. cum ſeqq. & præci-
10 puè nu. 17. ibi, † & coram quocunque
Iudice, ſaltem competente conuento, &
ex Iaſone, & Salyc. quos ſequitur hic Fer-
din. & Fim. & idem probat ad conſuetud.
Panhorm. cap. 3. pluribus in locis. præci-
puè num. 61. cum ſeqq. Cumi. rit. cap. 19.
nu. 104.
11 Si igitur M. R. C. omninò Iudex com-
petens Ciuium huius fęl. Vrbis per viam
Cedulæ condemnatoriæ per actionem in
factum, non poteſt ſuam exequi ſententiā
extra Vrbem contra ciues Panhormita-
nos, quia exiſtens extra Vrbem, ratione
priuilegij Vrbis, nō eſt amplius Iudex cō-
petens ipſorum ciuium, ſed neceſſariò iu-
dicium agi debet in dicta R. C. Prætoria-
na, quantò magis hoc locum habebit in
12 caſu noſtro, † dum hoc priuilegium eſt in
corpore vtriuſque iuris clauſum etiam in
iure diuino fundatum, vt nullo modo Iu-
dex ſæcularis iuriſdictionem habeat e-
tiā Eccleſiaſticis volentibus contra ipſos
Eccleſiaſticos, & eorum bona, vt ſunt iura
vulgata, & ſic ſit Iudex penitus incompe-
tens, & ſucceſſiuè omninò iudicium hoc
agi debet coram Eccleſiaſtico quod argu-
mentum, meo paruo iudicio, eſt indiſſolu-
13 bile, † & ita in proprijs terminis fuiſſe
deciſum annis elapſis, patrocinante ſpett.
Vito Lombardo ad petitionem V. I. D.
D. Hie-

Regul.de ſubrogat. ſollit.q. 12. n.2. qui alios citat Rot.deciſ.10.alias 411. nu.3. in nouis.Sub tit.vt lit.penden.Prob.ad Monach.in rubr.vt lite pēdēte in 6. in princ. Gomez.in regul. de trienn. poſſeſs. q. 61. verſ.ſed iſte intellectus.& alij plures, quos omitto, quia, vt ſupra dictum eſt, in facto noſtro eſt neceſſaria noua inſtantia, & conſequenter eſt notiſſimum, vt prima fuerit penitus extincta, & ſic tractari non poteſt articulus de cōtinuatione inſtātiæ.

22 Nec ſecundò vrget tex. in l.vbi cœptū. ff.de iudic. quia non poteſt habere locum in prçiuditium alterius iuriſdictionis etiā in ſæcularibus Bald. in c. Imperialem. §. præterea de prohib. feud. alienat. per Federic.d. cap.20. nu.49. qui eò magis id affirmat non obſtare in præiuditium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis quod eſt manifeſtū, & habetur in c.ſi diligenti de for.compet. vt alios omittam.

23 Nec tertiò vrget ratio de expenſis, quia poteſt continuari lis, & poſſet etiam continuari eadem inſtantia, ſi vigeret, in Curia Eccleſiaſtica, vt optimè aduertit Maceratenſ.d.cap.49.ſub d.num.2. & in hoc Regno ſumus in claris, quia dum ritus eſt approbatus per tria Bracchia, etiam per Eccleſiaſticum iam eadem acta fieri deberent corā Eccleſiaſtico, & ſic ratio expenſarum eſt inanis.

Poſtremò nec vrgent contraria oppo-
24 ſita in princ.†quia tunc Iudex, qui ſentē-
tiam tulit.debet illam exequi, quando ha-
beret iuriſdictionem illā exequendi, alias
25 ſecus; † & ideò ſi lis cępta eſſet cum laico,
qui tamen fuiſſet poſtea condēnatus à Iu-
dice laico reſtituere aliqua bona, quæ po-
ſtea reperirentur poſſideri ab aliquo Ec-
cleſiaſtico vtiq; illa ſentētia exequi debe-
ret a Iudice Eccleſiaſtico, vt ex multis pro
bat Purpuratus cōſ.26.vol.1.Rolā.& alij,
quos ſequitur Borgnin. deciſ.16.par.1.vt
26 alios omittam: † vel ſecundò procederet
oppoſitio, quando Iudex haberet iuriſdi-
ctionem, & peteretur executio per officiū
Iudicis, non autem per actionem in factū,
quia officium Iudicis venit in conſequen-
27 tiam condemnationis factæ, † ſed actio in
factum nullam habet connexitatem cum
ſententia, & ideò intentari debet coram
Iudice competēte ipſius conuenti, vt poſt
Iaſ. & alios ꝓbat Surd.d.cōſ.204.ſub n.8.
not.Socin.in l.cùm quædam puella.n.12.
& 13.ff.de iuriſd.omn. Iud.Oldrad.cōſ.4.
ſub num.1.

28 Non omittimus dicere; quòd verior eſt ſententia, vt nec etiam per officium Iudicis poſſit exequi ſententia à Iudice ſęculari contra Eccleſiaſticos, ſed tenetur executionem remittere ad Iudicem competentem ipſorum Eccleſiaſticorum, vt notant omnes in dic.l.à Diuo Pio.§.ſententiam Romæ.Bart.in l. extra territorium, vbi alij.ff.de iuriſd. omn. iud. Guid. Pap. ſingul.935.Ambroſin.d.cap.20.num.47. vt alios omittam, & etiam relinquam deciſiones, quia non eſt neceſſaria hæc diſcuſſio in facto noſtro, dū agitur per actionem in factum.

29 Nec obſtat ſecundum.nam vltra reſpōſionem tex.in c.ex tranſmiſſa, & in cap.licet, de for. compet. Reſpōdetur quod eccleſiaſticus non cognoſcit de meritis ſententiæ, ſed num illa debeat exequi, & ſic iddem cognoſcit, quod laicus, & conſequenter ceſſat adductum inconueniens.

Viſis diſcuſſis in d. conſil. omnes tres Spect.Iudices dictę Mag.Reg.Cur.habuerunt articulum pro abſoluto, & Dux ceſſauit a prætenſione, & ſic non fuit neceſſaria decitio, quæ vt patet, omnino eſſe debet, vt remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

Clericus faciens inſtrumentum tempore clericatus, ſi laicus efficiatur, debeat nè citari ſuper tenore inſtrumenti coram Eccleſiaſtico, vel coram Iudice ſeculari. num. 1. Quid ſi effectus laicus, iam duxerit vxorem. nu. 2.3.5.& 11.

Pœna periurij ob non ſolutionem tertiarum ex forma ritus, quanam ſit, recenſetur nu.4.

Matrimonium ſubſequens non impedit, quin Epiſcopus cognoſcere valeat de delicto commiſſo tempore clericatus per eum, qui matrimonium cōtrahit. nu.5.Sic deciſum refertur num.6. Eo magis hoc procedere oſtenditur, ſi antequam matrimonium contrahatur, Epiſcopus iam cæpiſſet de cauſa cognoſcere, quod explicatur nu.7.& 12.

Citatio noua dicit continuare iddē iuditium, quando eadem eſt cauſa, quod explicatur num.8.9.& 16.

Digitized by Google

nium, vt ſupra contractum interceſſerit
illa prima citatio, in qua Epiſcopus ſe op-
poſuit, & ſic præuentum eſt in hoc per
Epiſcopum ante ſtatus mutationem: id
quod concurrere deberet, vt vera redda-
tur huiuſmodi concluſio, cenſuerunt Bal.
Ang. & Ioan. de Imola in d. l. nemo poteſt
cum alijs relatis ab Alexãdro ibid. fin. col.
verb. habes etiam ex d. gloſ. 2. & Crotus
ibidem nu. 53.

8 Nec prænarratis obſtabit nouum eſſe
Iudicium huius vltimæ citationis propo-
ſitum ad præſens, quòd D. Ferdinãdus eſt
Laicus, vt ſupra, & ſic Epiſcopum eſſe de-
ſuper Iudicem in competẽtem, ſiquidem
reſpondetur hanc nouam citationem cõ-
tinere idem iuditium, quod primo loco
deſuper fuit propoſitum reſpectu eiuſdem
modi agendi inter eaſdem perſonas, & de
eadem re, ſiue negotio, ac quantitate, &
ſic dicta noua citatio procedere nõ poteſt,
prima pendente ex regula tex. in l. 3. 4. &
5. cum concord. ff. de exceptio: rei iudica-
tæ, quinimò præſens citatio continet il-
lud idem delictum periurij incurſi tẽpore
clericatus, vt ſupra; quodque dictum præ-
dictum Iudiciu pendeat ſuadetur, quia ſi
ſopitum fuiſſet, præſens citatio nõ poſset
procedere, cum ſemel liquidatum fuerit
Inſtrumentum, amplius liquidari non
poſſet.

9 Quibus addo illud Iudicium primum
dici renouatum per hanc ſecundam cita-
tionem, quæ renouatio fuit vt idem ſit iu-
dicium non nouatum, non mutatum, nec
extintum tex. eſt, iuncta gloſ. in verb. in
nouata, in l. cum notiſſimi. §. ſed ſi quis C.
de præſcriptio triginta, vel quadraginta
annorum l. dies in princ. vbi Bart. ff. de
damno infect. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret
ver. quod ſi non vt totum. ff. de pactis. l. iu-
ris gentiũ. §. adeò ver. vt quodãmodo qua-
10 ſi, eo tit. ff. de pactis, † Renouatio namque
recipit totum id, quod prius inerat, tradi-
dit Bar. in l. ſi mihi, & Titio propè finem
ff. de ver. oblig. cũ alijs copioſè congeſtis
à Tiraq. in tit. de retractu lignagier. §. 1. In
ver. intra annum glo. 10. n. 27. Ex quibus
ſic fundatis, & reiectis, Reuerendiſs. Epi-
ſcopus dicit petitam remiſsionem dictæ
cauſæ eidem a M. C. eſse omninò conce-
dendã, & ita iuris eſse cenſeo. Paulus Stai-
banus.

Addita.

Excitatus à cliente nõ ab aliqua currẽti ne-
ceſſitate pauciſſima hæc deducam, corro-
borando eruditiſſimè dicta per eximium
Dominum Collegam ſemper à me colen-
diſsimum.

11 Habito pro vero: tempore primæ cita-
tionis, & iuditij Dominum Monſorium
extitiſse clericum exemptum a laicali iu-
riſdictione, & ſic ſi fiat inde laicus per ſub
ſequutum matrimonium. hæc iuriſdictio
quæ ſuperuenit Iudici laico, non eximit a
12 riſdictione Eccleſiaſtica, † nam attenditur
initium, & incoamentum primæ iuriſdi-
ctionis, quod inhęret oſſibus, & perſonæ
citati ſpecificè Innoc. in c. prudentiam. in
gloſ. quem ſi Iudex n. 8. de offic. delegat, &
decitum aſseuerat Salyc. in cauſa Epiſco-
pi Imolenſis in auth. caſsa. nu. 14. C. de ſa-
13 croſanct. † Et Mercator ſubditus conſu-
libus, vel ſcholaris, Rectori, & ſi deſinant
eſse mercator, & ſcholaris, tamẽ ex geſtis
tempore mercaturæ vel ſtudij cognoſcun
tur à conſulibus, & Rectore.

14 Et Clericus effectus bigamus, de geſtis
tempore clericatus cognoſcitur coram
Epiſcopo, quod ait notandum Caſtrenſ.
& repetit in l. fin. in princip. C. de
15 Iuriſd. omnium Iudic. † & Cæſar Poli-
męus erat ex quinquaginta militibus Ad-
miratię effectus contumax pro homicidio
fuit caſsus à matricula, quod eſt fortius, &
alius ſubrogatus; tamen cum eſset tempo-
re delicti miles, cum attendatur ſtatus
primæuus, fuit remiſsus ad magnum Ad-
miratum me patrocinante, & teſte admo-
dum Illuſtri Præſidente meritiſſimo D.
de Franchis deciſio 417. Idque difficulta-
16 tem ſubſiſtẽtem non admittit. † Et quod
ſit remittendus D. Monſorius ad Epiſco-
pum non obſtante noua citatione, ſimili-
ter non patitur controuerſiam per acer-
uata à D. Collega, & ſpecificè iura multa,
& exẽpla multa deducit ad id Roma: om-
ninò videndus conſ. 345. circa primum
n. 18. verſ. quoad ſecundum vſq; ad n. 24.
Alex. conſ. 106. nu. 23. vol. 3. ſed apud Ro-
manũ quamplurima deducuntur, vbi Ad-
dẽtes alios citãt, ſic etiã apud Fely. poſt gl.
fin. in c. poſtulaſti. de foro compet.

De hoc cõſ. & in cõſ. præced. & i d. par.
2. tit. de perſonis. q. 8. in fi. memini, & mei
magiſtri eſt, vt patet, ideo illud ad verbũ
inſerui, nec quicquã addere volui; quę. n.
addi poſſent, iã diſcuſſi conſ. præcedenti,
præcipuè in §. confirmantur prædicta,
etiam quia non ſemper datur otium ſtu-
dendi, & addendi.

SVMMARIVM.

*EMancipatus cum diſpo-
nit, tenetur relin-
quere legitimam pa-
rentibus num.1.6.*
*Et ita deciſum refer-
tur.nu.3.*
*Procedit etiam ſi mo-
riatur ab inteſtato nu.2.*
*Pater, & filius non debent ad imparia
iudicari, præcipuè in legitima.nu.4.*
*Parentes, vt validè diſponant, tenentur
relinquere legitimam filijs, nu.5.*
*Emancipatus non tranſmittit hæredita-
tem non agnitam ad hæredes n.7. & 9.
Sic deciſum refertur n. 10. Tranſmit-
tit legitimam, & ratio traditur.n.13.
& 14.*
*Legitima debita filijs, & debita parenti-
bus eadem ratione tranſmittitur ad
hæredes, quod explicatur num.14. &
num.19.*
*Filius exiſtens in poteſtate parentum,
tranſmittit hæreditatem non agnitã
ex potentia ſuitatis. nu. 8.*
*Tex.in §. nullam Auth. de hæred. ab in-
teſtat. venient. declaratur, vt differẽ-
tia patriæ poteſtatis, & emancipatio-
nis ſit ſublata quòad ſucceſſionem, non
autem quòad modum ſuccedendi, quod
explicatur.nu.11.*
*Ius nouum quando dicatur corrigere ius
antiquum, traditur nu.12.*
*Tranſmiſſio hæreditatis venit ex poten-
tia ſuitatis; tranſmiſſio legitimæ ve-
nit ex proprio iure, quod explicatur.
num.14.*
*Parentes nõ tranſmittunt hæreditatem
non agnitam ad hæredes, at legitimam
tranſmittunt, & ratio traditur n.15.
16. & 17.*
*Doctores quando dicantur loqui perfun-
ctoriè, explicatur. nu.18.*

AN EMANCIPATVS, faciens teſtamentum, teneatur relinquere legitimam parentibus, & an ipſe tranſmittat hæreditatem non agnitam ad hæredes.

CONS. XXI.

*De quo facta eſt mentio par.3. q.24.
nu.7. in fin.*

ARgumentum huius Cõſilij duas continet quæſtiones vt patet, Prima eſt de legitima, & ſecunda de trãſmiſſione hæreditatis, & vtranque breuiter explicabo. Qđ attinet ad legitimam, licèt Bald. in l.vnica.num.6.C.quand. non petent. part. te-
1 neat, † vt emancipatus non teneatur relinquere legitimam parentibus, quem ibi ſequitur Cagnol. n.25. quos poſt Mantuã probat Cuccus in tract. de legit. in princ. nu.3. nihilominus contraria ſententia eſt
2 verior, † vt non ſolùm quando emancipatus obijt ab inteſtato, debeatur legitima Patri, ac alijs parentibus, ſed etiam quando facit teſtamentum, vt validè teſtetur, tenetur relinquere legitimam parentibus l.Pantonius.ff.ſi quis à paren.fuer. manumiſs. Coſta. in c.ſi pater. par.3. in verb. nõ poſſit. de teſtam. Gomeſ. de teſtam.cap.9. num.24. & alij quos probat Surd.cõſ.341
3 num.7. & ſeqq. vbi nu.27. † Sic refert deciſum per Senatum Montisferrati in quadam cauſa, pro qua ipſemet Surdus conſuluit conſ.292. vbi latiſſimè hoc probat, & multis rationibus; quorum hæc vna ſa-
4 tis eſt, † quia Pater, & Filius in eadem legitima præcipuè, non debent ad imparia iudicari, ſed filio emancipato debetur legitima in bonis patris, vt probant ipſimet, cum quibus diſputamus, nempè Bal. quem probat Mantua ſingul.562. Aſcan. Clemens, & alij, quos ſequitur Surd. d. conſ.292.n.15. & 16. & hoc eſt indubita-
5 tum; † nam iura expreſsè mandant parentibus, vt ſi validè diſponere velint, teneantur relinquere legitimam eorum filijs, aliàs teſtamentum non valeret, vt ſępius in primo vol. replicatum eſt præcipuè dicta par.3.quæſt.7.par.4.quæſt.60.62. & ſæpe
6 aliàs. † Igitur etiam filius emancipatus tenetur legitimam parentibus relinquere, aliàs teſtamentum nõ valeret, vt latiſſimè fundat Surd. locis cit. qui pro reliquis cõcernentibus hanc quæſtionem videri poteſt.

Quod attinet ad ſecũdam quæſtionem iam ſupra conſ.5.nu.16. notaui veriorem

eſſe

7 eſſe ſententiam † vt emãcipatus nõ tranſ-
mittat hęreditatem non agnitam:& licèt
neminem citauerim, hoc tamen ad literã
probat text.in l.ſi fratris.vbi DD.commu
niter.C.de iur.deliber.nã ferè omnes do-
cent etiam hodie de iure nouiſſimo adeſſe
differentiam inter ſuos, & extraneos hæ-
8 redes: † filius enim in poteſtate exiſtens,
quia ſuus eſt hæres, tranſmittit hæredita-
tem, etiam non aditam, vt probant DD.
citati, & dixi ſupra conſ.6.præcipuè n.8.
9 cum ſeqq. † At emancipatus quia non eſt
ſuus hæres, ſed extraneus, ideò hæredita-
tem non agnitam non tranſmittit:ſic pro
bat Bald.in d.l.ſi fratris num.4.ibi (ſi erat
emancipatus non tranſmittit,& ideò fra-
ter fratri ſuccedit ab inteſtato.) probat
etiam ibi Alexand.nu.4. Sic etiam Bened.
de Plumbino notab.6.7.& 8.Iacobin.de
S.Georg.nu.11.probant etiam Angel.in
l.illud.nu.3.verſ.in gloſ.2.ff.ſi par.hæred.
petat.Alex.in l.ſi emancipati.nu.11.verſ.
an hodie C.de collat.Iaſ.in l.filius,qui ſe
patri.nu.16.verſ.tu adde.ff.de leg.1. Socc.
Iun.in l.1.nu.102.ff.de legat.1. & eſt text.
in l.fin. quem ſic ibi intelligunt. Placent.
Azo.Cyn.Io.Fab.Bal.Ang.Salyc.& Cor-
nel.C.de repud.hæred.quos probat Surd.
d.conſ.341.nu.54.Idem probat Angel.de
Periglio in tract.de ſuitate quæſt.10.n.8.
vt legitur tom.8.tract.par.2.fo.149.col.2
& plures alij, quos breuitatis cauſſa omit
to,omnes enim loquuntur tam de ſucceſ-
10 ſione ex teſtamẽto quam ab inteſtato,† &
ita fuit iudicatum annis elapſis ad relatio-
nẽ Conſiliarij Scipionis de Curte in cau-
ſa cuiuſdam Io.Pauli Calabrenſis cũ quo-
dam Monaſterio, & illũ defendebat meus
magiſter, qui cõtra ſe obtinuit etiã à con-
ſiliario conſanguineo.
11 Nec obſtat tex.in §. nullam.Auth. de hæ-
red.ab inteſt. venien.vt ſublata ſit hodie
differentia patriæ poteſtatis, & emanci-
pationis inter liberos quòad ſuccedendũ
parentibus; nam reſponſio eſt clara ſecun
dùm omnes DD. vt procedat hoc axioma
quòad ſubſtãtiam ſucceſſionis, nempè, vt
æqualiter ſuccedant parẽtibus emancipa-
ti,ac filij exiſtentes in poteſtate: ſed non
procedit quòad modum ſuccedẽdi, & ſic
quòad effectum trãſmiſſionis, etiam quia,
12 † dum ius nouum expreſsè hoc non intro
duxit etiam quòad modum ſuccedendi, iã
remanet diſpoſitio iuris antiqui, eſt enim
vulgatum, vt quod expreſsè non corrigi-
tur, ſtare non prohibeatur. l. præcipimus.
C.de appellat. Et patet ex dictis ſupra in
prohœm.quæſt.17.
13 Hoc tamen limitatur non procedere
in tranſmiſſione legitimæ; clarũ eſt enim
vt filius exiſtens in poteſtate tranſmittat
legitimam ad eius hæredes, vt poſt alios
probat Surd. conſi. 341. quod eſt notum,
& procedit etiam in paragio, debito filia-
bus, vt dixi par.4.q.15. Et in hoc non de-
bet eſſe deterioris conditionis filius emã-
14 cipatus, † quia tranſmiſſio hæreditatis
venit ex potentia ſuitatis, & ſic emancipa
tus hęreditatem non agnitam, non tranſ-
mittit, ſed tranſmiſſio legitimæ venit ex
propria natura ipſius legitimæ, cùm iure
naturæ etiam emancipato ſit debita, &
ſic titulo particulari, non autem vniuer-
ſali debetur, & ſic tranſmittitur, ita Bald.
in l.ſi arrogator.col.2. ff.de adoptio.Soci.
conſi.150.nu. 24. vol.2. Peralta in l. cùm
Patronus.num.28.ff.de leg.2. Alex. conſi.
150.in fi. volum. 2. Quos tandem probat
Surd.d.conſ.341.nu.37.
15 Poteſt etiam difficultari de tranſmiſ-
ſione reſpectu parentum, & concluſiuè lo-
quendo parentes non tranſmittunt ad fi-
lios, & eò magis ad alios hæredes hæredi-
tatem non agnitam filiorum pręmortuo-
rum: ita eſt tex.in l.qui liberos.§.hæc ver-
ba, & l.ſed ſi plures. ff. de vulga. & pupill.
16 Quæ iura hodie manent incorrecta, † ex
quo hæreditas filiorum debetur parenti-
bus iure hæreditario, & conſequenter ſi
non ſit agnita, non tranſmittitur Bart. in
l.ſi infanti.num.5.C.de iur. deliber. Bald.
Caſtren. Alex.Cuman.Socin.Iaſ. Crauett.
Cuccus, & alij, quos probat Surd. d.conſi.
341.nu.15.& 16.
17 Verùm ęquior mihi videtur ſententia,
vt Pater tranſmittat legitimam, etiam nõ
agnitam, ſic etiam mater, quia non debe-
tur iure hæreditario, & ſic iure vniuerſa-
li, ſed potius iure patrio, ſiue ex iure natu-
ræ, & ſic titulo particulari, & conſequen-
ter tranſmittitur, & ita in matre conſu-
luit Dec.conſi.301.tenent Crauett.conſi.
312.num.5.Cuccus in tract.de legit.§.nec
vſufructu defraudari.in fin. Rot.in nouis
par.1.deciſ.668.nu.2.
18 Nec obſtat impugnatio Surdi d. conſi.
341.ſub num. 17. quòd dicti Doctores lo-
quantur perfunctoriè; nam eorum opinio
optima ratione fundatur, vt dictum eſt;
quo caſu Doctores non loquuntur perfun
ctoriè, ſed ſtylo graui veritatem ſequen-
do, vt dixi in explicatione prohem. num

19.& ſeqq. Etiam quia ſi ipſe defendit, vt emancipatus tranſmittat legitimam, ex quo debetur titulo particulari, eodem argumento conuincitur, vt parentes tranſmittant, quia eodem titulo illis debetur legitima, vt dictum eſt, & hoc argumento conuictus iam in eodem conſi. 341. in fin. hanc ſequitur ſententiam tanquam æquiorem.

Ex quo patet, vt non ſubſiſtat eius re-
19 plicatio num.29. & ſeqq. † vt ſint multæ differentiæ reſpectu legitimæ, quæ debetur parentibus, & quæ debetur filijs, nam licèt hoc verum ſit, non tamen eſt differētia quoad omnia, quoniam in multis conueniunt, & in caſu noſtro ſufficit vna conuenientia, nempè quia vtraque debetur titulo particulari, & ex propria natura ipſius legitimæ, vt ſuperius dictum eſt, & ideò ſicut filius etiam emancipatus tranſmittit legitimam ex ratione allegata, ita etiam tranſmittunt illam parentes, & quia vt dixi, ipſemet Surdus cogitur, & præmitur dicta ratione, ideò hanc eandem tenet ſententiam.

SVMMARIVM.

Teſtamentum factum ab auia, num valeat, ſi filiam ſibi fecit hæredem, nepotes verò ex alia filia præmortua recognouit in aliquo. num.1. & ſeqq.

Conſilium prudens teſtatoris inſpici debet in vltimis voluntatibus. nu. 3.

Recognitus dicitur in teſtamento ille, qui per clauſulam generalem recognoſcitur, quod explicatur num.4. & ſeqq.

Dictio (omnes, & ſinguli,) qualiter interpretetur, declaratur nu.5. Quid ſi ponatur in vltima voluntate, explicatur nu.6.

Loquutio facta in numero plurali, verificatur etiam in ſingulari. nu. 7.

Inſtitutio hæredis facta ab aliquo de omnibus, & ſingulis filijs, vel proximioribus, valet, nu.8.

Omne relictum in teſtamento, accipitur iure inſtitutionis, quod declaratur num.9.

Teſtamentum ſubſtinetur ex clauſula codicillari, etiam ſi nepos inueniatur in eo præteritus. nu. 10.

Clauſula codicillaris ſaluat teſtamentum, quod declaratur nu.11.12.& 15. præcipuè locum habet, ſi hæc clauſula concipiatur etiam per verba futuri temporis, quod explicatur nu. 13. Sic etiam ſi de liberis in ſpetie, vel ſaltem in genere ſit cogitatum. num.14.

An teſtamentum Auiæ valeat, ſi in eo inſtituit filiam hæredem, nepoti verò ex alia filia ſolùm reliquit tarenum vnum pro omni eo, quod petere poteſt in eius bonis, & an ſaltem ſubſtineatur ex clauſula codicillari.

CONS. XXII.

De quo facta eſt mentio par.3. in fi.

1 QVædam Auia materna inſtituit eius hęredem vniuerſalem filiam ſuam ſecundogenitam, præterijt tamen nepotem ex filia primogenita, quia expreſsè noluit illum ſibi hæredem facere per infraſcriptam clauſulam (*Et ne præſens teſtamentum aliquam recipiat cauillationem, ſeu dubitationem, propterea dicta teſtatrix virtute præſentis eius teſtamenti recognouit, & recognoſcit omnes, & ſingulos eius fratres, ſorores, cognatos, nepotes, affines, & quoſcunque alios eius aſtrictos in gradu venientes, & venire volentes ad infringendum præſens eius teſtamentum nuncupatiuum, & vti volentes querela de inofficioſo teſtamento in tareno vno pro quolibet ipſorum, pro quo, & de quo ſe teneant contentos, tacitos, ſolutos, & ſatisfactos pro omni, & quocunque iure, eis, & ipſorum cuilibet competentibus, & competituris ſuper omnibus, & ſingulis bonis dictæ teſtatricis, & non aliter, nec alio modo.*)

Quæritur nunc, an valeat prædictum teſtamentum, ſaltem ex clauſula codicillari, quæ operetur ſuum effectum in vim fideicommiſſi, vt filiæ inſtitutæ ſit tota hæreditas reſtituēda, deducta legitima dicti nepotis, qui prætenditur præteritus?

2 Hoc factum, adeò clarum mihi videtur, vt nulla iurium allegatione indigeat. Primò quidem, quia hæc teſtatrix recognouit nepotem in tareno vno, prout omnes, & ſingulos alios ſuos agnatos, & cognatos, imò etiam affines recognouit, vt patet

ex

3 ex lectura dictæ clauſulæ; & ideò † ſi pru-
dens conſilium teſtantis animaduertitur
in teſtamentis, vt in l. Lucius. §. nam pru-
dens. ff. de hæred. inſtit. ſine dubio in caſu
noſtro attendi debeat, vt filia inſtituta
habeat totam hæreditatem, nepos verò ex
filia primogenita habeat ſolùm legitimæ
ſupplementum.
4 Nec intereſt, vt nepos non ſit nomina-
tim inſtitutus, quia ſatis nominatim dici-
tur inſtitutus, & cognitus in teſtamento
per illam clauſulam recognouit, & reco-
gnoſcit omnes, & ſingulos eius fratres,
5 &c. nepotes, &c. † Nam hæc dictio (*om-
nes, & ſinguli*) non ſolùm demonſtrat
enixam voluntatem diſponentis iuxta
tex. in cap. vt circa, de election. in 6. cum
alijs cumulatis per Cardin. Thuſc. in ſuis
practic. concluſion. in verb. dictiones om-
nia, & ſingula. concluſ. 321. Sed etiam eſt
huiuſmodi qualitatis, & naturæ, vt in ta-
li diſpoſitione actu, omnia cenſeātur ſin-
gulariter compræhenſa, & ſpecialem
ſpecificationem, ſiue expreſſionem impor
tet, vt firmauit Bald. in conſi. 461. incip.
Inter Ioannem, & Aloyſium. num. 6. verſ.
omnia, & ſingula. lib. 1. Oldrad. Dec. De-
cian. Roland. Curt. iun. & alij, quos pro-
bat idem Thuſc. in verb. clauſula omnia,
& ſingula. concluſ. 296. tota. Itaque per-
6 inde eſt, ac ſi dixiſſet, † talem meum nepo-
tem in tareno recognoſco, pro quo, & de
quo teneat ſe contentum. Quæ eò magis
locum habent in caſu noſtro, nam nouum
7 non eſt in iure, † vt locutio facta in nume-
ro plurali in teſtamento verificetur in
numero ſingulari, vt ex tex. in §. ſi quis fi-
liabus. Inſtit. qui teſtam. tutor. dar. poſſ. &
alijs probaui ſupra conſi. 6. & tanto for-
tius dum hæc teſtatrix cuilibet eorum re-
liquit tarenum vnum, vt patet ex verbis
teſtamenti, & conſequenter dum in nu-
mero ſingulari recognouit quemlibet eo-
rum in dicto tareno, vtique ceſſat omnis
diſputatio.
Non eſt tamen omittendum in iure no
8 ſtro eſſe certum, † vt valeat inſtitutio fa-
cta hoc modo, de omnibus, & ſingulis fi-
lijs, vel de omnibus, & ſingulis proximio-
ribus, ſic etiam quando exhæredat quis
omnes, & ſingulos filios; in hoc enim om-
nes conueniunt, ideò non citò Auctores,
nam textus ſunt clari in l. interdum. in l.
nemo dubitat. ff. de hæredib. inſtit. & ſæ-
pe aliàs.
Secundò nec vrget, quòd nepos, in illo
tareno recognitus, non ſit expreſsè in illo
inſtitutus, ſiquidem facilis eſt reſponſio,
9 † nam omne relictum in teſtamento alicui
perſonæ, cui de iure debetur legitima,
præſumitur relictum titulo inſtitutionis
ad hoc, vt teſtator ſe conformet cum di-
ſpoſitione iuris, & faciat teſtamentum va-
lidum omni modo meliori, quo fieri po-
teſt, vt poſt Bart. conſi. 151. & alios innu-
meros probaui par. 4. q. 62. num. 24. & 26.
& conſequenter ceſſat impugnatio Ad-
uerſariorum, vt talis nepos dicatur præ-
teritus, cùm re vera præteritus non ſit, vt
ex dictis cernitur.
Additur prædictis eſſe receptiſſimam
10 noſtratum ſententiam, † vt etiam ſi pater
inſtituiſſet filios inæqualiter, & vnus ex
filijs præmoriatur patri, adeò vt nepos ex
filio præmortuo inueniatur præteritus,
& ſic eſſet cauſa, vt teſtamentum declara-
retur nullum ex ipſius nepotis præteri-
tione, adhuc tamen teſtamentum ſubſti-
11 neretur ex clauſula codicillari, † per quā
venientes ab inteſtato cenſentur rogati
reſtituere hæreditatem heredibus ſcriptis
in teſtamento, deducta ſolùm ipſorum
legitima, vt poſt Cyn. ſcripſit Bart. in Au-
then. ex cauſa nu. 23. C. de liber. præterit.
& probant alij plures, quos ſecutus ſum d.
q. 62. num. 23. & quæſt. 51. num. 7. & 8. &
12 par. 10. q. 17. & 18. † Et hanc ſententiam
non habere contradictorē, fatentur Alex.
conſi. 161. num. 3. lib. 2. Crau. & alij plu-
res, quos probat Fab. Turrett. in tract. de
13 effectib. clauſ. codicill. q. 53. † & præcipuè
quando illa clauſula codicillaris eſſet ap-
poſita in teſtamento per verba futuri tem
poris, vt eſt in caſu noſtro ibi (*Si non va-
leat, vel valebit iure teſtamenti, valeat
14 iure codicillorum, &c.*) † Quæ opinio
eſt ſine contradictione, quando de filijs,
vel nepotibus eſſet in genere cogitatum,
& quando in ſpetie cogitatum eſt, nemo
15 eſt, qui contradicat † ex clauſula codicil-
lari eſſe aſtrictum hunc talem, detracta le-
gitima, ſibi de iure debita, ſeu eius ſupple-
mento, reſtituere totam aliam hæredita-
tem hæredibus ſcriptis in teſtamēto, etiā
ſi eſſent perſonæ extraneæ inſtitutæ, vt
latiſſimè poſt alios firmat Turrett. in d.
ſuo tract. quæſt. 55. cum plurib. ſeqq. q. 68.
num. 53. 80. & 94. cum ſeqq. quæſt. 69. &
ſeqq. & ſæpiſſimè in d. ſuo tracta. hoc re-
plicat. Igitur eò fortius procedit, dum fi-
lia eſt inſtituta, nepos cognitus eſt in ta-
reno, quo iuſſus eſt eſſe contentum, &
ſuc-

ſucceſſiuè caſus, vt dixi, eſt ſine controuerſia.

Ex omnibus prædictis cõcludo ad euitandum circuitum inutilem, vt hic nepos petere nequeat, niſi ſupplementum legitimæ; nam teſtamentum validum eſt, vt patet ex dictis, & ſi eſſet nullum, iam ex clauſula codicillari ſubſtineretur, nec poſset nepos aliud habere, & ita fuit reſolutum per plures Iureconſultos primarios Ciuitatis Panhormi, & ſic etiam fuit executioni demãdatum in Ciuitate Meſſanæ, quò tranſmiſi Conſilium.

SVMMARIVM.

Clericus qualiter diſponat de bonis ſuis. nu. 1. & ſeqq. Ad libitũ diſponit de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſic etiam de bonis aduentitijs, & profectitijs, etiam ſi eſſet in prima tonſura, vt latiſſimè declaratur nu. 2. cum plurib. ſequentib.

Clericus in bonis quaſi caſtrenſibus eſt magis priuilegiatus, quàm miles in bonis caſtrenſibus. nu. 3.

Eccleſiaſtici poſſunt vti legibus ſæcularibus, in eorum beneficium facientibus, quod declaratur nu. 7.

Clericus qualiter poſſit teſtari de fructibus beneficij, optimè declaratur nu. 8. cum ſeqq.

Beneficium ſimplex dicitur, quod nullã habet curam animarum, Curatum verò eſt, quod curam animarum habet, & vtilitas huius cognitionis traditur nu. 9. & 10.

Fructus beneficij ad quem nã pertineãt, ſi clericus moriatur ab inteſtato, traditur nu. 11. 12. & 13. vbi quid de iure, & quid in praxi ſeruetur, explicatur.

Cognoſcere de cauſa ſpolij ad quem Iudicem ſpectet nu. 14. remiſſiuè.

Clericus non poteſt diſponere de meliorationibus in beneficio factis, ſi ſunt à fundo inſeparabiles. nu. 15.

Meliorationes quando cedant ſolo, traditur nu. 16.

Fructus pendentes cuiuſnam ſint, ſi beneficium vacet per ceſſionem, commutationem, & ſic de alijs. explicatur nu. 17. & 19.

Succeſſor beneficij cur de iure habeat fructus pendentes, declaratur nu. 18. Et in dubio iudicandum eſt, vt fructus etiam pendentes ad ipſum pertineant num. 20.

Qualiter poſſit Clericus diſponere de bonis ſuis, etiam de fructibus beneficij.

CONS. XXIII.

De quo facta eſt mentio par. 3. in fin.

1 Propoſitum dubium idcircò hic examinãdum propoſui, nè ſcilicet, nouas adderem quæſtiones in dicta par. 3. vt ibidem in fi. dixi; nec oportet circa multa inſiſtere; nam ex diſcuſſis par. 2. in tit. de perſon. q. 7. patet reſolutum ex parte prænarratum dubium, & ſic quod attinet ad materiam conſuetudinis me remitto ad diſcuſſa d. q. 7. etiam in additionib. & ad tradita infra conſi. 27. Pono igitur ſequentes concluſiones.

2 Prima concluſio, clericus filiusfam. validè diſponit de bonis Caſtrenſibus; ſic ẽt de aduentitijs, & profectitijs. Probatur concluſio quòad ambas eius partes, & primò quòad bona quaſi caſtrenſia; eſt enim
3 clarum, ſecundùm omnes, † vt clericus
in illis bonis, quæ ex induſtria acquirit, vel ex fructibus beneficij (hæc enim ſunt bona quaſi caſtrenſia Clericorum) poteſt ad libitum diſponere, quia in illis habetur tanquam paterfam. vt ſunt iura notiſſima, de quibus dubitari non poteſt, vt optimè poſt alios notat Surd. conſi. 259. numi. 19. vol. 2. vbi in hoc dicit eſſe magis priuilegiatos eccleſiaſticos, quàm milites, & quædam contraria ſoluit, vt per eum.

4 Probatur quòad bona aduentitia (vt ſunt illa, quæ clericus acquirit ex ſucceſſione, vel ex proſpera fortuna) vt validè, & ad libitum teſtari poſſit, quamuis eſſet in prima tonſura conſtitutus; ita eſt text. in cap. quia nos. de teſtam. tenent ibi Hoſtienſ. Innocẽ. Anchar. Butr. Abb. & alij, quos ibidem probat Couarr. nu. 3. tenent etiam Iaſ. Cæpol. & alij plures, quos ſe-
5 quitur Surd. d. conſ. 259. nu. 21. † qui Do-
ctores iddem probant de bonis profectitijs, ex tex. in l. ſacramenta, & in Authẽ. Presbyteros. C. de epiſco. & cler. ibi (Res quo-

quomodolibet ad dominium venientes
eorum) itaque ſatis eſt, vt Clerici domi-
nium habeant dictorum bonorum, vt va-
lidè teſtari poſſit.

6 Nec vrget quod Dec. in l. ſenium n. 14.
C. qui teſtã. fac poſſ. cõtrariũ teneat; nam
eius opinio ſingularis eſt, & ſine ratione.
Primò, quia etiam in Iure Canonico fun-
datur hæc opinio, vt num. 4. dictum eſt.
Secundò, quia etiam ſi fundaretur in Iure
7 Ciuili, hoc ſatis eſſet, quia, † licèt Ius Ci
uile non poſſit aliquid directè ſtatuere
contra Eccleſiaſticos, & eorum bona,
vt dictum eſt dicta par. 2. quæſt. 7. nihilo-
minus poſſunt Eccleſiaſtici vti legibus Sę
cularibus in eorum beneficium tanquam
priuilegijs, quilibet enim poteſt dare pri-
uilegium Eccleſiaſticis Bald. conſ. 300. n.
4. volu. 1. Cardin. Brun. Lap. & alij, quos
probat Surd. d. conſil. 259. num. 20. & fa-
ciunt diſcuſſa in d. quæſt. 7. præcipuè nu-
mero 41.

8 Secunda concluſio Clericus poteſt te-
ſtari de fructibus beneficij, recollectis, eò
magis vbi ſic viget conſuetudo: Conclu-
ſio eſt clara ſecundùm omnes, ſi quidem,
9 † aut eſt beneficium ſimplex, quod ſcili-
cet nullam habet adminiſtrationem ſiue
curam animarum, & fructus talis benefi-
cij ſpectant ad beneficiatum, qui tam in-
ter viuos, quàm in vltima voluntate po-
teſt de illis fructibus diſponere tanquam
vſufructuarius, quia & in vita, & in mor-
te æquiparatur vſufructuario in hoc be-
10 neficio ſimplici: † aut verò eſt beneſitium
curatum, quod, ſcilicet, habet annexam
curam animarum, & etiam procedit cõ-
cluſio, & conſequenter in vita æquipara-
tur vſufructuario, in morte verò æquipa-
ratur vſuario, & ideò omnes fructus
collecti ſui ſunt. ita gloſ. in cap. fin. de
pecul. cler. vbi Hoſtienſ. quem eſſe com-
muniter approbatam, dicit ibi Cardin.
vnà cum Barbat. probat etiam gloſ. in c.
præſenti in verb. reſeruari de offi. ordin.
in 6. & eſſe ita receptum per conſuetudi-
nem poſt Geminian. Corn. Bertacchin.
Roman. Rolan. Iul. Clar. Mol. & alios
innum. probat Surd. conſ. 333. per tot.

11 Eatenus prędicta ſunt vera, quòd dum
Clericus beneficiatus moritur ab inteſta-
to, fructus percepti ſunt hæredum, ei ſuc
cedentium ab inteſtato, quorum etiam
ſunt alia bona temporalia eiuſdem Cleri-
ci, argumento tex. in l. conficiuntur. ff.
de iur. Codicill. cum alijs cumulatis par.
2. tit. de perſon. quæſt. 7. & par. 4. quæſt.
65. num. 54. cum ſeqq.

12 Verùm prædicta concluſio non habet
locum in fructibus pendentibus; nam ēt
ſi eſſent maturati, dum tamen non ſunt
exacti, tunc licèt de Iure ſpectent ad ſuc-
ceſſores in beneſitium iuxta tex. in capit.
ſæpe de elect. cap. præſenti de offic. Ord.
in 6. vbi gloſ. in verb. reſeruari. cum alijs
innumeris cumulatis per Borgni. Caual.
deciſ. 27. alias 37. per tot. par. 3. Theſaur.
deciſ. 143. & alij, quos ſequitur Surd. d.
conſil. 333. volum. 3. qui latiſſimè hanc
13 illationem examinat; † nihilominus in
praxi ſeruatur oppoſitum, quia ſunt Ca-
meræ Apoſtolicæ in hoc Regno Neapo-
litano in alijs autem locis ſeruanda eſt
conſuetudo; de qua materia latiſſimè ſcri
bit Rodoan. in tract. de ſpol. Eccleſ. quæ-
14 ſtio. 11. & 12. † vbi etiam tractat de com-
pet. Iudicis in cauſa ſpoliorum Eccleſ. de
qua materia poſt alios tractat etiam Me-
noch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 66. nu. 19.
in fin. quam tractationem omitto iuſtis
de cauſis.

15 Tertia concluſio, Clericus non poteſt
diſponere de meliorationibus factis in be
neſitio, ſi ab illo ſeparari nequeant: hanc
Concluſionem probat tex. in capit. fin. de
pecul. Cler. vbi Anchar. num. 2. & alij cõ-
muniter. quos probat Surd. loco cit. nu.
35. cum ſeqq. & in hoc omnes conueniũt,
16 † quia dum ſunt meliorationes inſepara-
biles à beneſitio iam cedunt ſolo, & ſic
Domino rei, & conſequenter ad Eccle-
ſiam pertinet, quàmuis factæ ſint ex in-
duſtria dicti Clerici, vt latiſſimè proſequi
tur Surd. loco cit. qui videri poteſt pro
concernentibus, & tertiam, & ſecundam
concluſionem, ſic etiam Borgni. loco cit.
Satis eſt enim hæc pauca attigiſſe, nam
17 quatenus diſputant articulum, † vt fru-
ctus pendentes ſint ſucceſſoris, etiam per
ceſſionem, permutationem, tranſlatio-
nem, aut renunciationem, iam in hoc ſtã-
dum eſt Conſuetudini, vt dictum eſt; quà-
uis de Iure verior ſit opinio, vt fructus
ſint ſucceſſoris tàm per obitum, quàm
18 per quemlibet alium modum; † ſemper
enim eſt ſucceſſor, & ſemper indiget fru-
ctibus, vt illis ſe, & familiam alat, nè co-
gatur in dicto anno mendicare vſque dũ
perueniant noui fructus ſequentis anni,
& ſatis eſt, vt deducantur expenſæ factæ
per prædeceſſorem; nam fructus dicun-
tur, deductis expenſis, & hic Auctor vi-
deri

deri poteſt circa talem illationem, latiſſi-
mè. Pariſ. de reſignatione beneficior. plu-
ribus in locis, ſed lib. 10. quæſt. 6. nu. 46.
ſic ēt lib. 1. quæſt. 6. num. 17. probat vt in
hoc Regno Neapolitano, a die vacatio-
nis vſque ad capturam poſſeſſionis realis
ſpectent ad Cameram Apoſtolicam; Ideò
20 omitto talem diſcuſſionem, † quamuis
ſemper fieri deberet reſtrictio, vt potius
iudicemus in fauorem beneficiati; quia,
cùm ex Iuris diſpoſitione fundata, etiam
in Iure naturali, debeantur illi fructus,
vt & illis viuere poſſit, & euenire pote-
rit, vt infra annum ſeruiat Eccleſiæ, &
nihil de fructibus percipiat, idcircò talis
noua prouiſio, vt ad Cameram Apoſtoli-
cam fructus non exacti pertineant, potius
reſtringi debeat, quàm ampliari.

SVMMARIVM.

MIlites Hieroſolymitani, an & qualiter poſſint diſponere ēt in vltima voluntate, eſt recurrendum ad corū ſtatuta, & ratio traditur num. 1. & 3. vt diſponant eſt neceſſaria licentia expreſſa nu. 5.

Emiſſa profeſſione, ſunt veri Religioſi, quod explicatur num. 2.

Quicquid acquirunt eorum religioni acquirunt quòad proprietatem, habent tamē vſufructum durāte eorum vita numero 4.

Licentia conceſſa diſponendi in vita, nō extenditur ad tempus mortis, nec è cōtra, & ratio traditur num. 6.

Milites Hieroſolymitani tam in vita, quā in vltima voluntate, poteſt diſponere de bonis mobilibus, num. 7. & 8. ſi non diſponant, cui nā ſint, explicatur num. 9. cum ſeqq.

Si fictitiè contrahant, contractus ſunt ipſo iure nulli num. 11.

Bona Commendatorum ordinis Hieroſolymitani, & aliorum militum, ac fratrum de obedientia eiuſdem ordinis, ad quos pertineant, declaratur num. 9. cum ſeqq.

Debita, contracta per milites Hieroſolymitanos, qualiter ſolui debeant, declaratur num. 12. 13. & 15.

Contractus fictitij ſunt nullius momenti num. 14.

Licentiā diſponendi quiſnam contendat Militibus Hieroſolymitanis, ac eorū Capellanis, traditur num. 16.

Commendatarij perpetui Commendarū omnia poſſunt in bonis comendæ, quæ poteſt Prælatus in bonis Eccleſiæ ſuæ n. 17. locat ſeruata forma iuris. n. 18.

Milites Hieroſolymitani an poſſint
facere teſtamentum.

CONS. XXIIII.

De quo facta eſt mentio par. 3. in fi.

1 DE hoc conſilio non eſt plurimùm laborandum, ſecundùm Ius commune, ſed recurrendum eſt ad ſtatuta dicti Ordinis, ac
Religionis, vt rectè probauit poſt alios
2 Azor. lib. 12. moral. cap. 11. quæſt. 5. † nā
poſt emiſſam profeſſionem ſunt verè Re-
ligioſi, & gaudent priuilegio Reli-
gioſorum, vt notat Auctor citatus, & pro
bat Abb. in rubr. de regular. vbi alij Ca-
noniſtæ, de Franch. deciſ. 479. & alij in-
numeri, quos recollegit Riccius in col-
lect. deciſ. capit. 216. & in prax. alienat.
rer. Eccleſ. deciſ. 76. & alibi Rodriq.
3 tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 1. artic. 7. † &
conſequenter poſt emiſſam profeſſionem
tenētur ſeruare ſtatuta dictę Religionis;
nā illis ligantur, & idcirco quæſtio pro-
poſita decidi debet ſecundum prædicta
ſtatuta, quæ, dum caſus accidit, adamuſ-
ſim vidi, & conſequenter hic ſubijciam.
4 Dico primò Equites Hieroſolymita-
ni quicquid acquirunt, Religioni acqui-
runt quòad proprietatē, ſibi verò quòad
vſumfructum, vita durante, ita habetur
in Cōſtitutionib. dictę Religionis tit. 16.
in rub. de contract. & alienation. cap. 10.
cum duobus ſeqq. ibi. (Ideò ſancitum eſt;
quòd Fratres Ordinis noſtri, qui per em-
ptionem, donationem, aut alia quacun-
que ratione bona, prædia, cenſus, ſeu an-
nuos redditus, vel iuriſdictionem acqui-
ſiuerunt, & ſibi vendicauerunt, nullo
pacto abſque Magiſtri; vel Capituli Gene-
5 ralis cōſenſu vēdere, alienare, &c.) † vbi
diſponitur, vt licentia debeat obtineri in
ſcriptis à dicto Magiſtro, vel Capitulo
Generali,

Generali, & debet eſſe in ſpecie, & in vi-
ta, & in morte, quia ſi eſſet licentia diſpo-
nendi in vita, non extenditur ad tempus
infirmitatis, ex qua deceſſerit, quia debet
in ſpecie hoc conſtare in ipſa licentia: &
quiequid in contrarium geſtum fuerit, eſt
irritum, caſſum, nullum, & pro non facto,
vt in dictis iuribus habetur, & eſt etiam
6 clarum ſecundùm ius commune; † quoniã
licentia, ſiue aſſenſus diſponendi de bonis
in vita, non extẽditur ad tempus mortis;
& è contra, vt multis iuribus, & Doctorũ
auctoritatibus probant, Freccia in tracta.
de ſubfeud. lib. 2. q. 4. cũ plurib. ſeqq. Mo-
lin. de primogen. Hiſpanor. lib. 2. cap. 11.
Surdus deciſ. 325. & ſæpè aliàs, & ad plu-
ra inferunt, quæ omitto, nam clarum eſt
aſſumptum licentiam eſſe ſtricti iuris, &
tantum extenditur, quantum ſonat, & nõ
aliter.

7 Dico ſecundò prohibitionem prędictã
non habere locum in bonis mobilibus di-
ctorum militum; quia, dum prohibitio
expreſsè loquitur, & ſpecificè de bonis
immobilibus, vt patet ex verbis relatis
nu. 4. non ſe extendit ad bona mobilia,
quia ſtatuta prohibitiua non ſe extendũt
vltra caſum expreſſum, vt eſt clarum ſe-
cundùm omnes, & pluries fuit repetitum
par. 1. & etiam ſupra conſi. 17. quod ma-
gis patebit ex ſequenti dicto.

8 Dico tertiò Milites Hieroſolymitani
non poſſunt in vltima voluntate diſpo-
nere de bonis immobilibus, nec etiam mo
bilibus, etiam per ipſos acquiſitis ſine li-
centia Magiſtri, vel Capituli generalis ip-
ſorum Militum: hoc dictum eſt clarum
quòad vtranque partem ſecundùm dicta
ſtatuta: prima pars patet ex diſcuſſis in
primo dicto. Secunda probatur etiam ex
eiſdem conſtitutionibus tit. 5. de commu-
ni ærario cap. 20. & 21. & in nouis ſtatu-
tis vulgariter ęditis de anno 1597. cap. 33
9 vbi diſponitur, † quòd bona mobilia di-
ctorum militum ſpectãt ad commune æ-
rarium dictæ religionis, niſi eſſent vaſa,
vel bona, deſtinata ad cultum Eccleſiæ;
quia tunc ad Eccleſiam dictæ Religionis
pertinent; vel quando ſunt bona Capel-
lanorum, ſeu Fratrum de obedientia dicti
Ordinis, tunc iure ſpolij pertinent ad il-
los Comendatores, in quorum Comẽdis,
Prioratibus, vel Baiuliuatibus reſidentiã,
aut ſtagium tales Capellani habuerunt, vt
habetur loco cit.

Plus diſponitur in dicto titulo de com-
10 muni ærar. cap. 22. 23. 24. & 61. quòd, † ſi
eſſent bona Comendarum, & tunc omnia
vtenſilia Commendatoris mortui, ſic etiã
currus, vehicula, & inſtrumenta ruſtica,
pertinent ad ſucceſſorem Cõmendatorẽ,
ſeu ad ſtatum Comendæ: animalia verò,
vt armenta, boues, &c. ſi Comenda in his
animalibus conſiſtat, pro medietate per-
tinent ad ſecundum ſucceſſorem, pro alia
verò medietate ad cõmune ærarium: quæ
medietas poteſt pro iuſto prætio relaxari
penes dictum communem ſucceſſorem.

At ſi ſtatus Comẽdæ non cõſiſtat in his
animalibus, & tunc omnia erunt commu
nis ærarij dictę religionis, & iddem eſt de
alijs animalibus, quæ ſolent equitari, ſic
etiam de mulis, de ſellis, & de armis, exce-
ptis enſibus, & pugnalibus, vt habetur in
Conſtitutionibus citatis.

11 Sed vt fraudes euitentur, ſancitum eſt,
vt contractus fictitij ſint ipſo iure nulli,
& qui illos faciunt, pœnam infamiæ in-
currant, & ſi fuerint Comendatarij pri-
uantur Comenda; conuentualis verò an-
tianitate: & hoc iddẽ ſancitum eſt quòad
eos, in quorum beneficium contractus fa-
cti ſunt, vt habetur in d. rubr. 16. de con-
12 tract. & alienationib. cap. 13. & 15. † Si
verò contractus fuerit verus, vt quia re
vera aliquid donauit alicui, & tunc ſi in
vita donantis non procurauerit re, aut
facto ſatisfactionem recipere; poſt mor-
tem donantis nihil conſequi poteſt dona-
tarius, nec commune ærarium ad id te-
netur, imò declaratur contractus prędi-
ctos eſſe ipſo iure nullos, irritos, & caſſos,
tanquam fictitios, vt d. cap. 13. habetur, &
per hoc patet quòad bona mobilia valere
alienationem in vita, ceſſante fraude, vt
etiam nu. 7. notatum eſt.

13 Poſtremò quòad debita contracta per
ipſos milites, quæ vera ſunt, ſatisfacto pri-
mo communi ærario, & ſolutis etiam ſti-
pendijs famulorum, deinde ſatisfit credi-
toribus defuncti ſecundùm temporis an-
terioritatem, ſeruata forma iuris commu
nis, primo de bonis mobilibus, etiam de
fructibus Comendarum, qñ ſunt credito-
res Comendatarij; deinde de bonis ipſius
fratris defuncti, quæ ſi non adſint, & tunc
commune ærarium ad nihilum tenetur,
vt habetur in d. titu. de communi ærario
14 cap. 4. 46. 63. 64. §. 7. & ſæpe aliàs. † quæ
omnia optima ratione fundantur, quia ſi
contractus ſunt fictitij, clarum eſt in iure,
vt ſint nulli, vt ſciunt omnes, & latiſſimè

diſputat Maſcard. de probat. in verb. contractus fictitij, Tuſch. in eo. verb. qui alios citant, & ideo talem diſcuſſionem omit-
15 to: † ſi verò contractus ſunt validi, & tūc ſtipendia famulorum habent potiorem hypothecam, vt dicetur ſuo loco par. 14. de pignor. & hypothec. Alij verò creditores iam ſatisfieri debent ſecundùm tem poris anterioritatem, quia ſic etiā ius cōmune diſponit, vt etiam loco cit. dictum eſt. Si tamen nihil ſit in bonis mortui Comendatarij, tunc clarum eſt, vt commune ærarium non teneatur, niſi tamen conſtaret de aliqua procuratione, vel alio legitimo actu, quo validè obligaſſet etiam commune ærarium.

Ex his patet, qualiter prædicti milites, & in vita, & in morte poſſint diſponere de bonis pàtrimonialibus, & de bonis per eos acquiſitis, & etiam de fructibus Comendarum: quæ recenſere volui, vt ſciatur veritas in vtroque foro; nam ſi aliter fieret diſpoſitio, in vtroq; foro eſſet nulla, nec tutus eſſet in conſcientia, qui illa bona poſſideret.

16 Illud autem notandum eſt, † Magnum Magiſtrum dictæ Religionis libenter ſolitum eſſe concedere licentiam dictis militibus diſponendi de bonis patrimonialibus, & de alijs bonis, per ipſos acquiſitis; ſed quando ſunt Capellani alicuius Comendæ, tunc requiritur etiam licentia Comendatarij eiuſdem Comendæ, cuius licentia ſolet etiam præcedere, & Magnus Magiſter ſolet concedere licentiam ſub illa conditione, dummodo interueniat licentia Comendatarij, & ita etiam nunc obſeruatur, vt de hoc anno 1616. audiui, nam vigent dicta ſtatuta.

17 Poſtremò notandum eſt ad prædictorū confirmationem, quòd omnibus Comendatarijs perpetuis Ordinum Militiarum (excepta alienandi facultate) omnia competunt, quæ veris Prælatis conceduntur, cap. is qui, de elect. in 6. ſic etiam quæ conceduntur beneficiarijs, his etiam Comendatarijs competunt, vt poſt Fulgoſ. conſi. 25. Gemin. conſi. 417. probat Natt. conſi. 514. nu. 5. vol. 3. & fuit deciſum per Rot. Rom. vt teſtatur Mohedan. deciſ. 10. de
18 cauſ. poſſeſſ. & propriet. † & ſic poſſunt locare bona ſuarum Comendarum, ſeruata forma Extrauagan. Ambitioſæ, vt poſt Iaſ. conſi. 94. vol. 1. Ruin. conſi. 157. lib. 6. Capyc. deciſ. 3. nu. 9. Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 16. nu. 3. Dec. Gomez. Rodoan. Rodriq. & alios probat Riccius in prax. de reb. eccl. non alien. deciſ. 75.

Qui plura circa prędicta videre cupiūt, perquirāt Authores in hoc conſ. citatos; nam hic diſcuſſa ſatis ſunt, ni fallor, pro veritate ſupradicti Conſilij.

SVMMARIVM.

MVlieres, quæ dotem recipiunt à Montibus familiarum, non poſſunt de illis dotibus diſponere, niſi ſeruata forma capitulorum ſingularum montium, & ratio traditur num. 1. & 2.

Capitula, facta per Montes familiarum non poſſunt mutari per perſonas particulares eiuſdem familiæ, & ratio traditur num. 2.

Capitula montium familiarum huius fideliſſimæ Ciuitatis iidem mandant, quod conſuetudines, in ſcriptis redactæ, quod recenſetur nu. 3.

Mulier, recipiens dotem ab aliquo Monte familiæ, cenſetur recipere ſecundum formam capitulorum eiuſdem Montis, et ratio traditur nu. 4.

Qualiter diſponant mulieres illæ, quæ accipiunt dotes a Protectoribus aliquorum montium.

CONS. XXV.

De quo fuit facta mentio in eadem par. 3. in fin.

DIſcuſſa in hoc conſi. prout etiam diſcuſſa in duobus præcedentibus, concernunt diſpoſitionem ex teſtamento, & ideò ſunt examinata in genere, vt etiam in illis notatum eſt: & hoc dubium propoſitum in hoc conſil. frequens eſt in noſtris Tribunalibus, ſed paucis abſoluā ſequenti concluſione.

1 Omnes mulieres, quæ recipiunt dotes a Protectoribus aliquorum Montium nō poſſunt aliter diſponere de dictis dotibus, niſi ſeruata forma capitulorum eorūdem montium; hanc concluſionem poſt Sanſeuerin. in l. cunctos populos num. 53. & ſeqq. C. de ſumm. Trin. & fid. Cathol. vbi loqui-

loquitur de capitulis Mõtis Pietatis. probat Surd.conſ.460. nu.9. vol.4. & in ea oportet omnes conuenire ratione manifeſta, † quia ſancita ſunt capitula ſingulorum montium per perſonas, quæ illa facere potuerunt, ſiue tales ordinationes valeant in vim ſtatutorum, ſiue vt quædam aſſuefactiones, de qua materia nunc non diſputo; nã dixi par.2. in tit. de bon.q.24. & ſæpè alias: nunquam tamen mutari poſſunt per priuatas perſonas, vt eſt notiſſimum penes omnes, & conſequenter ſicut dicta Capitula mandant, ita, & non aliter diſponere poſſunt.

3 Hæc concluſio procedit clarius, quando expreſsè ſic conuentum eſt in conſtitutione dotium; quia nempè fuit deductum expreſsè in capitulis matrimonialibus, vt eſt, quando mulieres Montisfamiliç Carrafæ, vel Montisfamiliæ Caracciolorum, & ſic de alijs Montibus erectis in hac Ciuitate pro maritagijs mulierũ certarũ familiarũ dotes recipiũt; nã ſẽper in capitulis matrimonialib. apponitur pactũ, vt diſponant mulieres in vltima voluntate ſeruata forma conſuetudinis, in ſcriptis redactę, nempè ſi mulier habeat filios, diſponat de decima parte dotium, & nouem partes ſint filiorum; ſi verò careat liberis, poteſt diſponere de medietate dotium, & alia medietas ſit eiuſdem montis, qui dotem dedit, vt eſt vulgatum in hac Ciuitate; & ſic inter viuos diſponũt etiã vt aliç mulieres, vt dixi p.3.q.1.

4 Procedit etiam in dubio, quia, ſi conſtituta fuiſſet dos, & nihil eſſet dictũ qualiter mulier diſponeret de dotibus, adhuc præſumitur conſtituta, & recepta dos, ſeruata forma taliũ capitulorum, vt dixi ſupra par.1. in addition. ad cap.4. præcipuè nu.4. & 5. & ſucceſſiuè ſic interprætandum, & iudicandum eſt. Et quoniam hæc ſunt notiſſima in hac Ciuitate, & ſic etiam ſemper practicata ſunt, idcircò nõ inſiſto amplius circa hanc quæſtionem.

SVMMARIVM.

MAter an excludatur à legitima filij per ſubſtitutionem cõpendioſam, factam in contractu nu.1. & nu.10.

Subſtitutio poteſt fieri in cõtractu. n.2.

Procedit tam in ſubſtitutione fideicommiſſoria, quàm in ſubſtitutione directa, & contrarium tenentes confutantur. nu.3.4.

Menochius ſaluatur à contradictione in articulo, an ſubſtitutio fieri valeat in contractibus. nu.3. & 5.

Ceſſio non eſt neceſſaria in iure acquiſito per ſubſtitutionem factam in contractu, & ratio traditur, & ſic etiã deciſum refertur, vt nec etiã valeat alienatio in præiudicium ſubſtituti. nu.6. 7. & 9.

Actio vtilis acquiritur abſenti per rem donatam, num.8.

Subſtitutio pupillaris, vt fieri poſſit in contractibus, recenſentur authores. nu.10. cum ſeqq. contraria opinio demonſtratur verior, & ſecundùm illam deciſum in Regno Siciliæ. nu.13. & ſeqq. contraria ſoluuntur. nu.22. & ſeqq.

Subſtitutio pupillaris, licèt, reſpiciat commodum pupilli. num.11. non poteſt tamen extendi vltra ſuos limites, quod declaratur nu.23. & ſeqq.

Dicitur pars, & ſequela teſtamenti paterni. Item ſi vnum corruit, aliud non tenet. nu.20.21.

Subſtitutiones factæ in contractibus, an reputentur ad inſtar ſubſtitutionum, quæ fiunt in vltimis voluntatibus, traditur num.12. & num.25. & 26.

Subſtitutio pupillaris fieri nequit, niſi prius parentes ſibi faciant teſtamentum niſi ſit miles. nu.16 17.19. & 20.

Negatiua iuncta verbo, (poteſt) negat potentiam, & inducit neceſſitatem faciẽdi taliter actum, quod explicatur. num.18.

Subſtitutio pupillaris an fieri valeat in Codicillis, declaratur, nu.27. cũ ſeqq.

Pater an poſſit in ſcriptura ſeparata facere filio pupillarem ſubſtitutionem, explicatur. nu.28.

Subſtitutio compendioſa num fieri valeat in contractibus, & ſi fiat, an includat pupillarem, declaratur. n.29. & 30.

Subſtitutio facta in codicillis, vt ſemper valeat iure fideicommiſſi, traditur. num.31.

Pupillaris tacita, compræhenſa in compendioſa, excludit matrem etiam à legitima filij, eo magis ſi conſtet expreſsè de voluntate teſtantis nu.32. & 33.

AN MATER EXCLVDATVR a legitima filij per ſubſtitutionem compendioſam, factam in contractu.

CONS. XXVI.

De quo fuit facta mentio par.4. quaſt.41. in fin.

EX diſcuſſis d. quæſt.41.
nu.10.& conſ.6.nu.38.
vidi ortam dubitationē
in Regno Siciliæ de an-
no 1614.† an procede-
ret excluſio matris à le-
gitima filij, ſi compen-
dioſa ſubſtitutio facta eſſet in cōtractu; &
hinc inde certatum vidi; ideò ſub breuita-
te ponam vtriuſque partis opinionem, &
articuli deciſionem.
2 Erat igitur concordia inter Doctores
vtriuſque partis, vt ſubſtitutio fieri poſſit
in contractu; nam hæc eſt receptior ſen-
tentia ex tex.in l.quoties.C. de donation.
quæ ſub mod. Nec fuit inter eos habita ra-
tio opinionis Menochij conſ.85.& alibi,
3 dicentis,† vt ſola directa ſubſtitutio, non
autem fideicommiſſaria fieri poſſit in cō-
tractu: nec etiam fuit habita ratio opinio-
nis Fabij de Anna conſ.39.n.58. & ſeqq.
vol.1. & eorum, quos refert pro ſua ſen-
4 tentia, quatenus velint, † vt neutra ſub-
ſtitutio fieri valeat in contractu: vtraque
enim opinio receptiori Doctorum calcu-
lo reprobatur, & iure merito: nam text.
in d.l.quoties.ita clarè loquitur, vt euita-
ri nequeat; quem text. ſic cōmuniter etiā
Doctores intelligunt de vtraque ſubſtitu-
tione, vt tenent innumeri tam antiqui,
quàm moderni, quos probant Deci.conſ.
41.nu.37.& ſeqq.vol.1.Burſat.conſ.229
nu.37.vol.3.Oddus cōſ.39.nu.13.cū ſeqq.
Surd.deciſ.144.& conſ.375. nu.21. lib.3.
latiſſimè Peregr.in tract.de fideicō.art.51
nu.19. cum ſeqq. vbi ſe ipſum alibi citat.
Probant etiam Matthienſ.lib.5.Recopil.
tit.6.l.11.gloſ.3. Fontan. in tract. de pact.
nuptialib.clauſ.4.gloſ.25.ferè per tot. vbi
plura iura, & Doctorum auctoritates cu-
5 mulat. † Imò idem Menoch. hoc probat
conſ.325.nu.1. cū ſeqq. lib.4. & cōſ.1126.
nu.16.lib.12. vbi tenet, vt fideicomiſſaria,
& ſubſtitutiones fieri poſſint in cōtracti-
bus: ne igitur dicat idem per idem, opor-
tet fateri, vt affirmet, vt tam fideicommiſ-
ſaria, quàm directę ſubſtitutiones fieri poſ-
ſent in contractibus.
Eatenus hoc eſt verū, vt tex. in d.l. quo-
6 ties.verificetur in omni ſubſtitutione.† vt
ſine aliqua ratificatione, vel iurium ceſſio-
ne acquiratur ius vocato ex tali ſubſtitu-
tione, vt poſt alios latiſſimè fundat Pereg.
d.art.51.n.6. cum ſeqq. & fuit iudicatum
per ſacrum Conſilium in cauſa Franciſci
Antonij Sapij cum creditoribus quondā
Saluatoris, & Franciſci Antonij Sapij ſe-
nioris, vt legitur in proceſſu prædicto pe-
nes Sarrum in dicto ſacro Conſilio patro-
cinante Petro Antonio de Amato, vide-
7 licet, † quod per ſubſtitutionem factam
in capitulis matrimonialibus cum prohi-
bitione alienandi, & in caſu alienationis
erant vocati deſcendentes, fuerunt exclu-
8 ſi creditores, & deſcendentes vocati: † ex
quo per rem donatam acquiritur abſenti
vtilis actio; & ſi alienetur, condicitur l.ea
lege.C.de condit.ob cauſ. latiſſimè Pereg.
de fideicom.art.42.nu.61.& art.51.n.80.
9 Tātò magis, † quia in dictis capitulis ade-
rat pactum auocandi illa bona penes quē-
cumque reperirentur, & ſic eò magis fue-
runt creditores excluſi, & deſcendentes
admiſſi ad dicta bona ex regul.tex.in l.Ti-
tius.ff.de ſeru.aſportan.gloſ.magiſtr. in §.
de cętero.in verb.licentiam damus. Auth.
vt de cętero.commutat.rer. Eccleſ. Iaſ.in
l.ſi ita quis.§.ea lege.nu.35.ff.de verb. ob-
lig. Pereg.d.art.51.nu.81.& conſerunt di-
ſcuſſa, par.3.quęſt.1.nu.17.& par.4.in tit.
de renunciat.quæſt.7.nu.5.& 9.
Igitur tota cōtentio erat inter illos do-
10 ctiſſimos Siculos in duobus. Primò † ſi in
contractu fieri poſſet ſubſtitutio pupilla-
ris. Et ſecundò ſi eſſet tacita pupillaris,
compræhenſa in compendioſa ſubſtitu-
tione an excluderet matrem à legitima; &
pro validitate ſubſtitutionis vrgebat pri-
mò ratio communis ſententiæ; quia, ſi in
contractibus fieri poſſunt ſubſtitutiones
fideicommiſſariæ, & directæ, non debent
ab illis excludere pupillarem: clarum eſt
enim in iure, vt hæc connumeretur inter
ſubſtitutiones directas.
11 Secundò vrgebat,† quia ſubſtitutio pu-
pillaris reſpicit vtilitatem pupilli l. ſi pu-
pillus.ff.de acquir.hæred.l.ex tribus.C. de
in offic. teſtam. cū vulgat. alijs. Igitur de-
bemus potius ſumere coniecturam, & oc-
caſionem, vt potius ampliemus illa, quæ
inducta ſunt in alicuius fauorem, quàm
reſtringere, & ſucceſſiuè hoc videtur ma-

gis

gis expediens pupillo, vt pater quouis modo poſſit facere filio pupillarem ſubſtitutionem, & ita in terminis probant Azebed. lib. 5. Recopil. tit. 6. l. 11. gloſ. 9. n. 35. in fin. Matthienſ. d. l. 11. gloſ. 3. nu. 1. Angull. in ead. l. 11. nu. 6. & 7.

Addebatur prædictis, quia multi Doctores videntur hanc ſententiam habere
12 pro abſoluta; dicunt enim † ſubſtitutiones factas in contractibus regulari ad inſtar vltimarum voluntatum. Matthienſ. d. nu. 1. & alij innumeri, quos probat Peregr. d. art. 51. per tot. & in conſ. 65. nu. 16 lib. 1. Cæſar de Barz. deciſ. 66. nu. 22. Igitur quemadmodum in vltimis voluntatibus fiunt ſubſtitutiones fideicommiſſariæ, & directæ etiam pupillares, quæ excludūt matrem à legitima, ita etiam fieri poſſunt in contractibus, & eundem habent effectum.

13 Contrariam tamen ſententiam defendebant alij, vt pupillaris ſubſtitutio nullo modo fieri poſſet in contractibus, & hanc ſententiā in d. anno 1614. ſecuta eſt Mag. Regia Curia in d. Ciuitate Panhormi pro Franciſca Lamagna cōtra Ioannem Mariam Catalanum; à qua ſententia dū fuiſſet appellatum ad Tribunal Conciſtorij Sacræ Regiæ Conſcientiæ eiuſdē Regni, fuit tandem confirmata ſententia prædicta die 14. Iunij eiuſdem anni: imò plus deciſum fuit, vt matri debeatur legitima filij vnà cum fructibus, & deberentur etiā fructus hæreditatis paternæ; & hoc non obſtante, quod in anno 1587. die 30. Iulij Petrus de Catalano donaſſet Antonino, & alijs eius filijs, de legitimo matrimonio procreandis quædam eius bona cum ſubſtitutione reciproca ad inuicem inter filios ſubſtitutos, excluſa penitus dicta
14 Franciſca eius vxore: † fuit enim dictum, quòd, dū inter viuos nō poterat fieri ſubſtitutio pupillaris, ſed tantùm fideicommiſſaria, in hac non venit legitima, nec etiā fructus hæreditatis quia tales fructus ſunt hæredis, & in eis non cadit fideicommiſſum, vt dixi ſup. par. 2. tit. de bon. q. 20. & conſequenter dictæ Frāciſcæ matri fuit data portio legitimæ filij vnà cum fructibus, ſic etiam portio fructuum bonorum paternorum, & ſic fuit admiſſa ſimul cum duobus alijs filijs: nam filij faciunt partē in taxatione legitimæ, quāmuis nō admitterentur ad partem, vt dixi ſupra par. 4. q.
15 17. tota: † quæ deciſio fundatur in magna æquitate, & etiam ſuos habet Auctores, nā ſic in indiuiduo ſcripſit Paul. de Caſtr. conſ. 288. Notandum. nu. 2. & 3. vbi hoc latiſſimè diſputat, & ad eum ſe remittit Thuſc. in ſuis concluſ. in verb. ſubſtitutio. concluſ. 822. nu. 25. qui docent, vt nec in Codicillis, nec inter viuos fieri poſſit ſubſtitutio pupillaris: & eandem ſententiam ſequuntur Beringar. Ferdin. in c. 1. dub. 6. nu. 7. de filijs nat. ex matrim. ad Morgan. contract. & Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 25. nu. 4. cum ſeqq. vbi, diſputato art. ad partes, ſic tandem reſidet: itaq; plures etiam Auctores hanc ſententiam ſequuntur.

Mouentur autem hi Auctores pluribus rationibus, quarum duæ ſunt principales.
16 Prima eſt, † quia cùm ſubſtitutio pupillaris ſit teſtamentum filij, non poteſt ſubſiſtere niſi fiat ab eo, qui ſibi prius fecit teſtamētum. l. 2. ff. de vulg. & pupill. ibi (Quiſquis autem impuberi teſtamētum facit, ſibi quoque debet facere. Cęterùm ſoli filio non poterit, niſi fortè miles ſit.)

Itaque textus hic dat formam faciendi
17 pupillarem ſubſtitutionem nempè, † vt prius pater ſibi faciat teſtamentum, alias ſi ſoli filio velit teſtamētum facere, & ſic pupillarem ſubſtitutionem, nō poſſit, niſi ſit miles, & proinde datur ei modus, & forma faciendi teſtamentum, & negatur illi
18 potentia aliter faciendi: † negatiua enim iuncta verbo (poteſt) negat potentiam, & inducit neceſſitatem faciendi actum in illa forma ſpecifica tantùm, & non aliter. gloſ. ſingularis cōmuniter recepta in c. 1. in verb. non poteſt. de regul. iur. in 6. plures cumulat, & probat Andr. Tiraq. de legib. connubial. l. 16. gloſ. 4. nu. 1. Aquil. in l. Centurio. par. 4. nu. 4. ff. de vulgar. & pupill. latè Mant. de coniect. vlt. volūt. lib. 11 tit. 10. nu. 11. & lib. 12. tit. 14. nu. 13.

19 Et ideò Doctores dicunt, quod ſi pater non facit ſibi prius teſtamētum, nō poteſt facere filio impuberi pupillarem ſubſtitutionem Cagnol. in l. precib. nu. 7. vbi Dec. col. 2. C. de impub. & aliis ſubſt. & Ripa, quos probat Intrigliol. in tract. de ſubſtit. cent. 1. q. 2. nu. 26. quæſt. 22. nu. 43. & alibi Cacher. deciſ. 100. nu. 27. & alij plures.

Secunda ratio eſt magis expreſſiua precedētis, quam ex Oſaſc. d. nu. 27. reaſſumit
20 Fontanell. d. gloſ. 25. nu. 5. eſt, † quia iure ſpeciali fuit introductū, vt quis poſſit diſponere de alienis bonis, & alteri teſtamentum facere, nempè, Pater filio, cum hac tamen condictione, vt pater prius ſibi
21 faciat teſtamentum, vt dictū eſt, † & ideò pupil-

pupillare teſtamentum eſt pars, & ſequela teſtamenti patris. §. liberis. inſtit. de pupill. ſubſt. Imò teſtamentum patris, ac ſubſtitutio pupillaris dicuntur vnicum eſſe teſtamentum duarum hæreditatum videlicet patris, & filij: ideò ſi vnum non valet, nec etiam aliud tenet. l. 2. §. in hæreditate. ff. de hæred. & actio. vend. l. 2. ff. de vulg. & pupill. & alibi.

22 Nec vrgent contraria, nam primum patet reſolutum ex duab. allatis rationibus; ex quo aliç ſubſtitutiones idcircò fieri poſſunt in contractibus, quia non reperitur iure cautum, vt contrahentes priuſquam ſubſtituant, faciant ſibi teſtamentũ, prout reperitur cautum in ſubſtitutione pupillari, & conſequenter nõ eſt mirum, ſi hęc tantùm prohibeatur, & aliæ ſint permiſſæ.

23 Soluitur etiam ſecundum ex vltima ratione relata num. 20. licèt enim pupillaris ſubſtitutio reſpiciat beneficiũ pupilli, nõ tamen per hoc ſequitur, vt cõtra Iuris diſpoſitionem extendatur vltra caſum ſuũ, & conſequenter, dum iure ſpeciali fuit permiſſum parentibus, qui habent liberos in poteſtate, vt poſſint facere ſubſtitutionem pupillarem liberis, ſi ſibi prius fecerint teſtamenta; idcircò non poteſt extendi ad contractus; nã, cùm ſit prouiſio exorbitans, debet adimpleri in forma ſpecifica, nempè in teſtamento, & ſic non extẽditur ad contractus inter viuos, vt poſt Oſaſc. notat Fontanell. d. gloſ. 25. num. 5. & 6.

24 Nec habẽda eſt ratio Doctorum, quos pro cõtraria parte citaui; nam ſolus Azebedo hoc dicit in terminis, ſed potius per tranſennam, & ſic perfunctoriè loquitur, & ei non admodùm creditur, vt dixi in explicatione prohemij nu. 19. Etiam quia prò hac 2. ſent. ſunt Doctores grauiores, & in maiori num. qui ad partes diſputant articulum, & ſic eis magis adhærendum eſt, tantò fortius cùm illorum opinio ſit conformior diſpoſitioni iuris, vt patet ex dictis rationibus, & poſt alios dixi d. n. 19. cum ſeqq.

25 Poſtremò non vrget, vt ſubſtitutiones factæ in contractibus debeant regulari ad inſtar earum, quæ fiunt in vltimis voluntatibus; tum quia multi tenent, vt potius ſapiant naturam pacti, vt poſt alios affirmat Fontanell. d. gloſ. 25. nu. 10. tùm etiã,
26 † quia æquiparatio eſſet in ratione cauſæ finalis, non autem ratione cauſæ efficientis, hoc eſt, ſubſtitutiones, quæ fiunt in contractibus, habent eundem finem, & eundem effectum, ſicut habent illæ, quæ fiunt in vltimis voluntatibus; non tamen eſt æquiparatio, vt omnes ſubſtitutiones, quæ fieri poſſunt in vltimis voluntatibus, poſſint etiam fieri in contractibus; nam pupillaris fieri nequit ex rationibus iam dictis, & ſic motiuum non vrget.

27 Additur etiam, quòd multi docent, vt pupillaris ſubſtitutio ſolùm fieri valeat in teſtamento, & fieri non poſſit etiam in codicillis ex rationibus citatis num. 16. & ſeqq. vt per Caſtr. & Thuſc. in locis cit. qđ nunc non diſputo; & multi, & magis communiter tenent contrarium, vt probat Coſta in repe. tex. c. ſi pater. par. 3. in verb. interdum. num. 15. & ſeqq. de teſtam. in 6.
28 † ex quo codicilli ſupponunt teſtamentũ patris eſſe factum, & ſic vt pater ſit oblitus facere pupillarem ſubſtitutionem, & conſequẽter, dum ſibi fecit teſtamentum, poteſt in alia ſcriptura ſeparata, & ſic in codicillis facere pupillarem ſubſtitutionem, quæ ratio, dum omninò ceſſat in contractibus, idcircò nulla poteſt fieri illatio de codicillis ad contractus data pro vera ſententia, vt ſubſtitutio pupillaris fieri poſſit in codicillis; quia, ſi contraria ſententia eſſet verior, res eſſet citra controuerſiam.

29 Nec etiam vrget alia inſtantia, quòd in contractibus fieri poſſit ſubſtitutio compendioſa, vt in ſpetie probat Crau. conſi. 130. & tenẽt alij, quos cumulat Menoch. conſ. 325. nu. 5. cum trib. ſeqq. vol. 4. Nam reſponſio eſt clara, vt vera ſit inſtantia,
30 ſed nõ quòad omnia, hoc eſt, † licèt compendioſa ſubſtitutio ſi fiat in vltimis voluntatibus, ex eius natura ſit apta comprehendere omnes ſubſtitutiones, videlicet vulgarem ante aditionem; pupillarem poſt aditionem, & intra tempus pubertatis; fideicommiſſariam, & reciprocam poſt aditionem, & pubertatem, vt ſciunt omnes; hoc euenit, quia in vltimis voluntatibus omnes prædictæ inſtitutiones fieri poſſunt; ſed in contractibus fieri nequit pupillaris, vt patet ex dictis, ideò non poteſt compræhendi in dicta compendioſa ſubſtitutione facta in contractibus, ſicut Menoch. dicit d. conſil. 325. num. 7. quòd dum fideicommiſſaria ſubſtitutio non poteſt fieri in contractu (quamuis contra eũ ſit verior ſententia in iudicijs recepta, vt dixi ſupra nu. 3. & ſeqq.) ideò non conti-

nectur

netur in ſubſtitutione compendioſa facta
in contractibus.

Non omittimus dicere, quòd Bal. cõſi.
439.& ſeq.lib.2. Thuſc. in pract.concluſ.
in verb.ſubſtitutio pupillaris. concl.820.
nu.36.Fab.Turrett.in tracta.de iur. codi-
cillor.q.85.effectu 25.& quęſt.82.tenent,
31 † quòd ſubſtitutio, quæ fit in codicillis,
quamuis fieret quibuſcunq; verbis dire-
ctis, ſemper obliquaretur, & valeret iure
fideicõmiſſi, vt latius dicti Auctores pro-
ſequuntur, & ſic non eſt motiuum aſper-
nendum, ad excludendum, vt ſubſtitutio
pupillaris nullo modo fieri poſſet in con-
tractibus; quæ omnia recenſui ad confir-
mationem deciſionis iam dictæ, ſecũdùm
quam ego etiam conſului.

Secundum dubium non fuit deciſum,
non enim fuit neceſſaria talis diſcuſſio; &
quàmuis Aduocati dictæ Franciſcæ ma-
32 tris prętendebant † tacitam pupillarem
ſubſtitutionem compręhenſam in com-
pendioſa, non excludere matrem ex latè
diſcuſſis per Burſ.conſi.8.lib.1.Pancirol.
conſi.155.Laderch.conſi.31.Borgnin.de-
ciſ.4.lib.3. Thuſc. d. concl. 820.nu.20.&
21. nihilominus contraria opinio eſt ma-
gis recepta, vt dixi ſupra conſi.6.num.38.
& hanc eſſe magis communem, & veriorẽ
ſententiam probat Thuſc. vbi ſupra in
verb.ſubſtitutio compendioſa concl. 797.
quia dicitur venire talis excluſio ex ver-
bis expreſſis teſtatoris, & pręcipuè locum
33 habet hęc opinio, † quando adeſſet volun
tas expreſſa teſtatoris excludendi matrem
etiam a legitima, vel adeſſent aliquæ con-
iecturæ, quibus colligeretur matris exclu-
ſio; tunc enim omninò mater excluditur,
vt probant etiam Laderch.& Pancirol.lo
cis cit.tenent etiam Rimin.iun.conſ.543.
Borrel.conſi.59.& 99.Fab.Turrett.conſ.
13.lib.2.Sfort.Odd.conſi.18.Onded.cõſi.
75.lib.1.Alex.Trentacinque in conſi. 65.
Decian.conſi.53.lib.4.Viui.deciſ.405. vt
alios omittam: quam materiam latè di-
ſputat Thuſc. d. concl.797. Peregr. de fi-
deicom.art.34.nu.41. Craſſus in §. ſubſti-
tutio q.30.quam omitto, quia non fuit di-
ſcuſſa, vt dictum eſt.

SVMMARIVM.

SEntentia lata in cauſa Fratris Ioannis Baptiſtæ de Adiutorio, qua fuit annullatum teſtamentum, in quo mater nõ fecit illum hæredem, ſeruata forma conſuetudinum, recenſetur nu.1. Contraria ſententia refertur num.3. & 4. Allegationes pro hac vltima ſententia ponuntur.nu.6.& ſeqq. impugnantur nu.21.& ſeqq.

Onera, ac debita contracta ab agnatis, & cognatis, qualiter deducantur, recenſentur ſententiæ Sacri Conſilij, nu.2. & nu.5.

Mulier, habens filios, ſolùm de decima parte poteſt diſponere; in alijs nouem habet os clauſum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum. nu.7.

Leges, ac ſtatuta laicorum non ligant eccleſiaſticos, nec eorum bona.nu.8. Procedit etiam reſpectu noſtrarum conſuetudinum, & varijs Napodani locis comprobatur num.9. cum ſeqq. Sic etiam fuiſſe pluries deciſum, tradatur nu.11.& 12. Verùm prædicta loca Napodani procedere oſtenduntur, quando clerici diſponunt, non autem ſi vti velint beneficio ipſarum conſuetudinum.nu.29.cum ſeqq.

Clericus non ligatur cõſuetudine Neapolitana loquẽte de iure congrui, quia id ſpecificè prohibetur ei per leges Synodales huius Ciuitatis.nu.13. & melius nu.39.

Laicus non vtitur iure municipali contra clericum, nec clericus contra laicum.nu.14.& 15. Attamen verior eſt opinio, vt clericus vti poſſit contra laicum nu.25.& ſeqq.

Clericus vt poſſit vti legibus laicorum contra libertatem eccleſiaſticam, refertur num.16. Quod dictum eſſe erroneum oſtenditur, cùm tales leges ſint nullæ, & qui eas non tollunt, vel illis vtuntur, incidunt in excommunicationem, vt explicatur num.23. cum ſeqq.

Molfeſij dicta par.2.titu. de perſon. q.7. impugnantur num. 17.cum ſeqq. Sed defenduntur à calumnia nu. 22. cum ſeqq. Vbi oſtenditur prædictum Scriben-

bentem innoluere ſententias, quod multis probatur.

Actiuè quis vtitur diſpoſitione iuris in materia ſucceſſionis, cũ diſponit, paſſiuè verò, cum capit ſibi relictum in teſtamento, vel ſuccedit ab inteſtato, quod explicatur num. 22.

Clericus an vti poſſit beneficio conſuetudinum non ſolùm ex Doctoribus regnicolis diſcuti debet, ſed etiã ex alijs Doctoribus ſimilia ſtatuta interpretantibus, quod optimè probatur num. 25. 26. & 27.

Conſiliarij Rouiti refertur additio, quæ multis probat auctoritatibus clericũ actiuè, & paſſiuè ligari diſpoſitione conſuetudinum. nu. 28.

Napodani loca tam in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, quàm etiam in probem. explicãtur, & interpretantur loqui, vt clerici vti poſſint beneficio conſuetudinum num. 29. cum ſeqq.

Bona eccleſiaſticorum ab inteſtato morientium, ſubſunt conſuetudini. num. 30.

Verbum, videtur, induceit dubitationem num. 35.

Argumentum à contrario ſenſu ſumè nequit à Doctorum dictis. nu. 36.

Statuentes, qui expreſsè non denegant beneficium ſtatutorum eccleſiaſticis, dicuntur eccleſiaſticos includere, & ſic Rex Carolus fecit per has conſuetudines, quod explicatur nume. 37. & 38.

Sententia Sacri Conſilij, quæ etiam contra teſtamentum admiſit eccleſiaſticos, vt poſſint vti beneficio conſuetudinum, defenditur nu. 40.

Aequalitatem eſſe ſeruandam inter eccleſiaſticos, & laicos, quando diſponunt traditur num. 14. Contrarium tamen verius eſſe oſtendit Auctor. num. 41.

An Eccleſiaſtici vti poſſint actiuè, & paſſiuè beneficio Conſuetudinum Neapolitanarum.

CONS. XXVII.

De quo facta eſt mentio par. 2. titu. de perſon. q. 7. in addit.

FVndatum eſt d. q. 7. Eccleſiaſticos eſſe capaces paſſiuè beneficio cõſuetudinum Neapolitanarum, quamuis actiuè non ligẽtur illarum diſpoſitione, & inter alias deciſiones attuli deciſionem factam in anno 1573. in cauſa Fratris Ioãnis Baptiſtæ de Adiutorio, quæ talis eſt.

In cauſa Venerabilis Monaſterij Sãctæ Mariç de Partu, aliàs de Mergoglino cum Magnifico Petro Lima.

In Dei nomine. Amen. Viſa ſupplicatione, &c. Viſa etiam reconuentione facta per dictum Magnif. Petrum contra prædictum Fratrem Ioan. Baptiſtam.

1 Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum Magnificum Petrum Lima condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad relaxandum dicto Fratri Ioan. Baptiſtæ de Adiutorio, & ſucceſſiuè dicto Venerabili Monaſterio S. Mariç de Partu Terram, in actis deductam, ſoluta prius prædicto Magnif. Petro medietate decimæ partis dotium Magnif. quondam Portiæ Myrtæ, de qua decima parte prædicta quondam Portia potuit diſponere in beneficium quondam Magnificæ Beatricis de Adiutorio eius filiæ, ac medietate paragij competentis dictæ quond. Beatrici in bonis quondam Lactantij de Adiutorio eius patris, & prædictæ Ma-
2 gnif. Portiæ eius matris, † in quibus computentur onera hæreditaria prædictæ quondam Beatricis vſq; ad concurrentẽ ſummam quantitatum prædictarum: nec non ſolutis etiam per dictum Monaſteriũ prædicto Petro quantitatibus ſolutis per eum tam creditoribus hæreditarijs dictorum quondam Lactantij, & Portię, quàm etiam creditoribus prædictæ quondam Beatricis, quatenus quantitates prædictæ ſolutæ creditoribus prædictæ Beatricis excedant medietatem prædictam, ac alijs expenſis factis, liquidandis omnibus tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, ab alijs autem hinc inde petitis partes ipſas abſoluimus, & penitus liberamus, &c. Neutram, &c. Hanc eandem, &c.

Iacobus Anellus de Bottis.

Die 28. Menſis Septembris Neap. præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit

in

in Sacro Conſilio,ſedentibus pro Tribunali Magnificis V.I.D. Dominis Thoma de Altomare, Michaele Villanoua, Iacobo Anello de Bottis relatore, & Gaſpare Pinario Regijs Conſiliarijs, & alijs perſonis in numero opportuno.

Ioannes Nicolaus Longus Actor. Magiſter.

Hanc igitur ſententiam ego defendi quòad punctum principalem d. q. 7. quò verò ad deductionem onerum, vt deducatur de portione, de qua poterat diſponere, & quòad quantitates ſolutas creditori-
3 bus latiſſimè diſcuſſi par. 3. q. 1. † Sed nunc audiui ſententiam prædictam fuiſſe reuocatam iunctis Conſiliarijs trium Aularũ, cum interuentu circunſpecti Præſidis, & vidi quædam ſcripta cuiuſdam incerti Auctoris, qui nec curatur (forſitan dedignabatur) dictis per me reſpondere, ponã igitur & ſententiam, & allegationes dicti Doctoris, quibus non dedignabor reſpondere, & fateor, quòd me incitauit, vt par pari referrem, ſed ſuaſus fui, vt potius bonum pro malo referrem.

4 Verba ſententiæ ſunt infraſcripta. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione reclamationis interpoſitæ per Petrum Lima vti donatarium, & hæredem quondam Beatricis de Adiutorio ſuæ vxoris à ſententia lata per noſtrum Sacrum Conſ. ſub die 28. Septembris anni 1573. ac decreto eiuſdem S. Cõſ. lato ſub die 10. Nouembris 1590. fol. 551. & 562. contra Venerabile Monaſterium S. Mariæ de Partu, alias de Mergoglino, ac Fratrem Ioannem Baptiſtam Myrto de Adiutorio profeſsũ dicti Monaſterij, & ſucceſſiuè alios, in quos, pendente cauſa dictæ reclamationis, translata prætenditur Maſſaria, in iuditio deducta, cuius tenor talis eſt, &c.

Iunctis tribus Aulis eiuſdem S. R. Cõſ. exiſtentibus Regijs Conſiliarijs ipſarum, & præſertim Illuſtri Marchione S. Angeli, illius Præſide, Magnificis Cæſare Freccia, Marco Antonio Morra, Pyrro Pagano, Pomponio Saluo, Dydaco de Salinas, Cæſare Aldoriſio, Ioan. Baptiſta Valenzuola, cauſæ relatore, præſentialiter, & Magnifico Alphonſo de Vargas ſimiliter Regio Conſiliario, qui ob infirmitatem ſuæ valetudinis ſuum votum tranſmiſit in ſcriptis ad eundem Illuſt. Præſidem, ſigillatim ſuo loco lectum, & publicatum.

Viſis deniq; videndis. S.R.M. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus benè fuiſse, & eſſe reclamatum à dicta ſententia dicti Sacri noſtri Conſilij, lata præfata die 28. menſis Septembris anni præteriti 1573. & deinde ex deductis in hac reclamationis cauſa Maſſariam in actis deductam, cum oneribus contentis in appretio in actis præſentato, ac aliis forte exiſtentibus ſuper ipſa eſſe relaxandam, & relaxari debere, prout reſpectiuè partes aduerſas condemnamus ad relaxandum dicto Petro Lima vnà cum fructibus,
5 † dempta tamen in beneficium hęredum, & creditorum quondam Lactantij de Adiutorio tanta parte dictæ Maſſariæ, quanta æſtimabitur, inſpecto illo tempore pro ſumma ducatorum centum octuaginta adiudicatorũ, quõdã Martię Myrtæ in partem ducatorum tercentum ſui antefati vna cum fructibus à die mortis dictæ Portiæ, in qua liquidatione habeatur ratio iurium Beatrici de Adiutorio competentium. & etiam paragij ſuper bonis paternis, ſi quæ remanſerunt, creditoribus eiuſdem Lactantij ſatisfactis, & deductis à dicta Maſſaria ſupplemẽto legitimę, competenti dicto Fratri Ioan. Baptiſtæ Myrto de Adiutorio ſuper bonis maternis vnà cum fructibus liquidandis omnibus tempore executionis pręſentis noſtrę diffinitiuę ſententię. Neutram, &c. hanc eandem, &c. De Valenzuola Velaſques.

6 Cartula dictarum allegationum ſic habet. Super articulo, an Monaſterium ex perſona Monachi poſſit impugnare teſtamentum matris eiuſdem monachi, in quo eſt inſtituta vniuerſalis hęres filia, relictis ducatis decem Monacho titulo inſtitutionis, quod validum eſt de iure communi, inualidum verò iure conſuetudinis,
7 qua cautum eſt, † mulieres filias habentes, eſſe inteſtabiles de nouem ex decem partibus dotium, ita vt in dictis nouem partibus dicatur habere os clauſum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, vt in Conſuet. ſi qua moriens, vbi Napod. in verb. tantum, de illa tantum eſt diſcutiendum quæſtione, an clerici, & eccleſiaſticæ perſonę poſſint vti conſuetudinibus laicorum actiuè maximè, quia paſſiuè illis non ſubiacent, nec ligantur.

Pro cuius diſcuſſione breuiter pręmittendum eſt, quòd licet in iure communi
8 verior opinio ſit, † ꝙ leges laicorum non

F ligent

ligent clericos ex defectu poteſtatis, de quo per DD. in l. cunctos populos. C. de ſumm. trin. & fid. cathol. & in Auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſ. eccleſ. Canoniſt. in cap. eccleſia S. Mariæ de conſtit. ſuper quo articulo ſatis ſcripſit Doctor Coppula Collega. Tamen, omiſſa iuris communis diſpoſitione, vt videamus conſuetudines Ciuitatis huius expreſsè non ligare clericos, & perſonas eccleſiaſticas, prout teſtatur Napod. vir nemini ſecundus, qui antiquiſſimo abhinc tempore commẽtatus eſt has Conſuetudines, in prohem. verſ.

9 Præfatis. nu. 312. fol. 37. his verbis. † (*Teneo pro veritate, quod Eccleſiæ, vel Clerici, & eorum bona his conſuetudinibus non ligantur.*) Item in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb. Proximiores, lo ſecondo, & in verb. & præmiſſa num. 255. fol. 148. his verbis (*Religioſi habentes proprium, videntur ſuccedere de iure communi, non de iure legum Conſuetudinum, qua locũ habere non poſſunt in Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis.*)

10 Et in Conſuetud. Si eſt quæſtio, in verb. vocato. fol. 330. aliàs 349. ibi (*Itẽm conſuetudines laicorum nõ ligant clericos.*) & in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. materna. num. 248. fol. 147. ibi (*Si autem viuerent prædicti clerici*) & ſubdit (*Nec tenentur relinquere medietatem proximioribus ſecundùm cenſuram huius iuris, cùm non ligentur hoc iure municipali*) & paulò ſupra nu. 147. ibi (*Nec obſtat ius municipale, nam non poteſt diſponere ſuper Eccleſijs, clericis, & eorũ bonis.*)

11 Quibus Napodani dictis attentis, pluries fuit in S. Coſ. iudicatum, prout refert Capyc. deciſ. 98. quòd Sacerdos rectè diſponit in extraneos de bonis antiquis vltra medietatem cõtra formam conſuetudinum illa ratione; nam clerici non ligãtur conſuetudine. Et Præſes de Franchis deciſ. 411. in fi. refert pluries deciſum, Cõſuetudines, prohibentes diſpoſitionem de bonis antiquis decedentium ſine filijs, niſi vſque ad medietatem non comprę̃hẽdere clericum diſponentem ex allegata auctoritate, Napod. in conſuetu. Si quis, vel ſi qua, verb. materna col. pen. verſ. Sed quid ſi moriatur. nu. 248.

12 In ſimili articulo mulier habens tres fratres, ex quibus vnus erat Monachus, inſtituit duos laicos, venit Monaſterium ex perſona Monachi vigore conſuetudinis ad portiones, & fuit per Sacrum Cõſ. excluſus ex doctrina Napod. in dict. verſ. proximiores, cùm nõ potuerit inniti conſuetudini. Hanc deciſionem incipit narrare Capyc. in d. deciſ. 98. Sed Præſes de Franch. in deciſ. 411. adhibita maxima diligentia, inuenit penes Secretarium, vt tradit num. 5. fuiſſe deciſam ſecundùm opinionem Napod. in d. conſuetu. ſi quis, vel ſi qua, in verb. proximiores, ibi. Et permiſſa quod eſt nu. 255. fol. 148.

13 Idem in deciſ. 285. quod fuit deciſum ius congrui non competere clerico, motũ fuit Sacrum Conſ. vt ipſe aduertit num. 3. quoniam lex debet eſſe æqualis, & communis omnibus, vt ſit æqua. cap. erit autẽ lex 4. diſt. cum alijs per eum allegatis, qui

14 ſubdit num. 3. † quòd quemadmodum laicus non poteſt vti ſuo iure municipali contra clericum, nec etiam clericus contra laicum, vt ſeruetur æqualitas, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ad quod allegat Dydacum Suarez, & qui vult vti pro ſe, debet contra ſe recipere. Roccus de Curt. in cap. fin. in 11. q. in 7. limitat. de de conſuet. & ſic videmus deciſum in puncto caſum ſimilem facto præſenti in d. deciſ. 411. num. 5.

Videmus etiam pluries deciſum in clerico diſponente, quòd non ſubiaceat diſpoſitioni conſuetudinum, prout in dicta

15 deciſ. Capyc. & de Franch. † ergo vt ſeruetur æqualitas clericus ſuccedendo debet ſuccedere, attenta iuris communis diſpoſitione ex doctrina Abb. in d. cap. eccleſia S. Mariæ ratione æqualitatis ſeruandę. Et licèt DD. relati à Maranta diſp. 8. nu. 14. dicant, quòd clerici poſſint vti actiuè ſtatutis laicorum in eorum fauore, non autẽ paſſiuè, tum vt idem Maranta aduertit

16 num. 47. hoc procedit, † vel quando leges laicorum eſſent contra eccleſiaſticã libertatem, vel quando eſſent ſtatuta compulſiua perſonarum, ad quod allegat Alex. cõſ. 117. col. pen. lib. 2. alias enim ratione æqualitatis ſeruandæ procedere edictum quod quiſque iuris, vt Rocc. de Curt. al. leg. deciſ.

17 Reliquum eſt, vt breuiter reſpondeamus dictis per Clericum Molfeſium in Comment. par. 2. tit. de perſon. quæſtio. 7. vbi latè tractat hunc articulum, an cõſuetudo Neapolitana liget clericos, & eccleſiaſticas perſonas, & referendo deciſionę̃ caſus noſtri factam in anno 1573. nu. 39. concludit poſtea num. 40. in fin. fuiſſe factam

ctam deciſionem cum maxima conſidera-
tione, & inſurgit contra Præſidem de
Franch. ex quo referēdo eandem deciſio-
nem in deciſ. 667. dicit de ea fuiſſe valdè
dubitatum in reclamatione. Poſſem vni-
co verbo reſpōdere omnibus dictis Mol-
feſij, quia eſt clericus, & ideò excuſabilis,
ſi tam audacter defendit opinionem pro
clericis, & eccleſiaſticis perſonis.

18 Verùm cùm quędam principia, ex qui-
bus mouetur, nō ſubſiſtant, vlterius inſi-
ſtendum eſt; & primò dum nu. 40. circa
fin. omnes dicunt diſpoſitionem harum
conſuetudinum habere locum in eccleſia-
ſticorum beneficium; vt dixit n. 27. Mol-
feſius; ſed contrarium ex Napodano col-
ligitur, qui in pluribus locis dicit clericos
non ligari hoc iure municipali, & Docto-
res, quos allegat Molfeſ. loquuntur, inſpe-
cto iure communi.

19 Secundò facit differētiam, quando lai-
co diſponente, adſunt clerici, & laici, &
in linea deſcendente, & in linea collate-
rali, ita vt in primo caſu clerici debeant
ſuccedere, attēta conſuetudine, prout di-
cit num. 39. In ſecundo verò caſu attento
iure communi, & allegat prædictam de-
ciſionem in cauſa illorum de Cicalenſi.

20 Hæc differuit Molfeſius, nulla auctori-
tate fulcitur, imò ratio, qua fuit motum
Sacrum Conſilium in cauſa dictorum de
Cicalenſi, fuit ex doctrina Napodani in
d. conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, dum dicit,
quòd Religioſi ſuccedentes dicuntur de
iure communi ſuccedere, non autem iure
cōſuetudinario, & hæc ratio militat tam
in linea deſcendente, quam in linea colla-
terali. Hæc ille, cuius allegationes poſui,
vt lectores introſpiciant, an de iſto dici
21 poſſint illa verba Iob cap. 38. † *(Quis eſt
iſte, inuoluens ſententias ſermonibus
imperitis? Accinge, ſicut vir lumbos
tuos, interrogabo te, & reſponde mihi)*
Et certè ſi illum ſciuiſſem, iam hæc mea
ſcripta ad illum tranſmiſiſſem, vt eis re-
ſponderet, forſitan doctior euaſus talia
dicere potuiſſet, vt me conuinceret, &
libenter mutarem ſententiam: ſed quia
ea, quæ dicit, non ſolùm mihi, ſed alijs,
quibus ea oſtendi, nullam videntur habe-
re ſubſiſtētiam, ideò ad veritatis elucida-
tionem infraſcripta ſubieci, & licet par
pari referri ſoleat, non tamen decet; Solū
igitur ad eius dicta reſpondeam, licet ipſe
non reſpondidit meis.

22 Videtur Primò inuoluere ſententias,
quia pluries replicat, vt clericus actiuè li-
getur conſuetudine, non autem paſſiuè,
cùm tamen ſit totum oppoſitum: nam
actiuitas eſt, vt ſciunt omnes, non ſolùm
Philoſophi, ſed etiam Legiſtæ, dum quis
agit, & ſic de bonis ſuis diſponit, & ſic
propriè ſumitur hæc dictio actiuè. Dictio
verò paſſiuè eſt, dum patitur aliquid, & in
materia ſucceſſionis eſt, ſi ſit capax ſucceſ-
ſionis, vt eſt in illo iuris articulo, quòd
filiusfamilias, attento iure communi, non
eſt capax actiuè factione teſtamenti, quia
teſtari nequit, modo explicato ſuperius
conſil. 21. & alibi; paſſiuè tamen eſt ca-
pax teſtamenti factione, quia ſuccedit ex
teſtamento, vt ſciunt omnes, & ſic in caſu
noſtro Clericus paſſiuè vtitur beneficio
conſuetudinum, non autem actiuè cum
diſponit, vt patet ex diſcuſſis d. q. 7.

23 Inuoluit ſecundò ſententias, quia vult
eccleſiaſticos vti poſſe ſtatutis laicorum,
quando ſtatuta, vel ſunt contra liberta-
tem eccleſiaſticam, vel quando ſunt com
pulſiua perſonarum, quod dictum, ne
peius dicam, erroneum eſt; clericus enim
nullo modo poteſt vti tali ſtatuto, imò
24 nec etiam laici: † nam ſtatuentes contra
libertatem eccleſiaſticam, tam ſecundùm
Sacros Canones, quam ex diſpoſitione
Bullæ Cœnæ Domini ſunt excōicati, &
ſub eadē pœna mandatur eſſe delenda, vt
in eadē Bulla legitur: latiſsimè de hac ma
teria tractat nouiſſimè Suarez in tract. de-
fenſion. Fidei lib. 4. per totum. An
autem Clericus vti poſſit remedio capi-
tulorum Regni contra alium Clericum,
poſt alios dixi in explicatione dictæ Bullę
c. 14. nu. 16. & ſic hic Aduocatus loqui-
tur contra Sacros Canones, & deciſiones.

25 Inuoluit tertiò ſententias, imò, quod
peius eſt ſibi ipſi contradicit; nam in fine
vult mea principia, quibus fui motus ad
tuendam ſententiam Sacri Conſilij, non
fulciri aliqua auctoritate, vt patet nu. 20.
& tamen paulò ante dixit, Doctores per
me citatos, loqui ſecundùm terminos iu-
ris communis, vt patet nu. 18. Re vera
parum conſtans eſt in ſuis dictis, imo vel
non legit, quod ſcripſi, vel non intellexit;
quæ vt euitemus, conamur dicere illum
inuoluere ſententias ſermonibus imperi-
tis, ſiquidem num. 26. eiuſdem quæſtio. 7.
citaui Bald. Iaſ. Natt. Bertrand. Burſat. &
plures alios, & de his dici poterat, vt lo-
quantur ſecundùm terminos iuris com-
munis, & ſi eos tantùm citaſſem, adhuc
ſatis eſſet, & benè locutus fuiſſem; ſciunt
enim omnes, in vtroq; iure verſati, quòd

25 dum eſt quæſtio, † ſi ſtatutum laicale ob-
liget eccleſiaſticos, & dum non obligat,
an poſſint Eccleſiaſtici vti tali ſtatuto, re-
currendum eſt ad ea, quæ de ſimili ſtatuto
Doctores diſputant, & quod determinãt
in vno ſtatuto, iam locum habet in omni
ſtatuto ſimili; nam eadem ratio viget quò
ad omnia, vt optimè docent Auctores ibi-
dem citati, & vltra ibi cumulatos, pro-
bant etiam Caſſan. Pariſ. & alij, quos ſe-
quitur Anto. Ballus Siculus lib. 5. in præ-
lud. in pragm. Regn. Siciliæ num. 42. &
ſeqq. Ambroſin. in tracta. de liber. eccleſ.
cap. 21. per tot. & in ſpecie num. 19. vbi
26 alios cumulat, † quia in omnibus his ſta-
tutis viget eadem ratio, vt ſit in poteſtate,
& voluntate eorundem eccleſiaſticorum,
ſi velint illis vti, dum ſunt in eorum fa-
uorem, & tunc vel vtuntur tanquam pri-
uilegijs, vel in vim charitatis. Sed vltra
prædictos citaui etiam Naucleriũ, Vincẽ.
de Franch. Carauit. & alios Regnicolas,
& ſucceſſiuè neſcio quo iure potuit hic di
cere contrarium.

Et ad maiorem elucidationem verita-
tis perſpiciant ijdem iudicantes, quod
probat Salern. in prohem. conſuet. fol. 24.
27 vbi ſic habet. † *(Vide quia clerici gau-
dent beneficio ſtatuti excludentis fœ-
minas, vt eſt communis concluſio, &c.)*
Et ſic hic Auctor multos Doctores cumu-
lat, tam ſecundùm noſtras conſuetudines.
quam etiam ſecundùm ius commune lo-
quentes: Imò adeſt quædam Additio Con
ſiliarij Rouiti in d. conſuet. ſi quis, vel ſi
qua mihi fol. 147. manuſcripta, quę incip.
28 An, & quando, vbi ſic habet † (Secundo
verò caſu principali, quando inter ſucce-
dentes eſt perſona eccleſiaſtica, dicas indu
bitanter, quòd tàm ab inteſtato, quam ex
teſtamento, ſiue clericus impugnet con-
ſuetudinem: ſiue innitatur conſuetudini;
Item ſiue impugnet teſtamentum, ſiue
innitatur teſtamento, ſemper ſubiacebit
conſuetudini, quicquid in contrarium
videatur voluiſſe Napodan. in gloſ. prox.
ſeq. nu. 255. & Capyc. deciſ. 98. in fi. & ad
hoc dicẽdum moueor vltra nouem argu-
menta adducta per Vrſill. ad prædictam
deciſionem Afflict. 310. ea potiſſimum ra-
tione, quia, quando clericus innititur cõ-
ſuetudini, conſuetudo dicetur fauorabilis
ipſi clerico, & tunc ſuccedit communis
concluſio Doctorum, quòd, quando con-
ſuetudo, ſiue ſtatutum laicorum eſt fa-
uorabile Clericis, includit etiam clericos,
vt not. Abb. per illum tex. in cap. conſtitu-
tus num. 4. verſ. vnde colligo. extra de re-
ſtit. in integ. voluit etiam glo. in verb. qui-
cunque in fin. in cap. nouit, vbi Abb. nu.
28. extra de iudic. Bald. in l. cunctos popu
los. nu. 10. C. de summ. Trin. Abb. in cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 25. vbi Felyn.
num. 80. de conſtit. Alex. conſi. 211. vol. 2.
Tiraq. in tracta. *Le mort ſayſit*, in 3. par.
princip. declar. 8. num. 5. & de iur. primo-
genit. q. 43. & 44. Albert. Brun. de ſtatut.
excluden. fęmin. art. 6. princip. q. 2. & art.
12. princip. q. 11.) hæc vir ille doctiſſi-
mus. Quæ recẽſui ad maiorem confirma-
tionem, per me diſcuſſorum, & ad verita-
tem magis elucidandam: & poſſem alios
cumulare Doctores ad confutationem pe
tulantiæ prædicti ſcribentis, qui noluit
intelligere, vt bona ageret.

Sed his omiſsis, reſpõdeo formiter ſuis
dictis, & prout ex lectura ſuarum allega-
tionum cernitur eius Achilles fundatur
29 in illo dicto Napodani, † vt eccleſiaſtici
potius dicãtur ſuccedere de iure commu-
ni, quam de iure conſuetudinario, vt ha-
betur in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. num.
255. Nam alia loca Napodani, citata per
dictum ſcribentem, non faciunt ad articu
lum, de quo diſputamus; quia loquuntur,
ne Eccleſiaſtici, & eorum bona ligentur
harum conſuetudinum diſpoſitione, nem
pè actiuè, vt explicatum eſt, quia nõ ſunt
obligati, cùm diſponunt, ſeruare diſpoſi-
tionem conſuetudinum ſecundùm rece-
ptiorem ſententiam, quam defendi d. q. 7.
quamuis multi teneant contrarium, quos
ibi cumulaui, & tenet etiam dictus Conſi-
liarius Rouitus, vt etiam cùm diſponunt,
teneantur ſeruare diſpoſitionem conſue-
30 tudinum. † Attamen, cùm clericus mori-
tur ab inteſtato, eius bona remanent ſub-
iecta conſuetudini, vt dixi in d. q. 7. n. 13.
& par. 4. q. 65. num. 34. cum ſeqq. & tenet
etiam Alex. Raudenſ. variar. reſol. cap. 11.
nu. 11. cum ſeqq.

31 Igitur vidẽdum eſt de interpretatione
verborũ Napod. d. nu. 255. in d. cõſuet. Si
quis, vel ſi qua, cuius verba ſunt iſta (Reli-
gioſi, habentes proprium, videntur ſucce-
dere de iure communi, non de iure legum
cõſuetudinum, quæ locũ habere non poſ-
ſunt in Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſo-
nis, vt plenè dixi ſupra in proœm. §. præ-
fatis. in gloſ. qui tenor.) hæc Napodanus;
quæ verba nõ fundant, vt prelibatus ſcri-
32 bens prætẽdit, nempè, † vt agnati, & co-
gnati

gnati laici non teneantur ſeruare formam
conſuetudinum, quādo diſponunt, & in-
ter eorū agnatos, & cognatos adſunt Ec-
cleſiaſtici, quia Napodanus nec ſomniauit
hoc, nec dicere poterat, nam conſuetudi-
nes dant formam ſubditis diſponendi de
bonis ſuis tam antiquis, quā nouiter quæ-
ſitis, nec aliquam faciunt mentionem, ſi
inter ſuccedentes adeſſet Eccleſiaſticus, &
conſequenter hunc articulum reliquerūt
ſub communi forma ſimilium ſtatutorū:
& quādo Legislator includeret Eccleſia-
ſticos, non poſſet alter inferior eos exclu-
dere; ſolùm igitur Napodanus dicit, vt
conſuetudines non habeant locum in Ec-
cleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis eo modo,
& forma, vt in d. prohęm. dixit, & conſe-
quenter ſi ex ibidem per eum diſcuſſis ap-
parebit, vt voluerit Eccleſiaſticos non li-
gari conſuetudine actiuè, ſed tantùm paſ-
ſiuè, ſumus in claris, vt Napodanus ſit pro
mea ſententia.

33 Diſputat igitur plenè articulum in d.
prohęm. a nu. 293. vſquead nu. 324. & re-
latis diuerſis opinionibus tam eorum, qui
dicunt, vt Eccleſiaſtici ligētur diſpoſitio-
ne conſuetudinum in patrimonialibus, &
aliorum, qui dicunt, tunc Eccleſiaſticos li-
gari, quando ſtatutum eſſet in eorum be-
neficium (in qua ratione ſe fundat Conſi-
liarius Rouitus, vt patet ex d. eius Apoſtil-
la) & ſic de alijs diuerſis opinionibus, con-
cludit tamen Napod. nu. 309. per hęc ver-
ba (alij volunt dicere, quod lex humana
poteſt diſponere ſuper Eccleſijs, & Cleri-
cis, & eorum bonis priuilegio conferēdo)
& paulo poſt (& eadem ratione poſſet fie-
ri conſuetudo in fauorem Eccleſiæ, vel cle
ricorum, cùm conſuetudo parificetur pri-
uilegio, vt notatur extra de iudic. nouit.
circa principium, & tunc eſt in poteſtate
Eccleſiæ, vel Clerici, ſi vult vti, vt extra de
for. cōpet. c. ſi cler. quia quod fauore, &c.
Item quia priuilegia neceſſitatem nolēti-
bus non imponunt) & nu. 311. ſic ſubdit
(vel dic quod valent in vim charitatis, nō
autem in vim imperādi, vt d. c. cum laicis
34 innuitur. † Teneo igitur pro veritate,
quod Eccleſię, Clerici, & eorum bona iſtis
conſuetudinibus non ligantur) hæc Na-
podanus, qui, ni fallor, nō poterat clario-
ribus verbis loqui ad confirmandam veri-
tatem ſententiæ, quam defendi, & defen-
do; nam docet, quòd, dum Eccleſiaſtici di-
ſponunt, non tenentur ſeruare formam
conſuetudinum, quia nec ipſi, nec eorum
bona ligantur diſpoſitione conſuetudinū,
& ſic loquitur actiuè: poſſunt tamen vti
conſuetudinibus, ſi velint vel in vim pri-
uilegij, vel in vim charitatis, vt etiam ex
dictis ipſius Napodani cernitur, & ſucceſ-
ſiuè cùm in dicta cōſuet. Si quis, vel ſi qua.
nu. 255. ſe remittat ad diſcuſſa in d. prohę.
vbi noſtram firmat ſententiam. Clarū eſt,
vt potius ſit pro nobis, quam contra nos.
Non omittimus dicere, quod d. num. 255.
35 † loquitur dubitatiuè per verbum videtur
ibi (videntur ſuccedere ſecundùm ius cō-
mune) & conſequēter nihil affirmat, pro-
ut affirmauit in d. prohęm. quod ſi Eccle-
ſiaſtici velint, eſt in eorū poteſtate vti di-
ſpoſitione, & beneſitio harum conſuetu-
dinnm.

36 Additur etiam omnes ſcire, quod ex di-
ctis Doctorum non ſumitur argumentum
à contrario ſenſu, vnde, licèt Napodanus
dicat, videntur ſuccedere de iure commu-
ni, non tamē excluſit, vt ſi velint, non poſ-
ſint vti beneſitio conſuetudinū, tantò ma-
gis dum in prohęm. docuit, vt ſit in eorum
voluntate, ſi eis vti velint.

Poſtremò confirmantur prædictæ pon-
derationes, quia ſciebat vir ille re vera no-
37 mini ſecundus, † quod eo ipſo, quod ſta-
tuentes laici nō priuant Eccleſiaſticos be-
neſitio ſuorum ſtatutorū, hoc relinquunt
in eorundem Eccleſiaſticorum libertate,
vt ſi velint, poſſint vti, quàmuis ipſo ſta-
tuto non ligantur, vt ex vera ſentētia pro-
batum eſt ſuperius: Vnde cùm Rex Caro-
lus per has conſuetudines expreſsè non
excluſit Eccleſiaſticos ab illarū beneſitio,
clarum eſt, vt eos incluſerit, cùm hoc ſit
certū in omni laicali ſtatuto, quod Eccle-
ſiaſticorum reſpicit commodum, vt dictū
38 eſt; † & conſequenter dum Rex Carolus
mandauit, vt Iudices non poſſint iudicare
contra formam harum conſuetudinum,
vtiq; ſublata eſt etiam facultas Iudicibus,
ne poſſint denegare beneficium dictarum
conſuetudinum Eccleſiaſticis, & tātò for-
tius cùm nec etiam introduci poſſit con-
ſuetudo aliqua contra iſtas conſuetudines
ſine expreſſo conſenſu Regis, vt latiſſimè
dictum eſt dicta par. 2. in tit. de perſon. q. 2.
& idcircò credo eſſe demonſtratum
prędictum ſcribentem ſermonibus impe-
ritis inuoluere ſententias.

39 Nec vrget, quod dicit de iure congrui,
quia non eſt verum, nam ea ratione Ecele
ſiaſtici non ligantur iure congrui in hac
Ciuitate, quia per legem ſynodalem eius
Illuſtriſ-

Digitized by Google

Illuſtriſſimi Antiſtitis ſancitum eſt, vt clerici vti nequeant iure congrui ſeruata forma dictarum conſuetudinum, vt in dicta quęſt. 7. indicaui, quod latius diſcuſſi infra de iure congrui quęſt. 33. & 34.

40 Ex his credo apparere veritatem articuli etiam pro defenſione eiuſdem Sacri Conſilij, & eius ſententiæ latæ in d. anno 1573. quę licèt nunc ſit reuocata, poteſt tamen euenire, vt alio tempore hæc vltima reuocetur, & confirmetur prima etiã per eoſdem Iudices; habent enim ſua ſydera cauſę, vt dixi dicta par. 2. tit. de bonis. q. 24 num. 22. & alibi, & multoties hodie ſum vnius opinionis, & cras alterius, videri poteſt etiam quid de deciſionib. poſt alios tradat Borgnin. deciſ. 22. n. 56. par. 4. quia, vt defenderem quæ ſcripſi, longior fui, & dictus ſcribẽs prębuit occaſionem, qui reſtituere tenetur quod typis expenditur pro hoc Conſilio.

41 Et denique quod dicit de æqualitate ſeruanda nu. 14. non ſubſiſtit, quia Eccleſiaſtici ad libitum poſſunt diſponere de bonis eorum, & ſi velint poſſunt vti benefitio conſuetudinum contra laicos, vt toties inculcatum eſt; ſed laici ſunt aſtricti, cùm diſponunt ſeruare diſpoſitionem conſuetudinum, & ſi non ſeruant, nulliter diſponunt, & ſic ex diuerſis non poteſt fieri illatio, vt ſciunt omnes.

S V M M A R I V M.

Mulier an poſſit in pręiudiciũ dotis, ac iurium dotalium, liberare vnum ex inſolidum ſibi obligatis, traditur nu. 1. & 2.

Quid ſi non remiſſio, ſed reſtrictio obligationis ex tali liberatione reſultaret. nu. 3. & 6.

Quid ſi fiat ex iuſta cauſa. num. 7.

Quid ſi iuramento remiſſio valletur. n. 8.

Quid ſi accedat conſenſus dotantis. nu. 9.

Pater conſentiens matrimonio filij, obligatur reſtituere dotem. nu. 4.

Socer an obligatus remaneat, ſi dos ſoluatur filio de conſenſu mulieris. nu. 5.

Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ mãdat, vt ſtatim prole ſuſcepta, dos ſit mariti, quod recenſetur. nu. 10. & 11. & 17.

Hæres tenetur ad omnia, ad quæ tenebatur defunctus, & omni exceptione qua remouebatur defunctus, ipſe remouetur. num. 12.

Ceſſionarius remouetur eadem exceptione qua cedens remouebatur. num. 13. & 19.

Duo rei debendi inſolidum obligati, inter eos dicuntur ad inuicem fideiuſſores, & is dicitur principalis, qui pecuniam recepit, vel ad quẽ principaliter negotium ſpectat. nu. 14. & 15.

Principalis tenetur ſoluere quicquid fideiuſſor patitur ex cauſa fideiuſſionis. num. 16.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. nu. 18.

Pactum, factum in pręiuditium dotis, an valeat nu. 20.

Quid ſi eo daretur dilatio ad ſoluendam dotem num. 21.

Pactũ, quo mulier ſuaſionibus viri, dotẽ, vel antefatum remittit, eſt nullum & inualidum. nu. 21. & 22.

AN PACTVM DICATVR FIERI in dotis præiuditium ſi mulier liberet aliquem ex obligatis in inſtrumento dotali.

CONS. XXVIII.

Ad declarationem diſcuſſorum par. 6. q. 2. nu. 19. & ſeqq.

ANtonia Riccia vxor Hieronymi Carinolæ de Auerſa cũ factus fuerit caſus diſſolutionis matrimonij ob mortẽ dicti Hieronymi viri duplici medio egit in S. C. pro reſtitutione dotium; alterum fuit nomine proprio, vt ex ſupplicatione, folio primo; alterum vti ceſſionaria, & donataria Violantis, & Lucretiæ Carinolę filiarum ex dicto matrimonio ſuſceptarum vt ex alia ſupplicatione, folio 11. cõtra Vincẽtium Carinolam inſolidum obligatum pro reſtitutione ipſarum dotium.

Et licèt ſacrum Conſilium inaudito ipſo Vincentio ac iurib. ſuis non productis, condemnaſſet ipſum ad ſoluendum ducatos tercentum vna cum intereſſe liquidãdo, quod iam liquidatum, & exequutum fuit contra ipſum; tamen in cauſa iſta reclamationis non dubito quin per doctiſſimos Dominos Iudicantes ſententia prædicta

dicta

dicta retractanda foret quod ex duobus
principaliter demonſtratur.

Primo nam ſi Antonia vult nomine
proprio pro reſtitutione dotium experi-
ri, clarum eſt exceptionem carẽtiæ actio-
nis, & periurij ei obſtitiſſe, & obſtare,
quod ex infraſcriptis fundatur.

1 In primis verum eſt in facto Antoniam
prædictam fuiſſe dotatam de proprijs bo-
nis Veronicæ Gaudinæ matris, vt in in-
ſtrumento dotali legitur fo. . . Ipſaque,
conſenſu matris accedente, cum plures
haberet obligatos pro dotium reſtitutio-
ne, nempè Hieronymum virum, Ioãnem
ſocerum, Berardinum, & ipſum Vincen-
tium cognatos ob ſedandas continuas di-
ſcordias. inter ipſam. Virum, Socerum,
& cognatos exiſtentes, per publicum in-
ſtrumentum, iureiurando vallatum, Vin-
centium prædictum à nexu obligationis
liberaſſe, ac iura ſua in perſonam, ac bona
viri, & ſoceri reſtrinxiſſe, vt legitur in in-
ſtrumento fol. 44. Quapropter clarum eſt
obſtitiſſe ipſi Antonię exceptionem carẽ-
tiæ, & periurij.

2 Et licet fieri poſſit difficultas, libera-
tionem prædictam fuiſſe in præiuditium
dotis, & proinde ipſo iure nullam ex reg.
tex. in l. Actilicinus ff. de pact. dotalib. &
per Affl. in deciſ. 154. tamen iura prædi-
cta in caſu noſtro minimè locum ſibi vin-
dicant, &

Primò nam dubium non eſt conuẽtio-
nem, de qua in caſu noſtro, non eſſe de
genere prohibitorum, ſiquidem aperta
3 ſunt iura probantia † poſſe mulierem ob-
ligationes reſtringere, & de vna perſona
ad aliam commutare alterum de obligatis
4 liberando, nam vera eſt concluſio, † pa-
trem aſſentientem matrimonio filij ipſo
iure cenſeri obligatum pro dotium reſti-
tutione. l. ſi cum dotem. §. transgrediamur
5 ff. ſol. matrim. & tamen † ſi dos, penes ſo-
cerum exiſtens, ex mulieris conſenſu viro
ſoluatur, ſocer ab obligatione liberatur,
& tantùm bona viri mulier habebit obli-
gata, nec amplius contra ipſum agere po-
terit tex. eſt in l. ſanè, quem ad hoc notant
Riccard. Malumbr. & Bart. ff. de iur. dot.
Paul. de Caſtr. in l. 2. num. 10. & 16. Alex.
ff. ſolu. matrim. Rom. in d. §. transgredia-
mur. & in conſi. 210. Anchar. conſi. 238.
Affl. qui ita dicit fuiſſe deciſum deciſione
6 349. Boer. deciſ. 145. n. 8. igitur † ſi poteſt
mulier obligationes ſuas reſtringere, put
eſt punctualis deciſio Bald. in l. & ſi hęre-
di §. filiusfamilias ff. de pact. dubium non
erit in caſu noſtro Antoniæ actrici nullũ
ius competere contra Vincentium, me-
diante inſtrumento liberatum.

Secundò facit nam dato, & non con-
ceſſo, quod pactum, de quo nos agimus eſ-
ſet directè in detrimẽtum dotis, quod ne-
7 gatur, † tamen quando iuſta cauſa præce-
dente fit pactum, omninò valet, ita pro-
bat tex. in l. licet. ff. de pact. dot. Imola, &
Alex. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſol. matrim.
congerit Boerius deciſ. 288. Sed iuſta fuit
cauſa liberationis Vincentij, ſiquidem
ob ſedandas continuas differentias, & vt
quærelarum hinc inde expoſitarum re-
miſſio obtineretur, vt ex dicto inſtrumen-
to, & quòd ſit iuſta cauſa liberationis ali-
cuius ex obligatis prò dotium reſtitutio-
ne, facit doctrina Pauli de Caſtr. in d. l. 2.
nu. 10. & Alex. in d. §. Lucius.

8 Ad quod etiam accedit: nam præſens
liberatio fuit iuramento vallata, quo fit
vt etiam ſi in præiudicium dotis eſſet te-
neretur mulier ei ſtare, tanta enim eſt vis
iuris iurandi. c. cum contingat cum con-
cordant. de iur. iur. ita in ſpecie reſpond.
Dec. in conſi. 356. in 2. dub. eſt doctrina
Bartoli in l. & hæredi. §. filiusfamilias. ff.
de pact. & in l. ſi quis pro eo nu. 8. ff. de fi-
deiuſſor. refert, & ſequitur Bald. Nouell.
in tracta. de priuil. dot. in 10. priuil. in li-
mitatione 9.

9 Tertiò facit, nam quoties per mulierẽ
fit pactum in dotis præiuditium, & acce-
dit conſenſus illius, qui ipſam dotauit va-
let pactum, probat tex. in l. quęro. §. ob res
ff. de pact. dotalib. Bald. Nouell. in d. 11.
priuil. 4. limit. Sed in caſu nòſtro non ſo-
lùm conſenſus Antoniæ remittentis af-
fuit, ſed etiam Veronicæ matris, quæ de
proprio ipſam dotauit iure iurando, ac
legitima cauſa ſimiliter accedente, vt ſu-
pra fundatum eſt, ſequitur omninò dicen-
dum pactum prædictum fuiſſe validum,
& proinde dictæ Antoniæ agenti ob-
ſtare.

10 Et eo impeſius nam verum eſt in facto
matrimonium prædictum inter Antoniã
ipſam, & Hieronymum prædictum fuiſſe
contractum ſecundùm conſuetudinem
Ciuitatis Auerſæ, ſecundùm quam ſtatim
prole ſuſcepta, dos ipſa conſiſtens in pecu
nia ſtatim quæritur filijs, vt hæredibus
viri, vt ex c. conſuetudinis. diſt. 32. Igitur
ſi dos ipſa ad mulierem non ſpectabat, ſed
ad hæredes viri, fruſtra ex propria perſo-
na

na dotium reſtitutionem petijt, & obſtat
notorius defectus iuris agendi.

Quòad ſecundum caput principale, ex
quorum iure ceſſo Violantis, & Lucretiæ
filiorum egit, clariſſimè demõſtratur nul-
lum ius penitus fouere, ad quod demon-
ſtrandum, in primis præſupponendũ eſt,
11 † matrimonium fuiſſe contractum ſecun-
dùm conſuetudinem Ciuitatis Auerſæ,
cuius vigore ad filios vti hæredes patris
dos ipſa pertinet, ꝙ vltra expreſſa verba
conſuetudinis ita in terminis noſtris fuit
multoties per Sacrũ Conſ. deciſum, vt ex
12 proceſſu cernitur. † Quò fit vt hæredes
ipſi ad omnia, ad quæ defunctus teneba-
tur, & ipſi teneãtur ad tex. in l. 1. §. ſi hæ-
res ff. ad Trebell. & l. fi. ff. de contrah. emp.
& omni exceptione, qua defunctus remo-
uebatur, & ipſi remoueãtur. l. quæ à patre
13 geruntur. ff. de teſtam. milit. † & idem
ius eſt in ceſſionario, ſeu donatario titulo
lucratiuo, nam eadem exceptione repelli-
tur, qua & cedens ſeu donans c. is qui in
ius, de reg. iur. in 6. vbi Dynus latiſſimè,
facit tex. in l. hoc iuditiũ. §. ſi inter ſocios.
ff. commu. diuid. l. Idemq; §. 1. ff. pro ſocio.
Bart. in l. apud Celſum. §. ſi cum legitima.
ff. de dolo, mali, & metus except. & in l. do
li. ff. de nouatio. latè explicat Franc. de
Aretio conſi. 96. num. 4. ſed dubium non
eſt, quòd Hieronymus ipſe, cuius ſunt hę-
redes Violans, & Lucretia cedentes, tene-
batur ipſum Vincentium indemnem exi-
mere ab obligatione, cauſa ſua contracta,
ac ad omnia ea, quę ex cauſa dictæ obliga-
tionis condemnatus foret, quod demon-
ſtratur ex duobus.

14 Primò. Nam vera eſt concluſio, quòd
duo rei debendi inſolidum obligati inter
eos dicuntur inuicem fideiubere, & is di-
citur principalis, ad quem negotium prin
cipaliter pertinebat. l. vxori. §. ſi mulier,
vbi Gloſ. ff. ad Velleian. l. ſi Iulianus. §. itẽ
duos. ff. ad Macedonia. Bar. in l. reos. ff. de
duob. reis. Sed præſens obligatio reſtitu-
tionis dotis ad Hieronymum virum prin
cipaliter ſpectabat, & non ad ipſum Vin-
centium, ergo dicitur fideiuſſor.

Ad quod etiam ſecundò accedit, nam
licet Vincentius, & Hieronymus fuerint
15 inſolidum obligati, tamen, † quia pecu-
nia ad ipſum Hieronymum peruenit, &
pertinuit, Hieronymus dicitur principa-
lis, & Vincentius fideiuſſor. l. item ſi filius
familias. §. ſed Iulianus. ff. ad Macedonia.
latè congerit Tiraquell. de retract. lignag.
31. gloſ. 1. num. 8. & ſequen. & poſt ipſum
Præſes de Franch. in deciſ. 55. Igitur cum
Vincentius ſit fideiuſſor ipſius Hierony-
16 mi † ſequitur Hieronymum ipſum tene-
ri ad ſoluendum omnia ea, ad quæ ex cau-
ſa fideiuſſionis condemnaretur Vincen-
tius. l. fideiuſſor pro venditore. ff. de fide-
iuſſor. l. ſi pro ea. C. mandati, & per conſe-
quens ipſius hæredes, vt ſupra fundatum
eſt.

17 Sequitur quòd dum Antonia ipſo no-
mine dictarum filiarũ hæredum agit, quæ
citra ius, & nomen hæredis dotem ipſam
conſequi non poterant, vt ex d. conſuetu.
fundatum eſt, eodem iure repellitur, quo
& ipſi hęredes excluduntur, quos quidem
in caſu noſtro excludi dubium non eſt, nã
ſi ex perſona patris pro cauſa obligationis
dotium tenentur Vincentio fideiuſſori,
dum contra ipſum agere intendunt, iuris
18 exceptione excluduntur, † ſi quem de
euictione tenet actio eundem agentem re-
pellit exceptiò. l. vindicantem. ff. de eui-
ctionibus.

19 Et eodem iure ipſa Antonia ceſſiona-
ria excludi debet cum omni exceptione,
qua cedens excluditur, & ceſſionarius re-
moueatur d. cap. is qui in ius de regu. iur.
in 6.

Ex his ſequitur concludendum, quòd
ſiue proprio nomine, ſiue ceſſionario An-
tonia ipſa reſtitutionem dotium à Vincẽ-
tio petat reijcienda erit, & proinde ſen-
tentiã S. Conſ. in beneficium ipſius Vincẽ
tij reformandam fore, prout ita à doctiſſi-
mis Iudicantibus iudicandum ſperamus.

Allegationes iſtę, quæ dicuntur eſſe Pa-
tris D. Thomæ Pelliccioni Clerici Regu-
laris, ac amici mei, viſæ ſunt mihi non
contendendæ ad explicandum diſcuſſa d.
20 q. 2. ſi valeat reuocatio dotis, † nam quod
attinet ad pactum factum in præiudicium
dotis, eſt clarum non eſſe validum, vt poſt
alios fundat Vincen. de Franch. deciſ. 54.
nu. 4. & deciſ. 489. nu. 28. Surd. conſi. 78.
toto vol. 1. Fontanella de pactis dotalibus
fol. 138. num. 187. & ſeqq. Et eſt clauſula
1. gloſ. 9. par. 5. Si tamen quòad partem
reſtringeretur obligatio, valeret etiam
ſecundum conſuetudines, vt patet ex di-
ctis nu. 1. cum ſeqq. dixi etiam par. 8. & 9.
in plurib. locis; ideo hoc omitto, regula-
riter tñ nõ valet, & hoc catenus eſt verũ,
21 † vt ſi mulier faciat pactum cum viro, vel
aliis, vt dos, vel antefatum exigi nequeat
poſt aliquod temporis interuallum, nem-

pe

pè infra tres,vel quatuor annos ſub certa pœna,& ꝙ pactum eſt nullum, & inualidum vti in præiudicium dotis, & antefati,vt per Affl.deciſ.154.nu.1. vbi Addentes alios citant, & ſic fuit iudicatum in Sacr. Conſ. vt ibidem legitur, & poſt Afflict. Maxillam, & Alex. Ambroſin.tenet Ioan.Baptiſta de Thoro in compend. deciſ.Neapol.in ver.pactum factum per mulierem.

22 Et ex hoc patet minus valere pactum, quo mulier ſuaſionibus viri non remittit dotem, vel antefatum, & ſic de pluribus quod id fecerunt, non valent tales remiſſiones, præcipuè quando ſunt contra pacta ſtipulata in capitulis matrimonialibus,vt colligitur ex traditis per Napoda. in conſuet.ſi quis, vel ſi qua num. 223.& ſeq.ex textu in l.Seia. ff. de dote prælegat. l. cum maritus ff. de pactis conuent. de Franch.deciſ.196.num.4.& ſeqq.Morot. conſi.19.nu.14.& ſeq.& dixi ſupra par.9. quæſt. 5.

SVMMARIVM.

TEx.in Auth.res quæ C. de fideicom.in quibus caſibus procedat, nu. 1.remiſſiuè. Procedit tam in filia, quàm in nepte,etiam ſi religionem ingrediatur, vel nubant ſine patris conſenſu, dummodo nubant pari.nu.2. Procedit in ſubſidium,quod explicatur nu.3. Locum habet etiam in reſtitutione dotis, & antefati.nu.4.& 5. Procedit etiam in filijs naturalibus, & ſic deciſum traditur num.6. & ſeqq. Pro illa tamen quantitate,quæ arbitrio boni viri iudicatur congrua.nu.9.

Pater tenetur dare alimenta, & etiam dotem filiæ naturali, quod declaratur nu.8.& 10.

Quantitas, debita filiæ naturali,quanã iudicetur congrua ratione dotis,attenditur cõſuetudo in ſimilibus, quod explicatur nu.9.& 10.

Auth.Res quæ.C.de fideicom.tam in dote,quàm in antefato procedit.nu. 10. & 11. & alibi.

Pater,faciendo fideicommiſſum,ſi naturalis decedat ſine filijs,præſumitur dare licentiam,vt de illis bonis reſtituatur dos nurui,ac antefatum ſoluatur. num. 12.

Auth.res quæ.C.de fideicom.num locum habeat in intereſſe dotium, & antefati.num.13.

Diſpoſitio procedens in dote,etiam in intereſſe locum habet, quod explicatur num. 14.

AN TEX. IN AVTH. RES QVÆ. C.de fideicom.locum habeat in reſtitutione dotis, & antefati, etiam quoad intereſſe, & quid in filia naturali.

CONS. XXIX.

Concernunt explicationem eorum, quæ par.7.q.6. diſcuſſa ſunt.

1 NOn attinet hic ex profeſſo tractare in quibus caſibus limitetur diſpoſitio tex. in d. Auth. res, quæ, tam in cõſtitutione, quã in reſtitutione dotis; nã latiſſimè materiam iſtam nouiſſimè examinant Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.189.& 190.Petr. Ant.a Petr.in tract.de fideicom.q.8.tota, Peregrin. in eod.tract.art.42.tot. Nicolaus Intrigliol. deciſ.4.& ſic ſuperuacaneum eſſet caſus prædictos recenſere,nam penes illos habe-

2 ri poſſunt, & clarum eſt,† vt ille tex.procedat tam in filia,quàm in nepte, & ſi per prius fuiſſent collocatę in matrimonio, nec dos illis fuiſſet ſoluta: ſic etiam ſi filia nuberet ſine conſenſu patris, dummodo nubat viro digno: ſic etiam ſi vellent ingredi religionem, nec in his,& ſimilibus caſibus vrget prohibitio de non alienando etiam ex cauſa dotis; nam illa attenditur, ſi faciens fideicommiſſum non erat obligatus ad dotandum, vt latius proſequuntur dicti Doctores, præcipuè Menoch.d.præſump.189.nu.116. Intrigliol.

3 d.deciſ.4.num.40.† quàmuis procedat in ſubſidium, & pro illa portione, quæ ſuppleri nequit de bonis liberis, vt penes prędictos videri poteſt, & dixi part. 6. q.4. num.2.

4 Difficultas igitur ſecundùm aliquos fuit, ſi diſpoſitio illius tex. locum habeat in reſtitutione dotis,& antefati;& quàmuis multi teneant opinionem negatiuam, receptior tamen eſt ſentẽtia affirmatiua, præcipuè quando vxor neſciebat bona viri fuiſſe ſubiecta fideicõmiſſo, vt cumulatis varijs Doctoribus probãt Menoch.

G d.præ-

d.præſump.190.Peregrin.d.art.42. num.
13.& alibi,Surd.deciſ.62.Vinc.de Frãch.
5 deciſ.613.nu.1. † & ita a magnis viris au-
diui fuiſſe indifferenter practicatum in
Regno Siciliæ, & poſt Milaneſ. Caual-
can. Menoch.& alios probat etiam Intri-
gliol.d. deciſ.4. num. 20: ita vt non poſſit
hodie de hac opinione amplius dubi-
tari.

6 Vidi etiam difficultatum in Ciuitate
Panhormi de anno 1614. an diſpoſitio
eiuſdem tex. locum habeat in filia natura-
li,tam in conſtitutione, quam in reſtitu-
tione dotis, & interrogatus, affirmatiuè
cõſului, & ſic fuit iudicatum per Sacrum
Conciſtorium in d.anno 1614.de menſe
Aprilis in cauſa quorundam de Meſſana
ex infraſcriptis rationibus.

7 Quod attinet ad dotis conſtitutionem,
licèt Bald. Ang.& Iaſ.quos probant Petr.
d.quæſt.8.num.462.& ſeqq. & Peregrin.
d.art.42.num.38.teneant, vt ille tex.non
habeat locum in filia naturali, plures ta-
men Doctores tenent contrarium, vt lo-
cum habeat etiam in filia naturali, quos
cumulat,& probat Ripa in l. 1. nu. 66.ff.
ſolut. matrim, vbi teſtatur de communi,
probant etiam Dec.Ruin. Rolañ.Molin.
& Alciat. quos ſequitur Menoch. d. præ-
ſumpt.189.nu.25. vbi optimis medijs re-
probat Auctores contrariæ ſententiæ, &
8 iure quidem,quia, † licet de iure ciuili pa-
ter nõ teneatur dotare filiam naturalem,
& ſpuriam, ad id tamen tenetur de æqui-
tate canonica,quę etiam in foro ciuili ob-
ſeruatur,quia illa dos ſuccedit loco alimẽ-
torũ,vt optimè probant prænarrati DD.
quod etiam poſt alios defendi par. 5. q.3.
num.4.7.& 8.& q.11.& 12.& par.6.q.4.
num.6. Si igitur pater cogitur filiam na-
turalem,vel ſpuriam dotare, quis non vi-
det,vt pro tali dote conſtituenda alienare
poſſit bona ſubiecta fideicommiſſo; ſi alia
bona non habeat.

9 Verùm hoc procedit arbitrio boni vi-
ri,quia cùm de iure non ſit determinata
certa quantitas dotis reſpectu filiæ natu-
ralis, ſed ſolùm inſpiciatur cõſuetudo lo-
ci,facultates dotantium, & modus con-
gruus ſecundùm honeſtatem perſonarũ,
ita in hoc caſu taxatur dos ſecundùm prę-
dictas conditiones, & prout conſuetum
eſt fieri in ſimilibus,& eodem modo taxa-
tur antefatum ex parte viri, ſi ipſe ſit na-
turalis, quæ taxatio non debet excedere
legitimã,& Trebellianicam, vt poſt Bart.
in d.auth.res quæ.nu.1. Curt. Bellon.&
alij,quos probat Menoch.d.præſum.189.
nu. 10. & probant etiam velint, nolint
Petra d.q.8.nu.965.Peregri.d.art.42. nu.
10 98.& etiam nu. 35. † vbi loquitur de an-
tefato,ſiue de donatione maritali conſue-
ta,de Franch.d.deciſ.613.num.8.& opti-
mo iure,ſi enim pater cogitur dotare filiã
naturalem, vt dictum eſt,& in ſubſidium
alienantur bona ſubiecta fideicommiſſo,
& dos mereatur donationem propter nu-
ptias,vt pluries replicatum eſt par.7.præ-
cipuè pro quantitate dotis ſolutæ, vt ibi-
dem dixi quæſt.6.nu.3.& ſeqq.& cogitur
maritus illud conſtituere, vt loco citato
dictum eſt,& etiam par.3.q.21.num. 4. &
11 ſeqq. † Sine dubio tenetur maritus ex bo-
nis ſubiectis fideicommiſſo illud ſoluere,
& eò magis reſtituere dotes receptas, vt
fuit iudicatum.

12 Addebatur etiam, quia in dicto facto
aderat alia coniectura,quia pater,qui fecit
fideicommiſſum inſtituit filium naturalẽ
hęredem vniuerſalem,quem grauauit bo-
na reſtituere, ſi ſine filijs mortuus eſſet;
itaq; mens fideicommittentis aderat, vt
filius duceret vxorem,& ſic conſequenter
recipere dotem,& recipiendo dotem, de
dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis,ſi alia
non haberet, conſtitueret vxori antefatũ,
& etiam eſſent obligata dicta bona pro
reſtitutione eiuſdem antefati,& dotis, &
ſic deciſum fuit,vt relatum eſt.

13 Poſtremò quod attinet ad intereſſe
dotium, & antefati, non attinet in plura
difundere verba; nam Præſ. de Franchis
etiam poſt Siculos, vt Blaſc. Petr. de Gre-
gor. Cumi. & alios dict. deciſio. 613. di-
ſputat hunc articulum, qui, licèt non
fuerit decîſus, tradit tamen, vt ſi hæres
eſſet in mora in non ſoluendo dotem,
& antefatum ſuo tempore, & ex perfi-
dia, & dolo voluerit potius litigare, ad
hoc ne ex culpa, & perfidia ſua ſit in lu-
cro, & fructus hæreditatis percipiat in
damnum vxoris, tunc debetur intereſſe
dotis,& antefati, quoniam receptior eſt
14 opinio,† vt diſpoſitio procedens in dote,
etiam in eius intereſſe locum habeat, &
tam in dicto Regno Siciliæ, quàm in hoc
Regno Neapolitano,ſic pluries refert de-
ciſum etiam in aſſenſu, vt non ſolùm in
dote,ſed etiam in eius intereſſe locum ha-
beat,vt etiam probat Marchio de Ponte
deciſ.34.num.31. & 39. de quibus ad hoc
propoſitum meminit Ioan. Bapt.de Tho-

ro

ſto in compend.deciſio.Neapolit.in verb. Authentica res quæ.

Ex his colligitur veritas quæſtionis, & quòd deciſio prædicta fuit promulgata ſecundùm terminos iuris.

SVMMARIVM.

Matrimonium contractũ metu mortis dicitur, dũ qs in actu venereo cum muliere inuenitur, & à mulieris conſanguineis cogitur illam ducere in vxorem. numero 1. & 4.

Stuprans tenetur ducere virginem ſtupratam in vxorem. nu. 2. Declaratur procedere, ſi ſint æqualis conditionis, aliàs tenetur illam dotare, modo tamẽ explicato. nu. 11. & 12. Poteſt in pœnam cogi per curiam etiam ſecularẽ, vt ſtupratam in vxorẽ ducat, ſed matrimonium erit nullum, ſi voluntariè non conſentijt, quod explicatur num. 12. & 13.

Matrimonium contractum à ſtuprante ad ſaluãdam vitam mulieris ſtupratæ, nullum eſt, niſi liberè id faciat, qđ explicatur nu. 3. 16. & ſeqq. Qui hunc actum facit, dicitur actum meritoriũ facere, & ſic euenit in caſu huius conſilij, quod recenſetur nu. 25.

Matrimonium contractum metu mortis eſt nullius momenti, etiam ſi metũ paſſus dedit metus occaſionem, quod declaratur num. 5. 6. & 8.

Promiſſio quælibet, facta ab eo, qui in aliquo flagitio reperitur, eſt nulla, & inualida. nu. 7.

Repertus cum aliqua muliere, ſi ſtatim poſt concubitum, matrimonium contrahat, præſumitur metu mortis contrahere, & non valet matrimonium. nu. 9. Eo magis locum habet ſi armorũ ſtrepitum audiuiſſet, quod declaratur nu. 10. nec in hoc creditur teſtibus, qui dicunt, illum voluntariè contraxiſſe. d. nu. 10.

Faciens matrimonium fictè ſola intentione cognoſcendi carnaliter aliquam mulierem, non dicitur matrimonium verè contrahere in foro conſcientiæ, quod explicatur nu. 14. & 15.

Conſenſus facit matrimonium, non antem concubitus. nu. 15.

Matrimoniũ contrahens ad ſuorum, vel aliorũ vitã ſaluandam, cur nulliter contrahat, declaratur nu. 17. & 18.

Dolus, & fraus præſumitur ex præcedẽtibus, & ſubſequẽtib. doloſè geſtis. n. 20. Sic etiam ex actu incontinenti facto, quod declaratur. nu. 21. & 22. vbi etiam procedere oſtenditur in matrimonio ſtatim contracto per repertum in concubitu mulieris.

Parochus ſtatim accerſitus ad deſpõſandos repertos in flagitio, facit præſumere fraudem, & deceptionem ad matrimonium, quod declaratur nu. 23.

Copula ſubſequens, an validet matrimonium præcedens, explicatur nu. 24.

Matrimonio, prius nulliter contracto, ratificato, quando incipiat hypotheca dotium, explicatur nu. 26.

AN MATRIMONIVM CONTRActum metu mortis viri, vel ad ſaluandam vitam mulieris, ſecum peccantis, validum ſit.

CONS. XXX.

Concernit explicationem eorum, quæ par. 6. q. 2. & 4. pro conſtitutione dotis, & iurium dotalium dicta ſunt.

1 Factum tale proponitur; Quidã nobilis ſollicitatus a quadam Virgine, multò inferioris conditionis, ad ſtuprum, acquieuit ſollicitationi, & dum, conſumato ſtupro, eſſent in eodem lecto, in eundem locum ingreſſi ſunt conſanguinei dictæ iuuenis cum armis, qui minabantur mortem prædictæ mulieri, ſtatim inferendam, ſi nobilis ille non duceret eam in vxorem: quæ iuuenis ſurgẽs de lecto, etiam ex vi cõſanguineorum, ſe proſtrauit coram illo nobili, rogans eum, vt ipſam duceret in vxorem ad ſaluãdam eius vitam: nobilis ille, & facti nouitate ac minis prædictis præterritus, & precibus, ac lachrymis eiuſdem mulieris, quaſi mente alienatus, reſpondit, ſe velle iuuenem illam ducere in vxorem: quo reſponſo audito, conſanguinei dictæ mulieris citò vocauerunt quendam Presbyterum, qui erat in eadem domo, quem vocabant Parochum, & ab eo fuit illa iuuenis de-

ſponſata per talem nobilem: quæſitum
fuit, an tale matrimonium eſſet validum?

Primò vrgebat pro matrimonij va-
liditate vulgatum illud Axioma in
2 ore omnium, † quòd ſtuprans tenetur du-
cere in vxorem Virginem, quam ſtupra-
uit, & conſequenter nobilis iſte adimple-
uit, quod de iure facere tenebatur, & tan-
tò magis, quia illa iuuenis non erat tantæ
inferioris cõditionis, ſed de nobilibus di-
cti loci.

3 Accedebat ſecundò, quia matrimoniũ
non fuit contractum metu mortis dicti
Nobilis, ſed potius ad ſaluandam vitam
illius mulieris, vt ipſemet nobilis affirma-
bat; quo caſu voluntariè, & ex ſua ſpon-
tanea voluntate cenſetur contraxiſſe ma-
trimonium, quia per accidens ſe habuit,
quòd ſuperuenerunt conſanguinei dictæ
mulieris, a quibus repertus fuit in facto:
ſatis eſt enim, quòd liberè conſentijt, ita
poſt alios probat Henriquez lib. 11. de
matrim. cap. 9. nu. 2. Angleſ. Alphonſ. Vi-
uald. & Coron. Confeſſar. quos recenſet
Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 12. nu. 14.
vt alios omittam.

4 His tamen minimè refragantibus, (ſi
factum ſe habet, vt proponitur, & volun-
tariè poſtea Vir ille non cognouit illam
iuuenem, adeò vt confirmaſſet matrimo-
nium præcedens,) cõtrariam ſententiam
puto de iure veriorem, & vltra illud axio-
5 ma vulgatum, † vt matrimonium contra-
ctum metu cadente in conſtantem virum,
vt eſt metus comminatæ mortis, fit ipſo
iure nullum, vt in cap. cùm locum, vbi
Abb. num. 6. & alij omnes de ſponſal. &
alij plures, quos probat Couarr. de matri-
mo. cap. 3. §. 5. nu. 1. Farinac. deciſ. 58. nu.
1. & alij omnes, eſt text. ad literam in cap.
ſignificauit, de eo, qui duxit in matrim.
quam poll. per adulter. vbi apertis verbis
hoc diſponitur, quod eatenus eſt verum
6 † vt etiam locum habeat, ſi metum paſſus
dedit occaſionem, ſeu cauſam coactionis,
vt illam mulierem cogeretur ducere in
vxorem, ita Couarru. loco cit. num. 7. vbi
teſtatur de communi, vt eſt tex. in l. nec ti-
morem. ff. quod met. cauſ. & in cap. veniẽs
lo ſecundo, vbi gloſ. de ſponſal. quem tex.
dicit ad hoc ſingularem, Fely. in c. cùm
inter num. 20. de exceptio. & iddem pro-
bant Fortun. Garſ. in tracta. de vlt. fin. nu.
187. & 189. Sebaſt. Monticul. in tract. de
patr. poteſt. in rubr. de nupt. nu. 23. vt le-
gitur tom. 8. tract. commun. par. 2. fo. 129.

& alij infra citãdi. Subijcio infraſcripta.

Et deſcendendo particulariter ad caſũ
noſtrum, illum determinat principaliter
Iureconſult. in dict. l. nec timorem ibi
7 † [Proinde ſi quis in furto, vel adulterio
deprehenſus, vel in alio flagitio, vel dedit
aliquid, vel ſe obligauit, Pomponius lib.
28. rectè ſcribit, poſſe eum ad edictum hoc
pertinere, timuit enim vel mortem, vel
vincula, &c.] Ex quo textu colligunt om-
8 nes, † quòd ſi aliquis corruperit mulierẽ
aliquam, & in tali concubitu reperiatur
ab illius mulieris conſanguineis, a quibus
ſub comminatione mortis cogitur illam
ducere in vxorem, & tali metu compul-
ſus ducit illam in vxorem, iam matrimo-
nium eſt nullum, ita Ioan. Andr. in d. cap.
veniens, lo ſecondo num. 3. & num. 8. in
fin. de ſponſal. vbi etiam Abb. num. 8. in
fi. Ledeſma in additio. ad tertiam partem
quæſt. 45. art. 3. concl. 3. §. ſed adhuc eſt du
bium, Rodriq. par. 1. ſuæ ſummæ cap. 230
conclu. 3. verſ. Il quale accade. Anto. Cuc-
cus lib. 1. inſtitut. maior. tit. 12. num. 160.
& poſt hos duos vltimos Alexan. Tartag.
& Petr. de Barbob. probat Sanchez lib. 4.
de matrim. diſp. 12. nu. 14. §. valde tamen
plures alios cumulat, & probat Maſcard.
in tract. de probation. concl. 1054. nu. 48.
quoniam ſine voluntate matrimonium
contraxit, & metu mortis, & ſic nullius
eſt momenti.

Plus dixerunt DD. loquendo in foro
9 exteriori, quòd, † ſi aliquis actu reperia-
tur cum aliqua muliere, & cum illa ſta-
tim contraxiſſet matrimonium, licèt ex-
preſsè non appareat de metu compulſiuo,
in dubio tamen præſumitur metu mortis
illud contraxiſſe, vt ex pluribus probat
Alex. conſi. 99. uol. 3. probant etiam Ar-
chid. Præpoſit. Imol. Rimin. Pariſ. & plu-
res alij, quos ſequitur Maſcard. d. nu. 88.
10 & eò magis id locũ habet, † ſi uir ille ſtre-
pitũ armorũ ꝑ Aulã audiuiſſet, & adeſſet
oſtium clauſum, ꝙ non poſſet aufugere;
nam matrimonium metu mortis præſu-
meretur contraxiſſe, quãuis teſtes dicerẽt
illum voluntariè contraxiſſe, quia ex di-
ctis coniecturis præſumitur euidens me-
tus, & ſic matrimonium eſt nullum, vt
probat Martin. Monter. deciſ. 45. Rotæ
Aragon. vbi ſic deciſum refert in illo Se-
natu, de quo meminit Riccius in ſua col-
lectan. deciſ. cap. 154. §. ſi eidem. Sed in ca-
ſu noſtro conſanguinei dictæ mulieris ex-
plicitè minati ſunt mortem eidem mu-
lieri,

lieri, vt ex facto propoſito cernitur, & ob
hanc cauſam fuit cõtractum matrimoniũ,
& dubium eſt, an etiam id fuerit ad euitã-
dam propriam mortem, quod de iure prę-
ſumitur, vt patet ex dictis. Igitur ſumus
in claris, vt matrimonium tali metu mor
tis ſit contractum, & conſequenter eſt
nullum, vt magis ex ſolutione contrario-
rum conſtabit.

Nec vrgent contraria; nam, licèt ſtu-
prator teneatur ducere in vxorem virgi-
nem, ab eo ſtupratam, id procedit duobus
11 concurrentibus. † Primò vt illa virgo ſit
paris conditionis nam, ſi inferioris eſt cõ-
ditionis ſecùs eſt; quia tunc ad ſummum
teneretur illam dotare ſecundũ illius cõ-
ditionem, imò ſi volentem, & inuitantẽ
virginẽ corruperit, vt euenit in caſu no-
ſtro, tunc ſecundùm receptiorem ſenten-
tiam ad nihil teneretur illi mulieri, & ad
ſummũ ratione familiæ offenſæ, & ratio-
ne futuri mariti, qui iniuria afficitur ex il-
lo ſtupro, dum credebat illã eſſe virginẽ,
tenetur ſtuprator ad aliquam reſtitutionẽ
arbitrio boni viri, vt ex receptiori ſenten-
tia probat Sayrus lib. 11. clau. Reg. cap. 2.
21 nu. 26. vt alios omittam. † Secundò requi-
ritur vt voluntariè illam vellet ducere in
vxorem; quia, ſi ad id cogeretur, matri-
monium erit nullum, vt rectè docet Mi-
chael de Palatio in 4. ſent. diſt. 13. diſp. 1. §.
13 Sextò dici. Et patet ex terminis, † nam, li-
cèt in pęnam teneretur illam mulierem
ducere in vxorem, & ad id cogi ſoleat per
Curiam ſæcularem etiam ſub pœna mor-
tis, nihilominus, ſi ad id voluntariè non
conſentit, quamuis in foro exteriori iudi-
cetur validum, nihilominus in foro con-
ſcientiæ matrimonium erit nullum, quia
per nullam potẽtiam poteſt eſſe matrimo-
nium ſine conſenſu, vt ex veriori ſenten-
tia poſt alios probat Sanchez lib. 2. de ma-
trim. diſp. 26. & 27. cogit enim Princeps,
vel Iudex ad contrahendum, ſed vt ſit ma-
trim. ſine conſenſu, id facere nequit, quia
hoc ſolùm pendet ex voluntate cõtrahen-
tis, nec eius cõſenſus poteſt ab alio ſupple-
ri in hoc actu, & ſucceſſiuè poſſet denuò
contrahere, ſed prius declarandum eſſet
nullum dictum matrimonium, vt etiam
14 dicunt Doctor. † dum aliquis facit matri-
monium animo ſolùm cognoſcẽdi carna-
liter aliquam mulierem, non tamen habet
animum contrahendi matrimonium, tũc
in foro exteriori iudicandum eſt pro vali-
ditate matrimonij, ne detur occaſio delin-
quendi, & decipiendi mulieres, nihilomi-
nus in foro conſcientiæ matrimonium eſ-
ſet nullum, quia in hoc foro ſtatur ſoli ve-
ritati, & conſequenter, ſi vir non habuit
voluntatem contrahendi matrimonium,
iam re vera non eſt matrimonium: quo-
15 niam ſciunt omnes, † quod conſenſus vo-
luntarius ſolus, non autem concubitus fa-
cit matrimonium, vt etiam iura ciuilia do
cent; & in proprijs terminis probãt Ho-
ſtienſ. Boic. D. Thom. Palud. Ricard. &
alij, quos probat Ioã. Bru. in tract. de ſpon-
ſal. & matrim. n. 3. vt legitur tom. 9. tract.
fol. 19. & ſic oporteret, vt denuò ipſe ſo-
lus conſentiat, vt matrim. valeat, & ſatis
eſt eius tantùm conſenſus D. Tho. D. Bo-
nau. Hoſtiẽſ. Nauar. & alij innumeri, quos
probat Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 32.
num. 9. cum ſeqq.
16 Nec vrget ſecundum quia, licèt hic no
bilis dicat ſe principaliter fuiſſe motum
ad contrahẽdum matrimonium precibus
illius mulieris, vt eius vitã ſaluaret, & di-
cit ſe non recordari fuiſſe motũ ad ſaluan-
dã propriam vitam, nihilominus ſic de iu-
re pręſumitur, vt patet ex dictis n. 9. & ſeq.
eſt enim metus implicitus ad minus; quia,
ſi potuiſſet aufugere, ſaluo eius honore, vel
habuiſſet arma, quibus ſe, & dictam mulie
rẽ defenderet ab inſultu illorum virorũ,
clarum eſt, vt ipſemet affirmauit, quod ma
trimonium non contraxiſſet, & ſic de iu-
re pręſumitur, & omnis homo ſanæ men-
tis iudicaret.
17 Accedit prędictis, quia, † ſi quis contra-
hat matrimonium ad ſaluandam vitam
ſuorum conſanguineorum, vel affinium,
tunc matrimonium eſt nullum, quia caret
libero cõſenſu, vt docet Præpoſ. in c. cùm
locum. nu. 11. de ſponſal. c. fin. nu. 6. de ap-
pellat. alios cumulãt, & probant Menoch.
lib. 2. de arbit. Iudi. caſ. 135. nu. 8. Flamin.
Pariſ. in tract. de reſign. beneficior. lib. 13.
quæſt. 1. nu. 69. Sanchez lib. 4. de matrim.
18 diſp. 4. nu. 8. & ſeqq. † Quod procedit re-
ſpectu quarumuis perſonarum, de quibus
rationabiliter timetur, ne offendantur, nã
dicitur metus cadens in conſtantem virũ,
& tollit libertatem conſenſus, & conſe-
quenter annullat matrimonium; vt poſt
Alex. de Neuo in d. c. cum locum. n. 12. te-
net Sanchez dicta diſp. 4. nu. 9. in fin. Sed
quæ maior affectio poterat eſſe, quàm ad
ſaluandam vitam dictæ mulieris. Igitur ſi
hoc ſolùm affuiſſet, iam matrimonium eſ-
ſet nullum, & tantò magis dum præſumi-
tur

tur metus implicitus mortis ad ſaluãdam propriam vitam, vt toties replicaui.

19 Nec DD. relati nu. 3. tenent contrariũ, nam ſolùm dicunt eſſe verũ matrimoniũ, ſi voluntariè contrahat, & nullus metus mortis interueniſſet, ſi illam non duceret in vxorem; quia, ſi vnum ex his interueniret, iam matrimonium eſſet nullũ, vt poſt alios notat Sanchez d. lib. 4. diſp. 12. n. 14. in fin.

Accedit ſecundò ad prædictorum confirmationem quia in caſu noſtro affuit dolus tam ex parte mulieris, quàm ex parte

20 eius conſanguineorum: † nam ex præcedentibus, & ſubſequentibus doloſè geſtis arguitur fraus, & dolus, vt ex multis iuribus, & Doctorum auctoritatibus probat Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 815.

21 præcipuè nu. 16. & † eò magis præſumitur fraus, & dolus ex hoc, quòd aliquid ſtatim fiat poſt aliquem actum l. ſi vẽtri. §. fin. ff. de priuileg. creditor. Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. Roman. conſ. 68.

22 nu. 4. & alij ;. † Quod etiam procedit in matrimonio contrahendo; quia, ſi ex coniecturis probaretur tractatus de cogendo aliquem per metum ad matrimonium cõtrahendum, ſi poſt talem tractatum ſequatur matrimonium, illud præſumitur metu contractũ. ita Bart. loco cit. Bald. Cephal. Crauett. & alij, quos probat Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 154. nu. 44. Sed in caſu noſtro iſta mulier. pluries, & pluries inuitauit, & incitauit hunc nobilem ad ſecum iacendum, & peccãdum, qui nobilis eius ſuaſionib. acquieuit, & in prima vice concubitus, vix conſumato actu, venerunt conſanguinei eiuſdem mulieris armati vnà cum Parocho, & explicitè minati ſunt mortem mulieri, ſi ille nobilis eã non duceret in vxorem, & inſuper ijdem conſanguinei vi extraxerunt illam mulierem de lecto, & ſic armati minati ſunt ei mortẽ: quæ ſe proſtrauit ante pedes eiuſdẽ nobilis, vt ad ſaluandam eius vitam duceret illam in vxorem: quod cùm nobilis fa-

23 cere promiſerit, † ſtatim venit Parochus, qui ſine dubio ex vicinitate temporis præſumitur affuiſſe in eadem domo, quis non videt, vt omnia hæc geſta ſint doloſè, & fraudulẽter ad cogendum, & decipiendũ hunc virum ducendi mulierem illam in vxorem? & conſequenter matrimonium eſt omninò nullum ex omni parte.

24 Nec poſtremò vrget ſubſequens copula, nam primò non conſtat, & dubitatur, num poſt matrimonium, ſic nulliter contractum, fuerit ſubſecuta alia copula, quæ etiam ſi ſubſecuta fuiſſet, & in foro exteriori argueret matrimonium, vt ex cõmuni probat Nauar. in manu. cap. 22. n. 51. §. tertium quod communis. & poſt alios Farinac. deciſ. 69. & alibi; in foro tamen cõſcientiæ, de quo nunc tractamus, talis copula nihil obſtaret, ſi non accederet nouus, & liber conſenſus ad denuò contrahendum, ſiuè ratificandum illud matrimonium, qui conſenſus ſatis eſſet ad validitatem dicti matrimonij ſine noua præſentia Parochi, vt probant omnes præcipuè Syl. ueſt. in verb. matrimonium 8. in 10. quæſt. Angel. in verb. matrimoniũ. impedim. 11. nu. 3. vt alios omittam. & cõſequenter ex his omnibus patet, vt tale matrimonium ſit omninò nullum, & ita iuris eſſe cenſeo, ſalua cenſura melius ſentientis.

25 Caſus fuit in foro conſcientiæ poſtulatus, & conſultus, non tamen factũ fuit deductum in iudiciũ explicitè, & vt ille nobilis magis actum meritorium faceret, ob dubitationem etiam noui conſenſus, iam denuò ratificauit matrimonium ſine præſentia Parochi, quæ non eſt neceſſaria, & quietè vixit cum dicta eius vxore: recenſui tamen factum pro veritate articuli, vt

26 ſciatur, ſi re vera ſit matrimonium: † nam dum in foro exteriori matrimonium præſumitur à tempore cõtractationis coram Parocho, tunc dos incipit habere hypothecam, tunc etiam incipiunt deberi iura dotalia, dum poſtea per nouum conſenſum ratificatur matrimonium, iam talis ratificatio, quia eſt occulta, & in foro cõſcientiæ, retrotrahitur ad dictum tempus; faciunt, quæ de matrimonio putatiuo dixi par. 6. quæſt. 3. nu. 14. & ſeqq. latiſſimè poſt alios Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 32. nu. 8. cum ſeqq. Et ex his patet reſoluta dubitatio.

SVMMARIVM.

ECcleſiaſtici poſſunt poſſidere Iuſpatronatus laicale cum conditione, vt penes ipſos ſit laicale, quod pluribus probatur nu. 1. n. 10. & ſeqq. & nu. 21. & ſeqq vbi ſi etiam iudicatum refertur. Monaſteriũ eſt capax iuriſpatronatus etiam laicalis, & quinque modis poteſt iuſ-

iuſpatron. poſſidere, qui explicantur. nu. 2. 3. & ſeqq.

Religioſi, habentes ius præſentandi, habent etiam prærogatiuam cognoſcendi de rationibus introituum iuriſpat. nu. 8. cùm habent plenam adminiſtrationem iuriſpatron. quòad tẽporalia, & ſpiritualia, ad ipſos recurritur, & non ad Epiſcopũ, quod explicatur. n. 7.

Iuſpatron. & Capellanias etiam fœminæ fundare poſſunt, & conditiones omnes apponere etiam contra ius commune, dummodò non ſint contra ſubſtantiã Iuriſpatr. & ex neceſſitate tenetur Ordinarius aſſentiri, quod pluribus rationibus comprobatur. n. 8. 11. 14. 22. 23. & 30.

Iuſpatron. fundari non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi, qui conſenſus ſemper præſumitur reſeruatus, licèt nõ exprimatur, nu. 12. & 31.

Capellanus poteſt nominare ſucceſſorẽ in Capellania, ſi id fuit appoſitum ex pacto in fundatione. nu. 13. & 24.

Iuſpatr. laicale poteſt cedi Eccleſiaſticis, & ſucceſſor iudicatur vti Eccleſiaſticus, & non vti laicus nu. 15. Habere illud in Eccleſia magis conuenit Eccleſiaſticis, quàm laicis, & ratione probatur. nu. 16.

Iuſpatron. eſt vnicum; duo tamen ſunt genera illud poſſidentium, quòd optimè explicatur. nu. 17.

Capellania, licèt ſit beneficium Eccleſiaſticũ ſi tamẽ reperietur in hoſpitalibus ſubiectis protectioni Regum, poſſunt Reges eam conferre nu. 18.

Cur tales Capellaniæ vocentur loca pia, explicatur. nu. 19.

Capellaniæ, quæ ſunt in ſtauritis, adminiſtrantur per laicos, qui poſſunt Capellanos ponere, de approbatis tamen ab Ordinario, ſine cuius conſenſu non poſſunt illos amouere. nu. 20.

Iura ſpiritualia an tranſmittantur ad hæredes declaratur. nu. 25.

Laicus poteſt donare prædium Eccleſiæ cum conditione, vt ſoluat tributum laico. nu. 26. Sic etiam poteſt illi donare emphyteuſim cum pacto, vt non reguletur, vt Eccleſiaſtica. nu. 28.

Falcidia licèt de iure non detrabatur de legatis pijs, poteſt tamen detrahi ex voluntate teſtatoris. nu. 27.

Eccleſia pro feudo poteſt recognoſcere Principem temporalem. nu. 29.

Conditio impoſſibilitatis natura non eſt illa, quæ poteſt euenire, quod declaratur. nu. 33.

Laicale eſſe aliquid, & teneri ab Eccleſiaſticis non eſt contrarium, quod multis explicatur rationibus nu. 34. 35. 37 39. 47. 48. & 50.

Iuſpatronatus fundans in dubio dicitur ſe conformare diſpoſitioni iuris canonici, & eius verba interpretantur, vt ius canonicũ illa intelligit n. 36. & 41.

Eccleſiaſticus poſſidere iuſpatronatus laicale, non eſt indecorum, nec turpe, nec aliud continet flagitium, quod explicatur. nu. 37. 38. & 39.

Beneficia iuriſpat. laicalis non deſinunt eſſe ſub reſeruationibus Apoſtolicis, quia Papa non poſſit reſeruare, ſed quia non vult. nu. 40. & 41.

Iuſpatron. reſeruatum per laicos perſonis Eccleſiaſticis cur potius cadat ſub reſeruationibus Apoſtolicis, quàm ſi eſſet reſeruatum laicis, vera ratio traditur, & aliæ impugnantur. num. 42. & 43.

Expreſſum facit ceſſare contrariũ, quod ſolebat aliàs oriri ex tacito nu. 45.

Summus Pontifex, dum reſeruat ſibi collationem iuriſpatr. laicalis, reſeruati Eccleſiaſticis non facit contra fundatoris voluntatem, & rationes traduntur. nu. 42. 46. & 49.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionẽ legis, nu. 51.

Diſponens de rebus ſuis poteſt apponere quaſcunque conditiones, & pacta. num. 52.

AN RELIGIOSI SINT CAPACES Iuriſpatronatus; & quid ſi eſſet iuſpatronatus laicale, an poſſint Eccleſiaſtici illud poſſidere.

CONS. XXXI.

Ad explicatione diſcuſſorum par. 2. tit. de perſon. quæſt. 7. & 8. quorum nam bonorum ſint capaces Eccleſiaſtici.

1 PRætendit Illuſtriſs. Datarius non potuiſſe Illuſtriſſimam Dominam Flaminiam de Cæſis conditionem apponere in iurepatronatus erigendo in Eccleſia Sancti Andreæ in Platea Senarum, vt

vt illud iuſpatronatus, ſiue Capellaniæ, in
dicta Eccleſia erigendæ, à Patribus dictæ
Eccleſiæ poſſideantur tanquam quid lai-
cale, & hoc ea ratione prætendit, quoniã
videtur eſſe contra eſſentiam iuriſpatro-
natus iuxta tex. in c. vnico. de iurepatron.
in 6. & ſic prætendit, vt eſſe debeat iuſpa-
tronatus Eccleſiaſticum tantò magis, quia
ab Eccleſiaſticis poſſideri debet.

Nihilominus pro parte dictorum Pa-
trum plura conſiderata fuerunt, quæ reaſ-
ſumpſit more Romanæ Curiæ Reueren-
diſs. Auditor Rotæ, idcircò pauca prius
conſiderabo, deinde ponam ad verbum
prænarratam deciſionem.

2 Non attinet diſputare, † vt monaſteriũ
ſit capax iuriſpatronatus, nam ſciunt om-
nes hoc eſſe indubitatum, & iura ſunt no-
tiſſima in c. ea noſcitur. de his, quæ fiũt à
Prælat. ſine conſen. capit. c. illud. de iure-
patron. Clement. 1. eod. tit. cum ſexcentis
alijs, vt eſt videre penes Rocchũ de Curt.
in tract. de iurepatr. par. 7. nu. 6. Lambert.
in eod. tract. lib. 2. par. 3. quęſt. 10. princip.
tota, vt tam ex fundatione, dotatione, &
conſtructione, quàm etiam ex priuilegio,
& quouis alio modo ſit capax monaſteriũ
iuriſpatronatus, prout eſt capax omnis a-
lia perſona, quæ de iure expreſsè non in-
uenitur prohibita: & hoc eſt adeò clarũ,
quòd pronunciatur ſine iurium citatione
vt fecit Rodriq. tom. 2. quæſt. regul. q. 12.
art. 2. vt alios omittam.

Eatenus hoc eſt verum, vt gloſ. in c. de
Monachis in verb. prouentibus Eccleſiæ.
de præbend. quam omnes ſequũtur, vt te-
ſtatur Lambert. loco cit. videlicet d. q. 10.
3 nu. 2. & ſeqq. † quod quinque modis po-
teſt pertinere iuſpatronatus ad Monaſte-
rium ſiue ad Patres, & Superiorem eiuſdẽ
Monaſterij primò quando ſolùm habent
ius præſentãdi, & in hoc caſu nihil capiũt
de reditibus Eccleſiæ, ſed ſolùm cõſequun
tur ea iura, & prærogatiuas, quas habet
laicus ratione iuriſpatronatus. c. cùm ſęcu
4 lum de iurepatr. † & ipſi Religioſi in hoc
caſu hanc ſolam habẽt prærogatiuam præ
laicis, quia ipſi poſſunt exigere rationem
de temporalibus Eccleſiæ, quod non poſ-
ſunt Patroni laici c. cùm & plantare. §. in
Eccleſijs de iurepatr. Quod procedit in
dubio, quia regulariter ſtandum eſt anti-
quæ obſeruantię, ac legitimæ conſuetudi-
5 ni, ſi quæ adſit, & ideò nihil affirmo. † Se-
cundò poſſunt ex iuſto titulo habere ius
conferendi, vt ſi in Eccleſia patronata
Religioſi inſtituant Rectorem, quo caſu
ſolùm habent ius præſentandi, non tamẽ
poſſunt extendere manus ad redditus Ec-
cleſię, vt habetur in Clem. quia regulares
6 de ſupplend. neglig. Prælat. † Tertiò quan
do Eccleſia eſſet illis ſubiecta tam quòad
collationem, & inſtitutionem Rectoris,
quàm etiam eſſet Auctorizabilis quòad cu
ram populi. Quartò, vt ſi Eccleſia eſt eis
7 ſubiecta quòad temporalia tantùm. † Et
quintò ſi quòad temporalia, & ſpiritualia
ſimul. Et in hoc caſu, quia ipſi Religioſi
habent quòad omnia plenam inſtitutio-
nẽ, ad ipſos, & non ad Epiſcopum recur-
rendum eſt circa omnia, quæ talem admi-
niſtrationem concernunt. c. vnico. de Ca-
pell. monachor. in 6.

8 Nec etiam opus eſt diſputatione ſi qui-
libet poſſit iuſpatronatus fundare, & Ca-
pellas cõſtruere, hoc enim docent omnes,
vt etiã fęmina poſſit hoc facere, & poteſt
ſibi quoſcumque patronos, etiam extra-
neos conſtituere, dummodò per Sacros
Canones ſint capaces iuriſpatronatus, ac
Capellaniæ; & de fęmina in ſpecie loquũ-
tur Io. Andr. & Abb. in c. nobis de iurepa-
tron. quos probat Azor. par. 2. moral. lib. 6
cap. 21. quęſt. 10. & poteſt apponere in di-
cta fundatione quaſcunque reſeruationes,
dummodò iuri communi nõ ſint contra-
riæ, & à voluntate fundatoris non eſt re-
cedendum c. religioſus. de teſtam. in 6. vbi
gloſ. in verb. non habeat. Couarr. & Lam-
bert. quos probat Rodriq. d. tom. 2. q. 12.
art. 2. §. quantum ad tertium. Menoch. &
alij, quos nouiſſimè probat Riccius in ſua
10 prax. iuriſpatr. deciſ. 163. † Quod eatenus
eſt verum, vt locum habeat, vt iuſpatro-
natus ſit laicale, & poſſideatur à perſonis
Eccleſiaſticis, vt probant omnia iura, &
Doctor. auctoritates, in infraſcripta de-
ciſione cumulatæ, & probat etiam Ric-
cius, vbi ſupra deciſ. 169.

11 Plus docuerũt Doctor. ex diſpoſitione
ſacrorum Canonum, vt poſſit Patronus
in limine fundationis apponere cõditio-
nes quaſcunque etiam contra iuris com-
munis diſpoſitionem dummodò non ſint
contra naturam iuris patronatus: nam
accedente conſenſu Ordinarij, ac diſpen-
ſatione admittũtur conditiones prędictæ
tex. eſt in c. cùm dilectus. de cõſuet. vbi gl.
in verb. conſtitutum. & ibi Io. And. Butr.
Bald. Abb. & alij, quam ſententiam poſt
Cardinalem Fely. Calder. Rocch. de Curt.
& alios probat Lambert. lib. 1. de iurepat.
q. 9.

q.9. nu.49. cum ſeqq. vbi ſic pluries iudicatum refert.

12 Hinc eſt etiam, quòd, licèt iuſpatronatus nec poſſideri, nec fundari poſſit ſine conſenſu Epiſcopi c.1.de regul.iur.in 6.c. Ordinarij.de offic.Ordin.in 6. Abb. Fely. & alij, quos probat Lambert. lib.3. de iurepatron.par.3. num.3. qui cõſenſus ſatis eſt, ſi ante, vel poſteà interueniat, re tamẽ integra, vt not. Abb. per illum tex. in c.ſugeſtum.de iurepatr. poſt alios Ioã. Dilect. de arte teſtan.cautel.67.nu.2.cum ſeqq.vt omittam alios. Nihilominus valida eſt conditio appoſita in fundatione cum cõ-
13 ſenſu Ordinarij; † quod abſque Epiſcopi inſtitutione Capellanus in articulo mortis nominet ſucceſſorem, vt ex pluribus in Ciuitate Papiæ conſuluerunt Dominus Corteſius, & Dominus Albericus, quorũ conſ. refert, & probat, & ſecundùm illa deciſum refert Lambert.d.lib.1.q.9.art.3. per totum, & ſic refert iudicatum Marc. Ant. de Amatis in deciſ. Rot. Marchiæ deciſ.4. conferunt diſcuſſa per Farin. deciſ.570.& alios, quos congerit Riccius in prax.iuriſpatr. deciſ.163.nu.81.

14 Accedit, quoniam tenetur Epiſcopus, vel alius Ordinarius aſsentiri prædictis conditionib. tanquam honeſtis, & iuſtis, licèt ſint contra ius commune, vt eſt text. notab.in c.nullus.de iurepatr.vbi Abb. & omnes Canoniſt. communiter, quos etiã probat Lambert. d.q.9.nu.50. & 82. vt alios omittamus: omnes enim docent hoc aſſumptum adhoc, ne fideles remoueãtur ab ædificandis Eccleſijs, & ab earum dotationibus, quod eſſet Eccleſiæ magis dãnoſum, quã aſſentiri prædictis conditionibus nè Ordinarius ſe ingerat in præſentatione, & ſic de alijs. Quod tantò magis locum habet in caſu noſtro, & ideò, accedente conſenſu, & diſpenſatione Illuſtriſſimi Domini Vicarij Vrbis, validatur dicta diſpenſatio, & optimo viro Patres poſſunt dictas Capellanias retinere, etiam ad inſtar perſonarum laicarum.

Et vt magis prædicta locum habeant in caſu noſtro, facillimè fit euidens, quoniã
15 nemo dubitare poteſt, quin † iuſpatr.laicale cedi, & relinqui poſſit perſonis Eccleſiaſticis hoc enim omnes docent, & iura ſunt clara; quæ etiam mandant, vt in hoc caſu attẽdatur perſona ſucceſſoris, & ſic perſonæ Eccleſiaſticæ, & conſequẽter non vt Patronus laicus, ſed vt Patronus Eccleſiaſticus iudicari debeat. Sic probat tex.in c.vnico vbi omnes de iurepatronat. in 6.vbi Boniſac. 8. tanquam ius nouum inducens hoc expreſſit, & ſtatuit, & fuit ſancitum in Eccleſiaſticorum beneficium vt ibidem not.gloſ.Io.Andr.Anchar.Ioã.
16 Monac.& alij communiter, † ex quo magis conuenit Eccleſiaſticos habere iuſpat. in Eccleſijs, quàm laicos, quoniam Eccleſiaſtici minus grauant Eccleſias, & minus delinquunt, & ſi delinquant, facilius compeſcuntur, quàm laici, vt etiam not. Abb. in c.illud.eod.tit.& ſic Summus Pont.ille ſolùm induxit, vt attendatur perſona poſſeſſoris iuriſpatr. & per conſequens per hoc non iudicauit fieri contra naturam, & ſubſtantiam iuriſpatronatus: & tantò fortius, quia receptior videtur opinio, &
17 ſacris Canonibus conformior, † vt vnicũ ſit iuſpatr. & vnius naturæ: duo tamen ſint genera perſonarum, quæ illud poſſidere ſoleãt, ſicut vna eſt fides Catholica, & duo ſunt genera credentium, ſeu Chriſtianorum, quorum alij ſunt Eccleſiaſtici, & alij ſæculares iuxt.tex.in c.duo ſunt 12 q.1.cum alijs adhoc noſtrum propoſitum cumulatis per Lambert. d. lib.1. quæſt.5. Si igitur ſolus poſſeſſor mutatur, & in perſona laica (vt quidam loquuntur) iuſpatr. iudicatur laicale, (quod ſecundùm veritatem intelligitur) vt iuſpatr.ſit Eccleſiaſticum, Patronus tamẽ ſit laicus, & è cõtra; potuit Illuſtriſs. Domina teſtatrix mãdare, vt iſtæ Capellaniæ in perſona Patrum dictæ Eccleſię Sancti Andreæ iudicentur, ac ſi eſſent penes perſonas ſæculares, & proinde facilior eſt diſpenſatio, vt conſtat ex dictis, cùm non ſit contra eſſentiam iuriſpatr. & tantò magis ob rationes allatas nu. præced. & ſemper coadiuuari debent fideles in eorum diſpoſitionib., vt potius inuitentur, & animentur ad bona opera facienda, quàm vt ab eis retrahantur.

Accedit ad prædictorum confirmatio-
18 nem, † quoniam Capellania eſt beneficiũ Eccleſiaſticum, vt poſt alios probat Pariſ. lib.2.de reſign.beneficior. q.1. nu.118.cũ ſeqq.& tamen ſi reperiantur in hoſpitalibus, quorum adminiſtratio pertineret ad Regem, poſſet Rex iure Regaliæ Capellanias illas conferre, ex quo in hoc caſu tales Capellaniæ potius iudicantur vti adminiſtrationes temporales, quàm tanquã
19 beneficia Clem. per literas.de præben. † & licèt vocentur loca pia, id euenit, quia illorum fructus deputati ſunt pro victu pauperum Clemen. quia contingit. de Relig.

H domib.

domib.& ita deciſum refert die 6.Aprilis
1483. Arnulphus Ruzeus in tract.de iur.
regal.priuil.51.vt legitur tom.12.tractat.
20 commun.fo.386.ſic † etiam ſi Capellanię
reperirentur in Stauritis, quæ reguntur
per Magiſtros laicos, vt eſt in Capellanijs
erectis in Eccleſiæ Sanctiſs. Annunciatio-
nis de Neapoli, tunc ipſi Magiſtri eligunt
Capellanos, vt poſt alios probat Riccius
in ſua prax.in tit.de iurepatron.deciſ.169
& ſatis eſt, vt eligant Capellanos appro-
batos ab Ordinario, nec illos amoueant
ſine licentia eiuſdem Ordinarij,& ita ſer-
uatum pluries vidi. Ex quibus omnibus
cernitur veritas quæſtionis propoſitæ.
Sed ad magis prædicta omnia confirman-
da ponam dictam deciſionem, quæ talis
eſt.

Reuerendiſs.D.Sacrato.

ROMANA IVRISPATRONATVS.
Veneris 31. Maij 1613.

21 EX ordine Sanctiſſimi per Reueren-
diſs. D. Datarium mihi tranſmiſſo,
dubitaui in Rota, an laicus,fundans de
proprijs bonis Iuspatron.poſſit in funda-
tione reſeruare iuſpatronatus Eccleſiæ,
& Monaſterio ea conditione, vt in per-
petuum ad eccleſiam ſpectet tãquam lai-
cale. Et pro affirmatiua fuit tentum, quia
vt colligitur ex latiſſimè cumulatis per
Lambertin.in ſuo tract.de iur.patron.lib.
22 1.par.1.art.1.q.9. per tot. † poteſt Patro-
nus apponere in fundatione quaſcunque
conditiones etiam ſi ſint cõtra illud,quod
ius regulariter diſponit in materia iuriſ-
patron. ſeu beneficiorum, vt per plura
exempla docet idem Lambert. ibid. ſub
nu.52.cum multis ſeqq.dummodò tamen
conditiones non ſint impoſſibiles, ſeu tur
pes,vel contra ſubſtantiam iuriſpatrona-
tus,& beneficiorum, vel aliter a iure im-
23 probatæ. † Quin Sacri Canones adeò fa-
uent pijs Eccleſiarum fundatoribus, vt ſi
quando de nouo diſponunt ſoleant præ-
ſeruare contrarias fundatorum ordina-
tiones, vt in Clem. quia cõtingit.§. vt au-
tem, de relig. domib. & in cap. Eleuthe-
rius.§.& igitur 105.quæſt.2. Sacr. Tridẽ.
Conc.ſeſſ.22.cap.9.de refor.& alibi. Quæ
iuris indulgẽtia ex eo proceſſiſſe videtur,
ne laici retrahantur à fundatione eccle-
ſiarum, qua ratione, & ipſummet Iuſpa-
tronatus,maximè laicale cõceditur,quod
eſt contra iuris regulas, Aneh. conſi. 113.
num. 2. Abb. in cap.1.num.4.de præben.
24 Gemin.conſi.45.& 50. in princ. † Tum
quia per illud aufertur libera collatio Or-
dinariis contra not. in cap. ſi quis epiſco-
porum. 16. q. 5. in c.omnes Baſilicæ ead.
16.q.7. Tum quia datur occaſio laicis im-
miſcendi ſe rebus ſpiritualibus, quarum
de iure ſunt incapaces. cap. decernimus.
de iudic.Calder.conſi.1.nu.1. de præben.
Roman. conſi. 299. nu.9.verſ.laicis enim
præcipuè fœminæ Innoc. in cap.cum no-
ſtris nu.1.de conceſſ.præben. Selet. de be-
nef.par.2.q.5. num.2. Lambertin.d.tract.
lib.1.par.1.q.7.art.2.num.21. & ſeq. quæ
nihilominus ſuccedunt in iurepatronat.
Abb.in cap. 1. nu. 3. de iurepatron.Card.
25 in Clem. 2.num.2.eod.titu. † Tum etiam
quia talia iura ſpiritualia tranſmittuntur
ad hæredes contra notata in cap. 1. vbi
Abb. nume. 4. de præbend. Rocch. tra-
cta.de iurepatron. verb. ipſe velit. quæſt.
5.num. 17. & non ſolùm in materia iu-
repatro. ſed & in alijs pluribus diſpenſat
cum exercentibus liberalitatem extra
26 eccleſiam: † vnde poteſt laicus donare
prædium eccleſiæ ea conditione, vt ſoluat
collectas laicis, licèt alias de iure non fuiſ-
ſet obligatus ſoluere Anchar. conſil. 217.
per tot. Fely.in c. eccleſia S. Mariæ num.
27 77.de conſtit. † Item poteſt legans velle,
quòd de legatis pijs a ſe factis detrahatur
Falcidia.Socin.conſi.405. nu. 4. verſ. per
hoc lib.1.licèt alias non fuiſſet de iure de-
trahenda Authen.ſimiliter. C.ad leg.Fal-
28 cid. † Item poteſt Patronus donare eccle-
ſiæ emphyteuſim ea conditione, vt non
reguletur, ſicut eccleſiaſtica, vt fuit dictũ
in cauſa Mediolanen. bonorum 15. De-
cembris 1597. coram bon. mem.Orano,
29 † Similiter poteſt Eccleſia retinere feudũ
laicale, recognoſcendo pro illo Dominũ
laicum, vt in cap. verùm, vbi hoc notat
Aret. num. 1. Butr. num. 5. Abb.num. 2.
& 13. Impol.num.2.& alij Scriben.de for.
compet.
30 Et licet Doctores, de quibus per Lam-
bert. loco ſupra in princ. allegati dicant,
quòd, quando fundator apponit condi-
tiones contra regulas iuris, debeat inter-
uenire conſenſus Ordinarij, attamen di-
cunt etiam, quòd ſi conditiones non pa-
tiãtur defectum impoſſibilitatis, & alios,
de quibus ſupra in principio, quòd Ordi-
narius debet conſentire. Lambert. poſt
alios dict. loco nu.102.& 103. & meritò,
quia

Digitized by Google

quia conſenſus in hoc caſu non videtur
requiſitus pro libito voluntatis Ordina-
rij,ſed tanquam Iudicis, vt ſcilicet poſſit
videre,an conditiones ſint de improbatis
à iure. Et propterea ſi non ſunt tales, ex
neceſſitate tenetur illas approbare, cùm
ſit loco Iudicis,Auth.ſtatuimus,vbi Bald.
num.2.C.de epiſc.& cler. Alex.conſ.221.
nu.15.lib.1.Boer.deciſ.326.nu.2.

31 Nec eſt neceſſe, quòd conſenſus Ordi-
narij præſeruetur in fundatione, quia
iuſpatron.de ſui natura præſefert tanquã
ſuam cauſam efficientem conſenſum Or-
dinarij, cùm nulla ſpecies iuriſpatronat.
poſſit fundari ſine illius conſenſu, & pro-
inde nõ eſt neceſſe exprimere illud, quod
ex ſui natura tacitè ineſt in ſpecie, Lam-
bertin.d.tract.art.5.quæſt.7. nu.2. 1.par.
libr.1. (vide infra conſ.44.nu.13.)

32 Difficultas igitur conſiſtit in eo,an iſta
cõditio, quòd Eccleſia, ſeu Monaſterium
teneat Iuſpatron. tãquam laicale dicatur
impoſſibilis,nam,vel turpis, vel contra
ſubſtantiam iuriſpatron.& beneficiorum
& ſit à iure improbata. Et quãtum ad im-
poſſibilitatem naturæ, quæ videtur eſſe
circa illud, quod nullo modo fieri poſſit,
prout exemplificant DD.in eo, qui dixit,
ſi cœlum digito tetigeris, non videtur, ꝙ
iſta ſit talis,cùm poſſit Eccleſia nõ ſolùm
de facto tenere aliquid,quod habeat natú-
ram laicalem,ſaltem quòad modum illud
exercendi,ſed imo eſſe de iure, vt ſupra
in principio per plura exempla demon-
33 ſtratum eſt,& infra demonſtrabitur. † Et
vt non ſit impoſſibilitas naturæ, ſufficit,
quòd poſſit verificari de facto. §. ſi impoſ-
ſibilis,cum ibi notatis.Inſtit.de inutil. ſti-
34 pul.Nec videtur ſubſiſtere, † quod impli-
cet contrarietatem eſſe Eccleſiæ, & eſſe
laicale ex eo, quòd ſi eſt Eccleſiæ, ergo eſt
Eccleſiaſticũ. Vnde erit dicere, quòd hoc
iuſpatron.ſit eccleſiaſticum, & non eccle-
ſiaſticum,quæ contrarietas in eodem ſub-
iecto importat impoſſibilitatem naturæ.
l.3.§.ex contrario.ff.de acquir. poſſ. l. de-
bitori.C.de pact.Fulgoſ.conſi. 99.num.2.
Bald.in cap. ex litteris num. 5. de probat.
35 Quia reſpondetur † importare cõtrarie-
tatem, & inde impoſſibilitatem, quando
eodem reſpectu aliquid eſſet tale,& non
tale, hoc enim implicaret contradictio-
nem; ſecùs tamen, ſi id eueniret reſpectu
diuerſorum, quia tunc nulla eſt cõtrarie-
tas tex.eſt in l.ſi duo,vbi Bart.nu.4.verſ.ſi
cõſtaret.ff.vti poſſidet.Oldrad.conſ.257.
nu.41.Alex.conſi.99.nu. 9. verſ. Nam li-
cet.lib.5.(dixi par.4.q.8.nu.9.q.45.num.
54.) & proinde reſpectu dominij, ſiue
pertinentiæ iuſpatron. erit eccleſiaſticũ,
& nullo modo laicale. Reſpectu verò mo-
di exercendi erit laicale, & nullo modo
36 eccleſiaſticum. Et quamuis † fundator nõ
faciat hanc diſtinctionem, ſed ſimpliciter
dicat, quòd iuſpatron. licet reſeruatum
eccleſiæ,ſit laicale, attamen illius verba
ſunt intelligenda ſecundùm ſanum intel-
lectum,& eo modo,quo verificari poſsũt,
vt benè ad propoſitum Rota deciſ. 8. nu.
3.in fi.cum duob. ſeqq.de teſt.in antiq.

37 Quòad turpitudinem, quæ conſiſtit in
eo,quando læditur pietas, exiſtimatio, &
verecundia, & generaliter aliquid fit,
quod ſit contra bonos mores, vt in l. fi-
lius. ff. de condit.inſtit.& latius per Ang.
tracta.de teſtam.gloſ.104. non videtur,ꝙ
adſit aliqua turpitudo, quòd eccleſia reti-
neat aliquid, habens naturam laicalem,
ſaltem quòad modum exercẽdi, cùm hoc
concedatur in alijs caſibus, nempè bono-
rum collectis laicorum ſubiectorum em-
phyteuſis, & feudi, laicalem naturam re-
tinentis,vt ſupra demonſtratum eſt.

38 Et quòd non ſit turpe, vel indecorum
perſonis eccleſiaſticis exercere iuſpatron.
ad modum laicalem expreſsè colligitur
ex cap.cùm dilectus. ibi (Prædictus Archi
diaconus,tanquam laicus preſentaſſet)de
iurepatron.vbi not.Abb.nu.4.& 5. Butr.
pariter num.5.idem Abb.in cap.cùm vos
n.4.de offic.ord.Imol.in c.dilectus nu.15.
de offic.deleg.Fely.in cap. eccleſia S. Ma-
riæ nu.11.de conſtit. & in tracta. quando
liter. Apoſt. noceãt patron. nu.5. Rebuff.
tract. nomin. quæſt. 15.nu.22. Couarru.
pract.quæſt.cap.36.num.3.verſ.diſtingui-
tur autem.in fi.& admittunt paſſim Scri-
ben. in cap.dilectus filius, il 3. de præben.
vbi Anchar.Cardin.Hoſtienſ.& alij,dum
39 diſtinguunt, † quando iuſpatron.dicatur
eſſe penes perſonam eccleſiaſticam tan-
quam laicale, vel tãquam eccleſiaſticum,
& ſignanter fuit dictum non continere
aliquam turpitudinem illud, quod fuit
expreſſum in fundatione quondam Fla-
miniæ Cæſiæ, cuius occaſione fit iſta di-
ſputatio, nempè, quòd ſuum iuſpatron.
reſeruatum Reueren. Patribus Theatinis,
tanquam laicale, minimè debet tradere
ſub regulis reſeruatorijs, quaſi quòd ipſa
voluerit derogare poteſtati Summi Pont.
quia fuit conſideratum, quòd iſta expreſ-

ſio non percutit Summi Pontificis pote-
40 ſtatem, ſed voluntatem: † etenim beneficia iuriſpatron. laicalis non deſinunt eſſe ſub reſeruationibus Apoſtolicis, quia Papa non poſſit, ſed quia nõ vult. Lap. alleg. 96. nu. 3. Geminia. in cap. 2. nu. 11. de præbẽ. in 6. Fely. in d. tract. quãd. liter. Apoſt. noc. patron. in princ. & verſ. ſolutio. Rot. in cauſa Tholet. dimidiæ annatæ 17. &
41 27. Iunij 1594. coram R. Gipſio: † Vnde eſt, ac ſi fundatrix rogaſſet Summum Põt. vt ſicut non ſolet derogare iuripatron. reſeruato laicis, ita nec velit in hoc caſu derogare reſeruato perſonis eccleſiaſticis.

Petitio autem videtur digna exauditione; nam ideò Papa in reſeruationibus comprænhendit iuſpatron. reſeruatum eccleſiæ, quia videtur reſeruatum intuitu, & contemplatione ipſius Eccleſiæ, Card. in conſi. 102. nu. 1. verſ. hic autem. Pariſ.
42 conſi. 35. nu. 20. lib. 4. † & proinde Papa, dum reſeruat ſibi collationem beneficiorum, quæ ſunt ſub tali iurepatron. non videtur facere contra præſumptam volũtatem fundatoris, cùm ipſe ſit caput Eccleſiæ vniuerſalis, & eminenter cõtineat in ſe omnes dignitates, & officia particularis eccleſiæ, cui iuſpatron. fuit reſeruatũ cap. ita Dominus 19. diſt. Anchar. conſ. 39 nu. 2. Bald. conſi. 23. nu. 1. lib. 3. Monach. in cap. ſi eo temp. nu. 1. de elect. in 6. Prob. ad Monach. in prohem. Sexti num. 55. & 59. Gemin. conſi. 14. num. 1. cum pluribus
43 ſeqq. † Et iſta videtur vera ratio differentiæ, quare iuſpatronatus reſeruatum per laicũ perſonis eccleſiaſticis cadat ſub reſeruationibus Apoſtolicis, pluſquàm ſi eſſet reſeruatum perſonis laicis, non autem aliæ rationes, nempe, vel quia Papa facilius præiudicat Iuripatronatus eccleſiaſtico, de qua per Mandoſ. in regul. 1. reſeru. num. 5. quia eſt ratio defectiua, cùm rurſus ſit quærendum, quare facilius præiudicet iſti iuripatron. quàm illi? ſicut nec etiã aliquid videtur concludere alia, de qua per Gemin. in cap. 2. num. 11. de præben. in 6. nempè quod ideo ſit, quia in perſonis eccleſiaſticis præſentatio debet tollere electionem contra voluntatem fundatoris: Nec minus altera, de qua per alios, quod, ſcilicet, ceſſet ratio, ne laici retrahantur à fundatione eccleſiarum, quia ſi admitteremus reſeruationes eſſe contra mentem fundatorum, æquè retraherentur, quando iuſpatron. eſt reſeruatum perſonis eccleſiaſticis, ſicut quando eſt reſeruatum laicis cùm vtroque caſu fiat contra eius voluntatem.

44 Hoc ſtante, quòd reſeruationes iuriſpatron. per laicum relicti perſonis eccleſiaſticis non ſit contra fundatorum voluntatẽ præſumptam, ſequitur, quòd, quando contrarium eſt expreſſum in fundatione, non debeat cadere ſub reſeruationibus
45 Apoſtolicis, † quia expreſſum facit ceſſare contrarium, quod aliter oriri ſolet ex tacito, & pſũpto. l. cũ ex filio. §. filio, vbi Barto. in ſummario ff. de vulg. & pupill. Dec. conſi. 416. nu. 10. Crauett. conſi. 32.
46 num. 2. † Aliàs ſi diceremus fieri contra voluntatem fundatoris in hoc caſu, eſſet peioris conditionis, qui exercet liberalitatem erga eccleſiam, reſeruando illi iuſpatron. quàm ille, qui non exercet, ſed reſeruat laicis: Quin etiam eſſet peioris conditionis eccleſia, quàm laicus; nam in materia Iuriſpatr. conceditur laico habere iura ſpiritualia, quorum de iure eſt incapax, vt conſtat ex ſupra allegatis, & in eadem materia non concederetur eccleſiæ habere iura laicalia, quorum de iure non eſt incapax ſaltem quoad modum exercẽdi, vt etiam ſuperius demonſtratum eſt, & hæc eſt ratio vera, formalis, & ſubſiſtens, quæ ad hominem concludit.

47 Quò verò ad tertium requiſitũ, vt conditio non ſit contra ſubſtantiam iuriſpatron. & beneficij fuit ponderatum, quòd illud dicitur eſſe contra ſubſtantiam, quo adiecto, corrumpitur ſubiectum. l. cum præcario. ff. de precar. Abb. conſi. 72. nu. 2. lib. 1. Nauarr. conſi. 32. num. 2. & alij. Qualitas autem, quòd iuſpatr. tantùm per eccleſiam exerceatur, ſecundùm modum Iuriſpatron. laicalis, nõ modo non vitiat ſubſtantiam iuriſpatron. ſeu beneficij, ſed imò nihil habet commune cum prædicta ſubſtantia, vt patet ex diffinitione iuriſpatron. de qua per Antonium, & alios in rubr. de iurepatron. & Rocch. de Curt. in præfat. tract. de iurepatron. num. 2. & 3. & in definitione beneficij, de quo per Selet. tract. de benef. quæſt. 1. & Rebuff. in prax. beneficior. titu. quid ſit, & quot mod. dic. in quibus locis nihil de hoc habetur.
48 † Additur etiam, quòd dicta qualitas non ſolùm nihil habet commune circa ſubſtantiam Iuriſpatr. ſed neque diuerſificat ſpeciem; nam iuſpatron. eccleſiaſticum, & laicale vnum, & iddẽ ſunt, vt animaduertit Lambertin. d. tract. de iurepatr. lib. 1. par. 1. art. 5. q. 1. nu. 4. cum ſeqq.

Digitized by Google

49 Denique circa illud, quòd conditio nõ
ſit à iure improbata, fuit dictum nullo iu-
re caueri, vt fundator nõ poſſit ordinare,
quòd iuſpatron. à ſe reſeruatum eccleſiæ,
exerceatur ſecundùm modum laicalem,
quod ſufficit dicere; nam permiſſum cen-
ſetur, quod expreſsè non reperitur pro-
hibitum cap. inter corporalia, de trãſlat.
Epiſcop. l. matris. ff. de procurat. Anchar.
conſi. 243. nu. 2. Socin. conſi. 415. nu. 3. in
fin. lib. 1. cum vulgat. alijs. Neque ex eo,
quod tex. in cap. vnic. de iurepatr. in 6. &
50 alibi Doctores velint, † q eo ipſo, quòd
ius patronatus peruenit ad eccleſiã, exer-
ceatur ad modum iuriſpatron. eccleſiaſti-
ci reſultat iuris improbatio, quia lex, ge-
neraliter loquens, habet tacitam condi-
tionem, niſi diſponens de rebus ſuis, con-
trariam legem adiecerit, eſt enim trita iu-
51 ris concluſio, † quòd prouiſio hominis
facit ceſſare prouiſionem legis. l. fi. C. de
pact. conuen. l. & habet. §. cùm quis. ff. de
præcar. l. maritus. C. de procur. Anchar.
52 conſi. 217. nu. 2. † & poteſt diſponens de
re ſua adijcere quaſcunque conditiones,
& pacta. l. ea lege. C. de condit. ob cauſ. l.
quinta. C. de donatio. quæ ſub mod. l. 1. §.
1. ff. de reb. cor. Soci. conſi. 415. nu. 4. lib. 1.
Quod procedit etiam in diſpoſitione fa-
cta ad fauorem Eccleſiæ. cap. verum, de
condit. appoſ. Anchar. conſi. 217. num. 2.
Imol. in cap. cùm dilecti. nu. 4. verſ. item
potes notare, de donat. Socin. vbi ſupra
nu. 5. Fely. in c. eccleſia S. Mariæ nu. 77. de
conſtitut.

Hæc eſt deciſio facta in illa cauſa, & diſcuſſa in eadem deciſione fuerunt conſideratione matura ponderata, per varios, & eximios Iureconſultos tam ex noſtratibus, quàm eiuſdem Sanctę Vrbis Romę, quæ recenſui ad veritatem articuli, & ad confirmationem eorum, de quibus initio Conſilij dictum eſt.

SVMMARIVM.

LEgatarins tenetnr capere legatum de manu hæredis, & ſi propria auctoritate capiat, amittit legatum. nu. 1. & 3. Hoc non eſſe verum oſtenditnr, ſi adſit licentia teſtatoris capiendi propria auctoritate legatum, vel nihil intereſſet hæredi, qnod declaratur nu. 4. 6. & ſeqq.

Legatnm eſt donatio qnædam à defnncto relicta, & ab hærede præſtanda. nu. 2.

Legatarius, habens licentiam à teſtatore capiendi legatum propria anctoritate, Iudice aſſocîante, poſſeſſionem capere debet. nu. 4. Hoc in electione legatarij eſſe oſtenditur, præcipuè ſi nihil intereſt hæredi. nu. 20. & 21.

Hæres per interdictum quorum legatorum, poteſt anocare bona legata poſſeſſa per legatarium nn. 5. Procedere oſtenditur, ſi hæres falcidiã præcapere vellet, vel aliter ei intereſſet, aliàs ſecus. nn. 10. & ſeqq.

Teſtator poteſt expreſsè, & tacitè dare licentiam legatario capiendi rem legatam propria auctoritate, & eò magis retinendi. nu. 7. & 21.

Poſſeſſio vnius rei non poteſt eſſe penes duos inſolidnm. nu. 8.

Dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarinm etiam à die mortis teſtatoris. nn. 9.

Dolo facis petere, quod ſtatim reſtitnere debes. nn. 11.

Legatarius contra hæredem, petentem bona poſſeſſa per ipſum legatarium, vtitur regula dolo facis petere, quod ſtatim reſtitnere debes. nu. 12.

Interdictnm, qnorum legatornm, non fnndatur in ſola ratione occupatæ poſſeſſionis rei legatæ, ſed principaliter fundatnr in intereſſe hæredis. nnm. 13.

Circuitus inntiles ſemper euitari debent num. 15.

Legatarins non tenetnr ſemper præſtare cautionem hæredi, qnod explicatur num 16.

Tex. in l. eam quam. C. de fideicom. declaratnr non habere locnm, ſi volnntas teſtatoris ſit in contrarinm, vel hæredis non intereſſet. nn. 17. & 19.

Voluntas teſtatoris totum facit in teſtamento. nu. 19.

Hæres tenetnr præſtare cautionem legatario, de ſolnendo legato, quãdo petit, vt ei reſtituat bona legata, alias legatarius non tenetur reſtituere. nn. 22.

Iudices tenentur enitare expenſas, & odia inter partes. nn. 23.

AN

AN LEGATARIVS POSSIT propria auctoritate ſibi præcapere legatum, vel neceſſariò illud habere debeat de manu hæredis, & an circa illud habeat ius retentionis, ſaltem ex voluntale teſtatoris.

CONS. XXXII.

Ad declarationem diſcuſſorum par. 2. tit. de bon. q. 11. de reſtit. bonor.

EX infraſcriptis videba-
tur dicendum legatum
ducatorum vigintimil-
lium factum per quon-
dam Duciſſam Ferole-
ti Duci, eius viro, de
maiori ſumma dotium
ducatorum centum mille, non licere di-
cto Duci legatum prędictum ſibi retinere,
ſed totam dotem reſtituere Duciſſæ San-
ctæ Agathæ hæredi dictæ teſtatricis, &
de manu hæredis poſtea Dux teneatur ca-
pere dictum legatum.
1 Primò ex illa triſtiſſima iuris regula,
quæ mandat, vt legatarius præcapere de-
beat rem legatam de manu hæredis. l. eam
quam C. de fideicomm. vbi gloſ. & omnes
Scriben. & manifeſtum eſt ex legati diffi-
nitione, iuxta tex. in l. legatum. ff. de leg. 2.
2 §. legatum. Inſtit. de legat. nempe † legatũ
eſt donatio quædam, a defuncto relicta, &
ab hærede præſtanda. Quod eatenus ve-
3 rũ eſt, † ꝙ ſi legatarius auctoritate pro-
pria occupaſſet rem legatam priuaretur
iure legati. l. non eſt dubium. C. de legat.
vbi omnes. gl. in cap. Raynaldus, in verb.
petendo, de teſtam. Dec. Couarru. & alij
plures, quos probant Simon de Pret. in
tract. de interpr. vltim. volun. lib. 5. inter-
pret. 2. dubit. 1. nu. 78. & ſeqq. Surd. conſi.
253. nu. 16. & deciſ. 127. nu. 12. latiſſimè
Peregrin. de fideicom. art. 37. per tot. & in
ſpecie nu. 11. Cornazzan. deciſ. 4. vt alios
omittam.
4 Secundò, quia etiam ſi teſtator dediſſet
hæredi licentiam capiendi legatum pro-
pria auctoritate, adhuc legatarius vrba-
nius agẽdo, dẽt Iudicẽ adire, & Iudice aſ-
ſociante capere poſſeſſionem rei legatæ.
Bart. per illum tex. in l. creditores. C. de
pignor. vbi alij communiter. Afflic. deciſ.
326. Iaſ. Boer. Tiraq. & alij, quos probat
Sim. de Pret. loco cit. nu. 82. & 121. Et ea-
5 tenus prædicta ſunt vera, † quòd ſi legata-
rius, & non hæres poſſideret bona legata,
adhuc poſſet hæres per interdictum quo-
rum legatorum auocare poſſeſſionem di-
ctorum bonorum à legatario, vt detrahat
ex illis bonis legitimam, Falcidiam, vel
Trebellianicam. l. 1. ff. quor. legator. vbi
gloſ. Barto. & omnes Scriben. gloſ. in l.
filiam in verb. hęres. ff. ad Trebellian. vbi
Barto. & alij, Anto. Gabr. in recollect.
commu. opin. in tit. de fideicom. concl. 5.
nu. 4. Rolan. & alij penes Simon. de Pret.
vbi ſupra num. 90. vbi num. 93. & 94. poſt
Caſtr. Alex. Tiraquel. Menoch. & plures
alios ſubdit, quòd non poteſt legatarius
virtute dictæ poſſeſsionis impedire hęre-
dem, quòminus adeat hæreditatem: &
hæc ſunt, quæ in contrarium vrgere vi-
dentur.
6 Sed his, & ſimilibus non refragãtibus,
firmiter aſſeuero licere dicto Duci lega-
tario ſibi retinere prædictum legatum,
nec eſſe neceſſarium reſtitutionem fieri
hæredi, vt ab eius manibus poſtea illud
pręcapiat. Pro fundamento, ac baſi huius
conſultationis, illud reminiſcendum eſt,
7 † teſtatorem non ſolùm expreſsè, ſed etiã
tacitè poſſe dare licentiam legatario ca-
piendi rem legatam propria auctoritate,
tex. eſt in l. Titia cum teſtamẽto. §. Lucius,
vbi Bart. & alij communiter. ff. de lega. 2.
l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. vbi latiſſimè Iaſ.
in 1. lectur. nu. 31. Rolan. cõſ. 78. nu. 3. vol.
3. Iul. Clar. in §. teſtamentũ. q. 68. Sim. de
Pret. d. dubit. 1. nu. 97. & ſeqq. Cornaz. d.
deciſ. 4. nu. [illegible] latiſſimè Peregr. d. art. 47.
nu. 41. cum ſequentib.
8 Secundò iam conſtat poſſeſſionem rei
legatę eſſe penes ipſum Ducem legatariũ;
quo fit, vt eadem poſſeſſio non poſſit eſſe
penes hæredem, quia contra iuris regulã
eſſet, vt quod vnus poſſidet, alter quoque
poſſidere videatur. l. ſi vt certo. §. ſi duob.
vehiculum. ff. commod. l. 3. §. ex cõtrario.
ff. de acquir. poſſ. & vtrobique omnes, la-
tiſſimè Simon d. dubit. 1. nu. 123. Peregr.
d. art. 47. nu. 14.
9 Tertiò denique reminiſcendum eſt, vt
dominium rei legatæ non ſolùm à die
aditæ hæreditatis, ſed a die mortis teſta-
toris verè, & realiter trãsferatur in legata
rium. l. à Titio. ff. de furt. vbi gloſ. & om-
nes. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus, vbi Bart.
hoc notat. ff. de leg. 1. Peregr. d. art. 47. nu.
59. & art. 46. nu. 35. Decian. conſi. 35. nu.
2. vol. 1. latiſſimè Menoch. in tract. de recu
per. poſſ. remed. 9. nu. 213. Surd. deciſ. 108
nu. 18.

d by Google

nu.18.& conſi.300.nu.1.& 16. Vinc.de Franch.deciſ.298.num.2. cum ſeqq.& eſt vulgatum dictum penes omnes.

10 Poſtremò denique notandum eſt, quòd ſi hæreditate nondũ adita, legatarius propria auctoritate occupaſſet poſſeſſionem rei legatæ, non ſemper datur hæredi interdictum, quorum legatorum ad auocandam rem legatam, ſed tunc demum, ſi ipſius hæredis intereſſet, vt puta quia hæreditas eſſet exaucta, & non poſſet ab ea detrahere falcidiam, & ſic de alijs, ſed ſi hæreditas eſſet opulenta, & hæres poſſet detrahere Falcidiam, vel prohibita eſſet falcidia, tunc hæres non poteſt vti tali interdicto, & legatarius non tenetur ei reſtituere dicta bona. l. 1. C. quor. legator. vbi Placentin. gloſ. Iacob. de Aren. Cyn. Bart. Bald. & Salyc. & eandem ſententiam tuentur Alex. Natt. Menoch. & alij, quos probat Peregr. d. art. 47. num. 60. Cùm igitur poſſeſsio rei legatæ ſit penes Ducem, quia totam dotem poſſidet, & dominium rei legatæ verè, & realiter eſt in ipſum tranſlatum, nec hæres poteſt prætendere falcidiam, quia eſt prohibita eius detractio, nec aliquid aliud validè prætendere poteſt, clarè conſtat, vt detur ipſi Duci retentio eiuſdem legati, & vana eſt prætenſio hæredis, petentis reſtitutionem.

11 Confirmantur prædicta ex illa vulgata iuris regula, dolo facis petere, quod ſtatim reſtituturus es. l. dolo facis. ff. de except. dol. l. dolo. ff. de reg. iur. cap. dolo facit, de regu. iur. in 6. & in proprijs terminis no-

12 ſtris, imò & in fortioribus, † nempè quando legatarius ꝓpria auctoritate occupaſſet rem legatam, poſſit tali exceptione ſe tueri, ex multis probat Peregr. in tract. de fideicom. art. 46. nu. 35. & art. 47. nu. 59. verſ. Verùm hæc ſola occupationis ratio, quam regulam latiſſimè exornat Cõſiliar. de Anna conſi. 112. nu. 40. vol. 2. Et ratio

13 communis eſt, † quia vt locus ſit interdicto, quorum legatorum, non ſufficit ſola ratio occupatę poſſeſſionis, ſed requiritur euidens intereſſe eiuſdem hæredis, ex quo lex non vtitur remedijs inutilibus, & fruſtratorijs. l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de public. latiſſimè Peregr. qui alios cumulat d. art. 47. nu. 60. Fab. de Ann. conſi. 115. nu. 20. vol. 2. qui alios cumulant, & conſe-

14 quenter ſi prædicta procedunt, † quando legatarius propria auctoritate bona legata occupaſſet, multò magis locum habent in caſu noſtro, cùm Dux ex alia cauſa ante teſtamentum, nempè ex cauſa dotis poſſideat bona legata, & ſucceſsiuè inanis videtur prætenſio hæredis, etiam quia eſſet circuitus inutilis reſtituere hæredi, vt

15 mox a manu ipſius legatum capiat, † qui circuitus euitandus eſt. vulg. tex. in l. Dominus teſtamento. ff. de condit. & demonſtrat. vbi gloſ. & omnes. Rolan. conſi. 58. nu. 83. & conſi. 69. 1. u. 26. vol. 1. Borgnin. deciſ. 25. nu. 13. par. 1. Tiraq. eil. in tract. de retract. conuen. §. 2. gloſ. vnic. num. 71. Surd. deciſ. 264. nu. 33. & conſ. 2. nn. 18.

16 Et hac ratione attenta, † licet legatarius teneatur præſtare cautionem hæredi, quando illius intereſt, & fideicommiſſarius cautionem præſtat legatario, quando legatarius grauatus eſſet partem rei legatæ reſtituere: attamen quando non intereſt, vt præſtetur cautio, tunc ad euitandum inutilem circuitũ, omiſſa perſona legatarij, ſolus fideicommiſſarius præſtat cautionẽ hæredi. l. videamus, vbi latè gloſ. in fi. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. & in d. l. ſi Dominus teſtamento, & omnes alij Auctores citati.

17 Nec vrgent contraria, nam ſatis ſoluta remanent ex ſupradictis, & tex. in d. l. eam quam. C. de fideicom. procedit, non apparente voluntate teſtatoris in contrarium; quia, ſi appareret, prout eſt in caſu noſtro, nam ex verbis legati colligitur, vt detur Duci retentio, tunc ea ſeruanda eſt;

18 † nam ipſa voluntas teſtatoris totum facit, vt in l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtr. & eſt tantę potentiæ, quod etiam ex actu nullo declaratur, & attenditur. l. planè. ff. de leg. 1. l. & ſi transferam. ff. de alimen. legat. cum aliis cumulatis per Mantic. lib. 4. de coniect. vltim. volunt. titu. 10. num. 18. Surd. deciſ. 152. num. 18. & ſeqq. Peregrin. de fideicom. art. 11. num. 69. & art. 16. nu. 51.

19 Non omittimus dicere, † vt diſpoſitio dictorum iurium locum habeat, ſi hæredis intereſſet, quia dum non intereſt, ex quo ceſsat Falcidia, non fit hæredi reſtitutio, vt patet ex dictis ſupra num. 10. Et ſic, dum habemus particulares deciſiones, non debemus tendere per regulas communes, & ſatis eſt deciſio vnius Doctoris aliquando, vt dixi par. 1. cap. 5. nu. 38. Et eodem modo ſoluitur tex. in l. non dubium. C. de legat. Nam procedit iuxta ſuperius explicata.

20 Poſtremò non vrget illud de Iudice aſſociante, relatum num. 4. nam procedit po-

potius de vrbanitate, & eſt in voluntate
legatarij, vel propria auctoritate, vel Iu-
dice aſsociante, capere poſseſſionem rei
legatæ, vt poſt alios notat Sim. de Pret. d.
lib. 5. interpret. 2. dub. 1. num. 82. & 121.
& hoc modo loquuntur DD. per ipſum
21 citati, † tantò magis, quia hic non eſt ne-
ceſsaria noua poſseſsio, cùm legatarius
poſſideat dicta bona, ſed ſufficit ſola reten
tio, quæ illi omninò datur, vt patet ex di-
22 ctis, & eò impenſius; quia, † quando lega-
tarius reſtituit bona legata hæredi, tene-
tur hæres præſtare cautionem legatario
de legato præſtando, alias, cautione ipſa
non pręſtita, nō tenetur legatarius trade-
re bona legata. l. 1. C. quor. legat. l. 1. §. qđ
ait Prætor. ff. quor. legator. cum alijs innu
meris penes Peregr. d. art. 47. nu. 63. Quis
igitur non videt hos eſse circuitus inuti-
23 les, & conſequenter tollendos: † nam
implicationes inuoluunt, expenſas mul-
tiplicant, odia, & rancores generant, &
ſic tollenda, prout ſperamus fieri per cir-
cunſpectos Iudicantes.

Neſcio quem finem cauſa prædicta
habuerit; fuit enim collegiatum negotiū,
& poſt collegium ſcripſi, ſed ob mortem
ſuperuenientem Ducis credo non fuiſse
cauſam deciſam.

SVMMARIVM.

Refutatio ſine aſſenſu fieri poteſt in proximè, & immediatè ſucceſſurum, in extraneum verò fieri nequit ſine Regis aſſenſu, & ſine conſenſu agnatorum, quod explicatur num. 1. & 2.

Rex dum aſſentitur refutationi feudorum facta in extraneum, poteſt mandare, vt feudum remaneat antiquum, & ita ſeruari affirmatur nu. 3. & 4.

Rex poteſt mandare, vt adoptiuus ſuccedat in feudum. nu. 5. Poteſt etiam mādare, vt titulus alicuius terræ remaneat ſub priſtino ſtatu, & ſeſſione. nu. 6. & ſeqq.

Rex ad libitum ſegregata vnit, vnita ſegregat, de allodio facit feudum, & de feudo allodium. nu. 7. Sic etiam nouas dignitates creat, & veteres conſeruat. num. 8.

Rex, dum veteres dignitates conſeruat per refutationes, nulli præiuditium facit. nu. 9. Ad nutum tollit præcedentiam inter titulatos. nu. 10.

ARGVMENTVM HVIVS CONſilij habetur in eius principio.

CONS. XXXIII.

Ad declarationem diſcuſſorum par. 2. tit. de bonis quæſt. 21. & par. 4. q. 54. nu. 10. cum ſeqq.

QVidam Comes, plures ha-
bens terras, ac tres filios
maſculos, & vnam fęmi-
nam, & ex maſculis ha-
bens nepotes, pro euidē-
ti, & expedięti eius vti-
litate intendit quendam
extraneum in ſuum filium adoptare, & in
adoptatum conferre præfatas terras cum
titulo, & honore Comitatus, cum conſen-
ſu tamen omnium eius filiorum, ac nepo-
tum, cum hac tamen cōditione, vt digni-
tas iam dicta Comitatus ſolitam Sedem
minimè mutare, habeat, cum conſenſu
etiam, & aſsenſu Regiæ Maieſtatis. Fuit
quæſitum, an vtrunque fieri poſſit.
1 Quòad primùm vera eſt Concluſio in
materia feudorum refutationem, & trāſ-
lationem feudi fieri poſſe ſine Regis aſſen-
ſu, ſi fiat in proximè, & immediatè ſucceſ-
ſurum: ſi tamen fieret in beneficium alte-
rius non immediatè ſucceſſuri, vel in be-
neficium extranei, tūc duobus requiſitis,
& non aliter fieri poteſt. Primò vt inter-
ueniat cōſenſus agnatorum in feudo ſuc-
cedentium. Et ſecundò, vt fiat cum aſſen-
ſu Regis. In primo caſu ea eſt ratio, quia
refutatio non dicitur alienatio, ſed potius
abſtenſio, ſiue demptio feudatarij de me-
dio, ſeu, vt alij loquuntur præuentio ſuc-
2 ceſſionis, at in ſecundo † caſu eſt vera alie-
natio, & ideò neceſsarius eſt aſsenſus Re-
gis, & quia fit in pręiuditium agnatorum,
requiritur etiam illorum conſenſus, ita
Andr. in cap. 1. §. & ſi libellum num. 4. &
ſeqq. de alien. feud. pater. & in cap. 1. §. ſed
& res in princ. nu. 2. in fi. per quos fiat in-
3 ueſt. & alij infra citandi, † adeò vt poſſit
Rex non ſolùm in prædictis aſsentiri, ſed
quod fortius eſt poteſt concedere, & ordi-
nare, vt feudum nouum ex cauſa huiuſmo
di alienationis alienatum in extraneum
ſit feudum antiquum, & in omnibus, &
per omnia ſortiatur naturam feudi anti-

qui,

Digitized by Google

qui; vt tenent communiter Feudiſtæ, & Legiſtę, quorum ferè centum numerat, & probat Marc. Ant. Natt. qui pluribus rationibus id confirmat, & contraria ſoluit in conſ. 467. & 468. volum. 2. plures alios, etiam Siculos, cumulat, & probat Cumia in c. ſi aliquem. ſub nu. 217. fol. mihi 396.
4 & ita pluries in refutationum aſſenſibus, expeditis per Catholicã Maieſtatem Regis noſtri vidi, & tradit in pluribus locis noſter de Ponte, & pręcipuè in tit. de refutation. in tract. de poteſt. Proregis, quod omitto, quia tunc nõ aderat hic tractatus.

5 Nec vrget, quod hæc diſpoſitio fiat in beneficium filij adoptiui, qui non ſuccedit ad feudũ, iuxta tex. in c. 1. §. adoptiui. ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ. nam reſponſio clara eſt, vt Rex poſsit hoc facere, quemadmodum poteſt legitimare naturalem, & illum admittere ad ſucceſſionem feudorũ. Andr. in c. 1. §. naturalis. ſi de feud. defunct. mil. fuer. contr. & dixi par. 2. tit. de perſo. q. 10. præcipuè nu. 19. cum ſeqq. Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 2. nu. 283. & ideò, dum ſumus in feudo nouo, res eſt citra controuerſiam. Quid autem ſit in feudo antiquo, dixi par. 4. in addition. ad quæſt. 35.

Quod attinet ad ſecundum, clarum eſt
6 etiam † Regẽ poſſe diſponere, vt titulus dicti Comitatus remaneat ſub priſtino ſta
7 tu, & ſeſſione: eſt enim vulgatũ, † vt Rex ad ſui libitum ſegregata vniat, vnita ſegreget, de allodio faciat feudum, & è contra, vt poſt alios dixi par. 4. tit. de reuunciat.
8 q. 4. num. 24. & alibi. † Sic etiam nouas dignitates creat, ac veteres cõſeruat, vt habetur in l. 1. C. de metropol. beryt. lib. 11. vbi Bart. Io. de Plat. & alij. §. illud. Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. Andr. in c. 1. num. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. nu. 19. de controuerſ. inueſt. vbi Loffred. Capyc. in c. Imperialem. §. nec dominus. fol. 65. col. 3. idem Loffred. conſ. 36. nu. 7. latiſſimè Intrigliol. d. cent. 1. q. 8. per tot. & alij, quos omitto, quia ſi prædicta omnia, & maiora Rex facit, nemini in dubiũ venire poteſt, quin aſſentiri poſſit, vt hæc dignitas Comitatus per talem refutationem ſolitam ſedem retineat, ac ſi dicta refutatio facta non eſſet.

9 Nec obſtat, quòd Rex per talem aſſenſum præiudicaret alijs titulatis; nam obiectio ridicula eſſet, ex quo per talem refutationẽ (quæ ex ſui natura in hoc filio adoptiuo faceret feudũ nouum, vt ſciunt omnes) Rex facit, vt nihil ſit innouatum, & feudum remaneat penes filium adoptiuũ, ac ſi penes illum eſſet per legitimam ſucceſſionem, & ſic eodem modo, vt eſſet penes filios, & nepotes ipſius Comitis, quod iuſtum eſt, etiam ſi tractaremus de ordinaria poteſtate ipſius Regis; quia, dum tractatur de poteſtate plenaria, & abſoluta,
10 id ad libitum Rex facere poteſt, † quia tale prætenſum intereſſe Titulatorum non eſt magnæ conſiderationis, & Rex ad nutum illud tollere poteſt, vt poſt alios notat Capyc. deciſ. 166. & conſtat ex dictis ſupra conſ. 15. Et ex his patet reſolutio quæſtionis.

Hæc fuit conſulatio quædam, ſi fieri poterant prædicta, & ſic conſului; an autem executum fuerit, ignoro.

SVMMARIVM.

AVgmentum corporis donati an ſit donatoris, uel hæredũ donantis, nu. 1. & per tot. conſ.

Clauſula conſtituti nõ operatur in corpore bonorũ, nondum exiſtente, nu. 2. contrarium tamen oſtenditur eſſe verius, nu. 12. & 13.

Clauſula (de, & ſuper bonis) an importet ſolam hypothecam, traditur nu. 3. & num. 14.

Conſultatio vera ex facto ſumitur, & ex obſeruantia contractus, nu. 4. & 5.

Augmentum corporis donati cedit in beneficium donatarij, ſi eius eſſet diminutio corporis. nu. 6. oſtenditur procedere ſine haſitatione ſi ſic fuiſſet per aliqua tempora obſeruatum per hæredes donantis, nu. 7. cum ſeqq.

Obſeruatio ſubſecuta continuatis temporibus declarat præcedentes actus dubios, & ambiguos, nu. 7.

Mutari non debent, quæ certam habuerunt interpretationem, quod declaratur num. 8.

Hæres præcipuè contra ſeipſum tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus interpretatur dubiam voluntatem defuncti, nu. 9.

Bona futura, & etiam ſpes donari poſſunt, nu. 11.

Præcarium quando habeatur loco traditionis explicatur nu. 12. & 13.

AN AVGMENTVM CORPORIS donati, ſiue annuorum introituum ſint donatarij, vel hæredum donantis.

CONS. XXXIV.

Pertinet ad declarationem eorum, quæ par. 2. in tit. de bonis, & par. 3. de diſpoſ. bon. diſcuſſa ſunt.

EVenit in ciuitate Sur-
rēti hæc difficultas, an-
nis non longè decurſis,
inter quoſdam nobiles
de Magiſtroiudice eiuſ-
dem Ciuitatis, & Reue-
rendiſſimum Archiepi
ſcopum eiuſdem. Supponebatur fuiſſe cō-
ſtitutos ducatos triginta pro ſalario vnius
Magiſtri in dicta Ciuitate, vt pueros do-
ceret Grammaticam, ac Humanitatem:
quorum ducat. 30. Dominus Mazeus de
Magiſtroiudice promiſit ducatos 20. per-
cipiendos ab omnibus eius cenſuarijs, &
cenſibus, in dicta Ciuitate Surrenti exi-
ſtentibus, & Dominus Marinus de Magi-
ſtro Iudice promiſit reliquos ducatos de-
cem, percipiendos ab arrendatoribus ga-
bellæ, ſeu datij tabernarum emendi à di-
cta Ciuitate, & hominibus Surrenti: qui
quidem Marinus voluit etiam vt ex dicto
datio ſolui deberēt ſingulis annis duc. tres
pro ſalario vnius Cappellani pro celebra-
tione vnius Miſſæ in ſingulis hebdoma-
dibus, vt cernitur ex dicto contractu aſsi-
gnationis. Difficultas euenit, quia corpus
dictæ gabellæ, ſiue datij maximè auctum
fuit, an dictum augmentum cederet in be-
neficium hæredum dicti Marini, vel in be
neficium Magiſtri, & Capellani, & ſuc-
ceſsiuè locorum piorum?

Multi ſcripſerunt in beneficium dicto-
rum hæredum, & tota conſultatio in eo
1 fundabatur, † quia dicti ducati treſdecim
fuerunt cauſa demonſtrationis aſsignati
ſuper dicta gabella, ſiue datio, non autem
fuit donatum datium, & ſic corpus bono-
rum, & conſequenter dominium eſt pe-
nes hæredem, quorum eſt etiam dicta
diminutio, ex reg. tex. in l. Paulo Callima-
co. §. fin. ff. de legat. 3. l. Lucius. ff. de alim.
& cibar. legat. tantò magis, quia in d. con-
tractu donationis nullibi legitur vt tranſ-
latum ſit dominum dictæ gabelllæ in di-
ctum Magiſtrum, & Capellanum, ſeu in
ipſam ciuitatem, quæ onus habet condu-
cendi Magiſtrum, & Capellanum.

Addebatur ſecundò, quia corpus gabel
læ nondum exiſtebat tempore donationis
penes d. Marinum donantē, & ſucceſſiuè,
2 † licèt in contractu donationis adſit clau-
ſula conſtituti, illa non poteſt in corpore,
nondum exiſtente, locum habere. ex tra-
ditis per Affl. deciſ. 335. in 1. dub.

3 Addebatur tertio, quia in d. contractu
pluries repetitur illa clauſula (de, & ſuper
cenſibus) quæ clauſula, ſecundùm omnes,
nō importat tranſlationem dominij, ſed
obligationem bonorum tantùm, & ſic
perinde eſt, ac ſi gabella prædicta ſit obli-
gata ſingulis annis ad ſolutionem dicto-
rum ducat. 13.

4 Attamen vidi etiam contrarias allega-
tiones, & nè eſſet contentio in verbis, vo-
lui videre contractum, & informationem
habere quid ſucceſsiuis temporibus fue-
rit obſeruatum circa augmentū dicti cor-
poris. Et quò ad primum, inueni verum
eſſe à d. quond. Marino fuiſſe donatos di-
ctos duc. 13. ſuper d. corpore gabellę emē-
dæ, & cum conditione, quòd ſi gabellam
prędictam non emeret, nihil donaſſet; ſed
ſi illam emiſſet, eam totaliter, & integrè
aſsignaſſet pro d. ſolutione ducat. 13. cum
pacto expreſſo, quòd ſi gabella prædicta
plus fortè arrendaretur, illud totum ce-
deret in augmentum ſalarij d. Magiſtri,
vt legitur in d. contractu fol. 2. à ter. & f. 3.
& ſic euidenter cernitur ex lectura con-
tractus, vt corpus dictæ gabellæ non ſit
obligatum tantùm pro ſolutione annuo-
rum ducat. 13. ſed ſit tranſlatum etiam
quò ad dominium in ipſam Vniuerſitatē
pro effectibus prædictis. Et tanto magis,
quia corpus dictæ gabellæ penitus abdica-
tur ab hæredibus, & ſucceſſoribus dicti
donantis, vt nec etiam introitus exigere
valeant, ſed ſolus Magiſter exigeret, &
quando Magiſter nō conduceretur, tunc
introitus dictæ gabellæ arrēdatores eiuſ-
dem ponerēt in arca in Monaſterio San-
cti Frāciſci, & in ſubſidium eſſent, vel in
augmentum ſalarij d. Magiſtri, vel pro
maritagijs mulierum pauperum eiuſdem
ciuitatis. Et audiui, & vidi ex ſcripturis
ſic ſemper fuiſſe obſeruatū ab anno 1537.
nam ſemper augmentum gabellæ cedit in
vtilitatem dicti Magiſtri, & dum ſolutū
erat ſalarium etiam vſque ad ſummam
ducatorum centum viginti, quod ſu-
pererat erogatum fuit pro maritagio mu-

lierum

lierum pauperum, & ſic, vt dixi, ſucceſsi-
uis temporibus obſeruatum fuit.
5 Cùm igitur hoc factum ita clarum vi-
diſſem, dixi, ceſſare omnem diſputationē,
vt augmentum prædictum cederet in be-
neficiū ciuitatis, vt ſatisfacto ſalario Ma-
giſtri Grammaticæ, & Muſicæ, reliquum
cederet pro maritagijs dictarum mulierū
pauperum eiuſdem ciuitatis, & ſicut ſin-
gulis hebdomadibus vna dicebatur Miſſa,
conſtituatur ſalarium congruum, vt ſin-
gulis diebus per aliquem idoneum Capel-
lanum dicatur Miſſa, & ſemper ius nomi-
nandi, & Magiſtrum, & Capellanum ſit
ipſorum de familia de Magiſtro Iudice,
& ita fuit executum, prout conſului.
Fundatur autē Conſilium, quia, vt dixi,
6 † dominium dicti datij fuit tranſlatum in
ipſum Magiſtrum, ſeu Ciuitatem, & eate-
nus, vt, ſi nihil à dicto corpore perciperc-
tur, nihil ſolueretur; & ſi augeretur, totū
cederet in augmentum ſalarij ipſius Ma-
giſtri, & conſequenter dum commodum,
& incommodum dicti corporis eſt ipſius
Ciuitatis, ſumus in claris, vt eius ſit domi-
nium, vt eſt inconfeſſum apud omnes ex
tex. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. præd.
l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſs. latiſſi-
mè Guido Pap. deciſ. 489. Anna conſ. 61.
vol. 1. vbi alios cumulat. Alex. Raudenſ. in
tract. de Analogia. c. 35. num. 28. cum alijs
cumulatis per Brunor. in compend. reſol.
iur. in verb. Alluuio.
Sed quando nō eſſet hoc factum ita cla-
rum, iam declarationes ſubſequētes con-
tinuatæ à dicto anno 1537. vſque in præ-
ſentiarum interpretātur donationem di-
7 cti corporis. Primò, † quia obſeruatio ſub-
ſecuta per multa tempora continuata, de-
clarat actus præcedentes dubios, & ambi-
guos, vt multis probat exemplis Ioſeph
Lud. concl. 38. quē probat Menoch. conſ.
8 745. nu. 37. vol. 8. † Secundò, quia mutari
non debet, quod certam habuit interpre-
tationē, vt latiſsimè probaui par. 4. q. 65.
nu. 56. in addit. præcipuè quando inter-
pretatio venit ex ſubſecuto effectu, vt la-
tiſsimè probat Surd. conſ. 227. num. 7. &
conſ. 297. nu. 8. vol. 2. Menoch. conſ. 722.
nu. 13. conſ. 745. nu. 37. vol. 8. & alij, quos
ibi cumulaui, & conſequēter ita nunc ob-
ſeruari debet. Eò fortius, quia tales inter-
pretationes fecerunt hæredes ipſius Ma-
9 rini donantis, & clarum eſt, † vt hęres in-
terpretetur dubiam volūtatem defuncti,
præcipuè contra ſeipſum, vt eſt in caſu no-
ſtro; quod non ſolùm procedit in vltimis
voluntatibus, ſed etiam in contractibus,
ita Bart. & Bald. poſt gloſ. in l. idem Pom-
ponius. §. fin. ff. de rei vendic. Idem Bart.
in l. gerit, col. 4. verſ. venio ad quartam. ff.
de acq. hæred. & in l. inter ſtipulantē. §. 1.
col. 1. verſ. ſed cōtra illud. ff. de verb. oblig.
innumeros cumulant, & probant Ant.
Gab. in ſuis commun. opin. tit. de reg. iur.
concl. 3. nu. 74. & 75. Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. per totum, & in
ſpecie nu. 20. 24. & 27. quos probat Bru-
nor. à Sole in cōpend. propoſ. iur. in verb.
hæres poteſt in contractibus. & alij plu-
res, licet ſecus eſſet, quando talis declara-
tio eſſet in eius vtilitatem, vt docent præ-
dicti DD. de qua materia latiſſimè tractat
Mantica loco citato.
10 Nec vrgent contraria, primum enim
eſt vanum & in iure, & in facto, quia do-
natum eſt corpus, vt conſtat ex dictis, &
ideò augmentum, & detrimentum eſt ip-
ſius Ciuitatis, vt dixi num. 4.
11 Nec vrget ſecundum, nam etiam bona
futura donari poſſunt, vt ſciunt omnes, &
etiā ſpes donari poteſt. l. ſpem. C. de don.
Imò Ang. conſ. 179. de quo meminit Affl.
12 d. deciſ. 335. docuit, † quòd ſi in donatio-
ne bonorum præſentium, & futurorum
ſit appoſitum pręcarium, tunc pręcarium
habetur loco traditionis, ac ſi illa bona
tempore donationis tranſlata eſsēt in do-
natarium, cum enim apponitur conſtitu-
tum, & præcariū in contractu, omnes do-
13 cent, † vt bona futura veniant in conſti-
tutū in præiudicium conſtituentis, prout
eſt in hoc caſu, & eò magis, dū adſunt illa
verba [ex nunc pro tūc, &c.] vt eſt in hoc
caſu; & hanc eſſe omnium ſentētiam poſt
Tiraquell. notat Vrſill. ad Affl. d. dec. 335.
nu. 4. in fi. nu. 5. & 6. Si igitur hæc locum
habent in donatione in genere de bonis
futuris, quis non videt, vt magis locum ha
beant in caſu noſtro, nempè in donatione
certæ rei iam deſignatę emi, pręcipuè pro
hoc effectu, & cuius augmentum donans
voluit eſſe donatarij, & ſucceſſores ipſius
donantis nihil aliud haberent, niſi ius no
minandi dictum Magiſtrum, vt conſtat
ex dictis num. 4.
14 Nec tertium obſtat de clauſula [de, &
ſuper] nam ceſſat hæc diſputatio in facto
noſtro, cùm reſpectu ducat. 13. ſit corpus
donatum, vt dictum eſt, & clauſula illa,
[de, & ſuper] eſt reſpectu duc. 20. dona-
torum per dictum Mazzeum, vt patet ex

leſura contractus. Et ex his cernitur veritas conſultationis, & ita fuit executum, vt dictũ eſt, etiam ex conſenſu illorũ de familia de Magiſtroiudice, qui ſolùm veritatẽ articuli volebant, nec cõtra fas litigare.

SVMMARIVM.

Conditionis implementũ verificari debet in vita fideicommiſſarij in fideicõmiſſo conditionali. nu. 1. an autem hoc ſẽper ſit verũ traditur. nu. 4. & ſeqq.

Conditione pendente nihil tranſmitti poteſt. num. 2.

Conditio ſemper attenditur dum non eſt impoſſibilis, & interim datur per iudicem curator hæreditati, nu. 3.

Filius tranſmittit hæreditatem matris, etiam non aditam, & ignorans delationem, num. 4.

Aditio hæreditatis fit ſolo animo, nu. 5.

Conditio in facto conſiſtẽs dicitur adimpleta per implementum facti, quamuis non adſit iuris effectus, quod explicatur num. 6 & 7.

Conditio poteſt impleri per æquipollens, ſi teſtator potius effectum, quàm modum reſpexerit, & ratio traditur nu. 8. & 9. Oſtenditur procedere ſine contradictione, quando conſtat ſaltem ex coniecturis de voluntate teſtatoris. num. 10. & ſeqq.

Voluntas teſtatoris declaratur ex dictis per eum in teſtamẽto, prius, & poſtea. num. 11.

Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris. num. 12.

Grauatus ære alieno, non poteſt ingredi religionem, & ſi ingrediatur, & profeſſionem emittet, ingreſſus eſt nullus, & profeſſio irrita ex conſtit. Sixti V. num: 13. Non procedere oſtenditur, ſi ingreſſus religionem nõ ſit debitis grauatus ſupra ſuas facultates, quamuis quietationem à creditoribus non obtinuiſſet, & ita declaratum fuiſſe viuæ vocis oraculo per Clementem VIII. traditur num. 14.

Legatarius grauatus aſcẽdere infra menſem Capitoleum cõſequitur legatum, ſi per ipſum non ſteterit, quò minus aſcendiſſet, & tanto magis id euenit, ſi colligi hoc poſſit ex voluntate teſtatoris. num. 17. & 18.

Teſtator dicitur diſpoſuiſſe quicquid veriſimiliter diſponeret, ſi fuiſſet interrogatus. num. 19.

AN HÆRES RELICTVS SVB conditione, ſiue modo, dummodo illa bona non perueniant ad creditores hęredis, ſit hæres, & purificata ſit conditio, ſi tot in bonis reliquit, vt ex illis poſſit ſatisfieri creditoribus ipſius.

CONS. XXXV.

Ad explicationem diſcuſſorum par. 3. q. par. 4. q. 56. q. 15. nu. 3. & alibi.

QVædam mulier in anno 1598. inſtituit eius filium hæredem vniuerſalem cum hac cõditione, vt tunc ſit hæres, quãdo ab eius creditoribus obtinuiſset liberationem, & interim bona prædicta adminiſtrarẽtur per quoſdam fideicommiſſarios, in quorum electione eſſet ſoluere dicto hæredi aliquam pecuniarum quantitatẽ pro alimentis: Qui quidem hæres, quia erat in alio Regno, permiſit dicta bona adminiſtrari per fideicommiſſarios nominatos per matrẽ, nec conſtabat expreſsè de aditione hęreditatis, nec etiam obtinuit liberationem à dictis eius creditoribus, ſed ſolũ recepit pluries à dictis fideicommiſſarijs diuerſas pecuniarum quantitates, & comparitionem fecit, per quam petebat, vt emanarentur banna, vt coram Conſule Nationis cõparerent omnes eius prætenſi creditores, quia eos cogi prętendebat ad faciendam quietationem generalem, & per conſequẽs eſſe adimpletam dictam conditionem. Sed morte præuentus, nihil aliud fecit, fuit quæſitum, an ſit purificata conditio, præcipuè dum reliquit in bonis ſatis maiorem ſummã, quam prætendere poterãt dicti eius creditores.

Vt non ſit adimpleta conditio, ſuade-
1 batur primò, † quia adimplementũ conditionis in fideicommiſſo conditionali, probari debet ante mortẽ vocati, ad hoc vt in vita ipſius fuerit verificata conditio, vt ex pluribus probat Soc. conſ. 197. circa præmiſſa. lib. 2. què probat Tuſch. in ſuis concluſ. lit. C. concl. 595. num. 16. Sed hic hęres in vita non adimpleuit, quia liberationem

tionē non obtinuit à creditoribus. Igitur.
2 Secundò faciebat,† quia, pendente condi-
tione, nihil tranſmitti poteſt, vt poſt alios
dixi par.4.q.15.num.3. & ſucceſſiuè, cùm
hic hæres mortuus ſit pendente cōditio-
ne, nihil tranſmiſit ad eos, quos ſibi fecit
hæredes.

Addebatur tertiò tex. in l. ſi ita quis,
quæ eſt 23.§.1.ff.de hæred.inſt. quo ſanci-
3 tur, vt dum † conditio nō eſt impoſſibilis,
ſemper attēdatur; & ideò, vt verificetur,
debet conſtare de adimplemento, & inte-
rim teſtamentum valet; ſed ſi vrgent cre-
ditores hæreditarij, tunc iudex dabit cu-
ratorem hæreditati: ex quibus omnibus
videbatur concludendum contra dictum
hæredem.

His tamen nō obſtantibus, contrariam
ſententiam puto veriorem, primò, quia
etiam ſi tractaremus de tranſmittenda hæ-
reditate matris, iam verior eſt ſententia,
4 † vt filius tranſmittat hæreditatē matris,
etiam non agnitam. ita ex tex. in l. vnica.
C. de his, qui ant. apert. tab. probat Aret.
inſtit. ad Orfician. nu.3. Carrot. deciſ.43.
nu.6.&8.& ſeqq. vbi cōfirmat, hoc ideò
eſſe verum, vt etiam ignorās delationem,
talem hæreditatem filius trāſmittat. col-
ligitur etiam ex dictis per Napod. in con-
ſuetud. ſi quis, vel ſi qua. num.246. vbi hoc
probat tam ſecūdùm cōſuetudines, quam
ſecundùm ius commune. & ideò, dum hic
hæres iam recognouit hæreditatem ma-
tris, iam multas pecuniarum quantitates
exegit a dictis fideicommiſſarijs, & etiam
comparitionem fecit ſe velle hæreditatē
5 adire, quia iam ſatisfecit creditoribus, † &
aditio hæreditatis, fit ſolo animo. l. gerit.
& l. pro hærede. ff. de acq. hæred. cū vulg.
alijs. eo magis, dum eſt inſtitutus. l. à patre
ff. de leg.3. Napod. vbi ſupra. Idcircò tan-
tò magis dictam hæreditatem tranſmiſit.

Secundò, quia nō eſt conditio illa adie-
cta per matrem in teſtamento, ſed potius
6 eſt modus; † & ſi eſſet conditio, quia in fa-
cto conſiſteret, ſatis eſſet adimplemētum
facti, quamuis nō adeſſet iuris effectus. ita
ex pluribus probat Bellam. conſ.35.nu.8.
verſ. facit primò. quem probat Tuſch. in
ſuis pract. concluſ. lit. C. concl.594. nu.17.
Quod in hoc caſu eſt idem, ac ſi hæres tem
pore ſuæ mortis non reliquiſſet debita,
quia tunc adimpleuit factum conditionis
7 appoſitæ, † & ſucceſſiuè, licèt non adeſſet
effectus iuris explicitè, quia, nēpe, quieta-
tionē a creditoribus non obtinuit, adeſt
tamen implicitè, quia per hoc ſatisfactum
eſt voluntati ipſius teſtatricis, & ſic in vi-
ta hæredis eſt verificata cōditio: & tantò
8 magis, quia † dū forma cōditionis potius
effectū reſpicit, quā modū, ſiue rigoroſam
obſeruantiam conditionis; tunc conditio
impleri poteſt per æquipollens, quoniam
ſatis eſt, vt habeamus effectū, vt latiſſimè
probat Crauet. conſ.796.nu.3. Tuſch. vbi
ſup. lit. C. concl.594. num.17. cum ſeqq.
concl.595. num.23. & lit. F. concl.417. &
alij, quod eſt vulgatum axioma omnium,
9 quòd † dum habemus effectum, non cura-
mus de modo, & conſequēter, cùm hæres
debita in effectu non reliquit, ſed potius
opulentā hæreditatem, clarum eſt, vt effe-
ctum intentum à teſtatrice habeamus, &
ſatis adimpletus eſt, dū eius filius bona re-
liquit, ex quibus ſatisfieri poſſunt eius cre
ditores, & bona matris ad ipſū perueniāt.
10 Addebatur tertiò, quia ſic erat voluntas
teſtatricis, quæ in effectu ita declarauit &
ante, & poſt teſtamentum, quoniā ſolùm
volebat cautelam, qua excluſi eſſent cre-
ditores filij à dictis eius bonis, quæ in ef-
fectu peruenirent ad filium, & nō ad eius
creditores, & hoc vltra, quod manifeſtè
colligitur ex dicto teſtamento, in quo ſic
mandat, iam ante, & poſt teſtamentum ſic
11 ipſa teſtatrix declarauit, & clarū eſt, † vt
volūtas teſtatoris declaretur ex dictis per
eum tempore confectionis teſtamenti. ſic
etiam ante, & poſtea, vt dixi ſupra cōſ.6.
nu.14. cū ſeqq. & proindè clarè eſt adim-
pleta eius voluntas. Et eò fortiùs, quia ſic
pręſumitur de iure, vt patet ex dictis, cùm
ſatis ſit, vt habeamus effectum, & eſt vul-
12 gatum in iure, † vt teſtator pręſumatur ſe
conformare cum diſpoſitione iuris, vt di-
xi ſuperius conſ.31.nu.36. & par.4. q.65.
nu.46. & alibi. Et ſucceſſiuè, cùm ex iuris
diſpoſitione talis conditio iudicetur im-
pleta, ita etiam eſt ſecundùm voluntatem
teſtatricis.

Ad confirmationem prædictorum ad-
ditur, quia, licèt Sixtus Quintus Summus
Pont. quadam ſua conſtitutione prohibue
13 rit, † ne recipiantur ad religionē perſonę
ære alieno grauatæ, & ſi recipiantur, &
receptio, & profeſſio ſit irrita, vt habetur
in d. conſtit. de qua latiſſimè tractat poſt
alios Rodriq. tom.3. quęſt. reg. q.10. art.9.
& alij recentiores, quos omitto; nihilomi
14 nus † conſtitutio prædicta intelligitur,
vt non ſit neceſſarium ad hunc effectum,
vt ingrediēs obtineat liberationem a ſuis

cre-

creditoribus,ſed ſatis eſt, vt tot habeat in bonis, vt ex illis ſatisfieri valeat ſuis creditoribus, quoniam ſic non eſt verè debitor, ex quo non eſt onuſtus debitis vltra vires ſuarum facultatum,& ſic valet receptio, & teneret profeſſio, vt colligitur ex dictis per Rodriq.d.art.9. & ſic fuit conſultum Romæ per eximios Iureconſul.& declaratum viuæ vocis oraculo per fælic. mem. Clementis Octaui in anno 1605. reſpectu cuiuſdam Titulati,qui noſtram ingreſſus fuit religionem,& pręrendebatur onuſtus debitis per eius cõſanguineos, & ſic, quod debebat mitti è religione, ſed quia,ſatisfactis creditoribus, multum habebat in bonis,ideò fuit declaratum, conſtitutionem prædictam illum nõ comprehendere, quoniam poterat à creditoribus quietationem obtinere. Hęc deciſio eſt ad caſum noſtrum, ex quo,dum hæres prædictus tot reliquit in bonis,vt non ſolum ex illis poſsit ſatisfieri creditoribus,ſed multum remanſit vltra in ſuis bonis; idcircò reuera non eſt debitor, nec diſpoſitio matris de hoc caſu loquitur, cùm nec ius de ea loquatur, vt ex dictis cernitur.

15 Nec vrgent contraria. Primum enim reſolutum patet ex dictis, quia in vita hæredis ſatis eſt adimpleta conditio,dum bona reliquit,ex quibus ſatisfieri poteſt eius creditoribus.

16 Secundum etiam non obſtat, ex quo, dum eſt adimpleta conditio ſaltem per æquipollens, vt patet ex dictis nu. 8. iam non durat amplius, & tantò magis, quia filius etiam hæreditatem non agnitam matris, tranſmittit, vt dixi num.4. & eodem modo ſoluitur tertium,eò impẽſius, dum hic filius voluit hæreditatem explicitè adire,vt patet ex dicta comparitione, procurauit etiam emanationem bannorũ ad finem interponendi decretum iudicis, quòd adimpleuerit dictam conditionem obtinendi quietationem,vt conſtat ex copia dictorum bannorum, reperta in ſcriptura dicti hæredis, quæ ad minus declarat eius voluntatem;& licèt originale reperiri non potuerit in actis, id fuit,quia in dicto Regno de faeile ſcripturæ amittuntur, ſileo loca, & perſonas dignis de cauſis.

Additur etiam ad prædictorum firmitatem tex.in l.quibus diebus. ff.de condit.
17 & demonſtr.vbi diſponitur, † quòd ſi teſtator legauit cẽtum Caio, ſi Capitoleum infra menſem aſcenderit, & Caius pręparatus erat aſcendere,ſed fuit ab alio impeditus, quò minus aſcenderet, dicit textus Caio eſſe concedendum tantum tempus, quanto fuit impeditus, nè aſcenderet, ex quo DD.ſumunt regulam, conditionem cœptã impleri in tempore præfixo, poſſe adimpleri poſt præfixum tempus,vt latiſſimè firmauit Crauet.cõſ.254. col.2.verſ. quartò decretum. vt alios omittam,& tã-
18 tò magis hoc procedit, † ſi id appareret ex voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas,& præcipuè,quod ſi ita interrogatus eſſet,ſic diſpoſuiſſet; tunc enim ſucce-
19 dit regula, † vt habeatur pro diſpoſito quicquid teſtator diſpoſuiſſet, ſi eſſet interrogatus, vt eſt gl. communiter recepta in l.tale pactum.ff.de pact.vbi omnes latè, Roland.conſ.97.nu.18.volum.2. vt alios omittam;nam hoc omnes docent,& procedit in quacunque materia, vt poſt alios probãt Cacher.deciſ.64. in fi. Surd.deciſ. 207. num.11. & cõſequenter nemo ſanæ mentis negare poſſet in caſu noſtro, quòd ſi teſtatrix fuiſſet interrogata, an vellet eius filium eſſe hæredem, & adimpleuiſſe modum, ſiue conditionem; ſi tot in bonis reliquerit, quibus ſatisfieri poſſet creditoribus, vtique affirmatiuè diſpoſuiſset, ac reſpondiſset; & ſic habetur pro diſpoſito,tantò magis,dum cœperit filius in vita adimplere ſpecificè conditionem, ſiue modum,& ſic ordinaſset teſtatrix, vt etiã per hæredes compleri poſſet: quæ dicta ſint ad maiorem elucidationem, quia ex alijs ſuperius diſcuſsis conſtat fuiſſe adimpletum modum,ſiue conditionem in vita hæredis. quæ omnia clariora fient ex dicendis inferius conſ.ſequenti.

SVMMARIVM.

Conditio adimpleri debet in forma ſpecifica vt verba ſonant. num. 1. Procedere oſtenditur, ſi teſtator conſiderauit modũ, & formã actus, non autem effectum,et implementum.num.4.cum ſeqq.

Impedimentum nõ tollens intra tempus præfixũ à teſtatore, priuatur relicto. num.2. Nec poſtea adimpleri poteſt. nu.3. An autem hoc ſit ſemper verum, explicatur num.21.22.23.& 24.

Conditio illa dicitur, quæ in futurum ſuſpendit diſpoſitionem. modus eſt mo-

dera-

deratio adiecta diſpoſitioni, nec diſpoſitionem ſuſpendit, quod explicatur nu.5.6.& 10. Et in dubio magis modus, quàm conditio interpretatur. nu. 7.& 9.

Spectari potius debet quid teſtator ſenſerit, quàm quid dixerit nu.8.11.

Conditio habetur pro impleta quoties nõ adimpletur culpa illius, cui erat implendum. nu.13.18.19.

Mandatum factum debitoribus, quando dicatur ponere aliquid in eſſe, explicatur num.14.

Conditio debet probari in ſpecie, vt relictum ſub cõditione reſoluatur. nu.15.

Conditio quãdo dicatur caſualis. nu.16.

Conditio quando dicatur mixta, & habeatur pro impleta, explicatur nu.17. cum ſeqq.

Oblatio ſola ſufficit in debitore annui legati, vt dicatur adimpleta conditio. num.19.& 20.

Tex. in c. fin. de elect. explicatur, vt non habeat locum dum quis non poteſt factũ adimplere, quod declaratur nu.23.

Tex. in l. Tays. §. ſi intra certa tempora. ff. de fideicomm. lib. explicatur nu.3. & 24.

QVOMODO COGNOSCATVR conditio, & qualiter modus, & an conditio habeatur pro adimpleta, quoties ſtat per eum, cui erat implendum, quo minus adimpleretur.

CONS. XXXVI.

Ad explicationem diſcuſſorum par.7. q.7. nu.4. & in conſ. præcedenti.

QVidam Antiſtes in eius vltimo teſtamẽto, eius ſorori reliquit ducatos centum ſingulis mẽſibus ſoluẽdis per quondam Montem pium, cui legatũ magnę quantitatis fecit, & mandauit, vt in dicto legato menſtruo nullum ius haberẽt creditores ſuæ ſororis, & caſu quo ſequeſtrarent dictos meſtruos introitus, tenerẽtur Gubernatores dicti Montis infra menſem tollere ſequeſtrum; alias legatum prædictũ in beneficium Montis haberetur pro non facto, & cederet in beneficium nepotis, hæredis inſtituti.

Euenit per aliquos creditores fuiſſe factum mandatum Gubernatoribus dicti Montis, vt non correſponderent pro legato dictorum ducatorum centum ſingulis menſibus dictæ legatariæ, quia prætendebant ſuper illos ſatisfieri. Fuit quæſitũ, dum Gubernatores infra ſpatium menſis procurauerunt, vt tollerentur mandata, ſed in effectu non fuerunt ſublata mandata, an Mons prædictus ſit priuandus dicto legato, vel ſit ſatis, non ſtetiſſe per ipſum, vt tollerentur, & quòd ſponte ſe obtulit correſpondere dictæ legatariæ pro dicto legato menſtruo ducatorum centũ. Hinc inde certatum fuit, & quoniam hæc diſcuſſio pertinet ad materiam conſilij pręcedentis, ideo ſub breuitate ponam deciſionem articuli, tantò magis, quia neſcio ſi cauſa terminata fuit.

Pro opinione negatiua adducebantur omnia contraria, quæ retuli in principio
1 conſilij præcedentis de conditione, † quę
adimpleri debet in forma ſpecifica, & prout verba ſonant, vt etiam poſt alios probat Surd. deciſ.7. nu.10. deciſ.75. nu.2. deciſ.178. num.13. deciſ.202. num.8. & ſæpè alias. Sed teſtator mandauit, vt infra menſem tolleretur tale impedimentum, aliàs legatum haberetur pro non facto in beneficium dicti Montis. Igitur ſumus in claris, vt legatum cedat in beneficium nepotis hæredis.

2 Additur ſecundò, quia non tollens impedimẽtum infra tempus præfixum, præcipuè per teſtatorem, incidit in commiſſum, & priuatur ſuo iure, ita ex text. in c. fin. de elect. & alijs probat Surd. deciſ.189 num.27. conferunt latè diſcuſſa per Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib.5. interpret.2. dubit.2. num.127. cum ſeqq. Sed dicti Gubernatores Montis non procurarunt tolli impedimentum ſequeſtri infra ſpatium dicti temporis, à teſtatore præfixi, igitur amiſerunt legatum.

3 Tertiò obſtat diſpoſitio tex. in l. Thais. §. ſi intra certa tempora. ff. de fideicom. libertat. Quo diſponitur, quòd, ſi teſtator iuſſit intra certum tempus aliquid fieri, & factum non ſit, etiam ſi poſtea fiat, nihil iuuat, vt etiam probat Barto. in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr. Pariſ. conſi.23. nu.19. vol.3. Afflict. deciſ.73. & conſequẽter, dum intra tempus dicti mẽſis Gubernatores nõ procurauerunt tolli mandata, etiam ſi poſtea id facere velint, & faciant, nil eis prodeſſet.

His

4 His tamen non obſtantibus, contrariã
ſententiam puto veriorem, quæ præcipuè
multùm confirmatur ex diſcuſſis in præ-
cedenti conſi. ex quo, dum habemus effe-
ctum, vt re vera Gubernatores ſoluerint
legatum, nec per ipſos ſtetit, quin tollere-
tur impedimentum, dicitur ex parte ip-
ſorum adimpleta conditio, etiam ſecun-
dùm voluntatem teſtatoris, qui ita præ-
ſumitur voluiſſe, vt etiam ex inferius di-
cendis magis conſtabit; & præcipuè con-
ſiderando, ſi fuerit conditio, vel modus,
qui fuit adiectus per dictum teſtatorem:
& licèt ſit intricata controuerſia penes
Doctores, quænam verba importent con-
ditionem, & quę modum, vt latè per glo.
& Scribẽtes in l. 1. C. de his, quæ ſub mod.
& per Bart. in l. 1. & in l. quibus diebus. §.
Termilius. ff. de condit. & demonſtr. Ve-
rior tamen, & receptior eſt ſententia,
5 † conditionem eſſe illam, quæ in futurum
euentum ſuſpendit diſpoſitionem, modũ
verò eſſe moderationem diſpoſitioni adie
ctam, per quam grauatur honoratus tem-
pore diſpoſitionis perfectæ, ita Bar. in d. l.
1. num. 1. & in d. §. Termilius. nu. 1. verſ.
modus eſt, & alij infra citandi: & ideò
quotieſcunq; teſtator voluit ante impleri
aliquid, quàm ſua diſpoſitio operetur, &
legatarius conſequatur emolumentum
6 poſt implemẽtum, eſt conditio; † ſed quo-
tieſcunque teſtator poſt diſpoſitionem
perfectam grauat legatarium, & poſt illã
diſpoſitionem voluit aliquid impleri, tũc
eſt modus. ita Bar. in d. §. Termilius, cuius
diſtinctionem, & doctrinam ab omnibus
recipi teſtantur Andr. Tiraqu. de retract.
conuent. §. 2. glo. 1. num. 30. Mant. de con
iect. vlti. volunt. lib. 10. tit. 6. nu. 2. 15. &
16. Boer. deciſ. 41. num. 4. Menoch. conſi.
131. nu. 1. 2. & 3. vol. 2. Surd. deciſ. 38. nu.
6. Peregr. in tract. de fideicom. art. 11. nu.
130. Gregor. Lopez par. 4. tit. 4. l. 2. Parla-
dor. quotidianar. different. in 147. differ.
nu. 1. 2. & 6. poſt Sarmient. Select. in ter-
pret. lib. 2. cap. 3. nu. 1. & 4. vbi etiam re-
gulam iſtam optimam appellat, vt etiam
facit Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan.
cap. 12. nu. 4. glo. 1.

Plus docent prædicti DD. præcipuè
Mantic. loco cit. nu. 12. Parlador. vbi ſu-
pra nu. 4. qui teſtantur de communi Me-
noch. d. conſi. 131. num. 2. & conſi. 694.
7 nu. 18. vol. 5. † quòd in re dubia interpre-
tationem facere debemus, vt diſpoſitio po
tius cenſeatur facta ſub modo, quàm ſub
conditione, adeò vt procedat etiam ſi te-
ſtator poſt acquiſitum emolumentum
grauaſſet honoratum, vel legatarium ſub
tali conditione, & legaſſet ſub conditio-
ne ſi aliquid faciat, adhuc verba iſta im-
portant modum, non autem cõditionem,
ita ex tex. in l. Meuia. ff. de manumiſſ. te-
ſtam. & l. 2. de donation. probat Bar. in d.
§. Termilius. nu. 5. Oldrad. conſi. 108. nu.
1. Bald. in l. cùm res, in fi. C. de donation.
Abb. in c. Ioannes. nu. 3. vbi Felin. de fide
inſtrum. cum alijs, penes Crauet. conſ. 59.
nu. 1. Natt. conſi. 373. nu. 26. Menoch. d.
conſi. 694. nu. 6. & ſeqq. Mant. vbi ſupra
nu. 16. Surd. d. deciſ. 38. nu. 6. Parlador. lo-
cò cita. vbi etiam ſubdit, quòd ſi teſtator
voluit, vt legatarius prius caperet emolu-
mentum, quam impleret conditionem;
8 † non tam, quid dixerit teſtator, quam
quid ſenſerit eſſe ſpectandum: quam con-
cluſionem probat etiam ex tex. in l. liber-
to. §. Lucius. ff. de annuis legat. l. ea condi-
tione. C. de reſcind. vendit. vbi Salycet. &
in cap. verum, de conditio. appoſ. probat
9 etiam Sarmient. vbi ſupra, † vbi etiam
ait regulam prædictam procedere, ſiue
diſpoſitio fiat per verba importantia mo-
dum, ſiue per verba importantia cõditio-
nem, & quòd tunc conditio naturam con
ditionis amittit, cùm conditio ſuſpendat
diſpoſitionem, modus verò illam reſol-
uat, vt etiam probat Molin. loco cit. &
cap. 15. num. 30. in eod. lib. 2. Greg. Lopez
par. 6. tit. 9. l. 21. gloſ. 7.

Ex his infertur, quòd dum ex diſpoſi-
tione teſtatoris Monti prędicto prius ſol-
uendum erat legatum, & pretium mobi-
liũ, deinde modus erat adimplendus, non
fuit in culpa, nec in neceſſitate tollere ſe-
queſtrum ante captum emolumentum, vt
10 conſtat ex dictis, † quia prius diſpoſitio
debet adimpleri, quàm modus, & ſic in
egreſſu differt à conditione, quę ſuſpendit
executionem diſpoſitionis, donec condi-
tio impleatur, aut deficiat; ſed modus ad-
impletur poſt captum emolumentum, vt
etiam habetur in l. 1. cum ſeqq. C. de his,
quæ ſub mod. l. cùm ab eo. ff. de contrahẽ.
empt. latiſſimè Vaſq. controu. illuſtr. cap.
93. Parlador. vbi ſupra nu. 5. & 7. & con-
ſequenter videtur ceſſare omnis diſpu-
tatio.

11 Secundò confirmatur, quia, dato ſine
veritatis præiuditio, vt legatũ fuiſſet con-
ditionale, nec etiam eſt purificata condi-
tio in beneficium hæredis. Quodque hoc

ſit

ſit verum,conſiderent quæſo circunſpecti
iudicantes volũtatem teſtatoris,& finem,
ob quem iniunxit gubernatoribus mon-
tis,vt infra menſem tale impedimentum
tollerent, & inueniant alium non fuiſſe,
niſi vt legataria ſoror quolibet menſe ſine
obſtaculo ducatos cẽtum haberet, & nul-
lo modo peruenirent ad creditores eiuſ-
dem legatariæ: ſed hæc omnia Mons ad-
impleuit, igitur in nullo eſt culpa.

12 Probantur ſingula prædicta,quia ex fa-
cto conſtat, vt Gubernatores inſteterint
intra tempus præfixum à teſtatore,vt tol-
leretur mãdatum, & obtulerunt interim
ſingulis menſibus legatum ſoluere, & per
legatariam ſtetit, ne ſolutionem recipe-
ret, quia per colluſionem volebat adim-
pleri cõditionem in beneficium hæredis,
13 & ſic ſuccedit regula, † conditionem ha-
beri pro adimpleta, quoties ſtat per eum,
cui erat adimplendum, quò minus adim-
pleatur.l.iure ciuili.ff. de conditio. & de-
monſtr.& dixi d.par. 7.q.7.num.4.Alex.
conſi. 49. nu.5.vol.2.& alij infra citandi,
14 † etiam quia mandatum factum debitori-
bus, & rendentibus, nihil ponit ineſſe,
niſi poſt mandatum accuſentur contuma-
ciæ,& interponatur decretum Iudicis, vt
rendentes non ſoluant, & hoc conſtet ex
actis, nihil ponit ineſſe, vt in ſpecie poſt
alios probat Vinc. de Franch. deciſ. 204.
nu.18. & conſequenter dum hoc decretũ
nõ eſt factum per aliquẽ Iudicem, nec cõ-
tumaciæ ſint accuſatæ ſuper tali manda-
to, nec fieri poſſunt, quia Gubernatores
inſteterunt pro reuocatione mandati, &
conſequenter fruſtra quæritur de reſolu-
tione legati,dum nunquam euenit condi-
15 tio, † quæ deberet in ſpecie probari, ad
hoc vt legatum eſſet reſolutum ex regula
tex.in l.ex his.ff.quãd.dies legat. cad.cum
alijs cumulatis per Alcia.reg.3.præſump.
3.nu.1.& per Soci.iun.conſi. 67. num. 1.
vol.4.vt alios omittam.

Tertiò ad maiorem confirmationem
prædictorum etiam ſi eſſet conditio, &
non modus,reminiſcantur Domini Iudi-
cantes illius diſputationis, in quibuſnam
caſibus conditio habeatur pro impleta,
& inuenient veriſſimam eſſe omnium
16 reſultationem, † quòd ſi conditio ſit ca-
ſualis,quæ à viribus fortunæ pendeat, de-
ficit, quocunque modo non habetur pro
17 impleta: † ſi conditio ſit mixta, vt quia
partim pendeat ex caſu, & ex voluntate
grauati, vel mixta ſit, vti pendens ex vo-
luntate grauati, & ex voluntate alte-
rius; tunc ſi deficiat per caſum, deficit re-
lictum: ſed ſi deficeret per alium, & ſic
per tertium,& non per eum,in cuius per-
ſonam confertur, tunc habetur pro im-
pleta.l.ſi Titius ſtatuas.ff.de condit.& de-
monſtr. & eſt caſus punctualis in l. in te-
ſtamento,la ſeconda. ff.eod. vbi Barto.ſic
etiam Caſtren.Imol.Alberic.Bald.& alij,
qui etiam docent,vt illa lex ſit magiſtra,
& clauis in hac materia, & quòd melior
in iure non reperitur, habetur etiam in l.
1.vbi Barto.C.de inſtit. & ſubſtit.tradunt
Gozadi.conſ.40.num.8.& alij, quos pro-
bant Mantic.lib.11.de coniect. vltim.vo-
lunt. tit. 16.nu.19. verſ.tertius caſus cum
numer. ſeqq. Peregri.de fideicom.art.16.
num.153.& 154. vbi etiam probat, quòd
18 † ſi deficiat conditio facto eius, in cuius
perſona impleri debet, tunc ſine dubita-
tione habetur pro impleta in beneficium
eius, qui tenetur illam implere ex tex. in
d. l. ex teſtamento, & in l. iure ciuili, in
verb. illud. ff. de condit. & demonſtr. vbi
Bart.& Soci. habetur etiam in l.iure ciui-
li.ff.de regu.iur.cap.non ſtat,de regu. iur.
in 6. Gozad.conſi.42.nu.7.& conſequen-
ter dum deficit per legatariam recipere
ſolutionem menſtruam, vtique eſt adim-
pleta conditio in beneficium montis, &
ſic fruſtra quæritur,vt dixi,de purificatio-
ne conditionis in beneficium hæredis.

Poſtremò tandem confirmantur præ-
dicta, quia dũ teſtator grauauit mõtẽ ſol-
uere dictam ſummam ducatorum cẽtum
ſingulis menſibus dictæ eius ſorori; tunc
19 ſtat regula, † quòd quotieſcunque is,cui
iuſſum eſt dari, nolit ſummam oblatam
recipere, conditio habetur pro imple-
ta, quia cogi non poteſt accipere is, cui
iuſſum eſt dari, ſeu ſolui aliquid. tex.eſt in
l.3.de condit.inſtit. vbi Bart.nu.1.l.ſi poſt
dotem.§.item ſi qua cõditio.ff. quãd. dies
leg.ced.Bald.in l.ſi plures.nu.34.de cond.
inſert. & in hoc caſu ſola oblatio ſufficit
l.fi.de condit.inſert.ibi (oblatas pecunias
non ſuſcepit) Mantic. d. lib. 11. titu. 17.
20 nu.32. † & eò magis in caſu noſtro, dum
pecunia fuit aſportata vſque ad domum
dictæ legatariæ,vt in facto conſtat,& ſuc-
ceſſiuè clarè cernitur, vt etiam ſi eſſet con
ditio,illa eſt adimpleta in beneficiũ mon-
tis: quæ dicta ſint ad ſaturitatem, quia
potius eſt modus,quàm conditio, vt con-
ſtat ex traditis num.5.& ſeqq.

21 Nec obſtãt contraria,& Primò,vt con

K ditio

ditio adimpleri debeat in forma ſpecifica, nam primò intelligitur habere locum quoties culpa non adimplentis non adimpletur, ſecus ſi aliunde, vt conſtat
22 ex dictis. † Secundò reſpondetur habere locum, quando teſtator reſpexit formam adimplementi, non autem finem, ſiue effectum ipſius adimplementi, quia tunc ſufficit ſequi adimplementum, & effectum etiam per æquipollẽs, ſic probat Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nu. 3. ff. de liber. & poſth. vbi Imol. Alex. Aretin. Ruin. Galliaula, Socin. nu. 6. & alij, quos probat Couarr. pract. quæſt. cap. 39. nu. 7. & tex. in l. mulier. ff. ad Trebell. l. mater. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi Caſtren. & Alex. idem Alex. conſi. 100. nu. 6. & 7. vol. 4. vbi multa exempla cumulat talis adimplementi. Dec. conſi. 427. nu. 11. & eſſe communem teſtantur Pariſ. conſi. 20. nu. 4. vol. 3. Soci. iun. conſi. 181. num. 30. & 51. conſ. 164. nu. 73. vol. 2. & conſ. 145. nu. 32. vol. 3. Mant. d. lib. 11. titu. 16. nu. 3. & 4. Sim. de Pret. vbi ſupra lib. 1. dubit. 2. nu. 36. latiſſimè Ioſeph de Ruſtic. conſi. 1. nu. 70. qui omnes docent, vt potius conſideretur mẽs teſtatoris, quàm verborum rigor, vt etiam dixi conſi. præced.

23 Nec obſtat ſecundum, nam eodem modo ſoluitur, videlicet ſi infra tempus præfixum à teſtatore culpa grauati nõ ſequatur adimplementum, & ſic procedit text. in d. c. fi. de elect. vt poſt alios ꝓbat Surd. d. deciſ. 189. nu. 28. non autem procedit, quando per grauatum non deficit, quod tanto magis locum habet, dum teſtator conſiderauit effectum, non autem modũ, & formam, vt eſt in caſu noſtro, vt patet ex dictis.

24 Poſtremò nec vrget tertium ex l. Thays. §. ſi intra certa tempora, cum alijs relatis num. 3. Nam ijſdem modis ſoluitur, nempè, ſi adeſſet culpa non adimplentis, vel teſtator modum, & formam adimplementi reſpiceret, non autem effectum, quia tunc ſatis eſt, vt quouis modo adimpleatur voluntas teſtatoris, vt optimè docent præcitati Auctores, & habetur in l. pater Seuerinam. 100. ff. de condit. & demonſtr.

Ex quibus omnibus luce clarius cernitur, quòd etiam ſi eſſet conditio. iam adimpleta fuiſſet in beneficium dicti montis, & ita conſultum vidi per quoſdam eximios Iureconſultos, & ex dictis per vnum ex illis maiorem partem prædictorum iam deduxi.

Cernitur etiam confirmatio diſcuſſorũ in præcedenti conſilio, quoniã, ſi inſpicitur effectus adimplementi, etiam quando eſt conditio, dum id conſtat ex voluntate teſtatoris, nec ratio temporis, per teſtatorẽ præfixi facit aliquid, quia ſufficit quouis modo eius voluntas adimpleatur, ſequitur pernecesſè, vt dum hæres reliquit bona, ex quibus ſatisfieri poteſt creditoribus, & quòd in effectu non remanet debitis onuſtus, ac grauatus, eſt adimpleta voluntas teſtatoris, & ita in prædictis iuris eſſe cenſeo.

SVMMARIVM.

COnceſſio, facta ob merita, eſt irreuocabilis, & ratio traditur nu. 1. & 17.

Merita probantur ex principis aſſertione. nu. 2.

Reſeruatio conſeruat iura reſeruantis. nu. 5.

Princeps tenetur obſeruare contractus, & etiam priuilegium, quod tranſiuit in contractum. nu. 4. & 5.

Beneplacitũ principis extinguitur morte concedentis, ſi eius perſonam tantũ reſpiciat, ſecus ſi reſpiciat dignitatẽ, vel dignitatem, & perſonam ſimul, quod explicatur nu. 6. 7. 8. & 20.

Conceſſio facta ad beneplacitum Principis, dicitur perpetua. nu. 9.

Concedens alicui diuerſas pecuniarum quantitates, in diuerſis ſcripturis, an ſint vna vel plures conceſſiones, traditur nu. 10.

Legatum factum à debitore creditori, an præſumatur factum animo compenſandi, traditur nu. 11.

Beneplacitum, quod ſui natura extinguè ſolet morte concedentis, efficitur perpetuũ, vel extinguitur morte conceſſionarij, ſi ex cõiecturis id appareat, quæ recenſentur nu. 12. cum ſeq.

Conceſſio ad beneplacitum Summi Pontificis cur extinguatur morte eiuſdẽ Pontif. traditur nu. 15.

Beneplacitum non poteſt reuocari ſine iuſta cauſa. nu. 16.

Textus in cap. ſi gratioſe de reſcriptis in 6. Explicatur habere locum in materia odioſa tantùm, non autem in fauorabi-

rabili.nu.15.& 18.

Conceſſiones factæ per Summos Pontifices regulariter ſunt temporales, at illæ quæ fiunt per Principes ſæculares regulariter sũt perpetuæ,& ratio traditur nu. 19.

CONCESSIO FACTA AD BENEplacitum concedentis, an extinguatur morte eius, vel morte conceſſionarij.

CONS. XXXVII.

Concernit diſcuſſa par.4.quæſt.60. præcipuè nu.8.

SVcceſſit quædam diſputatio annis elapſis in Regia Camera Sũmariæ circa quandam cõceſſionem annuorum introituum conceſſorũ Comiti Proſpero Tudiſco ad beneplacitum Catholicæ Maieſtatis Philippi Secundi, an per mortem Regis fuiſſet extincta conceſſio, & maximè certatum vidi,& conſului pro parte negatiua, & fuit neceſſe reaſſumere quaſdam concluſiones circa beneplacitum cõcedentis, & circa conceſſiones factas propter merita, vt ex his clarior haberetur reſolutio præpoſitæ quæſtionis.

1 Primò igitur dicebam eſſe certum conceſſionem factam alicui ob remunerationem ſeruitiorum non poſſe reuocari etiã propter vitium ingratitudinis: in quo dicto omnes conueniunt, quia hæc non dicitur mera donatio, ſed potius debiti ſatisfactio, & ſic contra iuſtitiam eſſet reuocatio, ẽt de plenitudine poteſtatis, vt poſt alios probat Decian.conſi.25.nu.3.vol.1. &,vt dixi, omnes in hoc conueniunt, & conuenire oportet ob rationem iam dictam.

2 Secundò dicebam probationem meritorum in Principe, præcipuè non recognoſcente ſuperiorem, pleniſſimè probari ex illius aſſertione, & eò magis, quando in illis meritis ſuam conceſſionem fundat,& apponeret clauſulam ex certa ſciẽtia, ita poſt Imol. Alexã. Menoch. & alios plures notat Maſcard. tom.3. de probat. concl.1227.nu.62.& nu.90.cum ſeqq. & in hoc dicto etiam omnes cõueniunt, ideò non cito alios Auctores.

3 Tertiò habens duas conceſſiones ſi petat executionem vnius citra præiudiciũ alterius cõceſſionis, nullo modo ſibi pręiudicat, quoniam reſeruatio illa conſeruat ſua iura intacta,& illæſa, prout erant per prius.l.3.§.1.ff. quibus mod. pign.vel hypoth. ſolu. Crauett. conſil. 29. num.8. Vinc.de Frãch.deciſ.32.ſub nu. 14. Surd. deciſ.8.nu.25.& alij plures.

4 Quartò licèt Princeps ſit legibus ſolutus, tenetur tamen obſeruare contractum factum etiam cum ſubdito, & eò magis cũ non ſubdito, quoniam illa vox Prætoris, (Pacta ſeruabo) fuit à Deo poſita in ore Prætoris, & etiam quia nulli magis conuenit ſeruare fidem, quam Principi, ne commertia humana pereant, vt latiſſimè probat Bald.in l.digna vox. C.de legibus, probant etiam Marin. Frecc. in tract.de præſent.inſtrum. par. 8.q.3.num. 72. & ſeqq. Andr. Facchin.lib.1. controuer.iur. cap. 2. Morot.conſi.45.nu.9.& dixi par.

5 4.tit.de renunciat.quæſt.4.nu.27.† Quod non ſolùm procedit in contractu, ſed etiã in priuilegio, & gratia, quando iſta conceſſa fuerunt ex cauſa oneroſa, quia tunc tranſeunt in contractum, & nullo modo reuocari poſſunt, vt latiſſimè poſt alios fundat Cephal.conſi. 302. num. 116.cum ſeqq. Surd.deciſ.274. nu. 7. vt alios omittam: cùm enim Princeps contrahit, eſt tanquam perſona priuata,& ſic ex iuſtitia tenetur obſeruare contractum,& priuilegium, quod tranſiuit in contractum; nam iſta parificantur, vt dictum eſt.

6 Quintò beneplacitum, reſpiciens perſonam concedentis, morte ipſius extinguitur: ſi verè reſpiciat dignitatem, tunc ſolùm extinguitur per mortem eius, cui fuit facta conceſſio ad beneplacitum, ſic probat tex. in cap. ſi gratiosè, vbi omnes de reſcript.in 6. Mandoſ. in tract. de inhibit.quæſt.76.nu.2.vt legitur tom.5. tract. fol. 104. Petr. Bellin. in tract. de re milit. par.9. in titu.de ſaluis conductib.num.25 vt legitur tom.16.tracta.fol.362.alios cumulant,& probant Menoch.de arbitr. iudic.q.69.Maſcar.tom.1.de probatio.conclu.188.nu.1.cum ſeqq. & nu.26. & ſeqq.

7 † Si verò & perſonã, & dignitatẽ reſpiceret, vt quia in dicta cõceſſione fuerit facta mentio,& perſonæ, & dignitatis, veluti Regis,& Regiæ Maieſtatis; Summi Pontificis,& Sedis Apoſtolicæ, tunc etiam nõ morte cõcedentis, ſed ſolùm morte illius, cui ſit conceſſio extinguitur beneplacitũ,

ita Canoniſtæ in d.c.ſi gratioſè, præcipuè
Geminian.nu.14. Franch.col.fin.Capyc.
deciſ.136. num.6. latè Maſcard. loco cit.
8 Et ratio eſt manifeſta, † quia dũ habemus
perſonam,& dignitatem, ſunt duo vincu
la,& ſic eò magis interpretatur beneplaci
tum in beneficium conceſſionarij. ex reg.
tex. in c. cùm dilectus. de donat. l. beneſi-
cium.ff.de legib. & ita arguit Crauet.cõſ.
732.nu.1.cum ſeqq. & alij,quos omitto;
9 quia receptior, & verior eſt opinio, † vt
cõceſſio facta ad beneplacitum Principis
ſit perpetua, vt latè fundat Menoch. d. q.
69.in addition. & vltra prædictos probat
etiã Marchio de Ponte in tract. de poteſt.
Proreg.tit.3.de elect.official.in princ.nu.
4. & ſeqq: & iddem eſſet per illa verba,
[donec noſtrę placuerit voluntati] adhuc
enim cõceſſio iudicatur perpetua, vt pro-
bat Gugliel.de Benedict.in c.Raynutius,
in verb.duas habẽs filias,nu.27.de teſtam.
Boer.deciſ.149.num.11.Menoch.d.q.69.
num.2.vt alios omittam.
10 Sextò,quando vnimet perſonæ duę pe-
cuniarũ quantitates conceduntur, quam-
uis promittantur ob eandem cauſam, &
ab eadem perſona, ambæ debentur, & eò
magis ſi diuerſo tẽpore,& in diuerſis ſcri-
pturis promittantur,quia præſumitur,vt
cõcedens duas feciſſet donationes eidem-
met conceſſionario. l.ſi is,qui ducenta. in
princ. vbi gloſ.ff.de reb.dub. Bald.Angel.
Imo & Caſtr.in l.ſcire debemus,in princ.
ff.de verb. obligat. & poſt Iacob.de Aren.
iddem probat Bart. in l.cùm centum. in
princ.de adimen.legat. Alex.cõſ.4. vol.1.
Iaſ. conſ.82. lib.3. & de magis communi
teſtatur Menoch.lib.2.de arb.iud. cent.3.
caſ.213.num.10.cum ſeqq. Quod eſt adeò
11 verum, † quòd licèt ſit contentio inter
DD. ſi legatũ factum à debitore creditori
ex cauſa voluntaria, compenſetur cũ debi
to, vt dixi par.6. q.11. etiam in addition.
Nihilominus quando ſit legatum credi-
tori, quẽ debitor ob amicitiam,vel aliam
cauſam diligebat,tunc non cenſetur factũ
legatum animo compenſandi, ſed potius
vt legatarius vtrũque conſequatur. l.cre-
ditorẽ.ff.de leg.2. Corn.conſ.288.col.fin.
verſic.non eſt veriſimile. conſ.292. col.3.
verſ.iuuatur etiam,vol.1.& conſ.127.nu.
5.lib.3.Soc.iun.conſ.79.nu.51.lib.3. Me-
noch.conſ.56.nu.18. & conſ.162. nu.25.
vol.1. Surd.qui teſtatur de communi cõſ.
112.nu.42.& ſeqq.vt alios omittam,nam
plures recenſui d.q.11.

12 Septimò ex coniecturis argui poteſt, &
cognoſci beneplacitum nõ eſſe extinctum
per mortem concedentis, præcipuè dum
fit donatio à Principe,& adeſſet aliqua ex
coniecturis infra exprimendis, quia tunc
beneplacitum potius refertur ad dignita-
tem, quam ad perſonã Principis. ita Dec.
in c.quoniam Abbas. nu.5. de offic.deleg.
& alij infra citãdi. Prima eſt,ſi in conceſ-
ſione adeſſent clauſulæ, quæ ipſam digni-
tatem reſpicerẽt,nam ex illis colligeretur
beneplacitum referri ad ipſam dignitatẽ.
13 † Secũda,ſi eſſet donatio ob cauſam, tunc
etiam beneplacitum ad dignitatem refer-
tur,& non extingueretur,niſi morte con-
ceſsionarij,& ratio eſt clara,quia etiã poſt
mortem concedẽtis durat cauſa, ob quam
fuit facta conceſſio,& proinde non poteſt
14 extingui morte concedentis. † Tertia, ſi
colligi poſſet ex veriſimili mente conce-
dẽtis durare beneplacitum poſt eius mor-
tem. Quarta, ſi donatio ſuum eſſet ſortita
effectum poſt mortem concedentis; per
has enim, & ſimiles alias cõiecturas, quas
congerũt Crauett.d.conſ.732. & Couarr.
& alij, colligitur, vt morte concedentis
non extinguatur beneplacitum,quia ſem-
per refertur ad dignitatem, niſi expreſsè
15 conſtet, vt referatur ad perſonam, † vel
eſſemus in materia odioſa,in qua facienda
ſit ſtrictiſſima interpretatio,quia tunc be-
neplacitum referreretur ad perſonã,& ſic
procedit tex.in d.c.ſi gratioſè.de reſcript.
in 6. & patet ex eius lectura; nã loquitur
in diſpenſatione facta illi,qui percipiebat
fructus plurium beneficiorum habentium
curam animarum, & ſic fuit diſpenſatio
contra iuris diſpoſitionem,& proinde be
neplacitum extinguitur morte conceden
tis, & cõſequenter, dum ille tex. loquitur
in materia odioſa, nõ habet locum in ma-
teria fauorabili, vt poſt Calder.conſ.3. in
tit.de reſcript.& alios, probat Crauett.d.
conſ.732.nu.29. in fi. & nu.30. vbi etiam
16 docet, † beneplacitum non poſſe reuoca-
ri, etiam ab ipſo cõcedente, niſi iuſtiſſima
cauſa interuenerit,quod eſt clarum,ſecun
dum omnes.
17 Ex his ſequitur, quòd dum prædicto
Comiti Proſpero per Maieſtatem Catho-
licam Regis Philippi II. fæl.mem.pro re-
muneratione ſeruitiorum, per ipſum Co-
mitem factorum Sereniſſimæ Margaritæ
de Auſtria Duciſſæ Parmæ, & Placentiæ
quaſdam aſſignationes quorũdam annuo-
rum introituum feciſſet ad eius beneplaci
tum,

num, tale beneplacitum non fuit extinctũ per mortem dicti Regis, ſed durare durãte vita eiuſdem Comitis, tùm quia cõceſſiones prædictæ fuerunt factæ ob merita, & ſeruitia dicti Comitis; quo caſu beneplacitum non expirat, niſi per mortẽ conceſſionarij, vt patet ex dictis nu. 1. & 13. tùm etiam, quia conceſſiones prædictę reſpiciunt & Regis perſonam, & Regiam dignitatem; quo caſu beneplacitum non expirat morte concedẽtis, ſed ſola morte conceſſionarij, & patet ex dictis nu. 6. & ſeqq. præcipuè dum in cõceſſionibus prędictis adſunt illa verba [de certa ſcientia, noſtraq; Regia auctoritate] quo caſu eò magis beneplacitum ſola morte cõceſſionarij extinguitur ex dictis ſupra num. 2. & ex dictis verbis cõceſſionum ceſſat motiuum aduerſariorum dicentium, vt illa verba [noſtrum] ſiue [noſtra] ſigillẽt per-
18 ſonam, non autem dignitatem, † ex reg. tex. in d. c. ſi gratioſè. ſiquidem non eſt vera põderatio, nam tex. ille procedit, duobus concurrentibus, primò, vt ſit materia odioſa, vt patet ex dictis nu. 15. & ſecũdò, vt beneplacitum ſigillet perſonam, & nullo modo referri poſsit ad dignitatem, vt quia ſimpliciter in concedẽdo diceretur, ad beneplacitum noſtrum: ſed in his conceſſionibus procedimus in materia fauorabili, ſunt factę ob benemerita, vt dictum eſt, & pluries in illis eſt facta mẽtio dignitatis Regiæ, idcircò illa dictio [noſtrum] nullo modo poteſt ſigillare perſonam, ſed refertur ad dignitatem.

19 Additur etiam diuerſam eſſe rationem in conceſſionibus factis per Summũ Pontificem, & in alijs, quæ fiũt per Principes tẽporales: nam Summi Pontifices ſemper in dubio intelligũtur facere conceſſiones ad eorum beneplacitum, & ſic proprias ſigillando perſonas, niſi expreſse conſtet feciſſe conceſsiones nomine dignitatis, nempè, ad beneplacitũ Sedis Apoſtolicæ. & ita procedit tex. in d. c. ſi gratioſè. At conceſsiones Principum ſæcularium ſemper in dubio præſumuntur factæ nomine dignitatis potius, quam perſonæ. l. & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic. vbi omnes, Io. Vinc. de Ann. in c. 1. nu. 36. de vaſſall. decrep. ætat. vt alios omittã, ex quo iſti ſunt Domini; at Summi Pontifices ſunt tantùm diſpenſatores bonorum Eccleſiæ.

20 Si igitur prędicta procedunt in dubio, tantò magis locum habent in caſu noſtro, dum in cõceſſionibus fuit ſæpius expreſſa dignitas Regia: fuerũt factæ conceſsiones propter merita dicti Comitis, & a perſona ita liberaliſſima, vt erat illa Catholica Maieſtas, & vt ſatisfaceret ſeruitijs præſtitis dictæ Sereniſsimæ Margaritæ, quam Rex plurimum diligebat, vt eſt notiſsimum. Nemini igitur in dubiũ veniri poteſt, quin tam ex verbis cõceſſionũ, quam ex veriſimili voluntate concedentis, ſic etiam tam ex cauſa, ob quam fuerũt factæ conceſſiones, quam ob affectionem perſonę donantis, & reſpectu cuius donabatur, conceſſio ſit perpetua, & morte tantùm conceſſionarij extinguatur beneplacitũ.

Viſis his allegationibus, fuit per Reg. Cam. prouiſum, vt cõſuleretur Regia Maieſtas Philippi III. & interim continuaretur ſolutio in beneficiũ dicti Comitis.

SVMMARIVM.

Filij meritis potius, quàm pactionibus ad paterna obſequia ſunt prouocãdi. num. 1.

Reipublicæ intereſt vlciſci in liberos, ſi illi perperam ſe gerant cõtra parentes. nu. 2.

Hæreditas patris cur filijs pacto dari nõ poſſit, variæ rationes recenſentur. nu. 3. cum ſequentibus.

Pactiones, quæ ſunt contra bonos mores, nec iuramento firmantur. nu. 6.

Voluntas debet eſſe libera, nec etiam in parte reſtringi poteſt. nu. 8.

Vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem. num. 9.

Pactum appoſitum à parentibus in capitulis matrimonialibus de æqualando filios, num teneat, traditur num. 10. cum omnibus ſequent. nu. 39. & 40.

Pactum factum de certa re habenda poſt mortem alterius, validum eſt. nu. 11. 12. ſecus ſi eſſet de tota hæreditate. nu. 13. ſic etiam ſi eſſet de quota hæreditatis. num. 14. nec etiam firmatur iuramento. nu. 15.

Pactum de hæreditate viuentis ſine conſenſu eius, de cuius ſucceſſione tractatur, eſt nullum, cum eius tamen cõſenſu, firmatur iuramento, quod explicatur nu. 16. & 17. dummodo perſeueret paciſcens in eadem voluntate vſque ad mortem, quod explicatur nu. 19.

Pactum reſpiciens bona, & non perſonam paciſcentium, qualiter conſideretur, traditur nu. 19.

Pactum

Pactum factum à parentibus in beneficium filiorum in capitulis matrimonialibus eorumdem filiorum de illos æqualando eſt reuocatorium ad arbitrium parentum, quod explicatur nu. 20. cum ſequent. & nu. 29. cum ſeqq. & nu. 39. ex eo cur non oriatur obligatio, traditur num. 36.

Pactum negatiuè conceptum de non ſuccedendo, firmatur iuramento. nu. 21. 22. pactum verò de non auantagiando, ſiue de æqualando filios, nō firmatur iuramento, quia reſoluitur in pactum affirmatiuum, quod explicatur num. 23. 25. 39. & 40.

Pactum futuræ ſucceſſionis, ex quibus iudicetur, traditur num.

Aequalitas inter filios quando ſeruari debeat, traditur nu. 26.

Pater cur inter viuos poſſit filios æqualare, & pacto adſtringi non poſſit, vt eos æqualet in vltima voluntate, traditur num. 27.

Donās omnia bona præſentia, & futura, an faciat actum validum, traditur num. 28.

Caſum legis cùm habemus, nō eſt amplius quærendum. num. 31.

Decipiuntur illi, qui ſpe pacti de æqualando filios, matrimonia contrahunt, & ratio traditur num. 32.

Donatio facta contemplatione matrimonij, an ſit ſimplex, vel ob cauſam, traditur nu. 33. & 42. an ex ea debeatur intereſſe, traditur nu. 43. & 45.

Donatio facta contemplatione matrimonij, ſi non tenet, nec debetur intereſſe. nu. 34. cum ſeqq. Procedit etiam ſi dolo malo gener inducatur tali pacto ad matrimonium contrahendum, & ratio traditur nu. 35. & 36.

Intereſſe non debetur ex obligatione nulla, & ratione probatur num. 36. 37. & 38.

Reuocans actum nullum, non tenetur ad intereſſe. nu. 38.

Diuiſio bonorum facta per patrem filijs, non ualet, ſi pater in ea voluntate non moriatur, quod explicatur nu. 41.

Ioannes Hieronymus Zumpulus, huius conſilij auctor, laudatur. nu. 44.

AN PACTVM DE SVCCEDENDO ſit validum, & quid in pacto facto per patrem de æqualando filios, & quid ſi fiat contemplatione matrimonij, & vni ex filijs plus relinquat, an ſi paciſcens reuocet pactum, debeatur intereſſe.

CONS. XXXVIII.

Ad explicationem eorum, quæ par. 4. tit. de renunc. q. 7. cum trib. ſeqq. diſcuſſa ſunt.

1 FIlij meritis potius, quàm
pactionibus ad paterna
obſequia, prouocandi ſunt,
inquit tex. in l. ſi quādo.
§. 1. C. de inoff. teſtam. &
2 † Reipub. intereſt, eiq;
maximè expedit liberos parentum vltionem, ſi minus officioſè, perperamq; erga
eos ſe geſſerint, metuere, cùm illos ſua ſucceſſione priuare valeant. §. aliud quoque
capitulum. Authen. vt cum. de appell. co-
3 gnoſc. † Quibus rationibus factum eſt, vt
patris hæreditas filijs pacto dari non poſſit. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. ex eo.
C. de inutil. ſtipul. l. fin. ff. de ſuis, & legit.
l. cauſa donationis. C. de tranſaction.
Alioquin cùm pactum, vel promiſsio reuocari ex ſui natura non poſsint. l. ſicut.
4 C. de actio. & oblig. † pacto collato hæreditas efficeret eos inobedientes, ac parentibus cōtumaces, aliquod damnum ab eis
paſsuros minimè metuētes, dareturq; facultas delinquendi, ac votum captandæ
mortis parentum, cum filijs paciſcētium
de hæreditate, vel quota eius, pluribus
enim de cauſis huiuſmodi pactiones à legibus improbantur, vt inquit Nat. in c. quā-
5 uis. nu. 52. de pact. in 6. † Primò, quia inducitur votum captandæ mortis, nam filij, certi habituri hæreditatem paternam
poſt mortem parentis ex pactione ſecum
habita, modis omnibus expetūt eius mortem, parereq; ſolēt huiuſmodi pactiones
triſtiſsimos euētus. l. fin. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. oblig.
6 † proindeq; erunt hæ pactiones contra
bonos mores, etiam naturales. d. l. ex eo.
C. de inutil. ſtipul. ex quibus euenit, vt iuramento firmari nequeant. c. nō eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.
7 Secundò, quoniam auferunt liberam
teſtādi facultatem huiuſmodi pactiones.

d. l. ſti-

8 d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. † Quæ voluntas libera eſſe debet. l.1.C.de ſacroſ. eccleſ. Quæ nedum in toto tolli non poteſt,verùm nec etiam in parte reſtringi.l. cum duobus, alias, ſi fratres. §. idem re-
9 ſpondit. ff.pro ſocio. † quod eſt contra ſubſtantiam vltimarum voluntatum, quę ſunt ambulatorię vſque ad mortem.l.4.ff. de adimend.legat. c.cùm à matre.de cele-
10 brat. Miſſar. † Hac igitur ſecunda præſertim ratione attenta, euidenter apparet, conuentionem illam initam in capitulis matrimonialibus inter Cæſarē Pennam, & Ioannem Bapt. filium contemplatione matrimonij de ipſum æqualiter tractando cum cæteris eius filijs, cui antè partem donauerat etiam Caſtrū Galli, minimè in effectum ſubſtineri poſſe,vt efficacē parere poſſit obligationem contra patrem promittentem, quin ab ea pater ante vltimum vitæ ſpiritum recedere poſſit; Verba conuentionis, ſiue promiſſionis hæc ſunt, ***Promette anco il detto Sig. Ceſare non fare diſpoſitione alcuna inter viuos, nec in vltima voluntate à beneficio de gli altri ſuoi figli ſecōdogeniti, per loche rimaneſſe diſegualato il detto Sig. Gio. Battiſta ſuo primogenito nella ſucceſſione delli beni, e ragioni di eſſo Sig. Ceſare dopoi ſua morte, altrimente ogn'atto contrario ſia nullo, ſi come da mò per all'hora, & è contra, ſi reuoca, e ſi annulla per contemplatione del detto matrimonio, e perche così li piace, atteſo con tal patto è trattato, e concluſo detto matrimonio.*** Hæc ſunt verba pacti; quo pacto inito, negari non poteſt ſublatam eſſe, vel ſaltem reſtrictam Cæſaris patris voluntatem, dum teſtando, nō poteſt plus vni, quàm alteri relinquere, dum per pactum in vita obligatus reperitur filios æqualare. Ideò pro vera præſentis cauſę reſolutione præmitto nonnullas veras iuris concluſiones, quarum.

11 Prima erit, pactum factum cum aliquo, vt poſt mortem paciſcentis ſuccedere habeat in certa re, vel aliquibus certis rebus, omninò fore validum, cùm ex eo nullum inducatur votum captandæ mortis, nec libera reſtringatur, nec tollatur teſtādi facultas, cùm ad libitū diſponere poſſit de ceteris rebus. Concluſio eſt cōis omniū Doctorū in l.fin. C.de pact. Gui.Pap.dec. 247. Dec.cōſ.225.nu.4.Capell.Toloſ.deciſ.152.Alex.conſ.28.num.11.vol.3.communem dicit Socin. iun. conſ.21.num.1. vol.4.& conſ. 143.nu. 11.vol. 1.Crauett. conſ. 19.num. 7.Cœphal.conſ. 44.nu. 29. Oſaſc. deciſ. 100. num. 4. Theſaur. deciſ.
12 225.nu.11.† Hinc licet certam rem, vel certa bona, vel certam pecuniarum quātitatem donare, vel promittere poſt mortem.l.1.C.vt action.ab hæredib. & contr. hæred.deb.l.ſi quis argētum. §.ſed ſi quis, C.de donat.decidit Old.cōſ.139.in princ. Bart.conſ.212.Alex.conſ.83.nu.6.vol.2. declarat optimè Curt.iun. conſ. 15. nu.3.

13 Secunda concluſio, pactum, vel promiſſio de hæreditate integra, vel tota, alicui poſt mortem aſſignanda, vel de inſtituendo aliquem hæredem poſt mortem, nullo iure ſubſiſtere poſſe; hanc concluſionem omnes DD.vno ore ſaxi ſunt, Ang.Fulg. Caſtren. & omnes in l.tale legatum.§.fin. ff.de pact. Dec.conſ.578. num.8. Syluan. conſ.90.nu.1.& ſeqq. & indubitatam dicunt Celſ.Vgo conſil.100.nu.4.Menoch. conſ.1.nu.149.Tob.Nonius conſ.43.

14 Tertia concluſio, pactum, vel promiſſio nedum de tota hæreditate poſt mortem aſſignanda alicui, verùm etiam de quota hæreditatis, vel de faciendo aliquem hæredem in parte, vel quota hęreditatis, per quod pactum reſtringenda veniet voluntas promittentis, iure etiam improbatur, communis eſt omnium Doctorū concluſio, Dec.cōſ.225.vbi Apoſtillator in verſ. negatiuam, cōmunem teſtatur Grat.conſ. 25.volum.1. Cœphal.conſ.44.nu.24.latè Hieron. Gabr.conſ.137.nu.16. Burſ.cōſ. 136.nu.17. vol.2. fuſiſſimè Tiraq. de iur. primog.q.6.nu.18. Theſ.dec.225. nu.11.

15 † Et nec iuramento cōfirmari poſſunt tāquam contra bonos mores, ac auferentia, vel ſaltem reſtringentia liberam teſtandi facultatem, communi DD. calculo receptam eſſe affirmat Dec. cōſ.63. in fi.conſ. 578. nu.9. latè cumulat Caual.in tract.de tut.& curat.nu.302.(An autem hæc concluſio ſit vera, & num hic Scribēs verum dicat, explicaui in d.tit.de renunciat.q.7. etiam in addition. Et ne videar mutare ſententiam, per tradita, & diſcuſſa in hoc conſilio, declaro non recedere à diſcuſſis in locis citatis, quia nec authores hic citatos vidi, ſed ſolum poſui conſiliū)

16 Quarta cōcluſio, nedum pactum interpoſitum ſuper hæreditate tertij viuentis abſque eius cōſenſu omni iure improbatum eſſe.l.fin.C.de pact. Verùm etiam factum cū eodem, de cuius hæreditate agitur, ſiue tractatur. l.pactum, quod dotale. C.de

C. de collation. Sed hoc intereſt, quia primum penitus improbatur, etiam cum iuramento, cùm deficiat conſenſus illius, de
17 cuius hæreditate agitur. † Secundum valet cum iuramento, quia agitur de re ſua, ipſo cõſentiente, & poteſt per ipſum promittentem reuocari ad libitum. Capell. Toloſ. dec. 454. Curt. iun. in l. pactũ. nu. 4. C. de pact. Bellon. conſ. 17. in fi. Tiraquel. loco cit. q. 8. latè Vaſq. de ſucceſs. progreſ. lib. 2. deciſ. 18. num. 195. & 199. Theſaur.
18 deciſ. 225. num. 6. quia ad hoc, † vt ſit firmum pactum, hoc requiritur, quòd paciſcens, vel promittens perſeueret vſque ad vltimum vitæ ſpiritum in promiſſione, vel pacto, alias ipſo non perſeuerante, pactum minimè obligat. latè firmat Couarr. de pact. in 3. par. relect. in initio num. 12. Gab. conſ. 137. nu. 13. 26. & 30. vol. 1. vbi amplius probat, hoc caſu promittentem poſſe venire cõtra proprium iuramentũ, ſuamq; promiſſionem iuratam reuocare poſſe. Aymon Publicola in conſuet. Aluern. art. 26. tit. 14.

19 Secunda concluſio, quòd in dubio ſi ita pactum conceptum ſit, vt reſpiciat bona, & nõ eorum perſonam, & bonorum obuentio, & ſucceſſio poſt mortem ex eo inferatur, non autem per modum donationis, aut promiſſionis, ita quòd obligatio ex ea naſcatur, quę ab hęredibus incipiat, tũc exiſtimatur, vt is, qui paciſcitur, velit hereditatem ipſam dare cum omnibus iuribus actiuè, & paſſiuè, etiam ſi non hæreditatis verbo, ſed rei id fiat, vt in l. licet. C. de pact. ibi [vel rerum, vel bonorum.] & in d. l. hæreditas, C. de pact. conuen. prout magiſtraliter declarat Curt. iunior conſ. 15. Purpur. in d. l. licet. nu. 43. & in l. fin. nu. 28. C. de pact. Dec. conſ. 63. in fi. Aymon conſ. 139.

20 Sexta, & vltima concluſio erit, quòd quãuis ſit altercatio inter DD. an valeat pactum à patre factum inter filios de eos æqualãdo tempore, quo filij matrimonia contrahunt, á futuro pẽdere euentu, nam alijs aſſerentibus, pactum non valere, vt Paul. de Caſtr. Curt. Iun. Iacob. & Purpur. in d. l. pactum. C. de pact. alijs tamen contrarium aſſerentibus, tamen hoc modo, ſecundùm communem Doctorũ opinionem, concordantur, vt valeat huiuſmodi pactum; ſi pater non perſeuerabit vſq; ad mortem, pactum non erit validũ ſecundùm primos; ſed, eo perſeuerante, erit vtiq; validũ, prout ſic dictas opiniones diſſidentes concordat Hieronymus Gabr. conſ. 137. num. 13. 26. & 30. vol. 1. Theſaur. dicta deciſ. 225. nu. 6. & 8. Mol. de primog. Hiſp. lib. 2. c. 3. nu. 4. Ex quibus omnibus fit, quòd cũ in cauſa, de qua agitur, non ſimus in prima cõcluſione, cũ hic non agatur, quòd Cęſar pater promiſiſſet æqualare filios in certis quibuſdam rebus, ſed in quotis hæreditatis eos æquales facere, & conſequenter ſumus in 2. 3. 4. 5. & 6. cõcluſionibus, quòd vel pactum non valebit, vel ſi eſſet validum, nõ teneatur Cæſar promittẽs pacto ſtare, ſed illud ad libitum reuocare potuiſſe.

Sed hæc concluſio, ſublatis contrarijs,
21 clarior reddetur. † Primum eſt, quòd pactum iſtud fuit conceptũ negatiuè de non auantagiando plus vnum, quam alium filium per illa verba, *Di non fare diſpoſitione nec inter viuos, nec in vltima voluntate, per la quale veniſſe detto Gio. Battiſta diſegualiato*, quo caſu valet pactum cum iuramento, vt cõmuniter DD. in d. l. pactũ affirmant, & ſcripſit Couarr. in d. 3. par. in initio, nu. 2. fol. mihi 360. Secundò videtur reddere dubiam hanc cauſam, quòd pactum hoc, ſiue promiſsio fuerit cõtemplatione matrimonij, quod aliter ſine hoc pacto non fuiſſet contractum. Tertiò, an pater reuocando pactũ, teneatur ſaltem ad intereſſe, poſtquam ita conuentum eſt ob cauſam matrimonij onerosam.

22 Quoad primum, quamuis tuta, & communis cõcluſio ſit, pactum negatiuum de nõ ſuccedendo firmari iuramẽto, illudq; irreuocabile fore, ex communi omnium Doctorum concluſione in d. l. pactum, C. de pact. & C. de collation. cum alijs al-
23 legatis per Oſaſc. in d. dec. 100. † Nihilominus pactum iſtud de non auantagiando, de quo ad preſens agitur, quamuis cõceptum verbis negatiuis, tamen includit in ſe pactum affirmatiuum de ſuccedẽdo, vt punctualiter de pacto de non auantagiando notat Dec. in cõſ. 184. nu. 6. verſ. & iſta ratio. vbi in ſpecie agens de hoc pacto de non auantagiando, facto per patrẽ inter filios, dicit reſolui in pactum affirmatiuũ, ac ſi pater promitteret eos æqualiter inſtituere, vel bona ſua, vel hæreditas ſua æqualiter ad filios pertinerent, & concludit hoc pactum, tanquam affirmatiuum, viribus carere, poſſeq; patrem pactum prædictum reuocare, ac plus vni, quã alteri donare, vel legare. & Apoſtill. ibid.

ibid.multos cumulat;nam,vt magiſtrali-
24 ter tradit Curt.iun. in d.conſ.15. †an ſit
pactum futuræ ſucceſsionis ex forma, ac
verbis in pacto adiectis colligitur, & tūc
dicitur futuræ ſucceſsionis, cùm apparet
egiſſe contrahentes,quis eſſet futurus hæ-
res in totum,vel in partem in iſta conuen
tione inita inter Io.Baptiſtam,& Cæſarē
25 patrem,nihil aliud agitur,† niſi quòd bo-
na, vel hæreditas æqualiter ſpectet ad fi-
lios, paternaq; poteſtas arctetur ad plus
vni, quàm alteri relinquendum, quæ eſt
vera,& propria natura pacti de ſucceden-
do: quod probat tex. expreſſius in d. l. pa-
ctum, quod dotale. C.de pact. vbi filia pa-
ciſcitur cum patre, vt æqualem cum ma-
ſculis habeat portionem: quod pactū im-
probat ibi tex. cum tendat ad cogendum
26 patrem ad filios ęqualandum: nam † quā-
uis æqualitas ſit ſeruanda inter filios. l. vt
liberi. C.de collat. & l.contutor. & l. fin.
C.famil.herciſc.nihilominus ne ſequatur
abſurdum, vt homines libera diſponendi
de rebus ſuis facultate nō priuentur, per-
mittitur minus incōueniens, ne ex pacto
ſic iniquo æqualitas ſeruetur, nec in ali-
quo caſu ceſſaret ratio huiuſmodi,vt quia
poſſit mori pater paciſcens ab inteſtato,
vel non velit,vel non poſſit teſtari,nō per
hoc locū habebit pactum, vt tradit Alex.
in conſ.28.num.12.vol.3.Cagnol.in l.fin.
num.277. C.de pact. nam tunc militabit,
& alia ratio captandæ mortis; ne minus
27 pactum obſtet, † quia poſſet pater æqua-
lare filios inter viuos, non obſtante hoc
pacto,de quo ad pręſens agitur, ſi pater in
executione pacti æqualē feciſſet filijs do-
nationem bonorū inter viuos, adhuc mi-
litaret ratio improbi pacti,arguēdo a ſuffi
cienti partium enumeratione; quod argu
mentum efficax eſt in iure.l.patre furioſo.
28 ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur. † nam
ſi pater donaſſet omnia bona præſentia,
vel futura,donatio non valeret; quia pari
ratione tolleretē libera teſtādi facultas: ſi
nō omnia,ſed certa bona alienauit in vita
titulo donationis,& tūc militaret eadem
ratio libertatis teſtandi: nam tunc donan
do, aut reſeruaſſet ſibi pater donans ali-
quid, de quo potuiſſet teſtari, vel aliqua
bona poſt donationem acquiſiuiſſet, &
teſtando ſubiectus eſſet eiſdem legibus im
probi pacti de tractando filios æqualiter,
niſi per aliud contrarium pactum de non
auātagiando filios, prior hæc pactio ſubla
ta fuiſſet: quo caſu cum veritate,& cum
noſtra ſententia Io. Baptiſta filius ſe con-
formem redderet.

29 Redeundo ergo ad cauſam,pactum hoc
de non auantagiando, ſed de æqualando
per patrem Io.Baptiſtam primogenitum;
actum fore reuocabile, & in vim ſupremi
iudicij ſubſtineri, communis eſt DD.con
cluſio, teſte Iaſ.in l.tale pactū.§.fin.nu.14.
ff.de pact. Gugliel. de Benedict. in c.Ray-
nutius, in verb.duas habēs filias, nu.206.
de teſtam. Theſau.in d.deciſ.225.num.9.
circa med. Validitas ergo, & inualiditas
huiuſmodi pacti tota pendet à propoſito
diſponentis, & ſic à futuro euentu, cùm
ergo Cæſar pater in vltimis conſtitutus
teſtamentum condiderit, aliterq; diſpo-
ſuerit, quàm in pacto continetur; procul
dubio voluntas eius tanquam ſupremum
iudicium præualere debet.

30 Quoad ſecundum articulū non eſt opus
multa verba effundere,cùm habeamus ca-
ſum legis decidentis pactum hoc, ſiue con
uentionem hanc,etiam contemplatione
matrimonij celebratam, non valere, vel
ſaltem ad nutum paciſcentis eſſe reuoca-
31 bilem;† quo caſu non eſt amplius quęren-
dum. glo. in l.ancillæ. C.de furt.nam tex.
in l.pactū. C.de pact.punctualiter decidit,
quòd ſi pater tradit filiam ſuam nuptui,
& contemplatione illarum nuptiarū pa-
ciſcatur cum genero filiam ſuam æquali-
ter hæredem fore cum maſculis,pactum
illud tanquam agens de quota hęreditatis
paternę minimè ſubſiſtere, vbi Bal.Salyc.
Alex.in fi. Dec.nu.8. Purpur.num.7. Iaſ.
nu.1.& cæteri recentiores inferūt decipi
32 eos, † qui contrahūt matrimonia ſpe pa-
cti prædicti,& in ſpecie pactum prędictū
cōtemplatione matrimonij celebratum,
viribus carere,tradiderunt Capell.Toloſ.
deciſ.452. pulchrè Ægid.Bellam. cōſ.17.
per tot. Dec.conſ.225. latè Tiraq. de iur.
primogen. q.6.nu.2.16. & 22. vbi fuſiſſi-
mè tractat articulum per multas, & opti-
mas rationes, & ita concludit, & nouiſſi-
mè hanc opinionem diſputando multis
medijs comprobat Peregr.in conſ.69.per
tot.vol.1. cùm iſta contēplatio matrimo-
nij nil aliud operetur,niſi vt donatio, quę
inter patrem, & filium aliàs non valeret,
valeat non obſtante patria poteſtate.Gui.
Pap. deciſ.145. Dec.conſ.239. Beltrand.
conſ.90.nu.12.vol.3.

33 Tranſeo ad tertium articulum, & in
primis, quòd quamuis conuentio hæc in-
ter patrem,& filium facta fuerit contem-

platione matrimonij ipſius Io. Baptiſtæ filij, nihilominus erit conuentio ſimplex, & non ob cauſam, vt in donatione facta contẽplatione matrimonij, vt ſit ſimplex donatio, & non ob cauſam, tradit Oldra. conſ. 5. ſequuntur Crauett. conſ. 85. nu. 2. & conſ. 114. nu. 17. Caſtr. conſ. 345. nu. 2. vol. 1. quia illa dicitur donatio ſimplex, quæ fit gratia donatarij, & nõ donatoris, ad tex. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & cùm con uentio hæc fuerit facta in beneficium Io. Baptiſtæ, & in eius fauorem, nullumq; ſit donatoris cõmodum, meritò ſimplex con uentio erit iſta, de qua agimus: quo caſu procedit cõſ. Rom. 109. nu. 19. vbi notat,
34 † ex donatione, vel conuẽtione ſimplici, & nulla non deberi intereſſe; & ſi teneremus aliam opinionem, quòd conuentio hæc, ſiue donatio, tanquam facta contemplatione matrimonij, ſit ob cauſam, vt tenet Roland. a Vall. in conſ. 70. vol. 4. Nat. conſ. 609. Dec. conſ. 20. nu. 10. adhuc aliquod intereſſe non debetur, vt notat punctualiter Bald. in l. cùm Archimedoram. C. vt in poſſ. ligat. vbi tractans hũc articulum, iam ipſe dicit, quòd ſi pater decipiẽs generum pacto, illum alliceret ad contrahendum matrimonium cum filia, quam promiſerat hæredem inſtituere, quod ex hoc nõ tenetur pater ad aliquod intereſſe, ſed imputet ſibi gener, qui inutiliter per pactum inualidum, & contra bonos mores precauit, & deciſionem Baldi ſecutus eſt Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil. 44. Alex. in d. l. pactum in fi. C. de
35 pact. vbi pulchrè Purpur. nu. 7. † hoc amplians etiam ſi dolo malo pater induxiſſet generum, vel nurum ad matrimoniũ con trahendum ſub ſpe illius donationis, ſeu promiſſionis. Curt. iun. num. 8. & 9. Iaſ. nu. 2. Dec. etiam Iaſon in §. actionum, nu. 37. inſtit. de act. & in l. interpoſitas, nu. 4. C. de trãſact. & in l. ſi quis nõ aliter. nu. 9. ff. de verb. oblig. Gomet. var. reſol. cap. 2. nu. 21. in tit. de contract. Peregr. conſ. 69.
36 vol. 1. † Ratio enim huius cõcluſionis ea eſt, quia ex hac conuentione nõ oritur nec ciuilis, nec naturalis obligatio, cùm lex ei reſiſtat. l. ſi non fortem, in princ. ff. de condit. indeb. & not. Curt. iun. in d. l. pactum.
37 nu. 12. ibiq; Claud. Aquenſ. num. 21. † & ſucceſsiuè cùm nulla naſcatur obligatio, nulla poteſt parere actionem ad intereſſe. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. Præterea contractus, ſiue conuentio iſta eſt nulla, vt ſupra fundatum eſt, & ſucceſſiuè nullam poteſt parere actionem ad intereſſe, gloſ. in l. ſi patronus. §. patronum, in verb. Fauiana, de his, quæ in fraud. patr. Tertiò contractus, ſiue conuentio iſta tanquam impediens liberam teſtandi facultatem eſt de iure reuocabilis, vt ſupra fun-
38 datum eſt, † & cùm iſta reuocatio fiat, lege permittente, reuocans non tenetur ad intereſſe, alias ipſe nunquam metu intereſſe reuocaret, & ſic prouiſio legis dans facultatem reuocandi vaſſallo alienandi feudum nulliter, & ſine aſſenſu, dum vaſſallus reuocat hunc contractum nullum, loquendo de iure regni, non tenetur ad intereſſe, alias ſi teneretur, nunquam reuocaret, & remedium illius legis eſſet eluſorium, vt tenet Frecc. de ſubfeud. in 16. limit. ad conſtitu. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, & alij, & ex his concludo intrepidè ad fauorem ſecundogenitorum, hæredum, inſtitutorum per patrem, & ſucceſſiuè conuentionem iuribus non ſubſiſtere.
39 Prædictis etiam addi poteſt, quòd, licèt pactum de filios æqualando cum iuramento valeat in vim ſupremi iudicij, vt tradit etiam Decian. conſi. 72. vol. 3. eſt tamen reuocabile, vt poſt Theſaur. tradit Peregrin. in tract. de fideicom. art. 51. num. 24. & ſucceſſiuè, iuramento non obſtante, potuit Cæſar variare, & reuocare pactum, & contra illud diſponere in vltima voluntate, cùm ad validitatem dicti pacti requiratur perſeuerantia vſque ad mortem, vt etiam poſt alios tradit Surd. deciſ. 14. nu. 7. & in iſto pacto, quod habet tractum in futurum, vt poſſit paciſcens contrauenire aliter diſponendo, tradunt Claud. Aquẽſ. in d. l. fi. col. pen. C. de pact. Iacob. Puteus in deciſionib. Sacri Palat. Apoſt. lib. 2. deciſ. 113. per tot. latè Boer. deciſ. 204. per tot. & in ſpecie à nu. 16. vſque ad num. 25. Dec. conſi. 408. nu. 8. Decian. conſi. 7. nu. 119. & ſeqq. vol. 1. & conſi. 31. num. 203.
40 vol. 1. † & in ſpecie in pacto de non auãtagiando, vt eſt caſus noſter, tradunt Decian. conſi. 48. num. 11. cum ſeqq. vol. 2. Pariſ. conſi. 45. num. 60. volum. 2. Vaſq. in tracta. de exempl. ſubſtit. libr. 2. §. 17. num. 65. fol. 209. latè Marc. Anto. Eugen.
41 conſi. 87. nu. 59. vbi iddem aſſerit † in diuiſione facta à patre inter filios, quod non valeat, niſi pater in ea voluntate decedat illa ratione; quia eſt contra bonos mores, probat etiam Sim. de Pret. de interpr. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 2. nu. 64. fol. 481.

Nec

42 Nec poteſt agi ad intereſſe, nam eſto,
quòd ſit donatio ob cauſam, prout tenere
videtur Vinc. de Franch. deciſ. 436. tamẽ
eſſe ſimplicem tenuerunt multi, ſcilicet,
Dec. conſi. 216. nu. 5. Socin. conſi. 53. col.
1. vol. 1. Decian. conſi. 31. nu. 68. volum. 1.
latè Surd. deciſ. 322. num. 84. Regens de
43 Pont. conſi. 45. † Sed quomodocunque
ſit donatio, vel ſimplex, vel ob cauſam,
quòd non poſſit agi ad intereſſe, in pro-
prijs terminis noſtris reſpõdent Decian.
in d. conſi. 48. nu. 40. & ſeqq. vol. 2. & Pa-
riſ. d. conſi. 24. nu. 80. vol. 2.

44 Hoc conſilium dicitur eſſe quondam
Ioannis Hieronymi Zũpuli, qui, vt ſciunt
omnes, fuit in iure noſtro vir eximius,
& idcirco prædictas eius allegationes hic
inſerui, quia vt dixi, & ex lectura cerni-
tur, hic per eum diſcuſſa, concernunt ex-
plicationem eorum, quæ in dicto titu. de
renunc. q. 7. cum duabus ſeqq. examinaui.
An autem ſit donatio ob cauſam, vel ſim-
plex, & ſic debeat, vel non debeat confer-
45 ri, explicaui par. 4. q. 25. & alibi. † Quod
autem hic dicitur, vt cùm donatio prædi-
cta de æqualando filios, vel de non auan-
tagiando, ſit de eius natura reuocabilis, &
eatenus valeat, quatenus pater decedat in
eadem voluntate, clarum eſt, & ideo ſi re-
uocet, nõ teneatur ad intereſſe, quia illud
debetur, quando paciſcens non haberet
talem poteſtatem reuocandi, nam ſciunt
omnes, vt obligatio ad intereſſe naſcatur
quando quis tenetur perſeuerare in actu
geſto, & non poteſt ab illo diſcedere.

SVMMARIVM.

Religioſus, factus epiſcopus, efficitur capax ſucceſſionis, quod declaratur nu. 1. Cur reuocet donationem, & renunciationem factam tempore profeſſionis, traditur num. 2. 4. cum ſeqq.

Clauſula (rebus ſic ſtantibus) in omni actu intelligitur reſeruata. nu. 3. Explicatur hoc dictum. nu. 11. & nu. 21.

Renunciatio non obligat renunciantem vltra eius voluntatem, quod declaratur nu. 5. Facta per monialem in beneficium fratrum, an valeat, ſi renuncians ſuperuiueret eiſdem fratribus, explicatur nu. 6.

Renunciatio eſt contractus. nu. 7. non tamen obligat renunciantem contra eius voluntatem, quod explicatur nu. 12. 15. & ſeqq. & ſic deciſum refertur. num. 14.

Princeps cur non poſſit reuocare gratiam à ſe conceſſam alijs, quando ſuum fuit ſortita effectum, declaratur nu. 8. & num. 10. Dum babilitat delinquentẽ, non intelligitur ei reſtituere bona alteri quæſita. nu. 10. & nu. 19.

Summus Pontifex faciendo aliquem Religioſum Epiſcopum, an alijs præiudicare intendat, explicatur nu. 9. & 20.

Clericus exiſtens in minoribus, ſi ducat vxorem, an recuperet bona per prius donata Eccleſiæ. nu. 13.

Ceſſante cauſa renunciationis, ceſſat etiã renunciatio, quod explicatur nu. 17.

Eiſcopus quantò plures babet redditus, tantò magis dicitur liberalis in largiẽdis eleemoſynis. nu. 18.

Renunciationes factæ à minoribus 18. annis, cum profeſſionem emittũt, ſuaſionibus conſanguineorum factæ dicuntur, quod explicatur n. 22. & 23.

Legatum factum ab vxore eius viro ad præces viri, probatis præcibus, reuocatur quòad capitale, fructus tamen interim maritus fecit ſuos, nu. 24.

Renunciatio facta per Religioſum, num ſemper reuocetur, ſi renuncians efficiatur Epiſcopus, explicatur nu. 25.

RENVNCIATIO FACTA A Religioſo, an reuocetur, ſi ille efficiatur Epiſcopus.

CONS. XXXIX.

Ad confirmationem diſcuſſorum conſ. 1.

FVndaui, & credo, non incon-
cinnè in d. conſi. 1. renuncia-
tionem factam à religioſo re-
uocari, ſi ille poſtea efficiatur
1 Epiſcopus, † tum quia ad in-
ſtar ſæcularium perſonarum capax effici-
tur ſucceſſionis, vt ibidem fundaui nu. 25.
& probãt etiam Ioan. Faber, & alij, quos
ſequitur Rodriq. tom. 2. quæſtio. regular.
quæſt. 79. art. 1. & hoc omnes ſciunt, tum
2 etiam, † quia effectus Epiſcopus, reuoca-
tur donatio ob ceſſantem cauſam, & con-
ditionem, ob quam præſumitur facta, nẽ-
pè, re in eodem ſtatu permanente, videli-
cet, ſi permanſiſſet Religioſus, & in pro-

priis terminis citaui Crauet. Socin. Dec.
Natt.& alios,& de Socino, Dec.& Natt.
ad iddem propoſitum meminit Surd.cõſ.
445.num.36.volum.3. vbi ad iddem pro-
bandum citat Purpurat. Curt. iun. Ber-
trand. Rub.& Cagnol. Nam omnes ſciũt,
3 † vt in quolibet actu, & contractu intelli-
gitur illa clauſula (Rebus ſic ſtantibus)
Quæ ſi mutentur, non tenet actus, vt poſt
alios probat nouiſſimè Marta in tract.de
clauſul. par. 1. clauſ. 123. Et per hanc ra-
4 tionem, † vt dixi, Doctores citati hanc
ſententiam in propria materia talis renũ-
ciationis defendunt, quam etiam probãt
Nauarr. & alij, quos ſequitur Leſſius lib.
2.de iuſt.& iur.cap.18. dub. 10. qui aliam
addunt rationem, quando promiſſio, &
renunciatio non habent efficaciam, niſi
ex voluntate renunciantis, & donantis,
quam expreſsè, vel implicitè habet, dum
5 actum facit, † nec renunciatio prædicta,
ſiue quæuis alia promiſſio poteſt ipſum
promittentem, vel pronunciantem aliter
obligare, quoniam eſſet vltra, & contra
eius intẽtionem, & ſic nec efficaciter, nec
quouis alio modo ſubſiſtente renunciatio
ad hunc caſum ſe extendit, vt latius pro-
ſequitur Leſſius d. dub. 10.

6 Inſuper addi poteſt, quod dicimus de
renunciatione facta per Monialem in be-
neficium fratrum, quòd, ſi fratres præmo-
riantur ſine filijs, renunciatio ad hunc ca
ſum non ſe extendit, & ideò Monaſteriũ
ſuccedit ex perſona Monialis, non obſtan
te illa renunciatione, vt probaui in d.tit.
de renunciat. quæſt. 17. & dicetur infra
conſi. 49.

Audiui, imò & vidi multas opponi dif-
ficultates contra diſcuſſa in prædicto cõſ.
7 Prima eſt, † quòd renunciatio eſt contra-
ctus, & illa præcipuè, quæ fit ab ingrediẽ-
te religionem, prout etiam iudicauit Sa-
crum Conſilium, vt recenſui par. 3. quæſt.
8.& conſequenter irreuocabilis eſt ex re-
gul.text.in l.ſicut.C.de action. & obligat.
8 † Secunda, quia Princeps non poteſt reuo
care gratiam à ſe conceſſam, quãdo ſuum
effectum ſortita fuerit, vt poſt alios dixi
9 par.2.tit.de perſon.q.4. num. 10. † Igitur
dum Summus Pontifex ex gratia habili-
tat religioſum, faciens illum Epiſcopum,
non cenſetur illum habilitare contra ius
quæſitum tertio, tanto magis, dum Epi-
ſcopus ad perfectiorem vitam vocetur, &
ſic non debet inquietare illos, in quorum
beneficium renunciauit; tantò magis dũ
Epiſcopi habent ex introitibus Epiſco-
patuum redditus, & ex illis, & ſe, & ſuam
familiam alere poſſint, & ſatis eſt, vt Epi-
ſcopi redditus congruos habeant ad vi-
ctum, & alimenta ipſorum, & eorum fa-
miliæ; nam ſic etiam euitabũt multas ex-
penſas inutiles, quas facerẽt, ſi plus habe-
rent, & etiam occaſionem reddendi ra-
tionem Deo, ſi malè introitus expen-
derent.

10 Additur tertiò, quòd, dum Princeps
habilitat delinquentem, cuius bona erant
publicata, & non reſtituit illum ad bona
alteri quæſita per publicationem, clarum
eſt, vt taliter reſtitutus non recuperet illa
bona alteri quæſita, vt dixi part. 4. q. 50.
Igitur eodem modo philoſophãdum erit
in propoſito, vt Summus Põtifex faciens
illum religioſum Epiſcopum, habilitet eũ
ad acquirendum in futuro, non autem vt
bona per renunciationem alteri acquiſi-
ta, recuperare valeat, tantò magis vt eui-
tentur lites, quæ occaſione talium reuo-
cationum oriri poſſent.

Quartò denique comprobantur præ-
dicta, eneruando motiuum principale, in
quo fundatur Conſilium 13. vt quælibet
11 diſpoſitio, & actus intelligatur factus (re-
bus ſic ſtãtibus) ſeu (re in eodẽ ſtatu per-
manente) ex tex. in l. quod ſeruius, vbi Iaſ.
nu.8.ff.de cõdit. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.
Siquidem hoc axioma non procedit in
contractibus ea ratione, ne ſit in facultate
vnius ex contrahẽtibus eludere alterum,
cui per ipſum contractum fuit ius quæſi-
tum, ita declarat Alciat. in tract. de præ-
ſump.reg.2.præſump.16.nu. 4. & reſpõſ.
80.nu.4. quem ſequitur Menoch. in tract.
de præſump.lib.6.præſump.37. num. 32.
& conſi.1038.nu.3.vol. 11. ſed renuncia-
tio iſta; vt ſuperius dictum eſt, eſt contra-
ctus, & contractus naturam ſortitur, id-
circo non debent illi, in quorum benefi-
cium facta eſt renunciatio decipi, vt ſit in
voluntate illius religioſi, facti Epiſcopi,
eam reuocare; & hæc ſunt motiua magis
vrgentiora; quæ contra dictum conſilium
primum adduci poſſent. Fateor quòd per
tres annos, & ibi diſcuſſa, & hic examina-
ta maxima conſideratione reuolui, & li-
benter mutaſſem ſententiam, ſi me con-
uinciſſent, & plures in noſtra ſcientia vi-
ros eximios conſului, & eis viſum fuit
prædictas obiectiones nullo modo ſubſi-
ſtere, & veras eſſe ſolutiones eiſdem accõ-
modatas, quas infra ſubijciam.

Quodq;

12 Quodque prædicta vera ſint, iam ex dictis hic, & ibi cernitur, vt ſemper renunciatio facta præſumatur ſecundùm voluntatem renunciantis, & re in eodem ſtatu permanente, quod eatenus eſt verum, q̀,
13 † ſi clericus in minoribus exiſtens ordinibus, aliqua bona donaſſet alicui Eccleſiæ, & deinde vxorem duxerit, & ſic poſt donationem mutaſſet ſtatum, recuperaret illa bona, ex quo facta præſumeretur donatio ſub illa cōditione, ſi clericus permāſiſſet, tex. eſt in cap. quod à te. de cleric. coniugat. & conſequenter iddem erit in propoſito, vt facta præſumatur renunciatio, ſi religioſus permanſiſſet, & ſi è religione legitimè exierit recuperet illa bona renunciata.
14 Plus determinauit Sacrum Conſilium in anno 1506. die 23. Decembris in cauſa Iſabellæ de lo Baucio cum Raymundo de Baucio, referente Antonio de Rao, vt legitur in d. proceſſu, qui conſeruatur penes actuarium de Mondellis fol. 190. quòd, dū ipſa Iſabella ex illa cauſa renunciationem feciſſet, ex quo tendebat ad Regem Vngariæ, à quo dotari ſperabatur, & iam dotata fuit ſatis congruè iuxtà eius conditiones, ſed quoniam ipſa Iſabella permanere non potuit in dicto Regno Vngariæ, & proinde iterum ad hoc Regnum venit, renunciatio illa fuit declarata nulla, & inualida, & ea non obſtante, fuit admiſſa Iſabella ad legitimam, & hoc ob iam dictas, ſæpius repetitas rationes, vt facta intelligatur renunciatio re in eodem ſtatu permanente, & quod de eſſentia renunciationis eſt, vt ſi ſtatus renunciantis mutetur, corruat renunciatio ex defectu voluntatis renunciātis, & etiam, quia in dubio ſemper facienda eſt coniectura, vt dicamus renunciationem ad hunc caſum non extendi, cùm ipſa ſit ſtricti iuris, & potius reſtringi debeat, quàm ampliari, vt ſæpiſſimè replicatum eſt in d. tit. de renūc. & teſtor Deum, quòd hæc mihi videtur veritas, & iuſtis ex cauſis, vt eſſem contra eos religioſos, qui epiſcopatum procurant, vt conſanguineos inquietent, libenter mutaſſem ſententiam, ſed non potui, vt dixi, quia nulla ex dictis rationibus me conuincit, etiam quia conſanguineis imputandum eſt, cū ipſi religioſos infeſtent, vt faciāt eos Religionem deſerere, vt Epiſcopi fiant, & ſic in pœnam meritò hæc patiuntur.
15 Nec vrgent contraria, & primum, quia licèt renunciatio ſit contractus, eſt tamen contractus conditionalis, dependens a voluntate renunciantis, & ideò dum ille nō præſumitur renunciaſſe, niſi ſub illa conditione, ſi religioſus permanſerit, vt exeūdo à religione potius præſumatur habere voluntatem reuocandi renunciationem, ſeu, vt renunciatio ad illum caſum non ſe extendat, vtque argumētum nullius eſt momenti.
16 Nec vrget ſecūdum, quia idcirco Princeps non poteſt reuocare gratiam à ſe cōceſſam, dum ſuum fuit ſortita effectum, quoniam res non eſt integra ex parte Principis; ſed in caſu noſtro totum oppoſitū; cùm enim renunciatio pendeat à voluntate renunciantis, nec aliter efficaciam habeat, vt ſuperius dictum eſt, conſequen-
17 ter ſequitur, † vt ad hunc caſum non ſe extendat, & ſic per ſe ipſam ceſſet, dum ceſſat cauſa renunciationis ex regul. text. in cap. cum ceſſante, de appellat. Nec facit, quòd effectus ſit conſumatus, quia con
18 ſumatus eſt ſub eadem conditione, † ſic etiam non vrget, vt Epiſcopi habeant introitus Eccleſiæ, verum eſt quidem, ſed renunciatio reuocatur non ob defectum alimentorum, ſed ex defectu conſenſus renunciantis, quia ad hunc caſum renūciatio non ſe extendit, & tantò magis, quia quantò plures redditus habet Epiſcopus, tantò magis eſt liberalis in operibus pijs faciendis, ac in erogandis eleemoſy nis in beneficium pauperum, vt eſt omnibus notiſſimum, & ſacri Canones ſunt vulgati.
19 Eodem modo ſoluitur tertium, quia non præſumitur eſſe voluntas Principis reſtituere delinquentes quòad bona alteri quæſita, niſi in ſpecie id dicat, ſed ſolùm reſtituit quòad pœnam, vt dixi in in d. q. 50. & ſic ex defectu voluntatis Principis id euenit, ſed in caſu noſtro habemus to-
20 tum oppoſitum; † nam Summus Pontif. habilitat religioſum ad ſuccedendum, & relicto tantùm voto caſtitatis, abſoluit illum à voto paupertatis, & obedientiæ, & eum reponit in terminis, prout erat ante renunciationem, & conſequenter dum renunciatio ex ſeipſa corruit à ratione ceſſante, & ex defectu voluntatis renunciantis, vt ſæpiùs dictum eſt, & hoc ex iuris diſpoſitione, habilitatio intelligitur facta, vt iuris eſt.
21 Poſtremò nec vrget quartum, nam, vt vt ex Doctoribus inibi citatis colligitur, procedit in contractu vltrò citroq; obligato-

gatorio, nec procedere poteſt in renũciatione, quæ ex voluntate renunciantis tantùm pendet, & non ſe extendit vltra eius voluntatem, & ſic etiam in contractibus procedit regula, vt cenſeatur factus, ac celebratus ſub illa conditione, & cauſa, firmo manente eodem rerum ſtatu, alias, illo ſtatu mutato, receditur ab illo contractu, vt dixi ſupra nu. 3. & ſeqq. & probat text. in d.l. quod Seruius, vbi gloſ. ff. de condit. ob cauſ. l. cùm quis, in princ. ff. de ſolutio. Innumeros citat, & probat Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 166. C. de reuocand. donat. Poſt eum Pariſ. Gozad. Crau. Natt. & Deciſionẽ Pedem. probat Surd. deciſ. 326. num. 31. & ſic patet veritas huius quæſtionis.

Non omittimus dicere, quòd tales re-
22 nunciationes, vt plurimum fieri ſoleant per minores 18. annis, & ſuaſionibus, blãditijs, & promiſſionibus conſanguineorum ſub illo quęſito colore, quòd dum religioſi ſunt, bonis non indigent, & quòd ſi aliquibus indigeant, ijdem met conſanguinei eis adminiſtrabunt omnia neceſſaria, quamuis multoties poſtquã renũciationẽ habuerunt, aut vix, aut nũquam renunciantes vident, nec audiunt, hoc ſcio de pluribus, & ſic tantò magis confirmatur motiuum, vt ſit facta ſub illa cauſa, dũmodo religioſi permaneant, quæ eſt cauſa formalis, & efficax annullationis talium
23 renunciationum. † At ſi etiam preces, & ſuaſiones conſanguineorum probarẽtur, quibus feciſſent renunciationes, eò magis
24 reuocarentur renunciationes, † vt dicitur de legato facto per vxorem eius viro ſuaſionibus, & precibus viri, vt reuocetur probatis dictis ſuaſionibus, quæ reuocatio fit quòad proprietatem, ſed fructus fecit ſuos maritus vſque ad reuocationem, & ita fuiſſe deciſum teſtatur Afflict. deciſ. 63. nu. 8. & poſt ipſum Boer. Farinac. & Mõter. tenet nouiſſimè Ioan. Baptiſta de Thoro in compẽd. deciſio. Neapolitanar. in verb. legatum in teſtamẽto factum per vxorem.

25 Ex his ſequitur, vt reuocetur donatio, & renunciatio quòad proprietatem, & ſic à die, quo exijt à religione, ſed conſanguinei interim fecerũt fructus ſuos, & ita iudicarem, attamen exiſtimo habendam eſſe rationem, vt, ſi bona illa eſſent trãſlata in alios, vt quia data eſſent in dotem, vel alio modo non eſſent penes ipſum, cui fuerunt renunciata illa bona; tunc ad euitandas lites, & alia incommoda, & etiam ex veriſimili mente renunciantis, qui ita etiam rationabiliter velle præſumitur, & velle debet, non ſunt auocanda illa bona ab illis habendo potius rationem ad quẽdam æquitatem, & conuenientiam, quàm ad iuris rigorem; nam ſi omnis alia ratio ceſſaret, hæc ſola vigeret, vt, dum Epiſcopus habet reditus, quibus ſe, & ſuam familiam alat, illa bona patrimonialia ſaltẽ loco eleemoſynæ remaneant penes dictos conſanguineos, ne ipſi mendicare cogantur in dedecus eorundem Epiſcoporum, & ita iuris eſſe mihi videtur.

SVMMARIVM.

Donatio facta contemplatione matrimonij ſub illa formalitate, vt tot bona habeant filij naſcituri ex illo matrimonio, an ſit cauſa mortis, vel inter viuos. nu. 1. cum ſeqq. Reducitur ad pactum de ſuccedendo. nu. 7.

Donatio, quæ firmatur poſt alterius mortem, dicitur cauſa mortis, quod explicatur nu 3.

Donatio, facta patri, & filijs, qualiter filijs acquiratur, traditur num. 4. & ſeqq.

Donatio facta in fraudem l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. quando nam dicatur, traditur nu. 5.

Maritus eſt prohibitus donare vxori, etiam per interpoſitã perſonam, quod explicatur nu. 6.

AN DONATIO FACTA CONtemplatione matrimonij ſub illa conditione, vt filij naſcituri habeãt ex bonis paternis tot bona, vt nempè remaneant in hæreditate patris aurei decem mille, dicatur donatio cauſa mortis, vel inter viuos.

CONS. XL.

Ad explicationem eorum, quæ par. 4. q. 25. & conſi. 2. & 11. dicta ſunt.

SVcceſſit quæſtio annis elapſis inter quoſdam nobiles; nam contractum fuit matrimonium inter Petrum. v.g. & Portiam;

Portiam; frater dicti Petri, veluti Franci-
ſcus pro ſecuritate dotium dictæ Portiæ,
aſſecurauit patrimonium Petri fratris, vt
ſi in bonis eiuſdem Petri poſt eius mortẽ
non temanerent ducati decem mille in
beneficium filiorum naſciturorum ex di-
cto matrimonio inter Portiam, & Petrũ,
teneretur ipſe Franciſcus de proprio ſup-
plere ſummam prędictam, prout ex nunc,
pro tunc, & è contra dictam ſummam do-
nauit in capitulis matrimonialibus ad ef-
fectum prædictum. Altercatio, inquam,
fuit, an eſſet donatio cauſa mortis, vel in-
ter viuos? Et multum hinc inde altercatũ
fuit, & plura decreta, & ſententiæ fuerũt
interpoſitæ, quibus cernebatur intentio-
nem Sacri Conſilij fuiſſe declarare illam
fuiſſe donationem cauſa mortis; & ita in
facto conſului, quàmuis multi tenebant
contrarium.

2 Mouebar, quia in capitulis matrimo-
nialibus pluries repetuntur illa verba, vt
filij naſcituri ex dicto matrimonio poſt
mortem Petri eorum patris haberent de
bonis paternis ſummam prædictam duca-
torum decem mille; & ſi tãtam ſummam
minimè haberent, tunc ipſe Franciſcus
teneretur de proprio ibi [*e promette, e
vuol eſſere tenuto del ſuo proprio al ſup-
plimento*] & ſic pluries repetuntur di-
cta verba poſt mortem Patris; & conſe-
quenter ſequitur, vt filij dici nequeant
acquiſiuiſſe ius formatum, niſi poſt mor-
3 tem patris: quo fit, vt † dum donatio fir-
matur poſt mortem alterius, ſit donatio
cauſa mortis, ſic probat text. in l. mortis
cauſa. ff. de donatio. cauſ. mort. ibi [quem-
admodum cùm rem ita tradiderit, vt,
moriente eo, fiant accipientis] ſic etiam
in l. Seia. ff. de dot. prælegat. ibi [videri
eum in eum caſum] Alberic. in l. nam ſi
cùm moriar. ff. de condit. indeb. Iaſ. in l.
quæ dotis num. 43. ff. ſolut. matrim. & in
conſi. 6. volum. 3. & hoc omnes ſciunt, &
ſucceſſiuè clara redditur prædicta deter-
minatio, vt colligitur etiam ex dictis par.
3. q. 5. nu. 7. vbi alios citaui.

4 Confirmabatur ſecundò, quia licèt ſit
quæſtio, an donatio facta patri, & filijs
cõtemplatione matrimonij, iudicetur fa-
cta in beneficium patris principaliter,
adeò vt filij teneantur eſſe hęredes patris,
de qua latiſsimè diſputaui d. cõſ. 2. in hoc
caſu nõ poterat ſubſiſtenter dubitari, quia
expreſsè frater cõtemplatione Petri eius
fratris dictam aſſecurationem fecit, &
conſequenter etiam ſi fuiſſet donatio in-
ter viuos, adhuc poterat Petrus ad libitũ
diſponere, & conſequenter creditores Pe-
tri eſſent præferendi eius filijs, vt patet ex
dictis in d. conſ. 2.

5 Addebatur tertiò, quia Petrus habe-
bat filios ex alio matrimonio, & ſic ad
fraudandum filios primi matrimonij fe-
cit donationem iſtam filijs ſecundi ma-
trimonij, & ad hunc finem Franciſcus in-
terceſſit, ſiue pro aſſecuratore interuenit,
vt ex pacto cernitur, & conſequenter dũ
eſt donatio facta filijs ſecundi matrimo-
nij, ſic ſimulatè, & per interpoſitam per-
ſonam, ſine dubio nullius eſt momenti, vt
in l. hac edictali. §. ſi verò plus. C. de ſecũd.
nupt. vbi Oddofred. Bald. Salycet. & Ber-
trand. Dec. cõſ. 246. Gabr. lib. 3. commun.
opin. in tit. de ſecund. nupt. concluſ. 4. nu.
6. & 7. & pluries repetitum eſt parte 3. q.
11. & ſeqq. & hoc omnes ſciunt, vt etiam
6 dicitur, quòd, † dum maritus eſt prohibi-
tus donare vxori, & vxor viro, donatio
eſt nulla, etiamſi fiet per interpoſitam
perſonam, vt probat Barbat. conſ. 12. col.
11. vol. 1. Curt. iun. conſ. 6. num. 7. & 19.
probant etiam Bart. Alberic. Iaſ. & alij,
quos ſequitur Menoch. lib. 2. de arbitrar.
iud. caſ. 459. num. 28. vt alios omittam; &
ſucceſsiuè ex his luce clarius cernitur, vt
etiam ſi fuiſſet donatio inter viuos, prout
defendi poſſet, adhuc tamen nullius eſt
momenti, tum quia in fraudem tituli de
ſecundis nuptijs, tum etiam quia in ea fi-
lij ſuccedere nequirent, niſi tanquam pa-
tris hæredes, & ſic creditores illis præfe-
runtur.

7 Poſtremò addebatur, vt non ſit omni-
no improbanda ratio, fuiſſe donationem
cauſa mortis, nam ex dictis ſuperius conſ.
38. etiam ſi eſſet pactum de ęqualando, vel
de non auantagiando filios, ſeu pactum
de ſuccedendo, vt in illis ducatis decẽ mil
le ſuccedant filij poſt mortẽ patris, & ſic
tale pactũ, etiam contemplatione matri-
monij factũ, eſſet ex ſui natura reuocabile,
& ſolũ valeret in vim ſupremi iudicij, vt
patet ex ibidem diſcuſſis, & proinde dum
Petrus pater contraxit debita, eo ipſo re-
uocauit illam donationem, & ſic nec etiã
debetur intereſſe, vt ex diſcuſſis in eodem
conſ. 38. luce clarius cernitur.

SVM-

SVMMARIVM.

DOnatio facta filijs contemplatione matrimonij, an reuocetur, ſi donans ſuperuiueret donatarijs. num.1. & ſeqq.

Facta, etiã vt matrimonium contrahatur cum certa perſona, ſi matrimonium non ſequatur, ipſo iure reuocatur. num.2. Procedit etiam ſi matrimoniũ ſequatur, & ob aliquod impedimentum declaretur nullum. num.3.

Donatio facta contemplatione matrimonij, an ſemper dicatur irreuocabilis etiam per vitium ingratitudinis, explicatur num.4.

Donatio facta (ex nunc, protunc, ſequuta morte donantis) an caducetur, ſi donatarius præmoriatur donãti. nu.5.

Renunciatio, licet ſit facta etiam in beneficium hæredum, ſi renuncians ſuperuiuat, non iuuat hæredibus, quod explicatur num.6.

AN DONATIO FACTA FILIO contemplatione matrimonij reuocetur ſi filius præmoriatur donanti, nullis relictis liberis.

CONS. XLI.

Ad diſcuſſionem eorum, quæ par.4.q.25 dicta ſunt.

1 VIdi ortam dubitationẽ annis proximè elapſis, dum quædã mater certam pecuniarum quantitatem donaſset filio cõtemplatione matrimonij, & filius eſset præmortuus matri donanti, ſi reuocata eſſet dicta donatio, & conſultus, affirmatiuè reſpondi. Mouebar ex infraſcriptis. Primò, quia omnis donatio, & diſpoſitio, ſic etiam renunciatio intelligitur facta, re in eodem ſtatu permanente, vt latiſſimè dictum eſt ſupra conſ.39. ſed ſic eſt in propoſito, quia facta præſumitur, ſi filius ſuperuiueret donãti, vel ſi liberos reliquiſſet. Igitur ex ratione cauſæ ceſſantis, ceſſat etiam actus.

2 Secundò, quia donatio facta contemplatione matrimonij contrahendi cum certa perſona, ſi matrimonium nõ ſequatur, ipſo iure reuocatur donatio, quoniã facta dicitur ſub illa conditione, ſi matrimonium ſequatur, aliàs ſit nulla, & nullã pariat obligationem. l. Publius Mæuius. ff. de cond. & demõſtr. Bart. per illum tex. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtrat. vbi Caſtr. teſtatur de communi, tenent etiam Barboſa, Caldas, & alij, quos probat Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ.4. glo.1. nu.50. cũ ſeqq. vbi ſic pluries deciſum refert in illo Sena. Catalon. ſiue donatiò fuerit facta à parentibus, ſiue ab extraneo, vbi nu.4. probat,

3 † vt etiam ſecuto matrimonio, & diſſoluto, quia nempe fuit declaratum nullũ ob aliquod impedimentum, ſit etiam nulla talis donatio, & ſi donans tradiderit rem donatam, eam reuocat; ſi verò non tradiderit, licito iure penes ſe retinet.

4 Tertiò denique mouebar, quia licèt donatio facta contemplatione matrimonij, ſit irreuocabilis, nec etiam per vitium ingratitudinis reuocari poſſit, vt dixi in d. q.25. ſub nu.7. nihilominus ſi donatio facta eſſet filiæ contemplatione matrimonij, & mortuus eſſet maritus, nec ex dicto matrimonio eſſent filij, & donataria committat vitium ingratitudinis, ex quo ceſſat fauor matrimonij, ſic etiam præiudicium mariti, & filiorum, tunc donatio ipſa reuocatur, vt poſt Cancer. par. 3. variar. reſolut. cap.2. de inuentar. num.221. probat Fontanell. d. glo.1. nu.36.

Ex his omnibus concludi donationem prædictam fuiſſe effectam caducam, & reuocabilẽ, ex quo ceſſabat fauor matrimonij, quod ſolutum erat per mortem donatarij, ceſſat præiudicium filiorũ, quia non adſunt, & ceſſat etiam præiudicium vxoris, quia tuta eſt pro dotibus, & antefato, & conſequenter ceſſat etiam donatio.

5 Nec vrgere videbatur, quod par.3. q.5. nu.9. defendi, vt regulariter non caducetur donatio inter viuos, facta cũ illa clauſula [ex nunc pro tunc, & è contra, ſecuta morte ipſius donantis] nam multi ibidem cumulati tenẽt oppoſitum, & in hoc caſu non ſolùm erat facta donatio cum dicta clauſula, ſed facta erat contemplatione matrimonij, & filiorum naſciturorum; & proinde, dum ceſſabat fauor matrimonij, nec aderat præiudicium filiorũ, cùm donatarius ſine filijs deceſſerit, ſine dubio ceſſauit donatio.

6 Nec ſecundò vrgebat, quòd donatio

facta

Digitized by Google

facta intelligitur etiam in beneficium hęredum quorūcunque, ex illa clauſula [pro ſe, ſuis filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque] nam reſponſio eſt clara, vt illa clauſula nihil operetur in hoc caſu, donatio ceſſat ex voluntate donantis, quę dum ſuperuiuit donatario, qui ſine filijs deceſſerit, non præſumitur ſeipſam excludere, & hæredes extraneos donatarij ad illa bona admittere, vt latius probaui par. 4. in tit. de renunc. q. 17. & conſtat ex diſcuſſis in eadem materia renunciationis, & dicendis infra conſ. 49.

SVMMARIVM.

Contractus factus à filio famil. eſt nullus, non obſtante clauſula executiua, et ratione probatur nu. 1. 3. et ſeqq. Filiusfam. eadem facilitate renunciat iuri ſuo, qua contrahit in eius præiudiciū. num. 2. & 8.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, dum in contractu adeſt metus reuerentialis, & enormiſſima læſio, vt num. 4.

Contractus eſt nullus, quando deficit cōſenſus, nec validari poteſt per iuramētum, & ratione probatur nu. 5. & 7.

Iuramentum regulatur ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur. num. 6. & ſeqq.

Contrahentes non poſſunt tollere ſolennitates introductas per legem, etiam municipalem. num. 8.

Contractus facti contra iuris diſpoſitionem ſunt nulli, nec tractu tēporis conualeſcunt, etiā ſi contrahentes renuncient talibus ſolennitatibus. num. 7. cum ſeqq.

Renunciationes, & clauſulæ appoſitæ in contractibus per notarios, an præiudicent partibus, traditur nu. 10.

Periurus dicitur, qui non ſoluit in tempore promiſſo. num. 11. Excuſatur tamen, ſi non habeat in bonis, vel eius bona eſſent ſequeſtrata. num. 12. Poteſt tamen petere abſolutionem reſpectu obligationis, quæ remanet poſt terminum elapſum ad ſoluendum. num. 13.

Clauſula executiua, ſiue guarantigia nihil operatur, ſi cōtractus eſt nullus, quod explicatur nu. 14. & ſic pluries deciſum refertur nu. 16. cum ſeqq.

Filiusfam. obligatus cum patre, dum efficitur ſui iuris, non tenetur ex illo contractu, niſi inquantum facere poteſt. num. 15. ſic pluries deciſum refertur à num. 17. ad num. 27. non obſtante, quòd filius renūciaſſet dicto beneficio. Qualitas perſonę ipſius filijfam. in hoc caſu attenditur. nu. 27. Dum exit à poteſtate patris, efficitur nouus homo, quod explicatur nu. 28. procedit etiā ſi eſſet hæres patris, dummodo ſit cum beneficio legis, & inuentarij. num. 29. Filiusfam. vt audiatur cōtra contractus factos dū erat in poteſtate patris, nec depoſitum facere debet, nec conſtituere ſe in vinculis, ſed ad ſummum tenetur præſtare cautionem de parendo mandatis curiæ, & de ſe præſentando carceratū tempore expeditionis cauſæ, & ſic pluries deciſum refertur. nu. 30. 31. & 32.

Contractus nullus, nullū producit effectum, & quilibet obligatus poteſt contra talem contractum venire. nu. 33. & 35.

Ritus Mag. Cur. Vic. diſponens, vt debitor non audiatur, niſi facto depoſito, vel in vinculis poſt liquidationē, qualiter procedat, explicatur num. 34. & ſequentibus.

Cōtractus ſi totaliter eſt nullus, nullum producit effectum, ſecus ſi cauſatiuè, quod explicatur nu. 35.

Exceptio ne filiusfam. conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, etiam poſt ſententiam opponi poteſt, quod explicatur num. 36.

Exceptio modificatiua poteſt opponi poſt ſententiam. num. 37.

Contractus geſtus per filiumfamil. non ratificatur, niſi expreſsè conſtet de ratificatione. nu. 38. & tunc valet contractus ex nunc, non autem ex tunc, quod explicatur nu. 39. 40. & 41.

Solutiones factæ poſt liquidationem inſtrumenti, non ſolùm non probant ratificationem contractus facti per filiumfamil. ſed etiam repeti poſſunt, quod explicatur num. 42. & 43.

Dilatio conceſſa per iudicem, vel per creditores filiofamil. obligato cum patre, an ei præiudicet, explicatur nu. 44.

AN CONTRACTVS FACTVS a filiofam. ſimul cum patre valeat, & an filius præſumatur illum ratificare, ſi poſt mortem patris obtinuiſſet dilationem à creditoribus, vel aliquas pecuniarum quantitates eis ſoluiſſet, & an ſi velit contractum annullare, teneatur facere depoſitum, vel dicere cauſam in vinculis.

CONS. XLII.

Ad maiorem explicationem eorum, quæ conſ.4. diſcuſſa ſunt.

OCcaſione eorum, quæ in d.conſ.4.ſunt diſcuſſa, vidi ortam contentionẽ circa tria ad diſcuſſionẽ talium contractuum, qui fiunt per filiosfam. ſimul cum patre. Primò, ſi poſtquam filiusfam. taliter obligatus, quia dicitur pro patre intercedere, ex quo nihil habuit ex illo cõtractu, debeat contractus annullari, vel potius reſcindi. Secundò, an in hoc caſu poſſit talis filiusfam. gradatim conditionaliter, & ſucceſſiuè vti beneficio ll. quod cum eo. Tertiò, an pendẽte tali diſcuſſione, teneatur præſtare cautionem, & qualem, vel teneatur facere depoſitũ, vel conſtituere ſe in vinculis, ſi inſtrumenta liquidata fuiſſent, vel ſine aliquo ipſorum debeat filiusfam. audiri.

Quod attinet ad primum, iam in dicto
1 conſ.4. latiſſimè fundatum eſt, † tales contractus eſſe nullos, ac nullius momenti, & virtute talium inſtrumentorum, quamuis habeant clauſulã guarentigiatam, & quouis modo executiuam, procedi non poſſe ad liquidationem, nec ad carcerationem eiuſdem filij familias, & hoc non obſtan-
2 te quouis iuramẽto: † quoniam eadem facilitate, & metu reuerentiali, quibus obligatus præſumitur, dicitur etiam iuraſſe, tum etiam ob euidentem, & enormiſſimã læſionem, dum ex illo contractu nihil habuit, & tota pecunia verſa fuit in vtilitatem patris; & hãc eſſe receptiorem ſententiam, ſic in praxi pluries obſeruatam,
3 ibidem firmauimus, † quam ſententiam probant etiam Crauet. conſ.11. num.12. & conſ.114. nu.1. Capyc. dec.159. nu.32. cum ſeqq. Grammat. deciſ.103. num.49. & 50. Peregrin. in deciſionibus Patauin. deciſ.112. num.20. & Aſcia, quos probat Io. Bapt. de Thoro in compend. deciſion. Neapolit. in verb. filij familias habitãtes. in verb. filiusfam. renuncians in ſpecie. & in verb. exceptio legis, quod cum eo. vbi ſic etiam deciſum affirmat, probat etiam Vinc. de Franch. deciſ.221. de quo meminit Riccius par.1. collectan. deciſ. c.152. §. & num filiusfamil. Couarr. & alij, quos probat Sanchez lib.4. de matrim. diſp.16. nu.15. vt alios omittam: nam DD. docẽt,
4 † vt dũ adeſt metus reuerentialis, & enormiſſima læſio, nec etiam ſit neceſſaria abſolutio à iuramento. ita But. in c. cùm cõtingat. nu.13. verſ. quartus caſus principalis. de iureiur. vbi Abb. nu.23. idem Abb. conſ.8. lib.2. Caſtrenſ. cõſ.174. lib.1. Aret. conſ.93. col.2. Alex. conſ.42. nu.6. vol.1. Dec. qui teſtatur de communi conſ.180. nu.3. Barbat. conſ.53. vol.2. Curt. iun. in l. interpoſitas. C. de tranſact. & conſ.53. nu.9. Rip. in l.2. nu.10. C. de donat. Sylua. conſ.13. nu.7. Cacheran. deciſ.41. num.2. Theſau. deciſ.165. nu.8. Intrigl. deciſ.45. num.29. communem etiam dicit Ioſeph Lud. deciſ.27. nu.18. Seraphin. de Seraph. in tract. de priuil. iuram. priuil.71. nu.22. Bilotta in tract. de abſolut. iuram. cap.2. nu.10. & ita deciſum refert Caſſiod. in tit. de empt. & vẽd. deciſ. vnica. Barbaglia in tract. de dolo, lib.2. in tit. de dolo re ipſa. num.38. q.5. fol.169. & hoc ea ratione;
5 † quia dum in cõtractu deficit conſenſus, & ſubſtantia, & ſic eſt nullus, etiam iura-
6 mentum eſt nullum, cùm clarum ſit, † vt reguletur ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur. l. fin. C. de nõ num. pec. glo. in authent. ſi qua mulier. in verb. nullatenus. C. ad Velleian. Rolan. conſ.2. nu.80. vol.1. cum alijs cumulatis d. conſil.4. num.15. & ſeqq. latiſſimè Surd. conſ.361.
7 nu.11. vol.3. Qui omnes docent, vt † dum actus non eſt validus, iuramentum nõ inueniat quid confirmare, & ſic nullius eſt momenti, pręcipuè quãdo ille contractus annullaretur ex forma ſtatuti, vt loco citato probatum eſt, & poſt alios confirmat
8 Surd. d. nu.11. † non obſtante quauis renunciatione, quia non poſſunt cõtrahentes tollere ſolennitates inductas à lege cõmuni, & etiam municipali, & proinde d.
9 conſ.4. nu.23. cum ſeqq. probatum eſt, † vt tales contractus conualidari non poſſint, non obſtante quouis tractu temporis, vt etiam probãt alij plures, quos ſequuntur Andr. Tiraq. de legib. cõnub. gl.8. nu.114. Borgnin. deciſ.31. nu.36. Menoch. conſ.

918.

918.num.33.vol.10. qui penè innumeros
tam antiquos, quam modernos cumulát.
10 † Nec renunciationes, quæ apponuntur
per notarios, aliquid valent, vt dixi in prę
dicto conſ.4.nu.5.& ſeqq. nam tales clau-
ſulæ potius apponuntur per notarios ex
proprio Marte, & ſic partibus nõ nocent,
quod eſt clarum in omnibus cõtractibus,
& inueſtituris, niſi clarè conſtet de enixa
voluntate partium, vt probant etiã Bart.
in l.1.nu.10.in fi.ff.de iure codicill. Aret.
Dec. Curt. Pariſ. Socin. iun. & Alba, quos
probat Surd.conſ.410.nu.52.vol.3.
11 Plus docent DD. quòd licèt ſit lapſus
terminus ad ſoluendum, & ſic regulariter
non ſoluens incidiſſet in periurium, id ta-
men non procedit, quando contractus eſt
nullus, vt poſt Aret. & alios probat Gabr.
in commun.concl. in tit.de tranſact. con-
12 cluſ.1.nu.61.& 72. † & tantò magis ſi nõ
haberet in bonis, vel eius bona eſſent ſe-
queſtrata per iudicem, vt eſt deciſio Fely.
in c.1.nu.29.verſ.tertius caſus.de iureiur.
quem probat Ant.Corn.in tract.de abſol.
par.3.q.4.nu.73. verſ.quarto amplia. &
13 ad ſummum, † licèt peccaſſet in non ſol-
uendo in termino præfixo, poteſt tamen
petere abſolutionẽ reſpectu obligationis,
quæ remanet etiam poſt terminum ela-
pſum, deciſio eſt ſingularis Ant. de Butr.
in c.debitores, nu.7.in fi.verſ.inquantum
dicit Federicus. de iureiuran. & hoc iure
vtimur quotidie, quia reuera non dicitur
periurus ad finem, ne poſſit obtinere abſo
lutionem à iuramento, niſi poſt liquida-
tum inſtrumentum, vel poſt incuſatam
obligationem, vt magis patebit ex dicen-
dis infra conſ.ſeq.
14 Plus dicũt DD. quòd iſta exceptio nul-
litatis contractus eſt talis efficacię, vt poſ-
ſit opponi etiam ad impediẽdam exequu-
tionem inſtrumentorum guarentigiato-
rum, ſeù habentium exequutionem para-
tam, vt patet ex dictis hic, & in conſ.4. ex
quo clauſula exequutiua, & guarantigiæ,
quæ apponitur in contractu nullo, eſt ac-
ceſſoria ad contractum, & ideò ſi contra-
ctus, qui eſt principalis, eſt nullus; ſic etiã
eſt nulla dicta clauſula tãquam acceſſoria,
vt per tex.in l.fin.iunct.gl.in verb.de con
ſtituta.ff.de conſt.pec. probat Bald. in l.ſi
abſentis, num.11.in fi.verſ.vnde ſcias.C.ſi
cer.pet.in l.2.num.3.C.de execut.rei iud.
& in l.ex teſtamẽto, nu.2.verſ.& per con-
ſequens.C.de fideiuſſ.glo.in l.ſi patronus.
§.patronum, in verb.Fauiana.ff.ſi quid in
fraud.patr. Rom. Curt. Iun. Ripa, Hippol.
Maran. Tiraq. Mãdoſius, & Iaſ. quos pro-
bat Brunor. a Sole in cõpend. propoſ.iur.
in verbo clauſula guarantigiæ, latiſſimè
Ant. Canarius in tract.de execu.inſtr.q.4.
nu.11.& q.11.nu.22.& 23. Affl.dec.283.
nu.1.verſ.ſimiliter. Dec.in l.cũ principa-
lis. nu.2. vbi Cagnol.num.7.ff.de reg.iur.
Bern. Pand. in tract. de præſentat. inſtr.
par.5.declar.12.nu.33. Frecc.in eo.tract.
par.8. q.3.num.174. & ſic apparet, quòd
dum talis contractus eſt nullus ex diſpoſi-
tione iuris, etiã municipalis huius Regni,
clauſula executiua nullam habet virtutẽ,
& ſic nullius eſt momenti, vt etiam infe-
rius dicetur.
Quod attinet ad ſecundum, clarum eſt,
15 † vt filiusfam. vti poſſit beneficio ll. quod
cum eo, gradatim, conditionaliter, & ſuc-
ceſſiuè: quia etiam ſi contractus non eſſet
nullus, adhuc dum factus eſt à filiofam. exi
ſtente in poteſtate patris, vtique dum ille
efficitur ſui iuris, vel per mortẽ patris, vel
per emancipationem, non tenetur niſi in
quãtum facere poteſt, dummodo deducto
nõ egeat, & fame pareat, & vltra diſcuſſa
d.conſ.4. ſunt iura punctualia in l.2. in
princ.ff.quod cũ eo. l.ſi ex alio, in fi. C.eo.
tit.l.ſi dubitetur.§.filiusfam. ff.de fideiuſſ.
& in l.& exhæredatum. verſ.quemadmo-
dum.ff.de re iud.& in l.diuus.ff.de reg.iu.
& ſæpè alias, & ita pluries ſucceſſiuis tem
poribus, ſpatio ferè cẽtum annorum fuit
iudicatum per Sac.Conſ.non obſtante, ꝙ
16 filiusfam. renunciaſſet tali beneficio, † ſic
fuit iudicatum in cauſa Comitis Mõtellæ
cum Alfonſo Coppula die 29. Octobris
1532. & die 30. Ianuarij 1546. ad relatio-
nem Conſiliarij Nicolai Maiorana, vt le-
gitur in d.proceſſu penes Galterium.
17 Sic etiam fuit deciſum in anno 1543.
alias 1547. in cauſa Io. Bernardini Criſpi,
ad relationem Conſiliarij Galioti Fonſe-
chæ.
18 Sic etiam fuit deciſum in anno 1546.
die 29. Ianuarij, in cauſa Hectoris Recci,
ad relationem Conſiliarij Minadois.
19 Sic etiam fuit deciſum iunctis aulis in
anno 1549. die 12. Octobris in cauſa Mar
ci Antonij de Azia, ad relationem Conſi-
liarij Io. Andreæ de Curte. Qui quidem
debitor, quia erat carceratus, ideò ſub die
10. Maij 1550. facto verbo, fuit habilita-
tus cum cautione de ſtando iuri, & de ſe
pręſentando tempore expeditionis cauſę.
20 Sic etiam fuit deciſum in anno 1587.

die 19. Decembris ad relationem Conſiliarij Petri Pauli Theodori in cauſa Thomæ Anelli Mazza. Fuit enim dictum, vt non teneatur, niſi quatenus erat in peculio, vt legitur in d. proceſſu penes Gualterium fol. 54. In quo proceſſu fol. 44. & ſequentib. ſunt præſentatæ copiæ ſententiarum deſuper relatatarũ, & aliarum plurium, vt cum dicto Thoma Anello fuit etiam prouiſum, vt non teneretur, niſi quatenus erat in peculio, non obſtante, quod ipſe Thomas in compotum ſui debiti ſoluiſſet eius creditori ducatos 660. vt ex partita Banci folio 49. in eodem proceſſu.

21 Sic etiam fuit deciſum in anno 1588. ad relationem Conſiliarij Cæſaris Vitellij in cauſa Ioannis Aloyſij Candidi, & fatuum inſolitum obligatorum cum Patre: fuit enim dictum, vt gaudeant dicto beneficio, non obſtante eius renunciatione, vt legitur in dicta ſententia, cuius copia eſt pręſentata in proceſſu Marchionis Campi Lactarij cum Andrea de Tuſo fol. 92.

22 Sic etiam fuit deciſum in anno 1593. die 15. Septembris ad relationem Conſiliarij Montoia in cauſa Vincentij de Solario, qui fuit pluries habilitatus, præſtita ſolum cautione de ſe præſentando ad omnem ordinem S. Conſilij, & cum dicta cautione ſolùm procedebatur in cauſa, vt legitur in d. proceſſu fol. 107. cum ſeq.

23 Sic etiam fuit deciſum in anno 1590. die 7. Martij in cauſa Caroli Brancaleonis cum eius creditoribus ad relationem dicti Conſiliarij Theodori, vt legitur in dicto proceſſu fol. 123. & licet eſſet renuntiatum dicto beneficio, & talis exceptio fuerit oppoſita per creditores, & etiam quod erit periurus, & proinde non debebat audiri, niſi facto depoſito, vel in vinculis ſeruata forma ritus, vt legitur in dicto proceſſu fol. 122. nihilominus domi fuit prouiſum dictum Carolum eſſe audiendũ. oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus, vt legitur fol. 223. & dum ab hoc decreto eſſet reclamatũ per creditores, facto verbo fuit dictum benè fuiſſe prouiſum, vt habetur in d. proceſſu fo. 123. à terg.

24 Sic etiam deciſum fuit in anno 1597. die 29. Martij in cauſa Proſperi Cuniglij obligati ſimul cum Patre, & renunciantis dicto benefitio: fuit enim ad relationem Conſiliarij Franciſci de Curte prouiſum contractus prædictos eſſe reſcindendos,
& dictum Proſperum ad nihilum teneri,
vt legitur in dicto proceſſu fo. 75. vbi alias
deciſiones quiſquã legere pōt, quarũ aliquas
retuli d. cõſ. 4. vbi i fin. retuli, ſic fuiſ-
25 ſe † deciſum in dicta cauſa Iulij Bianchi
in anno 1600. meo Magiſtro patrocinan-
26 te † ſic etiam fuit deciſum die 14. Martij
præſentis anni 1616. in cauſa Principis
Santiſeuerij cum eius creditoribus, vt dicam
conſi. ſeq. nu. 29. & conſequenter luce
clarius cernitur, vt non poſſit amplius
27 de hoc dubitari, † adeò vt dixerint DD.
vt ſemper conſideranda ſit qualitas perſonæ
ipſius filij, vt probat glo. Cyn. Bald.
& Salycet. num. 4. in d. l. 2. C. quod cum
28 eo: † nam cum filiusfam. exit a poteſtate
patris mutat ſtatum & dicitur nouus, &
alius homo, & conſequẽter obligatio primæua
ceſſaret in totum, & ſic potius ex
æquitate iuris prætorij fuit moderata obligatio,
vt filiusfamilias aliquando teneret,
ſed in quantum facere poſſet, dummodo
deducto ne egeat, vt optimè etiam docet
glo. in rub. ff. quod cum eo, in verb. itẽ
nota, quam ibi ſequitur Bart. Bal. & Salic.
Probant etiam Caſtrenſis in d. l. & exhæredatum
in verſ. non factus ſui iuris, &
ibidem Alex. qui legem illam ſimul legit
cum l. de vnoquoque §. fin. ff. de re iudic.
Idem probant Cyn. & Barto. in d. l. 2. C.
quod cum eo, vbi Bald. nu. 5. in fi. Angelus
num. 2. Salic. num. 1. Caſtrenſ. num. 1. &
alij, quos probat Vincen. de Frãch. deciſ.
181. & dixi latiſſimè d. conſi. 4. præcipuè
num. 2. probant etiam Peregrin. in deciſ.
Patau. 112. num. 20. & alij, quos ſequitur
Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ.
Neapolit. in verb. exceptio legis, quod cũ
eo, & in verb. filij famil. habitantes, vbi
alias deciſiones refert, & ſic renunciatio
29 nullius eſt momenti, † & hoc procedit,
quamuis filiusfam. eſſet patris hæres, dũmodo
non ſit hæres in ſolidum, nempè ſine
benefitio legis, & inuentarij, quia dum
eſt hæres cum hoc benefitio, vtique ſolùm
tenetur in quãtum facere pōt, & ſic ceſſat
omnis diſputatio, vt probant DD. paulò
antè citati, latiſſimè Minad. conſi. 17. &
alij, quos cumulaui d. conſi. 4. nu. 2. Alex.
in l. ex diuerſo. §. fi. nu. 4. ff. ſol. matrim. &
vt dixi d. nu. 2. hoc non poteſt habere validam
contradictionem, prout magis cernitur
ex hic diſcuſſis.

Quod attinet ad tertium, & vltimum
30 articulum teneo indubitanter, † vt filiusfam.
audiatur non eſſe neceſſarium facere
depo-

Digitized by Google

depoſitum, nec in vinculis ſe conſtituere,
ſed ad ſummum teneri præſtare cautionẽ
de parendo mandatis Curiæ,& de ſe præ-
ſentando tempore expeditionis cauſæ.
Probantur hæc omnia ex praxi Deciſio-
num Sacri Conſilij, vt num. 16. cum ſeqq.
31 dictum eſt, † præcipuè fuerunt hæc om-
nia deciſa in cauſa Marci Antonij de Ac-
zia, vt dictum eſt nu. 19. ſic etiam in cauſa
Hectoris Recci, in qua ſimiliter fuit pro-
uiſum, vt, lite pendente, non moleſtaretur
de perſona, prĕſtita ſolùm cautione, vt ſu-
pra, vt nu. 18. Sic etiam fuit deciſum in
cauſa Ioannis Baptiſtæ de Capua, contra
quem erant liquidata inſtrumenta, & per
creditores fuerat oppoſitum dictum de-
bitorem eſſe periurum, & quòd non de-
bebat audiri, niſi facto depoſito, vel con-
ſtitutus in vinculis, & tamen fuit auditus
extra carceres, & nullo facto depoſito in
anno 1548. die 24. Decembris cum Mar-
chione Bucchianici, referente Conſiliario
de Minadois, vt legitur in dicto proceſſu
Thomæ Anelli Mazza fol. 42. à terg. Sic
etiam fuit obſeruatum in cauſa Vincẽtij
Solarij, vt num. 22. in cauſa Caroli Bran-
caſtonis, vt num. 23. In cauſa Iulij Biãchi,
vt num. 25. & in cauſis aliorum, & conſe-
32 quenter probatum eſt aſſumptum, † &
in dicta cauſa Iulij Bianchi, dum eſſet pro-
uiſum per Sacrum Conſilium proceden-
dum eſſe ad liquidationem inſtrumenti,
dum ex parte Iulij eſſet reclamatum, do-
ctiſſimus ille Præſes de Franchis, qui talẽ
procedendi ordinem habebat innatum,
citò prouidit, & decreuit iterum verbum
fieri, præſtita tamen cautione per dictum
Iulium vntiarum vigintiquinque de pa-
rendo mandatis Sacri Conſilij, & de ſe
præſentando carceratum tempore expe-
ditionis cauſæ.

Fundatur prædicta praxis ex diſpoſi-
33 tione iuris, quoniam, † ſi contractus eſt
nullus, vt ſuperius probatum eſt, vtique
nullum producit effectum, & quilibet ve-
nire poteſt contra actum à ſe geſtum, ſi ille
actus ſit nullus. l. adoptio. ff. de adoptio. l.
quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib.
10. Alex. conſi. 103. Viſis ſcriptis num. 13.
vol. 2. & dixi aliqua ſupra conſ. 7. in addi-
tion. Et eſt manifeſtum, nec Ritus opera-
tur in hoc caſu, vt ex dictis cernitur, &
34 latius diſcutitur infra conſi. 43. † Nam
ritus ſolùm procedit contra principalem
obligatum ex contractu valido, ſed aliqua
exceptione debitor vult ſe defendere con-
tra inſtrumentum, & ſic ritus præcipit, vt
nullo modo audiatur, niſi prius ſoluat, vel
facto depoſito, vel conſtituto in vinculis,
vt ex lectura eiuſdem ritus cernitur: ſed
quando debitor non per exceptionem ve
nit contra contractum, ſed totaliter petit
contractum declarari nullum, & inuali-
dum, tunc ritus locum non habet, & iure
merito; quia, dum contractus eſt nul-
lus, clauſula executiua, & guarentigiæ
35 nihil operatur, vt dictum eſt nu. . . † &
dum contractus eſt totaliter nullus, nullo
vnquam tempore producit aliquem effe-
ctum: At ſi eſſet nullus cauſatiuè, veluti
ob alterius intereſſe, ob defectum ſolem-
nitatis aſſenſus, vel ob aliam cauſam, ſecùs
eſſet, vt etiam probat de Ponte in tract. de
poteſt. Proreg. tit. 4. de regalib. impoſit. §.
7. num. 2. cum ſeqq. Conferunt nouiſſimè
diſcuſſa per Riccium in prax. alienat. rer.
eccleſ. dec. 122. & ſucceſſiuè dũ cõtractus
filijfam. & ex diſpoſitione iuris commu-
nis, & per leges municipales huius Regni
ſit totaliter nullus, vt toties inculcatum
eſt, ſequitur veriſſimum eſſe aſſumptum,
vt de tali contractu ritus non loquatur,
nec loqui poſſit, & ſatis eſt, vt inſtrumen-
ta exequantur realiter in bonis paternis,
ſi quæ adſint, cum de proprio non tenea-
tur. Imò de bonis paternis tot habere de-
bet, vt deducto non egeat, prout centies
ſupra replicatum eſt.
36 Hinc eſt etiam, vt talis exceptio fuerit
oppoſita, & admiſſa etiam poſt ſententiã,
quia nõ poteſt filiusfam. carcerari, vt poſt
Caſtren. l. 2. in fi. verb. non tamen puto. ff.
quod cũ eo, & alios probaui ſupra d. cõſi.
4. tenent etiam Iaſ. in l. qui iuraſſe. §. 1. nu.
2. vbi alios citat. ff. de iur. iuran. Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 308. num. 21. in fin. Præſ. de
Franch. deciſ. 221. nu. 1. & alij, quos omit-
37 to; † quoniam, dum eſt exceptio modifi-
catiua, opponi poteſt etiam poſt ſenten-
tiam etiam in actu executionis, vt ſunt
tex. expreſſi in l. Neſennius. §. fi. ff. de re iu-
dic. l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſol. matrim. vbi la-
tiſſimè Alex. nu. 3. & 4. & alij penes Vin-
cent. de Franchis loco cita. & deciſio. 164.
num. 2.
38 Inſuper nec per curſum temporis talis
contractus ratificatus præſumeretur, vt
latiſſimè fundatum eſt d. conſi. 4. quod ea-
tenus puto verum, vt locum habeat etiam
ſi poſt liquidationem factæ fuiſſent credi-
tori aliquæ ſolutiones, vel ab alio nomine
39 ipſius debitoris; † nam licèt poſſet filiuſ-
famil.

famil.ratificare talem contractum iuxta
tex.in l.2.C.quod met.cauſ.l.abſolutionẽ.
C.de re iud.cum alijs cumulatis d. conſ.4.
num.19.& probat Sfort.Odd. in tract. de
reſtit.in integr.q.25.tota, tamen debet eſ-
ſe ratificatio expreſſa,quia in dubio non
40 præſumeretur,vt loco cit.dictum eſt,† &
dum expreſsè ſequitur ratificatio contra-
ctus, valet, vt ex nunc, non autem, vt ex
tunc; hoc eſt, non valet contractus à tem-
pore,quo fuit celebratus,quia nullus erat,
nec poterat ipſum filiumfam. obligare ex
illo tempore, ſed nũc incipit valere,nem-
pè à tempore ratificationis expreſſæ, quia
nunc incipit habere vires, & ſic dicitur
nouiter geſtus, & celebratus ex iſto nouo
conſenſu,vt latiſſimè poſt Bart. Bal. Alex.
Dec.& alios probat Surd. deciſ.245.tota,
vbi ſic deciſum refert in illo Senatu, quæ
notanda ſunt, quia dum ſequitur talis ra-
tificatio non tenetur filius ſoluere tertias
decurſas vſque ad tempus ratificationis;
ſed ſolùm tenetur ad capitale, & ad ter-
tias decurrendas à tempore ratificationis
in antea;& ſi ſoluiſſet in computum ſum-
mæ liquidatæ, ad ſummum ſi ſecuta eſſet
ratificatiò expreſsè nõ teneretur ad aliud
niſi ad ſummam liquidatam: clarum
41 eſt enim, † vt eatenus extendatur actus,
quatenus conſtat de voluntate contrahen
tis: eſt enim vulgatum axioma, vt actus
agentium non operentur vltra eorum in-
tentionem,vt poſt alios dixi par.2.titu.de
perſon.q.10.nu.54.& tantò magis in hoc
caſu, dum per talem ratificationem filius
renunciaret iuri ſuo, quæ renunciatio cũ
ſit ſtricti iuris,potius reſtringi debet, quã
ampliari, præcipuè in materia odioſa, vt
hic ſumus, & ſemper capere debemus con
iecturam ad excludendam renunciationẽ
iuris ſui,vt poſt alios dixi par.4. tit. de re-
nunc.q.1.nu.42.q.3.nu.6.q.11.num.6.&
42 alias ſæpe. † Et idcircò ſi expreſsè non
conſtaret de tali ratificatione, ſed ſolùm
apparerent ſolutiones factæ, tunc in du-
bio coactè factæ præſumerẽtur ad euitã-
dum carcerationem virtute inſtrumenti
liquidati,& ſic pręſumitur ſoluiſſe ad eui-
tãdum maius damnum, & maius incom-
modum carcerationis, vel ad minus lati-
tationis, & ſemper præſumitur ſibi reſer-
uaſſe iura ſua,prout iudicauit Sacr. Conſ.
in dicta cauſa Thomæ Anelli Mazza, vt
43 dictum eſt nu. 20. † Imò poteſt quantita-
tes ſolutas repetere à dicto creditore, vt
punctualiſſimè probauit Bart. in l.2. in 1.
lect.nu.11.C.quod met.cauſ.& in l.1.§.&
parui num.9. ff.quod vi,aut clam.Bald.in
d.l.2.nu.14.Imol.conſi.145.nu.11.Mar-
ſil.qui alios citat,ſingul.89.incip.ſponta-
nea ſolutio.Vrſill.ad Afflic.deciſ.326.nu.
7. verſ. ſed melius. conferunt diſcuſſa per
Fely.in c.quòad conſultationem.de re iu-
dic.vbi nu.7.verſ. facit dictum Bartholi,
44 probat, † vt etiam ſi Iudex concedat dila-
tionem debitori, talis dilatio ei non no-
ceat,& poteſt debitor inde appellare, cõ-
tradicere,& ius ſuum proſequi,ſi dilatio,
ipſo non petente,fuerit conceſſa;quia nũ-
quam cenſetur ſententiam, nec condem-
nationem approbare, & iddem probat in
c.ſignificauerunt nu. 2. de teſtib. ex deciſ.
Ioan. Fabri in d.l.abſolutionem in princ.
in verb.petentem.C.de re iud. Guid.Pap.
ſing.813.Anto.Gabr.lib.2. commu.opin.
tit.de appellat.concl.3.nu.9. & ſucceſſiuè
cócludendũ eſt, vt nec ſolutio,nec dilatio
conceſſa ad ſoluendum ipſi debitori præ-
iudicent;nam ſemper intelligitur ſibi re-
ſeruaſſe ius ſuum, vt poſſit ſolutum repe-
tere,& tãto magis, ſi aderat lis in iudicio,
quia petijſſet annullationem talium con-
tractuum.

Addi etiam poteſt alia ratio,quòd ſem-
per præſumitur quis coactè facere, dum
timore coactionis aliquid facit, vt ſciunt
omnes.

Ex his omnibus ſequitur concludendũ
tales contractus nullius eſſe momenti, &
proinde eſſe nulliter declarandos, vel ſal-
tem eſſe prouidendum, vt filijfam. ſimul
cum parentibus obligati, gradatim, con-
ditionaliter, & ſucceſſiuè gaudeant dicto
beneficio ll. quod cum eo, & vt gaudeant
tali beneficio non eſt neceſſarium, vt fa-
ciant depoſitum, nec vt ſe conſtituant in
vinculis,ſed ſatis eſſe,vt ad ſummum prę-
ſtent cautionem vntiarum 25. de paren-
do mandatis Curiæ,& de ſe præſentando
tempore expeditionis cauſæ, vt ſuperius
dictis conſtat.

In ſuper, vt ſolutiones factæ nullo mo-
do pręſumantur ratificare contractus, ſed
potius factæ dicantur ad euitandam car-
cerationem,& latitationem,& quòd poſ-
ſint repeti,& ad ſummum,quòd ſi expreſ-
sè conſtaret fuiſſe ſolutas in compotum
ſummæ liquidatæ, reſpectu illius ſummæ
tantùm, præſumitur ratificatio,& quan-
do ſoluit tertias,& non erat liquidatum
inſtrumentum, iam ab illo die incipit ra-
tificare contractum, & ab illo die tenetur
tertias

Digitized by Google

tertias decurrendas ſoluere vnà cum capitali,ſed tertias decurſas per prius,nullo modo ſoluere tenetur.& ita mihi iuris eſſe videtur.

SVMMARIVM.

INſtrumeuto liquidato, uon auditur debitor, niſi faciat depoſitũ, vel conſtituatur in vinculis. num. 1. 11. & 13. Hoc non eſſe verum iu contractibus factis à filiofam. ſimul cum patre. num.22. Nec quando filiusfam. etiam ſui iuris factus ex aliqua cauſa nõ poſſet carcerari. uu.14.18. Vel eius bona eſſent ſequeſtrata ad inſtautiam creditorum nu.24. Et ſic deciſum traditur. num.27.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria in contractu nullo, & ratio traditur nu.2. & ſeqq. Licet requiri ſoleat ad finem agendi, tameu ſi contractus eſſet uullus proceditur in cauſa, etiam ſi nõ obtineatur abſolutio, quod explicatur nu.3. & 4. Quãdo agitur ex læſione uon dicitur neceſſaria. uu. 5.

Periurus non eſt, qui non ſoluit in tempore promiſſo, ſi ſoluere nõ tenebatur. nu.6. Nec quaudo in periurio non perſeuerat, vt quia metu vendidit. uu.8. Sic dum nou eſt in dolo, quia excuſaretur ratione neceſſitatis, quod declaratur nu.9.

Abſolutio à iuramento num dari poſſit poſt incurſum periurium, declaratur nu.7. cum ſeqq.

Contumaci licet ſit deneganda audientia, procedit iuter eaſdem partes, quod declaratur nu.10.11.17. & 18.

Bannitus pro cauſa criminali non poteſt comparere per procuratorem. uu.12.

Citatus ſuper tenore iuſtrumenti, non probata ſolutione, an debeat carcerari. nu.15.20.

Contumax non dicitur, qui comparere non tenetur. nume.16. vbi ratio traditur.

Aduerſus contumacem iura clamant, quod declaratur, & pœnis varijs punitur contumax. uu. 17.

Defenſio eſt iuris uaturalis, nec per diſpoſitionem ritus fuit ſublata, quod declaratur nu.19.

Ritus 166. loquẽs de liquidatione inſtrumeutorum, in quibus ſit coutra ius cõmune, traditur nu. 19.20. & 21.

Difficultas impedit commiſſiouem ſtipulationis pœnalis. nu. 23.

Conditio babetur pro adimpleta, & emolumeutum quis babet, ſi facto tertij impediatur adimplere, quod explicatur nu.24.

Contumacia licet ſit delictum, cauſa tamen iuſta excuſat ab illa. nu.26.

Couſiliarius ſtatus carcerari non poteſt. ſub num. 14. Vbi ſic deciſum refert, & num.27.

AN CONTRACTVS FACTVS a filiofam. ſimul cum patre, ſit validus, & an ex eo poſſit procedi ad liquidationem, præcipuè ſi eſſet Conſiliarius ſtatus.

CONS. XLIII.

Ad maiorem declarationem diſcuſſorum in conſi. præced.

DVo ſunt, quę creditores Principis Sãcti Seuerij aduerſus eundem Principem opponuntur, vt non poſſit audiri in iuſtiſſima lite, per illum mota ſuper nullitate, & reuiſione contractuum per ipſum geſtorum ad beneficium ſui patris, cum vi, & metu illius, & cum enormiſſima læſione.

Primò quòd ſit periurus, abſolutione à iuramento legitimè non impetrata, ac poſt tempus iam elapſum ſolutionis promiſſæ.

Secundò, quòd contumax ſit ad inſtantiam aliquorum creditorum, qui inſtrumenta cõtra ipſum liquidauerunt, ideoq; audiri nequeat ex deciſ. D. de Franch. 271 quam punctualem in hoc caſu aſſeruut.

Sed quòd neutra exceptio de iure militet, & poſſit Princeps ſuam litem iuſtiſſimam (prout exitus demonſtrabit) proſequi; per quam non bona omnia a Patre obuenta liberare intendit, ſed ſuã tantùm perſonam à nexu creditorum prædictorũ ex infraſcriptis breuiter demonſtratur.

Siquidem quòad primum abſolutionẽ à iuramento eſſe impetratam in facto iam conſtat, & propterea dubitatione caret: ſed

ſed ad exuberantiam etiam nō omittitur,
2 † quod in contractu nullo non requiritur abſolutio à iuramento, nam regulatur, & intelligitur ſecundū naturam contractus, vt in cap. ſignificaſti. de foro compet. vbi gl. & c. ad noſtram, lo terzo, & c. cùm cōtingat. & c. quanto. de iureiur. & quia deficit conſenſus, & ſubſtantia contractus, vt per l. fin. C. de non nu. pec. & gloſ. ſing. in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. & poſt alios tradit benè Roland. in conſ. 2. num. 80. verſ. ſecundò reſpondetur. vol. 1. & Natt. conſ. 451. nu. 24. & ſeq.
3 Quinimò in contratu, metu facto, licèt pro illius reſciſſione abſolutio requiratur ad finē agendi, vt per tex. in c. verum. de iureiur. & in c. ſi verò. de iureiur. & c. ad aures, & ad audientiam: quod metus cauſa tradunt Canoniſtæ, vt per Affl. dec. 263. per tot. & 322. num. 6. Nihilominus
4 ait Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 4. in fi. † vſu obtentum eſſe apud Iudices Regios, vt actionem admittāt aduerſus contractum iuratum, qui reſcindi poſſit ex Prætorio edicto, quòd metus cauſa, nulla prius abſolutione impetrata ad effectum agendi, etiam ſi iuramentum acceſſerit cōtractui valido; qui, ſecluſo iuramento, ni metus adeſſet, validus, & firmus foret iudicandus: vnde ſi hoc practicatur, fruſtra quæritur de abſolutione à iuramento.
5 Et ſic etiam, quando agitur ex læſione, non requiritur abſolutio à iuramento, prout poſt Oſaſc. concludit Theſau. deciſ. 165. nu. 8. & poſt Cagnol. in l. 2. num. 80. & 98. C. de reſcind. vend. concludit Intrigliol. in deciſ. Siciliæ 45. num. 29.
6 Nec dicatur, quòd Princeps, elapſo termino ſolutionis, ſit periurus, & propterea abſolutio non operetur, nam periurus nō eſt, qui ſoluere non tenetur, licèt dies ſolutionis adiectus aduenerit: cūq; Princeps ex vi, & metu, & nulliter obligatus reperiatur, cui dubium, quòd ſoluere non te-
7 netur, & punctualiter † licèt abſolutio iuramenti dari non poſſit, quando debitor incurrit periurium, quia elapſus eſt terminus ſolutionis, vt per Fed. de Sen. in conſ. 300. & per Jnnoc. in c. ſuper his, de accuſ. vbi etiam ait, quòd obtēta abſolutio, hoc non expreſſo, eſt nulla.
8 Id tamen non procedit, quando petens abſolutionem, nō perſeuerat in periurio, vt puta in eo, qui per metum vendidit, & iurauit non contrauenire, tunc is poteſt petere abſolutionem etiam poſt terminū, vt ſic licitum ſit illi venire contra venditionem, ita in terminis tradit Abb. in c. 1. de iureiur. & ſequitur ibi Fel. nu. 28. verſ. primus eſt. quos rogo videri: quinimò Felyn. ibi in verſ. tertius caſus. ait etiam, &
9 benè ad caſum noſtrum, † quod quando quis non eſt in dolo, vel excuſatur à periurio ratione neceſſitatis, vel difficultatis, poteſt petere abſolutionem etiam poſt terminum, & ſic tertiò limitat prædictam concluſionem: ergo dum Princeps, quia nulliter fuit obligatus, non ſoluit, ſtante nullitate, vel metus exceptione, non fuit in dolo, non ſoluendo, & ſi non fuit in dolo, non fuit periurus, & ſi non fuit periurus, abſolutio rectiſſimè proceſſit.
10 Quoad ſecundum, licèt contumaci denegandam audientiam dicat tex. in l. contumacia 53. ff. de re iud. & gloſ. in l. ſed etſi Prætorem. §. ait Prætor. verſ. ſed etſi Decurio. ff. ex quib. cau. maior. cū alijs adductis per D. de Frāch. in d. dec. 271. nihilominus ad plura in caſu noſtro eſt aduertēdum, quòd non obſtat. Et primò, quòd dicta contumacis pœna, quòd nō audiatur, de iure communi eſt inter eaſdem partes, & non eſt perpetua, ſed Prætore decernēte. ita per glo. in l. cōſentaneum. C. quom. & quan. iud. & in c. grauis. de reſt. ſpoliat. poſt Alex. Iacobin. Curt. iun. Lacell. Dec. Venuſin. Affl. & alios concludit idem de Franch. nu. 2. & 3.
11 Secundò, D. de Franch. ait, quòd licèt per Ritum M. C. 220. contumax in alia cauſa nō debeat audiri in aliqua alia cauſa ciuili etiam ſe defendendo, non tamen ex diſpoſitione iuris communis, neque ex diſpoſitione ritus iudicauit Sac. Conſ. non eſſe audiendos illos Dominos fratres de Ebulo, ſed ex diſpoſitione alterius ritus diſponentis, quod non poſſit quis audiri contra liquidationē inſtrumenti, niſi facta reali ſolutione, vel reo exiſtente in vinculis, & in eis cauſam dicēte, ne fiat fraus ritui prædicto, ita expreſsè concluditur in deciſ. prædicta, verſ. diſcuſſo hoc negotio. Et tādem concludit, quòd etiam reſpectu illorum, ad inſtantiam quorum nō erant contumaces dicti de Ebulo, fuit denegata audientia non ex diſpoſitione iuris, ſed ex
12 diſpoſitione ritus, quo cauetur, † ꝙ bannitus pro cauſa criminali non poteſt comparere, etiam per procuratorem, in alia cauſa ciuili, & quòd ille ritus locū habeat etiam in contumace pro liquidatione inſtrumenti, quia cauſa inſtrumentalis de-
per-

periurio eſt criminalis, vt cõcludit à verſ.
idcirco, poſt num. 6. 8. & 9.
13 Quibus poſitis, infertur, quòd deciſio
D. de Franch. non fundatur in alio, quàm
in diſpoſitione ritus, quòd nõ poſſit quis
audiri, niſi facto depoſito, vel in vinculis
14 conſtituto debitore; ſed ſic eſt, † ꝙ ritus
prædictus non loquitur de caſu, quando
debitor ex aliqua iuſta cauſa nõ poteſt car
cerari, & maximè qñ euenit pro Regis ſer
uitio, prout ordo, & ſtatus Cõſiliariorum
à latere contendit, ergo neceſſariò ſequi-
tur, quòd tunc poſſit audiri debitor, quan
do non ex facto ſuo, ſed ex tertij impedi-
mento non poteſt carcerari, remanet in
diſpoſitione iuris communis; ſed de iure
communi eſt arbitrarium, num cõtumax
audiri debeat, vt ſupra dixi, & tradit etiã
D. Tappia lib. 3. de contumacib. in d. rit.
fol. 85. vbi etiam allegat DD. dicẽtes, ban
nitos poſſe intentare actionẽ, ergo in caſu
noſtro deciſio prædicta non obſtat, & cu-
iuſcũque arbitrio eſt affirmandum, quòd
audiri poſſit, dum bona omnia ſunt ſub
ſequeſtro ad inſtantiam creditorum, &
in vinculis conſtitui non poteſt, tum ob
Regis ſeruitium, tum etiam ex inſtantia
totius ordinis Conſiliariorum à latere; &
ſic nullo modo carcerari poteſt, cùm gau-
deat priuilegijs Silentiariorũ, qui de iure
carcerari nequeunt. l. 3. C. de ſilentiarijs.
lib. 12. vbi Io. de Platea, Luc. de Penna, &
Rebuffus, Bouadilla in ſua Politica, lib. 3.
cap. 15. nu. 22. vbi alios citat lit. F. vbi in
proprijs terminis hoc deciſum refert, &
ſic ſumus extra controuerſiam.
Quod poteſt ex pluribus etiã confirma-
ri, & primo, nam negare poſſumus in ca-
ſu noſtro, quod Princeps contumacis pœ-
15 nas pati debeat, quia cum † citatus ſuper
tenore inſtrumenti debeat reſpondere, &
ſolutione non probata, ſtatim carcerari,
etiam ſi alleget nullitatem, vel falſitatem
contractuum ex diſpoſitione ritus 166.
Dum Princeps tanquam Conſiliarius ci-
tatus carcerari non poterat, ſequitur, ꝙ
16 neque contumax ſit, † nam contumax nõ
dicitur, qui non debebat comparere, nec
poteſt dici contemptus, vbi adeſſe nõ de-
buit obedientia, vt eſt tex. in d. l. contuma
cia. §. contumaces. ff. de re iudic. & tradit
Oldr. in cõſ. 101. in princ. & benè Couar.
var. reſolut. lib. 2. cap. 12. nu. 53. & 54. de
reb. litig. vbi etiam ſubdit, non poſſe conſi
derari corã eo, qui non habet iuriſdictio-
nem, ſed citatio ſuper tenore eſt ad finem,
vt debitor carceretur, quãdo ſolutionem
non oſtendit in promptu, & nõ ad alium
finem, ergo dum carcerari non poteſt, ſe-
quitur, quòd comparere non debebat; &
ſi comparere non tenebatur, contumax
propterea dici non poteſt.
17 Amplius dato, & nunquam conceſſo,
quòd eſſet contumax, licèt is adeò legibus
ſit odioſus, vt in prouerbio ſit, quòd ad-
uerſus contumacem iura clamant, vt per
Milen. in pract. crim. in tit. de probation.
nu. 9. & per deciſ. Rot. 16. in tit. de dol. &
contum. ideoq; nõ poſſit opponere decli-
natoriam fori, vt per Inn. in c. ad petitio-
nem, in fi. de accuſ. nec poſſit appellare, vt
in l. 1. C. quor. appell. non recip. & tradit
Rolãn. in l. fin. C. de in integr. reſt. & in d.
l. cõtumacia. nec poſſit applicare ad Prin-
cipem, vt per Imol. in l. ex conſenſu. §. fin.
ff. de appell. nec poſſit audiri, vt ſupra, &
not. in c. tuę, vt lit. non conteſt. aliaſq; pœ
nas patiatur, vt per Marant. in 6. par. in
tit. de contum. à nu. 9. & per Carau. in rit.
220. per tot. quos refert etiam Theſaur. in
deciſ. 265. nu. 3. Nihilominus hæc proce-
dũt ex eo, quia ęquiparatur dolo hæc con-
tumacia, & propterea trãſit in delictum,
vt benè ibi Theſau. nu. 1. & procedunt in
vero contumace, vt poſt Dec. in conſ. 34.
dicit ibid. Theſaur. num. 4.
Sed in caſu noſtro nec dolus, nec deli-
ctum adeſſe vidẽtur, nec verus propterea
contumax, iuſtã cauſam habens, fuit, dum
comparere non poterat, vt carceratus re-
maneret in præiudicium ordinis, ergo nõ
exiſtente nec dolo, nec delicto, pœnas de-
licti talis pati non debet.
18 Inſuper attẽto etiam, quòd contumax
eſſet, & verus contumax, cuius tamen con
trarium demonſtrauimus, dum ex diſpoſi
tione ritus 220. non poteſt audiri debitor
contumax, & ritus in ſpecie non loquitur
de perſona, quę carcerari non poteſt, affir-
mandum eſt, quòd ſi perſona talis eſt, quæ
carcerari nequeat, vel cõtumaciã purgare
non poteſt, poſſit aduerſus inſtrumentum
audiri, ne alioquin dicamus iniuſtiſſimam
19 fuiſſe ritus noſtri diſpoſitionem, † nã cùm
defenſio ſit de iure naturæ, vt in l. vt vim.
ff. de iuſt. & iure. adeò vt ſtatutum tollens
defenſionem, ſit nullum, vt ibidem tradit
Bal. nec poſſint tolli à iure ciuili, quę ſunt
de iure naturæ. vt in §. fin. de iur. nat. gent.
& ciuil. & clem. paſtoralis. de re iud. cum
alijs traditis per Afflict. in pręlud. conſtit.
q. 12. nu. 18. & debitor fortaſſe reperitur,

qui carcerari non poteſt, ſi non poſſet ad-
uerſus inſtrumentum debiti opponere, ꝙ
non valeat, vel quòd ſit nullum, reperire-
tur debitor auxilio naturalis defenſionis
deſtitutus. At hoc ritus non ſolùm non di
cit, vt ſupra, ſed etiã rationabiliter ſtatue-
re nõ potuit, vt proximè dixi, ergo neceſ-
ſariò affirmandum, quòd deciſio Domini
de Franch. in caſu noſtro non procedat,
nec ritus 220. loquatur quando in totum
tolleretur defenſio, quod in terminis vi-
detur ſentire Carauit. in d. rit. 220. nu. 11.
& ſeq. nam opponendo, quòd ille ritus nõ
valeat, ex quo tollitur defenſio, quæ eſt de
iure naturæ, & tolli non poteſt, vt ſupra,
reſpondet valere, quia quouſq; cõtumax
contumaciam non purgat, & perſeuerat
in cõtumacia, ſeipſum excludit, ergo vbi
contumax contumaciam purgare non po
teſt, nec ipſe carcerari poteſt, ne tollatur
defenſio de iure naturæ, audiri debet.
20 Præterea ad hoc facit etiam; nam quòd
non poſſit quis aduerſus inſtrumentũ au-
diri, niſi prius carceretur, reſpicit litis or-
dinationem, prout tradit Carau. in d. rit.
166. nu. 63. per doctrinam Felyni in c. fin.
num. 10. de conſtit. & quòd inſtrumenta
cõfeſſionata habeant executionem para-
21 tam, eſt conforme cum iure cõmuni; † ſed
quòd opponens exceptionem, quæ non
poteſt in promptu probari, carceretur, &
demum audiatur, eſt cõtra ius commune,
vt pũctualiter tradit Carau. in d. rit. 166.
num. 65. ergo ex his omnibus ſequitur, ꝙ
cùm ritus non loquatur in caſu, quo per-
ſona debitoris carcerari non poteſt, debet
ſeruari diſpoſitio iuris communis, ꝙ poſ-
ſit audiri, & illa litis ordinatio tãtùm ſer-
uari non debet, vbi ſeruari non poteſt, &
in hoc in terminis ferè alias allegaui Ca-
rauit. ibid. nu. 76. in 13. q. vbi formando
22 quæſtionem, † num comparens debitor,
& allegando in promptu, quod eſt filiuſ-
fam. debeat carcerari; & deinde de nulli-
tate inſtrumenti probare, ait quod ſi con-
ſtat per inſtrumẽtum, vel per teſtes quem
eſſe filiumfam. iudex in vltimo perempto-
rio decernet procedendum eſſe ad liqui-
dationẽ: verùm pro debito, & pœna eſſe
ſuperſedendũ in actione perſonali, donec
aliter fuerit prouiſum de nullitate con-
tractus, & ſubdit, quod poſtea dabit ter-
minũ, & procedet in cauſa. Foller. in ad-
dit. ad Maran. Bernardin. Panda de præ-
ſentat. inſtr. par. 4. declar. 11. num. 84. Io.
Galter. in pract. crimin. inſtrum. in 2. par.
princip. in rubr. aduertatur inſuper, nu.
50. & 53. ergo ex hoc cõſtat, quod vbi de-
bitor carcerari nequit, erit procedẽdum,
illo non exiſtente carcerato, & ſic indu-
cendo punctualis ferè videtur doctrina,
& ſi hæc procedunt vbi tractamus aduer-
ſus creditorem, qui liquidari fecit inſtru-
mentum, tantò magis contra alios proce-
23 dent, † & ſi difficultas impedit commiſ-
ſionem pœnalis ſtipulationis. l. ſi vehen-
da. §. pen. & fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. &
l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut. tantò magis, qui
non eſt periurus, vt propterea carcerari
non poteſt, audiendus omnino erit.
Et tandem non omittendum eſt, quòd
dum carceratio Principis ad inſtantiam
totius ordinis eſt impedita, ex hoc ſequi-
24 tur verum iuris axioma, † quòd quando
aliquis non poteſt aliquod emolumẽtum
capere, niſi cum certa cõditione, quando
per factum tertij quis impeditur, cõditio
habetur pro impleta, & is emolumentum
conſequitur, prout eſt tex. in l. ſi Titius ſta
tuas. ff. de cond. & demonſt. & tradit Bar.
in l. teſtamento. ff. eod. vbi etiam Caſtren.
Imol. & Alberic. in princ. latiſſimè Ma-
ſcard. de probat. concl. 1394. num. 65. &
ſeqq. & in particulari, vt ſequeſtrum ex-
cuſet debitorem non ſoluentem ab omni
pœna, etiam in obligatione Camerali, vt
probat Ant. Galleſ. in tract. de obligat. ad
forum Camer. par. 7. c. 3. vt legitur tom. 6.
tract. par. 2. fol. . ergo cùm in tantùm
poſſit debitor audiri aduerſus inſtrumen-
tũ, quatenus in carceribus conſtituatur,
& id per tertium impeditur, hoc non ob-
ſtãte, debet audiri, quia per ipſum nõ ſtat.
25 In quo non dicatur, quòd Princeps nõ
poteſt carcerari ad inſtãtiam creditorum
ex impedimento ordinis, non autẽ dene-
gatur quin ſpontè poſſit in vinculis cõſti
tui, vt audiatur, quia ẽt in hoc & ordinis
dignitas, & regalis ſeruitij repugnat;
quinimò caſus eſt hic fortior; quia ſi non
poteſt ad inſtãtiam creditorum carcerari
ex impedimẽto ordinis, tãtò magis ſpon-
tè illi non permittetur in præiudicium
26 dignitatis, & regalis ſeruitij: nam † licèt
contumacia ſit delictum, cauſa tamen iu-
ſta excuſare debet, vt per Menoch. de arb.
lib. 2. caſu 135. quo attento, iuſtiſſima eſt
cauſa, quam allegamus.
Ideoq; non obſtantibus periurij, &
contumaciæ exceptionibus ad vlteriora
procedendum iuſtiſſimè ſupplicatur.

Petrus Antonius Amatus.

Die

Digitized by Google

27 Die 14. Martij 1616. facta relatione in Sac. Conſ. per Circumſpectum Proregentem Didacum Lopez, iunctis aulis, & adiunctis Regijs Conſiliarijs Riccardo, & Morra, fuit deciſum pro dicto Principe, videlicet, exceptione periurij ad merita reſeruata, & alijs oppoſitis nõ obſtãtibus, detur terminus in cauſa: verùm nõ impediatur venditio bonorũ eiuſdẽ Principis. Fuit cauſa prædicta defenſa etiã per alios doctiſſimos viros, qui ſic etiã conſuluerũt.

SVMMARIVM.

Conſenſus Capituli non eſt neceſſarius in alienatione bonorum eccleſiæ, quando adeſt licentia Summi Pontificis. nu. 1. & 3.

Alienatio rei eccleſiæ an valeat, ſi commiſſarij, quibus committitur, vt ſe informent, ſi tendat in euidentem vtilitatem, & ex actis non cõſtat hæc informatio, traditur nu. 2.

Aſſenſus impetratus ſuper contractu faciendo, an extendatur ad contractum factum. num. 4. 5. 10. 11.

Intereſſe voluntatis, non autem rei conſideratur in aſſenſibus, quod explicatur num. 5. 6.

Regula, ſi non valet, quod ago, vt ago; valet, vt valere poteſt, non habet locum in aſſenſibus. num. 6.

Licentia conceſſa in alienatione facienda, an extendatur ad alienationem factam. nu. 7. & ſeqq. eam habens, vt faciat teſtamentum, extenditur etiam ad teſtamentum factum. nu. 8. & 9.

Solennitas aſſenſus, vt enuncietur in inſtrumento alienationis, an ſit neceſſaria, traditur num. 12. & 13. An præſumatur interueniſſe ex diuturnitate temporis. num. 14.

Vtilitas euidens eccleſiæ, dicitur, ſi bona pro parua penſione locabuntur, & poſtea data ſint ad cenſum perpetuum. num. 15. In ea conſideranda, attenditur tempus conceſſionis, & non augmentum, quod ſit poſt cõtractum. num. 16. & 20. ſic iudicatum refertur num. 18.

Prælati dicuntur irrationabiles aliquãdo, quod declaratur nu. 17.

Petrus Antonius de Amato V.I.D. huius conſilij Author laudatur. nu. 19.

Eccleſiaſtici ſolam veritatem ſequũtur, nec bona aliena appetere dicuntur. num. 21.

Caducitas non incurritur per emphyteutam, quando in alienatione reſeruauit aſſenſum domini, quod explicatur num. 22. Nec etiam quando alienatio fuiſſet nulla. num. 23. procedit etiam ſi eſſet nulla alienatio, quia contra fideicommiſſum ſucceſſor alienaſſet, quod explicatur num. 28.

Emphyteuta habens poteſtatem affrancandi, poteſt affrãcare etiam poſt alienationem, & caducitatem incurſam, quod explicatur nu. 24. & 25.

Creditores hypothecarij emphyteutæ an admittantur contra caducitatem incurſam per emphyteutam, vt ſoluant canonem domino directo, explicatur num. 26.

Emphyteuſis poteſt donari, legari, & de ea fideicommiſſum fieri, quod explicatur num. 27. & 28.

AN VALEAT CONCESSIO REI eccleſiaſticę, ſi non fiat capitulariter per Monaſterium, & quid ſi non adſit aſſenſus Apoſtolicus.

CONS. XLIV.

EX duobus potiſsimum petijt in Sacro Conſ. Monaſteriũ Sancti Seuerini condẽnari Principem Tharſię ad relaxandum territorium, olim cõceſſum in emphyteuſim ſub certo annuo canone. Primò, quia conceſſio facta iam non fuit ratificata per Monaſterium capitulariter, & ſecundò, quia non adeſt aſſenſus Apoſtolicus.

Quòd autem ſit omnino Princeps abſoluendus, patet, quia quò ad primum, iam fuit producta ratificatio Monaſterij,
1 † quinimò dum adfuit licẽtia data à Summo Pontifice alienandi, non erat neceſſarius conſenſus Capituli, vt per Abb. conſ. 41. Dec. in conſ. 142. & per D. de Franch. deciſ. 163. num. 13.

Et quoad ſecundum, iam eſt fundatum qualiter vigore Bullæ obtentæ in anno 1585. Papæ Innocentij fuit data poteſtas alienandi, & in emphyteuſim concedẽdi, & qualiter in anno 1558. Caſinenſis Cõ-

gregationis Præſidens facultatem dedit
Abbati Monaſterij Caſinenſis, & Abbati
Sancti Laurentij de Aucrſa, quòd faculta-
tem hanc concederent infra quinquen-
nium. ſi in euidentiſſimam vtilitatẽ eſſent
alienationes faciendæ. Qui Commiſſarij
iam alienandi dederũt poteſtatem in an-
no 1561. Quo ſtante, licèt nõ appareat de
2 informatione capta, nihilominus † quan-
do eſt data poteſtas alicui Commiſſario,
quòd ſe informet de contentis in ſuppli-
catione, & ſi reperiat vera, det licentiam
alienandi, etiam ſi non appareat de infor
matione, valet contractus, vt per Abb. in
d. conſ. 41. & per Capyc. in deciſ. 16. nu. 4.
vbi in ſpecie loquitur de conceſſionibus
Monaſterij Caſinẽſis, & poſt Capyc. Ro-
dohan. de reb. eccleſ. non alien. q. 43. nu.
4. & 5. pro alienatione facienda, quo caſu
non debet amplius inquirere emptor.
(Conferunt diſcuſſa poſt Abb. Dec. Rot.
& alios nouiſſimè per Ricciũ in ſua praxi
alien. rerum eccl. deciſ. 108. nu. 5. quoniã
eſt informatio extraiudicialis, vt ſe infor-
met, nec teſtes ſunt examinandi.)
3 Et præterea in caſu noſtro non ſolùm
d. Bulla, & aſſenſus adeſt, ſed etiam alia
Bulla Pij Quinti in anno 1531. vbi fuit
data poteſtas alienandi, & in emphyteu-
ſim concedendi abſq; alia ſolennitate, &
tractatu, ita vt non poſſit annullari con-
tractus etiam per enormiſſimam læſionẽ,
& quòd Commiſſarij non teneantur ali-
quid probare de vtilitate conceſſionis, &
quod magis eſt, quòd alienationes nõ poſ-
ſint annullari, & reſcindi per quamcun-
que probationẽ in contrarium, per quam
Bullam omnis penitus ceſſat difficultas.
Nec obſtat noua oppoſitio, quam fieri
audiui .ſ. quòd non proſint hi aſſenſus
4 Apoſtolici: † nam dum partes voluerunt
contrahere, reſeruato aſſenſu Apoſtolico,
aſſenſus pro contractu faciendo non ope-
ratur pro facto, & è contra, vt per Afflict.
deciſ. 355. & Ann. in ſing. 40. & alleg. 36.
nu. 5. per D. de Franch. in deciſ. 105. vbi
Couarr. & alios refert.
Reſpondetur etenim oppoſitionẽ hãc
5 nihil penitus ſubſiſtere ex pluribus; † ſi-
quidem id primò procedit in materia aſ-
ſenſus, cuius materia eſt rigoroſa, & in
qua ſolùm attenditur, quod Princeps vo-
luit, & non curatur, an interſit, ſed tãtùm
intereſſe voluntatis, vt per Camerar. in c.
6 imperialem fol. 54. lit. N. & fol. 90. † vbi
etiam quòd non valet in aſſenſibus feu-
dorum, ſi non valet, quod ago, vt ago, va-
let, vt valere poteſt, vt per D. de Ponte
conſi. 3. num. 10. In alijs verò, vbi non eſt
7 intereſſe voluntatis eſt ſecùs; † nam in
alijs licentia data aliquid faciendi exten-
ditur ad iam factum, & tantò magis è con
tra, vt not. Caſtren. in l. ſi quis 6. §. irritum
nu. 4. & 5. ff. de iniuſto, rupto, & irrit. te-
ſtam. vbi notat, quòd ſi Princeps concedit
alicui, ꝙ poſſit facere molendinum in flu-
mine publico talis licentia operatur, vt
poſſit retinere virtute illius conceſſionis
iam factum, & ſequitur latè Iaſ. in l. quo-
minus. nu. 127. de fluminib. quod proba-
8 tur ex d. §. irritum, † vbi cui permittitur
à Principe, quòd poſſit teſtari, cenſetur ẽt
permiſſum, vt teſtamentum prius factum,
valeat, & per illum text. dicit etiam Ca-
ſtren. in l. hæc conditio filiæ meæ. §. ſi ſic.
9 ff. de condit. & demonſtr. quòd, † ſi Papa
concedit licentiam Cardinali, vel Epiſco
po, quòd poſſint facere teſtamenta de fru-
ctibus beneficiorum ſuorum, talis licentia
extenditur ad teſtamentum iam factum:
proſequitur etiam Alex. in l. ex militibus.
ff. de milit. teſtamen. de quo, licèt dubitet
Iaſ. ſequitur tamen Bald. in cap. at ſi cleri-
ci, de iuditijs, Bertrand. in conſi. 103. vol.
2. & alij, quos allẽgat, & ſequitur Frecc.
omninò videndus lib. 2. q. 11. nu. 2. 3. & 5.
10 † nam expreſſam differentiam conſtituit
inter licẽtiam Papæ, & alijs, & aſſenſum,
in quo rigor ſeruatur (quamuis aliqui te-
neant contrarium, quos probat Riccius
in praxi alien. rer. eccl. deciſ. 28.)
Præterea, & ſecundò aduertitur, quòd
neque in feudis poſſet obſtare oppoſitio
11 facta, licèt enim verum ſit, † quòd aſsẽſus
pro contractu faciendo non operetur pro
facto, & aſſenſus pro contractu facto non
operetur pro contractu faciendo; nihilo-
minus in terminis caſus noſtri, ſi Rex de-
dit licentiam vendendi, & poſtea, dum
vaſſallus contrahit, non dicit ſe contra-
here virtute aſſenſus primo loco conceſſi,
ſed contrahit, reſeruato aſſenſu Regio, &
non aliter, nec alio modo, tunc non eſt
opus nouo aſſenſu, quia iſta verba (ſaluo
aſſenſu) poſſunt ſic verificari in aſsẽſu im-
petrando, ſicut in impetrato, maximè q̃a
multi DD. tenent, quòd etiam ſi aſſenſus
ſit impetratus, adhuc poni debet clauſula
(ſaluo aſſenſu propter honorem Domi-
ni) & ſic, niſi expreſsè dictum ſit, ſaluo aſ-
ſenſu impetrando, contractus tenet, ita
in terminis Camerar. in c. imperialem. fo.

55.

Digitized by Google

55.col.4.lit.Q. & ſequitur verſ. vnum ſupereſt explicare, & rogo videri, nam in terminis loquitur.

12 Tertiò reſpondetur in caſu noſtro fuiſſe dictū ſimpliciter, ſaluo aſſenſu,ſed quatenus opus eſt,ergo nulla eſt facienda vis, quòd fuerit reſeruatus aſſenſus; quia cum hac conditione fuit reſeruatus.

13 Nec eſt facienda vis, quòd non fuerit aſſenſus enunciatus in inſtrumento,ſiquidem neceſſarium non eſt,vt in inſtrumento ſolemnitas enuntietur (vt dixi ſupra conſ.31.nu.31.) quia poteſt dici,quòd interuenerit alio die,ita Anchar.conſi.136. nu.2.& poſt Alex.in conſi.70.nu.9.lib.1. Dec.in conſi.409.nu.12.& conſi.58. Aymon.de antiq.temp.par.3.nu.27.laſ. in l. ſciendum num.16.ff.de verb.oblig. Anto. Gam.poſt Suarez deciſ.49.nu.3.vbi,quòd potuit interuenire in alio papiro, & deci. 83.nu.2.Gozad.in conſi.11.num.11.Rodohan.de reb. eccleſ.q.39. vbi quòd non ſequitur,non fit mētio de ſolemnitatibus in inſtrumento, ergo non interuenerunt. Qui omnes non ſolùm dicunt non eſſe neceſſarium, quòd ſit enuntiata ſolemni-

14 tas,† ſed quòd ipſa ſolemnitas præſumatur ex diuturnitate temporis,etiam ſi non ſit enuntiata: & ſi illa non enuntiata habet locum præſumpta ſolemnitas, quantò magis oſtenſa vera ſolemnitate, enuntiatio ſolemnitatis non eſt neceſſaria.

15 Et poſtremò nulla certè in caſu noſtro poteſt conſiderari læſio, nam cùm prius locus,cenſui ſubmiſſus, locaretur pro minima penſione, fuit deinde conceſſus ad cenſum perpetuum; quo ſtante, nō ſolùm læſio non adeſt, ſed euidentiſſima Monaſterij vtilitas,vt per Anchar. in conſi. 22. & per Comen.in conſi.181.nu.34.lib.2.

16 Et præterea dum augmētum peruenit ex induſtria, & expenſis conceſſionarij, neque læſio aliqua cōſiderari poteſt, dum tempore contractus territorium heremū, & ruinoſum,vt in ſpecie dicit Guid. Pap. deciſ. 170. & quòd non attendatur, niſi tempus contractus,& alienationis, & nō augmentum,ſiue æſtimatio, quæ fuit poſt contractum. Benè Andr. de Barulo in l.1. C.de præd.& alijs reb. nauicul.lib.11.nu. 2.& Ioan.de Plat.ibidem nu.2.verſ.Quin

17 tò nota.† vbi infertur contra inſatiabiles Prælatos Eccleſiarum,qui poſtquàm alienauerunt rem Eccleſiæ modici valori,vel ſterilem, vidētes rem prætioſiorem factam,dicunt Eccleſiam deceptam, & volunt reuocare, quod non poſſunt, quia æſtimatio, quæ erat tempore contractus attenditur,non quæ poſtea accreſcit, & quòd augmentū ſpectet etiam ad emphyteutam Eccleſiæ, benè etiam Rodoan. de reb.eccleſ.non alien.in q.71. poſt Iaco. de Aren. Alberic. dicit, quòd quemadmodū damnum non pertinet ad emphyteutam, ita omne augmentum, & omne emolumē tum contingens emphyteutæ eſſe debet, ſiue ſit latens,ſiue apparens.

Itaque ſtante biuo aſſenſu Apoſtolico, vt ſupra, & ſtante, quòd non ſolùm læſio non afficit, ſed maxima Monaſterij vtilitas, abſoluendus erit Princeps,prout à circumſp. Dominis Iudicantibus iuſtiſſimè ſperatur.

Petrus Antonius Amatus.

18 De menſe Februarij 1615. facta relatione in Sacro Conſilio exiſtente Cōmiſſario D.Patigno, cum interuentu D.Pręſidis fuit Princeps abſolutus à relaxatione territorij, & condemnatus ad rationē tot in futurum.

19 Has allegationes exemplari feci ex volumine allegationū Petri Antonij Amati,quo patrocinante, ita fuit deciſum, & dignæ viſæ fuerunt tāto Auctore,vt adornatum huius libri hic insererentur, etiam quia ad ornatum eiuſdem multa alia deduxi ex duobus allegationum voluminibus eiuſdem Doctoris,qui vt Cognomine dr Amatus, ita eſt in effectu;nā ꝑpter eius excellentem doctrinam, & honeſtiſſimos mores ab omnibus, & à me præcipuè eſt amatus,amatur,& amabitur,& etiam venerabitur. Sunt etiam poſitæ dictæ allegationes ad ſciendam veritatem huiuſmo

20 di alienationum: † nam multi multa dicunt, & dum de præſenti vident territoria, in emphyteuſim conceſſa, eſſe admodùm meliorata, prætēdunt reuocare alienationes ſub prætextu, quòd adfuiſſet læſio tempore conceſſionis, & ſic de præſenti volunt arguere in præteritū, quod nullo modo fieri debet, nam ſemper inſpicitur tempus conceſſionis, vt omnes ſciunt, & patet ex dictis num. 16. habetur etiam in l.ſi voluntate.C.de reſcind. vendit. vbi omnes latiſſimè Surdus conſi.451. nu.33. vol.3. Menoch. & alij penes Quaranta in verb.Alienatio. nu. 12. vt alios omittam, quoniam, vt dixi, omnes ſanæ mentis,ac

21 doctrinæ hoc fateatur, & tanto † magis hoc procedit in eccleſiaſticis, qui ſolam veri-

veritatem ſequuntur, nec volunt, ad minus velle non debent, bona aliena, vt dixi par.1.cap.6.nu.22.par.2. tit. de perſonis. q.7.nu.2.q.8.nu.12.& alibi pluries.

22 Hinc etiam eſt, quòd, quando fit venditio emphyteuſis, ſaluo, & reſeruato aſſenſu Eccleſiæ, & non aliter, nec alio modo, communis eſt reſolutio, vt nõ habeat locum caducitas, ita Bald. & omnes cumulati per Catul. in tracta. de iur. emphyt. limit.37. Iaſ.l.fi.C.eod.tit. Ripa in cap. cùm M. Ferrarienſis nu.80. de conſtitutio. Fely. in c. quæ in eccleſiarum nu.85. de conſtit. Grammat. deciſ.49. Iul. Clar. in §. emphyteuſis q.13. verſ. item quæro, Minad. deciſ.24. Ricc. loco cit. deciſ.56. num.1. & 2. & alij, quamuis aliqui dicant, hanc eſſe proteſtationem contrariam facto, & ſic non valere, nec excuſare à pœnis Extrauag. Ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien. vt per Quaranta vbi ſupra num. 9. Sed ſatis eſt, vt euitetur caducitas, vt reſeruetur aſſenſus, quia poteſt ſubſequi, de Franch. deciſ. 163. quod non negant alij, penes Quaranta vbi ſupra nu.11. Et quando procurator tales alienationes faceret, nec dominus incederet in cenſuras. Fràc. Marc. Ioſeph Lud. Alex. & alij penes Riccium in praxi alien. rer. eccl. dec.57. nu.2. ratio nè caducitas inducatur, quoniam non accedente aſſenſu, reſoluitur contractus, vt etiam ipſi probant, cum quibus diſputamus. poſt alios idem Riccius vbi ſupra dec.36. & alibi, vbi innumeros citat.

23 Secundò non procedit pœna caducitatis, quando venditio fuit nulla, vt quia prohibitus fuit alienare, & fuit annullata omnis alienatio; quia tunc eſt, ac ſi alienatio facta non eſſet, & ex actu nullo non poteſt incurri pœna caducitatis, ſi enim res non potuit vendi, non dicitur alienata, vt per illum ſequatur caducitas, vt ex multis probauit Iaſ. in d.l.fi.q.22.nu.139. plures alios cumulat, & deciſiones particulares adducit Andr. Tiraq. in tracta. lignagier.§.1.num.5.& 6.glo.2.

24 Tertiò ſi emphyteuta haberet poteſtatem affirmandi, & per alienationem, vel alio modo inciderit in commiſſum, non per hoc perdit poteſtatem ſibi cõceſſam, affrancandi, ſeu commutandi in ſimilem vel meliorem, quia ſi cadit à iure emphyteuſis, non cadit à iure luendi, ſiue affrancandi, adducitur Cæpoll. in tract. de ſimulat. contract. præſump. 8. Iaſ. in l.2.nu.5. verſ. numquid de iur. emphyt. Et licèt ipſe per verbum, Videtur, arguat in contrarium, nihilominus pro abſoluto hoc tradit in terminis noſtris Corbul. in loco cit. limit.41. Alex. notanter in conſi.228. nu. 5. vol.5. cumulat deciſiones. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cent.3. caſ.276. propè nu. 20. Dec. in l. in bonæ fidei num.11. C. de pact. Vinc. de Franch. deciſ.267. nu. 5. & ſeqq. Barb. Theſaur. & alij, quos nouiſſimè probat Riccius in prax. alienat. rerum eccleſ. deciſ.81. nu.3. & ſeqq. & Vinc. de Franch. d. deciſ.267. in fin. ſic deciſum refert, & alios cumulat Auctores, notanter Alciat. de præſump. in 45. præſump. reg.

25 3. dicens, † non obſtare, quòd pactum ſit in eodem contractu, quaſi pars illius, quia in pœnalibus hoc non procedit, & etiam quando pactum reſpicit directum dominium, caducitas verò reſpicit vtile, & propterea nõ fit extenſio de vno ad aliud, & ſic tenet cõtra Veronenſ. qui tenuit pactum etiam annullari, quando eſt in eodẽ contractu: Iddem, quod Alciatus, tenuit Barbat. in conſi.51.1. par. num.18. quem Alciatus allegat, & ſequitur in l. petens col. fi. verſ. vnde. C. de pact. Gozad. conſi. 86. nu.26. verſ. decimoquartò, & communem opinionem dicit poſt Viuium, & alios, quos ſequitur Burſat. conſ. 60. num. 30. vol.1. Quicquid tenuerit Rot. Roma. cum alijs adductis per Corbul. in titu. de cauſ. priuatio. ob non ſolutum canonem limit. 38. & ratio mihi videtur euidens vltra prædicta, quoniam exercere poteſtatem affrancandi reſpicit pactum conceſſũ in inueſtitura, & etiam voluntatem concedentis, vt nihil aliud voluerit, niſi ſimilem, vel meliorem rem, ſi emphyteuta vti vellet hac poteſtate, vnde ſi inciderit in commiſſum, ſatis erit, vt dicto Domino ſit cautum in ſimili, vel meliori re pro iuribus ſuis.

26 Additur etiã, ꝙ in materia caducitatis regulariter admittitur, & datur purgatio moræ etiam creditoribus, quãdo illis nõ eſt cautum de iuribus ſuis ſuper alijs bonis debitoris, vt poſt Alex. conſi.45. lib. 5. Alciat. conſi.285. nu.10. Surd. deciſ. 102. nu.4. in fi. Maſtrill. deciſ.154. & alios probaui infra de reſtit. in integr. q.16. Et clarũ eſt, quòd ſemper, vt euitare poſſumus caducitatem, debemus eam euitare, præcipuè dum cautum eſt Domino directo pro ſuo canone, & in ſpecie in Sacro noſtro Conſilio, vbi ſequimur æquitatem, & ſem per admittit purgationem moræ. Sic etiã

in

in Curia Archiepiſcopali Neap. Riccius in praxi alien.rer.eccl. deciſ.133. num.5.

27 Ex his ſequitur, quòd dum res emphyteotica, ſecundùm omnes, poteſt donari, legari, & fieri de ea fideicommiſsum, iuxt. tex.in l.lex vectigalis. ff. de pignor. & hypothec.Bar.in l.ſi res, quib.mod.pign.vel hypothec. ſolu. & in l.4. C. eod.tit.Alex.
28 d.conſi.45.vol. 5. & alij; † ſi in fideicommiſso fuerit prohibita alienatio, & in caſu alienationis fuiſsent alij ſucceſsores vocati, quia alienatio prædicta nulla fuit, & pro non facta habetur, vt patet ex dictis, ſequitur, inquam, vt per talem alienationem illa bona non inciderint in commiſſum, & ſucceſſores prædicti admittantur ad dictam emphyteuſim, & poſſint etiam pro conſeruatione iurium ſuorum, & ad euitandam caducitatem purgare moram, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa competit, vt de creditoribus dixi d.q. 16. Quæ adnotare volui pro ornatu ſupradicti Conſilij prædicti de Amato, vt erga illum amorem oſtenderem.

SVMMARIVM.

Viatores etiam in hac vita poſſunt vocari ſancti. nu.1.

Sancti quinam dicantur, traditur num.2. & 3.

Chriſtus ore proprio canonizauit Petrum Apoſtolũ, quod explicatur nu.4.

Chriſtiani in primitiua Eccleſia vocabantur Sancti, quod explicatur nu.5. 6. & 8.

Religio Clericorum Regulariũ per multos Auctores comendatur, qui recenſentur nu.7. & 9.

Homines ſanctitate perſpicui, dũ obeũt, vt poſſint venerari culto priuato etiã ante canonizationem varijs exemplis à tempore primitiuæ eccleſiæ vſque in præſentiarum comprobatur. num. 10. cum ſeqq. & num. 17. cum ſeqq. Non ſolent ſtatim ſepeliri ad populi deuotionem, & ob alias rationes, quæ recenſentur num. 12. & 13. Debent eorum corpora humari in loco ſeparato ab alijs, nec eſt parendum eiſdem viris ſanctis, ſi contrarium ordinaſſent in vita, quod explicatur nu.14.15. & 16.

Deuotionem populorũ erga Diuum Dydacũ ante eius canonizationẽ, quàmuis publicè id fieret, comendatam fuiſſe per Summum Pontificem Sixtum Quintum traditur nu.19.

Cultus publicus prohibitus non canonizatis quiſnam ſit, recenſetur nu. 20. & ſeqq. & nu. 48. & nu.57. & ſeqq. & nu.64.

Concilium publicum, quodnam dicatur, traditur nu. 25.

Non canonizatos poſſumus vocare Sanctos, & in noſtrum auxilium, quod omnium Patrum, & aliorum Doctorum auctoritate, & communi praxi Eccleſiæ comprobatur, quod explicatur nu.22.23.24. & 25. & nu.70.

Beati alij ſunt nuncupatiuè, & alij acclamatiuè, & alij declaratiuè, qui recenſentur nu.25 26. & 27.

Imagines non canonizatorum an poſſint depingi, venerari, & in templo teneri, & quo modo, explicatur nu.28.29.30. 31. & 32. nu.61. & nu.71. & 72.

Tabellæ, ac alia dona, gratiarum receptarum inditia, an appendi poſſint ad ſepulcra, & imagines non canonizatorum, traditur nu.33.34.35. & 36. nu. 63. & ſæpè alias.

Lampades, & cerei an accendi poſſint ad ſepulcra nõ canonizatorum, traditur nu.37.38.39. & ſeqq.

Ignis denotat deuotionem populorũ erga Sanctos, & vt ab illis impetrent fideles ignem diuini amoris, & veræ cõtritionis, quod explicatur num.40. & num.42.

Ignis cur accendi ſoleat in rebus profanis, explicatur num.41. Et cur accendatur in die obitus nõ canonizatorũ, traditur nu.42.

Lætari an liceat in die anniuerſaria obitus non canonizatorum, an Miſſam dicere, & concionem ad populum haberi traditur nu.43.44.45.46.47. Vbi varia recenſentur exempla. ſic etiam nu.49. & 50.

Res geſtæ non canonizatorum, vt ſtatim ſcribi poſſint poſt eorum obitum, & in lucem dari ad poſterorum doctrinam tam ex ſacra ſcriptura, quàm ex communi praxi Eccleſiæ, ab eius exordio vſque in præſentiarum, comprobatur nu.51.52.53.54. & 55. & optima ratione id fieri recenſetur nu.56.

Textus in cap audiuimus, & in cap. cùm

ex

ex eo, de reliq. & venerat. Sanct. prohibentes cultum adhiberi non canonizatis, qualiter procedāt, traditur nu. 57. 58. 59. & nu. 66.

Eccleſia optima ratione prohibuit, ne cultus publicus adhiberetur non canonizatis, quod explicatur nu. 59. Sed qualiter hoc procedat, declaratur nu. 67. & 68.

Non canonizatis poteſt cultus publicus adhiberi, accedente licentia Summi Pontificis. nu. 65.

Gratis quod dicitur, gratis negandum eſt, quod explicatur nu. 69.

Votum oblatum non canonizato nomine alicuius populi an denotet cultum priuatum, vel publicum? explicatur nu. 73. & 74.

Poſſeſſio multum iuuat etiam circa cultum, qui adhibetur non canonizatis, quod explicatur nume. 75. & 76. cum ſeqq. 81. & 82.

Poſſeſſor bonæ fidei, & titulum iuſtum habens, etiam armata manu manuteneri debet in poſſeſſione. num. 78. Quid ſi titulus, & poſſeſſio eſſent euidenter iniuſta? traditur nu. 79.

Poſſeſſio iniuſta, & titulus euidenter nullus an admittatur in feudis, explicatur nu. 80.

Deuotio populorum erga non canonizatos potius adiuuari debet, quàm tolli. num. 82.

NON CANONIZATIS QVÆNAM fieri poſſint licito iure ante illorum canonizationem, & antequàm licentia obtineatur à ſancta Sede Apoſtolica, non inconcinna explicatio.

CONS. XLV.

Ad implorandum auxilium eorundem, & in gratiarum actione.

QVoniam pluries fuit inſtatum, & à pluribus requiſitum, vt in compendio aperirem, quid licito iure fieri poſſit non canonizatis, qui diem clauſerunt extremum cum ſanctitatis opinione, & præcipuè ſi Deus illos in vita, & in morte miraculis illuſtraſſet. Inſimul expoſcerunt, vt eadē methodo aperirem, qualiter deueniatur ad illorum canonizationem. Hoc vltimū aperiam in ſequenti conſilio, primum verò in præſenti.

Proteſtationem tamen præmitto, omnia dicenda, me ſanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio ſummittere, & ſolùm colligam in vnum, quę ſparſim alij Auctores tradunt: faxit Deus, vt veritatem ſequar, & relator fidelis inueniar.

Pro dicendis ſuppono primò tanquam
1 certum, † etiam viatores in hac vita Sanctos, & Beatos vocari poſſe per quandam participationē. Sic docet S. Aug. in pſal. 85. exponens illud, Cuſtodi animam meā, quoniam ſanctus ſum. Docent etiā Chryſoſt. & Theophil. 1. ad Timot. 5. vbi Soto maior in verb. ſi ſanctorum pedes lauit,
2 qm̄ Sancti dicūtur illi, qui cum vita recta etiam fidem rectā coniunctā habent, quāuis ſigna non edant, nec miracula faciant. & idē Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 1. hom. 1. ſic habet [Sanctus eſt is, qui fidei particeps factus, innocens vitam exigit, nulla dignam reprehenſione, præcipuè coram Deo] Probat etiā Maluit. in tract. de canoniz. Sanct. dub. 1. nu. 3. cum ſeqq. ex tex. in c. Maximilianus. & c. oportet.
3 diſt. 81. † Omnes enim, qui mundè, & virtuosè viuūt, rationabiliter vocari poſſunt Sācti: nam vita immaculata, & mores honeſti faciunt hominem Sanctum. cap. non nos. cum ſeqq. diſt. 40. Et Sancta Lucia Paſchaſio Præſidi dixit, vt habetur in 6. lect. eius officij die 13. Decemb. Omnes caſtè, & piè viuentes dici templum Spiritus ſancti: quod etiam paſſim docet ſacra Scriptura.

4 Hinc Chriſtus Dominus ore proprio vocauit Petrum Apoſtolum Beatum, dū Chriſtum confeſſus fuit eſſe filium Dei, vt habetur Matth. c. 16. ibi, Beatus es Simon Bar-iona, &c.

5 Hinc Paulus Apoſtolus omnes Chriſtianos primitiuæ Eccleſiæ vocabat Sanctos, vt habetur ad Roman. 1. ibi, Omnibus, qui ſunt Romæ, dilectis Dei vocatis ſanctis, &c. & ſic paſſim fiebat per alios Apoſtolos, & eorum diſcipulos, vt notat Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 43. fol. 298. in fi. & 299. & alibi.

6 Hinc etiā omnes alij Sancti Doctores Eccleſiæ hunc morem obſeruarūt: ſic Diuus Ambroſius in lib. de virgin. & ſæpè alias, ſororē ſuā Marcellinam, quæ adhuc viuebat, ſanctam appellat: ſic D. Hieron. epiſt. 49. ad Aſellam virginem, Paulam

Roma-

Romanorum nobiliſſimam, quæ adhuc ſuperſtes erat, nominat ſanctam; & ſic de alijs. Nã diſcurrẽti per omnes Patres Græcos, & Latinos paſſim obuiam erũt exempla, vt eſt illud etiam D. Thomæ Aquin. qui dum inuiſeret eius amicum D. Bonauenturam, quem inueniens orantem, & in extaſi, dum ſcribebat vitam S. Frãciſci, dixit, Sinamus Sanctum pro Sancto laborare.

Inſuper Antonius Marſil. Archiepiſcopus Salernitanus in tractatu de eccleſiaſt. redd. orig. & iur. par. 1. cap. 16. num. 30.
7 † dum meminerit de noſtra Religione, ſic ait [Clericorũ etiam Regularium Theatinos vocant, quos vitæ ſanctimonia, morum puritas, & in orando deuotio plurimùm cõmendat, quam Io. Petrus Carraſa, deinde Pontifex Sum. Paulus Quartus eſt appellatus, fundauit: è quibus inſignẽ, velut ſydus emicans Paulus de Aretio ob miram eius ſanctitatem, & doctrinam vel inuitus in Ampliſſimũ Cardinalium Collegium à Sanctiſſimo Pio V. fuit adſcitus] Hæc ille; & tamẽ Paulus de Aretio adhuc tunc viuebat.

8 Hoc etiam procedit reſpectu totius cõmunitatis, quę piè, & deuotè viuit, vt erat in primitiua Eccleſia, nam ſancta vocari poteſt, vt habetur 1. Petri 2. ibi, Gens ſancta, &c. & ſæpè alias: nam D. Leo Papa in ſerm. 1. de Natiuit. Domini, id expreſsè tradit ibi, Exultet ſanctus, &c. Sic etiam Illuſtriſs. Cardin. Baron. in Martyrol. in natal. Apoſtolorũ Petri, & Pauli, die 29.
9 Iunij, vbi loquẽs † de reparatione Eccleſię Sancti Syri, facta Ianuę per noſtros Patres, ſic habet: *Quã vetuſtate collapſam, his diebus Clerici Regulares in auguſtiorem amplitudinem reſtituerunt, addideruntq́, nobile Cœnobium, vbi ſicut & in alijs præcipuis Italiæ ciuitatibus priſtinam illam Apoſtolicam viuendi formã ex integro redditam ſanctè, pièq́; colunt.* Hæc ibi. Et omitto reliqua exempla; nam omnibus poſſunt eſſe paſſim obuia.

10 Suppono ſecundò, quòd dũ ex hac vita diſcedunt homines ſanctitate perſpicui, multi fideles deuotè oſculantur eorũ manus, & pedes, & de veſtimentis eorum, de capillis, & ſi poſſunt, etiam de corpore aliquid ſumunt, & pro reliquijs ſeruant; & hic eſt inueteratus, & cõtinuatus vſus in Eccleſia Catholica, in qua nunquã hoc fuit prohibitum, ſed ſemper permiſſum, vt ſecretò cultus, ac veneratio adhibeatur prędictorum virorum reliquijs, prout diſcurrẽdo à primitiua Eccleſia vſque in præſentiarũ per omnes Sanctorum hiſtorias poteſt quis de hoc facto certiorari, & plura inter recentiores narrat Horatius Torſellin. in vita Beati Patris Xauerij lib. 3. præcipuè c. 22. & ſeqq. Probat etiã Pegna in vita S. Didaci lib. 2. cap. 5. & 6. habetur etiã in diplomate canonizationis eiuſdem Sancti. §. ad eius corpus. vbi multa habentur de veneratione habita reliquijs dicti Sancti, ſtatim ab eius ſanctiſſimo obitu vſque ad tempus dictæ canonizationis.

11 Imò eatenus hoc eſt certum, vt hęc, vel alia conſimilis deuotio populi iudicetur neceſſaria in ſignum ſanctitatis alicuius, etiam ante canonizationẽ, ad hoc, vt ſuo tempore ad actum eiuſdem canonizationis deueniri poſſit. Indicant Reuerẽdiſſimi Auditores Rotæ in relatione canonizationis Sancti Hyacinthi Poloni, facta coram Sũmo Pont. Sixto Quinto in anno 1588. & idem quoque indicat Leo Papa X. in epiſt. quę extat lib. 3. vitę eiuſdem Sancti Didaci, vt aliorum exempla omittam in negotio tam claro.

12 Hinc etiam eſt, quòd corpora talium virorum ob maiorem commoditatem populi ad exercendam deuotionẽ oſculandi pedes, & manus dictorum ſanctorum virorum, ſolent, inquam, talium virorum corpora per aliquot dies inſepulta ſtare ſuper terram, vt diſcurrendo per Sanctorum hiſtorias fieri poteſt perſpicuum; & in ſpecie corpus S. Franciſci de Paula, vt habetur in 6. lectione eius officij die 2. Aprilis, quòd vndecim dies eius corpus inſepultum ita incorruptum permanſit, vt ſuauem etiam odorem efflaret; ſic etiã de corpore S. Alexij, de corpore D. Thomæ Aquin. & aliorum poſſem referre exempla, quæ penes Sur. in eorum natalibus, & in Cronicis Ordinis Prędicatorũ, & alibi legi poſſunt. & corpus Sancti Stephani Protomartyris diebus ſeptuaginta manſit inſepultum in villa Gamalielis ob deuotionem populi Chriſtiani, vt habetur in dicta epiſtola Gamalielis penes Baronium tom. 1. Annal. anno Domini 34. fol. 238.

13 Plus dico, hoc eſſe neceſſarium, vt videatur deuotio populorũ erga dicta Sanctorum corpora: videatur etiam alia magnalia Dei, tum reſpectu incorruptibilitatis corporis, tum etiam quò ad alia miracula,

racula, quæ tunc Deus facere ſolet ad cõtactum talium corporum, liberando varios infirmos à languoribus ſuis: quæ omnia ceſſarent, ſi illicò ſepelirentur.

14 Tertiò denique ſuppono, corpora taliũ virorum non eſſe ſepelienda in loco, in quo alij defuncti humari ſolent, ſed in alio loco honeſtiori, digniori, & ab alijs ſeparato.

Hoc dictum eſt admodum notorium, & manifeſtum in Eccleſia Catholica ab ortu ipſius vſque in præſentiarum, prout cerni poteſt, perquirendo res geſtas Sanctorum, & præcipuè tomos ſeptem Surij, vbi innumerabilia ferè exempla recẽſentur, ſic etiam in hiſtoria Sãctorum Patrũ, ſic etiam in Cronicis ſingularũ Religionum, præcipuè lib. 1. cap. 57. lib. 2. c. 7. & alibi in Chronicis Ord. Prædicat. Probat etiam R. Fr. Seraphin. Raz. Dominican. in vita Catharinę Praten. c. vltimo, quem Auctorem ſępiſſimè citat Rota in relatione canonizat. S. Hyacinthi Poloni. Probat etiam Fr. Vincentius Iuſtinian. eiuſdẽ Ord. Præd. in vita Beati Aloyſij Beltrandi cap. vlt. vt in re clara alios omittam; paſſim enim docent omnes, vt prædictorum virorum ſepulcra, ſic ab alijs ſeparata, ſericis, aureiſque veſtibus integi, tapetibuſq; pretioſiſſimis exornari pro maiori illorum honore, & reuerentia, vt laudetur Deus in Sãctis ſuis, & etiam ad maiorem deuotionem populorum, vt locis citatis legi poteſt, & communis vſus, & praxis Eccleſiæ probat; vt, qui templum, & habitaculum Spiritus ſancti, ac diuinæ ſapientiæ ſedes in hac vita fuerunt, altius cæterorum virorum mortuorum honorentur.

15 Additur etiam alia ratio, quę neceſſaria videtur: ſi enim huiuſmodi viris, ſanctitate perſpicuis, locus ab alijs ſeparatus non daretur, ſed ſimul cum alijs humarentur, non poſſent ſuo tẽpore ab alijs ſegregari, & disiungi, & ſic Eccleſia careret corporibus, & alijs Sanctorum reliquijs, & Sanctorum cultus maximam pateretur iacturam, quod nullo modo dicendum eſt: ſi enim ita eſſet, nunc nõ ſciremus corpora S. Andreæ Amalphię, S. Matthęi Salerni, S. Nicolai Barij, in Apulia, mannã in tanta copia, & quantitate producere, qua innumerabilia fiunt miracula: ſic etiã de Sãguine glorioſiſſimi S. Ianuarij, qui antea concretus, ac durus, dum in conſpectu capitis ponitur, ebollire incipit; quod omnes ſciunt, & ego multoties vidi; & ſic de alijs referre poſſem exempla.

16 Nec in hoc excuſat humilitas ſepeliendi tales viros ſanctitate perſpicuos, ſimul cum alijs, quia hæc non eſt humilitas, ſed reprobanda, & nõ ſequenda ſimplicitas, nam Sãcti propter illorum humilitatem ſolent etiam ordinare, vt eorum corpora (tanquam eſſent indigna ſepultura aliorum fidelium) cum alijs fidelibus non humantur, ſed in ſterquilio: ſed nos potius tunc maiori ornatu debemus in remotioribus, & honoratioribus locis illos ſepelire, vt ſimus digni Dei miniſtri, & honoremus Deum in Sanctis ſuis.

His itaque tanquam manifeſtis ſuppoſitis, pono ſequentes concluſiones ad explicandam totam materiam reſpectu eorum, quę fieri legitimè poſſunt talibus viris ante illorum Canonizationem.

17 Prima concluſio, Homo mortuus cum ſignis, vel ſigno ſanctitatis, poteſt ante canonizationem coli, & venerari cultu priuato, ſi ſcandalum populi ceſſet. In hac concluſione conueniũt omnes tam Theologi, quàm Canoniſtæ, ſic etiam Summiſtæ, & comprobatur ex communi vſu Eccleſiæ.

18 Probant igitur hanc cõcluſionem Diuus Antonin. par. 3. eius ſummæ, tit. 12. cap. 8. §. 1. Auguſt. in ſum. de poteſt. Eccl. q. 14. art. 15. Gerſon de orat. & eius valore, ferè in princ. Bellarm. lib. 1. cõtrouerſ. c. 10. de beatitud. & canonizat. Sylueſtr. in verb. canonizatio. Inn. in c. 1. in fi. verſ. item non negamus. de religio. & venerat. Sãct. vbi Hoſtien. nu. 11. verſ. illud etiam non negamus. vbi etiam Abb. nu. 3. in 2. notab. Ioan. And. in verb. publicè. vbi Zabar. nu. 1. in fi. & alij communiter. gloſ. in cap. vlt. in verb. Sedis Apoſtolicæ. eod. tit. in 6. Probant etiam Seraphin. Razius, & Vincent. Iuſtinian. in locis cit. Io. Franc. Pãnuin. antiquus Rotæ Auditor in relatione canonizat. S. Bonauen. par. 1. art. 1. Octauian. de Martin. in oratione pro canonizatione eiuſdem Sancti, facta coram Sixto Quarto anno Domini 1482. & in hoc omnes conueniunt, vt notat etiam Illuſtriſs. Cardinal. Tuſch. verb. canonizatio. concl. 41. in ſpecie num. 10. cum ſeqq. vbi ſe in omnibus remittit ad diſcuſſa per Bellarm. loco cit.

19 Dixi etiam, hanc eſſe praxim vniuerſalis Eccleſiæ ab eius ortu vſque in præſentiarum, & quilibet diſcurrendo per Sanctorum

ctorum

Digitized by Google

ctorum hiſtorias, id paſſim inueniet tam reſpectu Martyrum, quam etiam reſpectu Confeſſorum: ſed vnum tantùm referam exemplum, vti ante centum annos ſucceſſum, & quaſi recenter a Sūmo Pont. Sixto Quinto ſolenniter approbatum in canonizatione Sancti Didaci. Obijt enim hic Sanctus anno Domini 1463. & poſt diem quintamdecimam eius obitus Henricus Quartus Rex Caſtellę, dum eſſet graui ægritudine affectus, & eiuſdem Sancti interceſſione ſanitatem recepiſſet, pro beneficio accepto Sacellum cōſtruere fecit; in quo corpus dicti Sancti recōdere iuſſit; & id ſine licentia Sūmi Pont. nec alterius Prælati eccleſiaſtici, & tandem præfatus Summus Pontif. in Bulla dictę Canonizationis hoc pium factū valdè commendat per infraſcripta verba. *Quo circa laudanda eſt pietas, & magnificentia claræ memoriæ Henrici Quarti Caſtellæ Regis, qui vnà cū filia periculosè ægrotans, & Beati Didaci precibus ſanitate impetrata, nobile Sacellum, grati animi ſui monumentum extruxit, ibiq́; in area ferreis laminis diligenter cōmunita Beati Didaci corpus decenter recondi iuſſit. Ad quod quidem Sacellum, vt conſtat, nō ſolùm Complutenſes ciues, ſed vicini, & remotiores populi, atque ferè ex omni Hiſpania fideles tanta deuotione confluunt, tam multi Beati viri illius opem apud Deum implorant, tot ibi vigiliæ fiunt, tot ſacrificia in eius Sacello celebrantur, tanta, multa, & illuſtria dona, voti reddendi gratia offeruntur, vt hæc de Beati Didaci ſanctitate non exigui temporis tanquam rumoris aura, ſed per annos etiam*, &c. Et paulò poſt ſubduntur hæc alia verba, *Conſtans & perpetua fama, & opinio, tantusq́, illorum fidelium, omnium gentium generum, omnium ordinū conſenſus, magni profectò, & illuſtris teſtimonij loco habendus ſit ad Beati Didaci ſanctimoniam comprobandam.* Hæc ibi. Vbi etiam alia plura adduntur ad hoc ipſum comprobandum: quę verba ſic per extenſum ponere volui, quia non ſolùm hanc concluſionē, & quę ſuperius dicta ſunt, probant; ſed firmiſſimè etiam confirmant quicquid dicetur in ſequentibus concluſionibus.

20 Ex his etiam verbis colligitur manifeſtè, quòd cultus publicus non dicitur ille, qui publicè fit, adhuc nō canonizatis per omnes fideles eiuſdem loci, vel locorum conuicinium, etiam ſi eſſet totius Regni: nam ſi hoc eſſet verum, nō laudaſſet Summus Pontifex pietatem, & magnificentiā dicti Regis, & deuotionem dictorum populorum: nam cultus publicus non poteſt fieri non canonizatis, vt in c. audiuimus. de relig. & venerat. Sanct. Sed quoniam cultus publicus ille tantùm eſt, qui nomine totius Eccleſiæ, & tāquam ab Eccleſia inſtitutus non canonizatis adhibetur, & hic tantùm eſt prohibitus per ſacros Canones, vt docent communiter Canoniſt. in d. c. audiuimus. & in c. 1. eo. tit. Probat etiam Bellarmin. d. cap. 10. vt alios omittam. Ideò ſemper dicitur cultus priuatus, quāuis ſimul fiat, & publicè ab omnibus populis etiam totius Regni, vt colligitur ex dicto diplomate, etiam ſi Sacerdotes ſu perpellicea induti reciperent dona, quæ voti reddendi gratia fideles populi offerrēnt: nam hoc potius reſpicit decentem modum recipiendi talia dona, quàm vt denotet cultum publicum.

21 Additur etiam exemplum commune, & vulgatum de Concilijs publicis eccleſiaſticis, ſiquidem etiam ſi omnes Pręlati eccleſiaſtici totius orbis congregētur publicè in aliquo loco, non dicitur publicum, nec eſt publicū, niſi auctoritate Eccleſiæ, & ſic de licētia Summi Pont. celebretur, vt eſt notiſſimū: & hoc ſtatuit Marcellus Papa, & Martyr, vt habetur in 6. lect. eius officij, die 16. Ianuarij; plura etiam tradit Baron. pluribus in locis, præcipuè tom. 3. anno Chriſti 347. fol. 527. & alij paſſim, & præcipuè hoc habetur in confirmatione ſingulorum Conciliorum Oecumenicorum, vt patet etiam ex confirmatione ſacri Conc. Trid. Et hac de cauſa S. Athanaſius vocatus ad Concilium Cæſarienſe, quod in publico celebrabatur corā Conſtātino Cęſareæ Paleſtinæ per Epiſcopos, & alios Euſebianos, ac Arrianos, noluit accedere, quia licèt in publico fiebat, non tamē erat publicum, nec legitimum, quia non aderat auctoritas Eccleſię, vt colligitur ex traditis per Euſebium in vita Conſtantini cap. 41. & per Baron. d. tom. 3. anno Chriſti 334. fol. 494. cum ſequent. & alibi.

Itaque illud ſolùm eſt publicum in ſimilibus, quod fit nomine Eccleſiæ, & in hoc caſu eſt officium diuinum, ſacrificiū Miſſę, & ſic de alijs, quæ ab Eccleſia determinata ſunt, vt canonizatis fiant eorum nomine.

22 Secunda concluſiō, Non canonizatos poſſumus vocare Sanctos, & in noſtrum auxilium, vt pro nobis apud Deum intercedant, dummodo id non fiat cultu publico.

Concluſio patet explicata, & probata ex dictis; nam ſi adhuc viuentes cum ſanctitatis opinione, & qui peccare poſſunt, quia adhuc ſunt viatores, & eos ſupponimus non eſſe confirmatos in gratia, licito iure poſſumus vocare ſāctos, vt in primo dicto fundatū eſt; hoc eò magis procedit reſpectu illorū, qui mortui ſunt cum ſanctitatis opinione, nam iſti amplius peccare non poſſunt, & piè credimus, illos regnare cum Deo, tanquam eius amicos, & vti tales eos inuocamus in noſtrum auxilium, vt eorum precibus, & interceſſionibus Dei auxilium imploremus, & a noſtris aduerſitatibus liberemur.

23 Sic factum legimus ab ortu naſcentis Eccleſiæ; nam Sancti Patres, & etiā Eccleſiæ Doctores, qui vitam talium virorum ſcribebant, & laudabant eos, etiam in eorum auxilium inuocabant, vt cerni poteſt diſcurrendo per res geſtas omnium Sanctorum, & in ſpecie penes Ioannē Chryſoſtomum, & Gregorium Niſſenum in orationibus habitis in funere S. Miletij Epiſcopi Antiocheni penes D. Hieronymum in vita S. Paulæ, penes D. Gregoriū Nazianzenum in vita Sanctorum Athanaſij, Baſilij Magni, Cæſarij fratris, & ſic de alijs, vt eſt videre penes Suriū, Lippomanum, & alios varijs in locis; de quibus plura tradunt Fr. Seuerinus Ordinis Prędicatorum lib. 3. & 4. vitæ S. Hiacynti, D. Antonin. par. 3. ſuæ hiſtorię tit. 23. c. 7. §. 13. vbi de Chriſtophoro Frāciſcano ſic habet, ***Quem poſt mortem multis miraculis clarum, Sanctum populus declarauit***, habetur etiam in oratione facta de Canonizatione S. Bonauenturæ, ſic etiam in oratione habita in publico Conciſtorio coram Innocentio VIII. 12. Kal. Decembris 1484. & in relatione facta per Illuſtriſsimum Cardinalem Columnam in anno 1588. de vita, & moribus S. Didaci coram dicto Summo Pont. Sixto Quinto, & ſæpè alias, & legimus ſic factum ſtatim poſt mortem S. Caroli, quod omnes illum inuocabant in eorum neceſſitatibus, ſuſcipiebant pro aduocato, eiq; communiter preces fundebant, vt legimus in eius vita lib. 7. cap. 16. vbi etiam dicitur, quòd in primo anno poſt eius fęliciſſimum tranſitum, die etiam feriali, omnis populus numero trecentum mille ſimul ſe congregauit ad celebrandam anniuerſariam feſtiuitatem dicti Sancti, vt habetur in d. c. 16. §. & ſu tenuta.

24 Adeſt tamen differentia inter eos, & Sanctos canonizatos; nam canonizatos neceſſariò, & infallibiliter tenemur vocare Sanctos, eoſq; venerari, ac illis publicum cultum nomine Eccleſiæ præſtare; ſed non canonizatis priuatim, ac priuato modo præſtamus cultum, & eos piè, & probabiliter vocamus Sanctos, ac Beatos.

25 Hoc non ſolùm procedit de Beatis declaratis, ſed etiam de Beatis nūcupatiuè, & de Beatis acclamatiuè: nam tribus modis aliqui dicuntur Beati. Primò declaratiuè, quia nempe Summus Pont. illos declarauit Beatos, & de iſtis nulla eſt dubitatio: nam ſolet etiam Summus Pont. concedere licentiam recitandi Officium, & dicendi Miſſam in natalibus talium Beatorum, vt dicetur infra in 6. concluſione.

26 Secundò dicuntur Beati nuncupatiuè, quia nempe per Sūmum Pont. ac Sedem Apoſtolicam nuncupantur Beati, vel in licentia conceſſa, vt typis mandetur illorum vita, ſculpantur eorum Imagines, vel quouis alio modo.

27 Tertiò dicuntur Beati acclamatiuè; quia nempè populus tāquam Beatos illos colunt, ac venerantur, vt patet ex dicto S. Antonini deſuper relato, & ita fertur declaratum fuiſſe per Sacram Congregationem rituum. Et de his Beatis nuncupatiuis, & acclamatiuis intelligitur communis DD. opinio, vt in eorum honorem nec Officiū, nec Miſſa dici poſſit, vt poſt alios notat Maluit. dub. 1. de canonizat. Sanct. num. 19. verſic. ſed dicetur beatus. Caſſan. in Catalog. gloriæ mundi, par. 3. conſiderat. 46.

28 Tertia concluſio, Imagines non canonizatorū, ac ſanctitate inſignium poſſunt depingi, venerari, ac etiam in Templo teneri, diuerſo tamen modo, vt pinguntur, venerantur, ac tenentur Sanctorum canonizatorum Imagines. Hanc concluſionē probant Conc. Nicen. 2. act. 4. & omnes Patres; probat etiam Bellarm. d. c. 10. de beatitud. Sanctor. Seraphin. Razius loco cit. concluſione 2. & probat etiam continuus, & antiquatus vſus totius Eccleſiæ, etiam ab ortu ipſius: probat etiam D. Io. Chryſoſt. pluribus in locis, præcipuè in oratione anniuerſaria in die Natalis S. Miletij.

Digitized by Google

Miletij. Docent enim, vt Imagines d. Miletij, ac Simeonis Stelitæ, etiam dum viuerent, fuiſſe ſic depictas, vt publicè haberentur, & varijs in locis venerarentur, & iam de Sancto Carolo conſtat, quòd Philippus 2. Hiſpaniarũ Rex, verè Catholicorũ catholichiſſimus, & Fidei Catholicæ defenſor acerrimus, tenebat in Aula ſuæ Audientiæ Imaginem pictam dicti S. Caroli, vt habetur in eius vita lib. 7. c. 17.

29 Sed redeundo ad D. Chryſoſt. loquens de S. Miletio anno quinto poſt eius obitũ ad populum Antiochenum, ſic ait: *Non ad nomen autẽ ſolùm Miletij fuiſtis affecti, ſed ad ipſam etiam figuram corporis; quomodo enim feciſtis in nominibus, hoc etiam feciſtis in illius imagine. Etenim in palis annulorum etiam in phialis, & in thalamorum parietibus, & vbique ſacram illam multi expreſſerunt imaginẽ, vt nõ ſolùm audirent ſanctam illam appellationem, ſed etiam vbique viderent figuram corporis, & eius exceſſus duplicem haberent conſolationem*. Hæc ibi. Et plura alia exempla referre poſſem, quæ omitto; nam Razius loco citato ſcribit, quòd Florentiæ in Templo S. Mariæ Nouellæ adſunt Imagines Beatæ Villanæ, & Beati Ioannis Salernitani. Peruſij in Altare S. Catharinæ Senenſis extat Imago Beatæ Columbæ Vrbis Reatinæ, multis tabellis, ac donarijs ornata. In Vrbe veteri adeſt Imago Beatæ Vannæ. Bononiæ adeſt Imago Beatæ Dianæ, & ſic de alijs.: ſi enim quis per vniuerſum orbem Chriſtianorũ Eccleſias perquireret, ac priuatorum domos, iam innumerabiles inueniret Imagines talium virorum nõ canonizatorum, vt omittamus Imagines plurium non canonizatorum aliarum Religionum.;

Patet ergo explicata prima pars concluſionis, vt nempe pingi poſſint Imagines non canonizatorum, ſic etiam tertia pars, quòd etiam in Templo detineri poſſint. Reſtat nunc, vt ſecundam explicemus partem, vt diuerſo modo id fiat.

30 Quodque diuerſo modo pingi ſoleant, patet etiam ex communi vſu, & praxi totius Eccleſiæ, ſiquidem Sancti canonizati diademate pingi ſolent ad ſignificandam coronam gloriæ, qua coronantur, & gaudent in cœlis, iuxta illud: Corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis. Sed non canonizati non pinguntur cum diademate, ſed ſolùm cum quibuſdam radijs circa eorum capita fulgentibus: quod ex hoc fieri credo; nam piè credimus, & tenemus, quia ſanctè in hac vita vixerunt, & cum ſanctitatis ſigno mortui ſunt, eos regnare cum Chriſto in gloria, & quia infallibiter id non ſcimus, prout certò tenemus de canonizatis, ideò cum talibus radijs pinguntur ad oſtendendum, quòd illorum opera, & miracula nos quaſi manu ducant ad id credendum, & vt eorum interceſſionibus noſmetipſos commendemus.

31 Plus aliqui dicunt, & quibuſdam in locis vſu comprobatur, vt etiam cum diadematibus pingi poſſint, vt patet ex Imaginibus Ioannis Columbini, Ambroſij Sanſedonij, Agnetis Politianæ, & aliorum; imò etiam Romæ Imago Beatę Franceſcę Romanæ in Templo S. Ceciliæ Tranſtyberim etiam ante canonizationem picta erat cum diademate ſuper caput. Romæ etiam in anno 1586. multæ Franciſcanorum Imagines fuerũt impreſſæ, diadematibus decoratę; qui tamen nec canonizati erant, nec diploma aliquod Summi Pontificis, id concedens apparebat, & inter alios ſunt Frater Bernardinus a Quintaualle, Fr. Angelus Reatinus, & alij plures: quæ omnia indicant id, quòd poſuimus in hac 3. concluſione.

32 Poſtremò, vt in Templo teneri nõ poſſint ad inſtar canonizatorũ, probant omnes, præcipuè Bellarmin. d. c. 10. §. quantum ad textum, & ex praxi Eccleſiæ, & Beato Petro Damiano hoc iddẽ deducit Card. Baron. tom. 10. ſuorum annal. anno Chriſti 993. fol. 891. §. non eſt autem. verſ. concedere, hoc eſt, non poſſunt poni in aliqua Capella particulari, nec ſuper aliquo Altari; nam erectio Capellæ, & Altaris cum Imagine alicuius, denotat ſignum canonizationis; quia canonizatis tantùm id Eccleſia permittit: poſſunt tamen poni dictæ Imagines nõ canonizatorum a dextra, vel ſiniſtra Altaris maioris, ſiue alicuius Capellæ, dummodo ſubtus dictarum Imaginum non adſit Altare deputatũ pro dicta Imagine, & circumcirca Imagines tabellæ, & donaria appendi poſſunt, & ita ſe habet communis vſus Eccleſię, quãuis Imagini Beati Didaci contrarium ſeruatum fuerit; nam etiam Altare habuit, vt patet ex diplomate Sixti Quinti Summi Põtificis, cuius verba ſupra retulimus, & poſt mortem S. Caroli Mediolani non

aderat

aderat locus, in quo non videbatur depicta eius imago, illum inuocando in omnibus eorum neceſſitatibus, vt legimus in vita dicti Sancti libro 7.cap.16.

33 Quarta concluſio. Ad ſepulcra, & imagines nõ canonizatorum poſſunt deferri tabellæ, ac alia dona ſanitatis, ac aliarum gratiarum receptarum inditia, & ibidem ob facti memoriam appendi. Cõcluſio patet ex dictis, præcipuè in 3.concluſione. Confirmatur etiã ex cõmuni vſu, & praxi Eccleſiæ ab eius ortu, vt patet, diſcurrendo per Sanctorum hiſtorias, & legitur penes Greg.Turon. in lib. de glor. Confeſſ. cap.66. quod Memmius Epiſcopus Cataluríenſ. qui fuit Apoſtolorum diſcipulus, ſic fuit à fidelibus honoratus, vt ſtatim ab eius obitu in illius ſepulcro in ſignum gratiarum receptarum tabellas populus appendebat.

34 Idem docet hiſtoria Medardi Epiſcopi Nouiomẽſis, vt teſtatur Sigisbertus lib.4. de geſtis Francorum c.11. & de pluribus alijs ſucceſſiuis temporibus id tradũt paſſim hiſtoriæ, vt eſt videre penes Sur.to.2. f.407.tom.4.& 5.pluribus in locis.tom.7. f.513.& 535. D.Antonin.par.3.ſuæ hiſt. cap.24.§.13. Pegna lib.2.vitæ S.Didaci, cap.6.cum ſeqq. & alij paſſim, qui docẽt, hunc eſſe antiquatum vſum, & communẽ praxim totius Eccleſiæ.

35 Colligitur etiã hoc ipſum ex diplomatibus omnium canonizationum; in illis enim ſolent Summi Pontifices, allegando rationes, quibus moti ſunt, eos ſupernorũ ciuium catalogo aſcribere, referre, quòd in ſepulcris illorũ, qui canonizandi ſunt, quamplurimæ viſuntur tabellæ in ſignũ receptarum gratiarum corporalium, vel ſpiritualium ab ijs, qui ſe illorum orationibus commẽdarunt, & hoc etiam facere ſolent Auditores Rotæ in eorum relationibus, quas Summis Pontificibus facere ſolent de vita, moribus, ac miraculis eorum, qui canonizandi ſunt: ſic etiã in orationibus, vt cerni poteſt in oratione, & relatione canonizationis S.Bonauẽturæ. In relatione facta Gregorio XIV. pro canonizatione S.Hyacinthi, & ſæpè aliàs.

36 Si igitur hæc eſt praxis Eccleſię, & valde rationabilis; nam indicat motiua admodum vrgentia tum ad oſtẽdendam talium virorum ſanctitatem, qualiter Deus dignatur illos miraculis illuſtrare, tũ etiã ad oſtendẽdam deuotionem populorum erga illos, vt ſic ex his permoti Sũmi Pontifices, cauſa cognita, deueniãt ad illorum canonizationem; ſequitur hoc eſſe non ſolùm decentiſſimum, ac conuenientiſſimũ, ſed etiam neceſſarium, vt cõſtet perpetua fama, opinio, & irrefragabile teſtimoniũ probãtia ſanctimoniam talium virorum; ſic etiam factum fuiſſe poſt mortem S. Caroli Borromei omnes ſcimus, & habetur in eius vita lib.7.cap.16.

37 Quinta concluſio. Ad ſepulcra talium virorum non canonizatorũ poſſunt lampades, ac cerei accendi ad eorum laudem, & honorem: Concluſio patet eodẽ modo, vt præcedentes ex communi praxi, & vſu Eccleſiæ; probatur etiam ex Conc.Tarracõcẽſ.celebrato in anno 1279.poſt Chriſti Natiuitatem, de ordine Nicolai III. Summi Pont.& in alio celebrato in anno 1317.tẽpore Ioannis XXII.Summi Pont. pro impetranda canonizatione B. Raymundi de Penniaforte, & pręcipuè in epiſtolis prædicti Patres affirmãt, venerabile ſepulcrum prædicti Beati deuotionem populorum encomijs, & luminaribus effici glorioſum.

38 De multis alijs lector hoc videre poteſt penes Greg.Turonen.lib.4.de geſt.Franc. c.28.& ſæpè alias penes Sur.tom.4.c.22. penes Chronicas S.Dominici, & S.Franciſci, penes Bellarmin.tom.1.controuerſ. lib.2.c.4. de reliq. & venerat.Sanct. nam nõ ſolùm de S.Placito Martyre, qui Meſſanæ martyrio coronatus fuit anno Domini 450.ſed de alijs Martyribus, & Confeſſoribus hoc tradunt, quod omitto, quia eſt euidẽs in tota Eccleſia, & manifeſtum redditur ab orationibus factis per Aduocatos Conciſtoriales; à relationibus factis per Reuerendiſsimos Rotæ Auditores in canonizationibus Sanctorum, & exprimunt etiam diplomata talium canonizationum: eis enim omnibus teſtatum habemus ad ſepulcra talium virorum ante canonizationem fuiſſe lampades, ac cereos accenſos tempore, quo ibi ad eoſdem Beatos à fidelibus populis fundebantur preces, vt pro ipſis petentibus ad Deum intercedere dignarentur; ſic etiam legimus factum noſtris temporibus, præcipuè poſt mortem S.Caroli, vt legimus in eius vita libro 7.cap.15.in fi.& cap.16.& de alijs pluribus.

39 Probatur hoc à dictis Auctoribus ratione manifeſta, ſiquidem lampades, ac cerei accenſi non offeruntur ipſis non canonizatis tãquam ſacrificia nomine Eccleſiæ,

& ſic

Digitized by Google

& ſic publico cultu, ſed potius accendun-
tur cauſa deuotionis, & reuerentiæ exhi-
bendæ erga illos, & etiam in ſignum læti-
tiæ, quam demonſtramus habere de illorũ
40 gloria, † nam ignis intenſę deuotionis in-
flammat ſacrificia deprecãtium. cap. cum
ſcriptura. 1. q. 1. vt per eorum interceſſio-
nem, igne veræ contritionis purgati, &
purificati, iuxta tex. in cap. impudicas. 27.
q. 1. igne diuini amoris æſtuemur ad eo-
rundem Sanctorum imitationem.

Quodq; hoc ſit verum, experientia cõ-
probatur, & omnes Auctores etiam pro-
41 fani teſtantur, † ignis enim accenditur,
& luminaria fieri ſolent ad lætitiã ſignifi-
candam etiam in rebus profanis, vt in co-
ronatione Regum, ſic etiam dum aliquis
aſſumitur in Collegium Cardinalium, &
ſic de alijs, nam etiam Imperatoribus Ro-
manis in ſignum gloriæ, & triumphi prę-
ferebatur ignis, vt profanæ hiſtoriæ teſtã-
42 tur. † Si igitur ad oſtendendum gloriam,
& triumphum humanum ignis accendi-
tur, & luminaria fiunt, cur illis, quos piè
credimus regnare cum Chriſto in gloria,
& triumphare de noſtris inimicis, debeat
hoc denegari? certè nullo modo, imò eò
magis, ignis enim eſt elementum viuum,
& ſic vitam oſtendit, & vitæ ſignum eſt;
& ideò lampades, cereoſq; accendimus ad
dictorum virorum ſepulcra: nam illis piè
proteſtamur eorum animas viuere in cœ-
lis, ac triumphare coronatas in gloria cũ
Deo, & ſuo tẽpore ſuis corporibus vnien
das eſſe, & cõſequenter ad hanc gloriam,
& triumphum ſignificandũ accenduntur
lãpades, & cerei ad illorũ ſepulcra; latiſſi-
mè Greg. Niſſen. in oratione in funere S.
Miletij. Greg. Nazianz. Euſeb. D. Heron.
& alij Patres penes Baroniũ tom. 1. ſuo-
rum Annal. anno Domini 34. fol. 237. &
ſeqq. ſic factum fuiſſe in die anniuerſaria
S. Caroli Borromei antequam declarare-
tur Beatus, nec canonizaretur publicè ad
eius ſanctiſſimũ ſepulchrum accendeban-
tur cerei, fiebant luminaria, & alia ſigna
vniuerſalia communis lætitiæ, vt habe-
tur in dicta eius vita lib. 7. c. 16. cum ſeqq.

43 Sexta cõcluſio in die anniuerſarij obi-
tus talium virorum non canonizatorum
licitum eſt peculiariter lætari, in memo-
riam illorum vacare, Miſſam etiam ſolen-
nem de ſanctiſſima Trinitate, vel alio mo-
do cantare, dummodo nõ fiat ſub nomine
non canonizati, conciones de virtutibus
taliũ virorũ populo habere, & ſic de alijs.

Hanc concluſionem probant Innoc.
Hoſtienſ. & alij in c. 1. de reliq. & vener.
Sanct. Io. Franc. de Pãnuinis in relatione
canoniz. S. Bonauēturæ in princ. §. ſecre-
tè verò, & probant omnes Patres tam
Græci, quàm Latini: nam hunc eſſe anti-
quatum vſum à tempore primitiuæ Ec-
cleſiæ tradit Caſſian. collat. 19. c. 1. Bellar-
min. d. cap. 10. de Sanctorum beatitudine.
§. quantum ad quintum. Petr. Damian.
epiſt. 16. cap. 19. Baron. tom. 10. Annal.
anno 993. fol. 891. §. non eſt autem. Sur.
tom. 5. cap. 9. 10. & 17. & tom. 7. cap. 19.
& 17. & alij paſſim, quilibet enim inue-
niet diſcurrendo geſta Sanctorum omnia,
quę in cõcluſione aſſumpſimus; & in par-
ticulari penes Diuum Bernardum in ſer-
mone habito in laudem S. Malachiæ in
eius anniuerſaria feſtiuitate, & ſæpè alias.

44 Probatur etiam concluſio quoad om-
nes eius partes ex traditis per Molan. in
eius martyrol. pluribus in locis, præcipuè
die 11. Decembris, vbi ſic habet: *In Bar-*
bãtia monaſterio Rameia obitus Sanctæ
Idæ de Niuella ſanctimonialis Ordinis
Ciſtercienſis. Et paulò poſt: *Vnde in die*
depoſitionis, & ſi non ſit canonizata ex
conſenſu Generalis Abbatis Ciſtercien-
ſis ſacrum ſit de omnibus Sanctis, cum
collecta de communi Virginum, & poſt
ſacrum duas habet antiphonas cum ſpe-
ciali collecta. Eccleſia tunc ornatur, om-
nes ſanctimoniales communicant, & ex
deuotione ab opere mechanico ceſſant, ſer
monem de ea Sacerdos facit, & in menſa
vita eius ſeries per aliquot dies legitur.
Reliquiæ poſitæ ſunt in Sacello S. Ioan-
nis in Capſula ſub ipſius in habitu ſan-
ctimonialis effigie; caput verò, inuolutũ
ſerico panno, in celebrioribus feſtis poni-
tur in Altari intra Chorum ſanctimo-
nialium: dens verò, argẽto incluſus, mul-
tis contra dentium dolores efficax attu-
lit remedium. Deniq; quotieſcunq; lita-
nias legunt, aut canunt, eam poſt Agne-
tem, & Domeſticam Patronam inuo-
cant. hæc ibi.

45 Inſuper idem Auctor de Beata Lydui-
ge Virgine, quæ claruit multo tempore
poſt Alex. III. & Innoc. III. qui cultum
publicum prohibuerunt fieri non cano-
nizatis, vt ſuperius dictũ eſt, ſub die quar-
todecimo Aprilis ſic habet: ***In Holandia***
obitus Bledua, ſiue Lyduigis Virginis,
quæ obijt anno Domini 1433. claruit
multis virtutibus, & mox Sacellum ha-
buit

buit

buit honorificum intra Parochialem Eccleſiam, & in medio Sacelli tabulam marmoreā. Hiſtoria etiam in tabella depicta cernebatur; annuè præterea Sacellum illud, & Virginis tumba exornabātur non die 14. Aprilis, ſed die 4. Paſchatis, & feſtum eius celebrabatur cum ſolēni ſacro, & officio de Trinitate (eo quòd in Canonem Sanctorum relata non ſit à Summo Pontifice) cum concione tamen ſub ſacro de eius vita. hæc ibi, vbi plura alia tradit ad eius cultum pertinentia.

46 Inſuper de Beata Coleta, quæ etiam floruit multo tempore poſt dictos Alexandrum III. & Innocētium III. idē Auctor ſic ſubdit: *In Bethlehem depoſitio Beatæ Coletæ Boyletæ de Corbeia anno 1407.* & paulò poſt: *In memoriam huius Virginis ſexto die Martij abſtinetur ab opere mechanico, & ſummum ſacrum fit in Deipara Virgine, & omnibus Sanctis, quod & Neſdinij, & alibi obſeruari arbitror. Legunt priuatim in litanijs, Beata Mater Coleta, ora pro nobis.* hæc ibi. Vbi etiam iddem tradit de Beata Maria Oingnacenſi, ſiue Oengnacenſi, & alijs pluribus, quorum exempla ſileo, nam recenſita ſatis ſunt. Et in natali Sanctorum Belgij idem tradit de Beato Pompeo, & pluribus alijs; quæ omnia fuerunt etiam Romæ obſeruata in die obitus Beatę Frāceſcæ Romanæ ante illius canonizationem, & poteſt quilibet hoc inuenire, vt dixi, diſcurrendo geſta omnium Sanctorū à tempore primitiuæ Eccleſiæ, & iam D. Hieronymus, eximius Eccleſiæ Doctor, in vita S. Hilarionis Abbatis refert, quòd magnus ille Antonius Abbas poſt obitum dicti Abbatis Hilarionis magno labore ſe conferebat ad locum, vbi mortuus erat Hilarion, & annis ſingulis in eodem loco anniuerſariam illius dormitionis diem, magnis etiam, ac nocturnis vigilijs, hymnis, pſalmis, & orationibus celebrabat, & poſtea conſueuerunt Monachi eiuſdem S. Antonij natalem diem celebrare, vt etiam tradit Cyrillus Monachus in rebus geſtis S. Euthimij, & de pluribus alijs probat S. Greg. Turon. in lib. de glor. Conf. pluribus in locis, præcipuè cap. 5.81. & 99. Sic etiam probāt hiſtoriæ plurimorum Sanctorum ſucceſſiuis temporibus à tempore primitiuę Eccleſiæ, vt cerni poteſt penes Auctores relatos in hac concluſione, & conſequenter non poteſt ſubſiſtenter de hoc dubitari.

47 Imò plus addo ad confirmationē eiuſdem concluſionis, quòd Molan. in natali Sanctorum Belgij die 14. Iunij de Beato Drogone, qui adhuc nō eſt canonizatus, refert, quòd feria 3. Pentecoſtes a Clero Valenēſi dies feſtus recolitur, & per octauam, & quòd ſingulis hebdomatibus, & ferè quotidie ob deuotionem peregrinantium, ad honorem dicti Beati Drogonis Miſſæ ſacrificiū fieri ſolet, & addit, quòd in collecta inuocatur Deus, vt per interceſſionem S. Drogonis amici ſui, ab infirmitatibus mentis, & corporis liberentur, ac gaudijs æternis perfruantur illi, qui ſe eiuſdem Sancti orationibus commendāt.

48 Ex his omnibus non ſolùm patet confirmatio huius 6. concluſionis, ſed etiam aliarum præcedentium, vt nō canonizati poſſint cultu priuato coli, poſſint inuocari in neceſſitatibus, etiam in litanijs, quæ vel Moniales, vel alij Religioſi dicunt in eorū Eccleſijs, vt patet de Beato Drogone, B. Ida, B. Coleta, & alijs deſuper relatis: quæ eſt praxis etiam ab ortu naſcentis Eccleſiæ obſeruata, & eò magis hoc procedit, dum aliquis ſolus litanias dicit, poteſt id facere, prout etiam ego ſcio pluries ita factum eſſe, & quotidie fieri, vt etiam pro nō canonizatis priuatim faciāt nonnulli commemorationem in officio cum oratione de communi pro nō canonizatis. Hæc enim omnia denotant non iam cultum publicum, vt inaduertēter aliqui putāt, quos infra reprobabo, ſed tantùm cultum priuatum, quia priuato modo fit ſemper, quod non fit nomine totius Eccleſiæ, velut eſſet ab Eccleſia determinatum.

49 Quod autem dictum eſt de celebratione Miſſarum, iam omnes dicunt, vt in die anniuerſaria non canonizatorum ſacrum etiam publicè fieri poſſit, & ſolenniter, dummodo non fiat ſub nomine non canonizati, quia hic eſſet cultus publicus, qui eſt illis prohibitus per Alexandrum III. in c. audiuimus, & per Innocentium III. in c. cùm ex eo. de reliq. & venerat. Sanct. vbi omnes; ſed Miſſa dicitur vel de ſāctiſſima Trinitate, vel de æterna Sapientia, vel de Beata Virgine, vel de omnibus Sanctis, vt cernitur in locis citatis: ſed nō per hoc multoties non ſucceſſit, vt contrariū ſeruatum non ſit ab aliquibus Sanctis, qui etiam Miſſam de communi pro adhuc nō canonizatis celebrarunt; ſic refertur de S. Eulogio, qui audita morte Sanctarum

Virgi-

Virginum Mariæ, & Floræ, ſtatim ad earum honorem Miſſam celebrauit; ſic etiã tradit Molan. in natali Sãctorum Belgij, vt dictum eſt, & in ſpecie de Beata Ida die 11. Decembris, de B. Coleta die 6. Martij, de B. Bernardo die 19. Aprilis, & ſic de alijs, nam d. die 11. Decembris multa de his narrat exempla, & tamen hæc fuerunt multo poſt tempore ab Alexandro III. & Innocentio III.

50 Additur etiam, ꝙ Ioannes Papa XXII. qui diu claruit poſt dictos Alexandrũ III. & Innocent. III. approbauit factum quorundam monachorum, qui in honorem S. Thomæ Aquin. ſeptẽ mẽnſibus elapſis poſt illius mortẽ ſine licentia Sũmi Pont. celebrarunt Miſſam de communi Confeſſore non Pontifice, vt legitur in literis Apoſtolicis dicti Ioannis Papæ XXII. in canonizatione dicti Sancti Thomæ, ibi, *Poſt ſeptimum namque menſem, vel circa, poſt obitũ Sancti Thomæ de Aquino, cum corpore eius, quod in Capella S. Stephani dicti monaſterij per eundem Epiſcopum ſepultum extiterat, &c.* Et paulò poſt: *Conuentus totus proceſſionaliter, Priore tamen dicti monaſterij cum quibuſdam monachis, paramentis induto, corpus ipſum ad prædictũ eius ſepulchrum honorificè detulerunt cantantes. In craſtino propter illa, quæ viderunt, ſcilicet, ob odorem, quo redolebat, ſuauiſſimum, Miſſam veluti de Confeſſore non Pontifice ſolenniter cantauerunt; cùm enim putarent incongruum, ſi Miſſa de Requie æterna, ac ſi pro defuncto, pro illo cãtaretur.* hæc ibi: Quæ volui referre, quoniam multoties hoc euenire ſolet, quamuis regulariter fieri nõ debeat, vt dictum eſt, dum tamen reperitur factũ, non ſolet improbari, ſicut fuit prouiſum fieri poſt mortem S. Caroli; licet enim Illuſtriſſimus Cardinalis Federicus Borromeus eius nepos voluiſſet impedire populum Mediolanenſem, nè publice prædicta facerent in honorem S. Caroli; fuit tamen Romę prouiſum, vt populus relinqueretur in eius libertate, vt ſuam faceret deuotionem, vt legimus in vita dicti Sancti lib. 7. cap. 16. in fine.

51 Septima concluſio. Res geſtæ, ac facta egregia non canonizatorum ſtatim poſt eorum obitum, & nulla data mora, ſi fieri poteſt, colligi poſſunt, & in lucem dari ad poſterorum doctrinam, per viros tamen veraces, & probos, vt vera tantùm geſta, & vt reuera fuerunt, colligant.

Concluſio hæc probatur, vt præcedentes ex communi, & antiquato vſu vniuerſalis Eccleſiæ à temporibus Apoſtolorum vſque in præſentiarum: Lucas enim Euangeliſta acta, & egregia facta Apoſtolorum ſcripſit, vt patet in libro de actibus Apoſtolorum; eodem tẽpore res geſt, & egregia facta aliorum Martyrum ſcribi cœperunt, vt ſunt præclariſſima martyria S. Policarpi, S. Ignatij, & aliorũ; Imò multi Summi Põtefices, vt Fabianus, & alij per vniuerſum orbem notarios, & ſcriptores conſtituerunt, qui hoc facerent, vt pluribus in locis docet S. Hieronymus, habetur etiam paſſim in decreto, & ſæpè alias penes diuerſos Patres tam Græcos, quàm Latinos.

52 Egit etiam S. Cyprianus Martyr, Epiſcopus Carthaginenſis, vt conſtat ex pluribus eius epiſtolis, & præcipuè epiſt. 16. 23. 34. 35. & 40.

53 Sic etiã Athanaſius Epiſcopus Alexãdrinus, qui S. Antonij Abbatis, adhuc viuentis conſcripſit vitam, quam etiam ſecum detulit, dum pulſus ab Arrianis Romam venit, vt narrat S. Hieron. epiſt. 10. ad Principiã, & epiſt. 27. ad Euſtochiam.

54 Iddem fecerunt plures alij Sancti, præcipuè Diuus Greg. Nazianz. qui egregia facta Sancti Cęſarij fratris, & S. Gorgonię ſororis clariſſimis, & diſertiſſimis orationibus in eorum funeribus explicauit, & literis conſignauit, ſic etiam Diuus Io. Chryſoſt. qui Miletij Martyris; S. Hieronymus, qui Paulæ, & Euſtochij; Seuerus Sulpitius, qui S. Martini Epiſcopi Turonenſis; S. Bernardus Abbas Clarauallenſis S. Malachiæ res geſtas, & facta egregia conſcripſerunt: & iddem cerni poteſt penes alios ſcriptores antiquos, & modernos, qui ſtatim res geſtas virorum, ac mulierum illuſtrium mortuorum cum fama ſanctitatis conſcripſerunt, & literis ad poſterorum memoriam conſignarunt, vt etiam de multis alijs non canonizatis cerni poteſt in Chronicis S. Dominici, & S. Franciſci. Sic etiam egerunt Patres è Societate Ieſu de Beato Ignatio, & B. Franciſco Xauerio; ſic etiã noſtri, qui illuſtria facta, & res geſtas Beati Gaetani, B. Ioannis Marinonij, & Beati Andreæ Auellini conſcripſerũt, & ſic de alijs, vt quilibet cernere poteſt diſcurrendo per res geſtas omnium Sanctorum à primitiua Eccleſia vſque in præſentiarum.

P Docet

55 Docet etiã hoc ſacra Scriptura, voluit enim Deus per ſacros ſcriptores, vt dictum eſt, conſcribi, & annotari in particulari glorioſam vitam, & mortem eorũ, qui tempore ipſorum floruerunt, vt egit Eccleſiaſticus cap.44. qui Enoch, Noe, Abraham, & aliorum Sanctorum veteris teſtamenti vitam, ac mortem conſcripſit, & Eccleſia Catholica etiam nunc, prout ſemper pro Sãctis coluit, & colit: & iddẽ eſt de Actibus Apoſtolorum, vt dictũ eſt. Cùm igitur omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram eruditionẽ ſunt ſcripta, vt docet Apoſt. ad Rom. 15. credibile eſt, eodẽ modo Deum velle, vt deinceps ita fiet, prout iam ita factum eſt ſucceſſiuis temporibus in tota Eccleſia, vt retuli. Fuit etiam alias obſeruatũ in ſacra Scriptura, vt pręcipuè cernitur in libris Iob, Tobiæ, Heſter, Iudith; & alibi ſæpiſſimè. In morte S. Caroli etiam fuit obſeruatum, vt habetur in eius vita lib.7.cap.15.

56 Patet etiam euidenti ratione, nam hęc facta deſeruiunt, vt eorum imitemus vitã, & ad hoc ſcribuntur, & ad hũc finẽ, inter alios celebramus Sanctorum feſtiuitates, vt pluribus in locis docent D. Chryſoſt. D. Aug. & alij Patres: ſic etiam, quia hæc facta conducunt, vt ſuo tempore, cauſa cognita, procedatur ad illorũ canonizationem: quæ cùm ita ſint, quanto citius hæc facta ſcribuntur, dum memoria recẽs eſt, tantò magis veritas innoteſcit, & ſic ceſſabit in poſterum omnis illuſio, & dubitatio, ne miſceantur aliqua non vera, & ſic omne ſcandalum ceſſabit, & conſequẽter optimo iure eſt introductum in Eccleſia Catholica, vt dũ memoria eſt recens, ſcribantur per viros fideles, & idoneos egregia facta talium virorum pro bono cõmuni totius Eccleſiæ, vt ſemper ſucceſſiuis temporibus habeat Eccleſia facta illuſtria Sanctorum virorum, & laudetur ſemper Deus in Sanctis ſuis.

Reſtat nunc, vt ſoluamus aliquas obiectiones, quæ faciunt contra prædictas cõcluſiones, & præcipuè contra ſex præcedentes; nam contra ſeptimam non poteſt eſſe ſubſiſtens dubitatio ex rationibus in illa diſcuſſis.

57 Opponitur ergò Primò, non canonizatis prohibitus eſt cultus adhiberi per Summos Pontifices, vt habetur toto titulo de reliq. & venerat. Sanct. præcipuè in c. audiuimus, & in c. cùm ex eo. Igitur omnis cultus eſt prohibitus; probatur conſequentia, quia adeſt vniuerſalis prohibitio Eccleſiæ, & ſic quicquid illis fieret, eſſet contra Eccleſiæ prohibitionem.

58 Secundò, etiam ſi aliquis moriatur cũ ſanctitatis opinione, & varia miracula faceret, adhuc ſine expreſſa licentia Summi Pontificis non poteſt haberi pro Sancto, nec illius reliquiæ venerari, vt habetur in d. c. audiuimus. Sed facere omnia illa, quæ in dictis ſex concluſionibus habentur, hoc denotant, ſi colitur pro Sancto, ſi vocetur pro Sancto, & inuocetur, ſi illius imago pingatur, ſi lampades ad eius ſepulcrum accendantur; & alia fiant, quæ in 6. concluſione ſunt explicata; igitur nullò modo fieri debent.

59 Tertiò, quia ſi aliter fieret, poſſet detrahi Chriſtianę religioni, ſed potius ſumere debemus media, quæ religionem defendunt, ergo fieri nõ poſſunt. Minor eſt nota. Maior probatur: populus enim poteſt in his ſe decipere; nam poteſt pro Sancto colere, qui Sanctus non eſt, vt inſinuat Innocentius Tertius de homine in ebrietate occiſo, qui tamen pro Sancto colebatur a populo, vt habetur in d. c. cùm ex eo. Euenit etiam alias tempore Sancti Martini, vt eius narrat hiſtoria, ergo non debet permitti; ſic enim hæretici occaſionẽ haberent deſpiciendi, & illudendi Chriſtianam religionem, dum ita leuiter a populo, & ſine cauſæ cognitione adhibetur cultus adhuc nõ canonizatis; & hæc ſunt argumenta generalia.

60 Quartò in particulari opponitur contra prædictas cõcluſiones ex diſcuſſis per Reuer. P. Thomam Sãchez in ſua ſumma lib.2.cap.43.nu.5.cum ſeqq. Dicit enim Primò hic Auctor, vt nõ canonizati non poſſint nec publicè, nec priuatim inuocari in Litanijs Sanctorum, quia re vera hic cultus eſt tanquam publicus inſtitutus ab Eccleſia, & ſic competit ſolis Sãctis canonizatis, ſic dicit d. cap.43.nu.5. in fi. Et ſic etiam intelligit de officio canonico ſi priuatim diceretur pro non canonizato. Quod argumentum eſt contra diſcuſſa in 6. concluſione, & in alijs præcedentibus.

61 Dicit Secundò ſub nu. 6. quòd imagines non canonizatorum, nec priuatim haberi poſſint cum diadematibus, & ſic innuit, quòd nec in Eccleſia poni poſſint, & addit nu.7. quòd ſi ſola eſſet imago non canonizati non poſſet ad eam, ſiue ante illam accendi lumen; quod facit contra quintam concluſionem.

Dicit

62 Dicit tertiò ſub num. 7. quòd reliquiæ non canonizati non poſſunt poni ſuper aliquo Altari etiam priuato, quod etiam facit contra ſextam concluſionem.

63 Dicit quarto ſub nu. 8. quòd nō poteſt non canonizato offerri votum publicum, quale eſſet, quòd totus populus ei vellet offerre, quia hoc ad publicum cultū pertineret, quod eſt contra dicta ſuperius in prima concluſione.

64 His tamen, & multis alijs non obſtantibus, non eſt recedendum a doctrina tradita in ſupradictis cōcluſionibus, ad quarum probationem ſatis eſſet continuus, & antiquatus vſus, ac praxis Eccleſiæ ſtatim ab ortu ipſius, continuatis temporibus obſeruata, vt cerni poteſt ex hucuſque diſcuſſis, & alijs multis, breuitatis cauſa omiſſis: vulgatum eſt enim axioma penes omnes, vt in omni negotio attēdatur cōmunis vſus, & cōſuetudo regionis, vt poſt alios probaui in comment. ad conſuetud. Neap. par. 1. cap. 5. & in caſu noſtro probant plures, & præcipuè Bellarmin. lib. 1. de Sanctor. beatitud. cap. 10. in princ. Canoniſt. communiter in cap. 1. & per tot. de reliq. & venerat. Sanct. conferunt diſcuſſa per Azzor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 9. cap. 8. & 10. Suarez in 3. par. tom. 1. diſput. 55. ſect. 1. & tom. 1. de relig. lib. 2. de feſtis cap. 11. Quoniam hæc antiquata, & inueterata conſuetudo ex expreſſa, vel ad minus tacita Summorum Pontificum approbatione, ac cōſenſu hunc cultum promiſit, & introduxit, & ideo nunc omninò pro lege obſeruari debet, vt optimè aduertit Bellarmin. loco cit. & poſt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in d. c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. notat Ioan. Franc. de Pannuin. in relatione canonizationis Sancti Bonauēturæ in principio.

65 Quæ autem diximus, procedunt etiam ſi nulla accedat licentia Summi Pontificis; nam cum eius licentia etiam nomine Eccleſiæ poteſt pro non canonizatis recitari officium proprium, & ſub eius nomine, ſacrificium Miſſæ de eo offerri, vt eſt notoria praxis Eccleſiæ, vt notat Pānuin. loco cit. verſ. ad Papam etiam ſolùm, vbi aliqua refert exempla, & etiam Clemens Septimus Prædicatorum familiæ id conceſſit de Beato Hyacinlo, Paulus Quartus de B. Raymundo de Peniafort, & ſic de alijs, vt habetur in vita eiuſdem S. Hyacinthi lib. 3. cap. 31. & alibi.

66 Nec vrget contraria. Primùm enim, & ſecundum loquuntur de cultu publico, qui prohibetur fieri adhuc non canonizatis, & hunc publicum cultum prohibuerunt Summi Pontifices, quòd dicta iura, vt ad literam ibi patet, & docent vnanimiter DD. omnes, quos in prima concluſione cumulaui, & in ſequentibus, & ſic à contrario ſenſu etiam dicta iura permittunt cultum priuatum, vt optimè docent prædicti Auctores, præcipuè Butr. in c. fi. nu. 6. Abb. nu. 3. Anchar. nu. 2. Cardin. in 4. notab. de reliq. & vener. Sanct. glo. in c. vnic. in verb. Sedis de reliq. & vener. Sāct. gloſ. in c. vnic. in verb. Sedis, de reliq. & vener. Sanct. in 5. Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. in d. cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. Bellarmin. Azor. Sylueſt. & reliqui Summiſtæ, quos in hoc probat Sanchez d. cap. 43. nu. 4. notat & poſt Alberic. & alios Illuſtriſs. Cardinal. Tuſch. in verbo canonizatio nū. 10. cum ſeqq. concl. 41. & nemo ſanæ mentis hoc negare poteſt, quia, vt dixi, eſt notoria praxis, vſus, & inueterata conſuetudo Eccleſię ab ortu ipſius, continuatis tēporibus obſeruata: quæ pro lege nunc ſeruanda eſt, quia per talem cultum priuatum piè credimus illos eſſe Sanctos, & cum Chriſto regnare in gloria, non autem infallibiliter, & de Fide; nam hoc de Sanctis tantùm canonizatis credimus, & credere tenemur.

67 Nec vrget tertiū, quia cultus priuatus ſpectat ad defenſionem Chriſtianæ Religionis, & ad illius augmentum; imò, vt ſuperius dictum eſt, eſt hoc quaſi neceſſarium, vt, cauſa cognita, deueniri poſſit ad illorū canonizationem; nam deuotio populorum erga non canonizatos; tabellæ appenſæ ad eorum ſepulcra; & imagines, lampades, quæ inibi accenduntur; inuocatio communiter pro Sanctis, quia vbique pro Sanctis venerantur; ſacrificia, quę fiūt in illorū die anniuerſaria; illa peculiaris lætitia in dicta die; conciones, quæ fiunt de illorum virtutibus; Hæc, inquam, & alia plura conducunt ad demonſtrandam illorum ſanctitatem, & ad maiorē firmitatem noſtræ Religionis Chriſtianæ fiunt, vt ſancta Sedes Apoſtolica, ſuo tempore, cauſa cognita, & per probationes veras, & ſolidiſſimas procedat ad illorum canonizationē, quod nullo modo fieri poſſet, ſi nō eſſet permiſſus talis cultus priuatus, vt patet ad ſenſum.

68 Nec vrget, quòd aliquando vulgus in his decipiatur, quia id raro euenit, & ea,

quæ rarò eueniunt, nõ poſſunt vitiare factum legitimum; clarum eſt enim, vt lex attendat illa, quæ ordinariè accidunt, nõ quæ rarò contingunt. l. nam ad ea, ff. de legib. quod eſt vulgatum apud omnes, vnde dum hic cultus priuatus ordinariè cõducit ad bonum Eccleſiæ, vt dictum eſt, hoc obſeruari debet, etiam quia illa deceptio euenit, quia populus adhuc non canonizatos infallibiliter tenebat Sanctos, quod nullo modo fieri poteſt ſine determinatione ſanctæ Sedis Apoſtolicę, vt dictũ eſt: & in hoc poteſt eſſe deceptio, non autem in cultu priuato, vt relatum eſt.

69 Quartò, non vrgent inſtantiæ, & obiectiones Sanchez; nam gratis dicit, & gratis negantur; imò credo, quòd ipſe non ſit auctor huius libri, vel ſi ſit, non perpoliuit opus; nam in dicta ſumma valdè titubat in opinionibus, & tamen in duobus voluminibus, quæ de matrimonio edidit, admodũ doctè, & reſolutè ſe geſſit, ſine titubatione, imò in d. cap. 43. valde ſe inuoluere videtur, nunc enim affirmat, nunc negat, nunc anceps, & dubius remanet. Sed quicquid ſit, quæ dicit, non militant, ſunt enim contra veras opiniones Doctorum, contra antiquatum vſum, & inueteratam conſuetudinem totius Eccleſiæ, vt ex hucuſque dictis cerni poteſt.

70 Patet hoc, quia nõ canonizati poſſunt in litanijs inuocari, vt de Beata Ida, B. Lyduige, Beata Coleta, Beato Drogone, & alijs ſuperius dictum eſt in 6. concl. quia reuera licèt litaniæ ſint inſtitutę ab Eccleſia, non tamen non canonizati in litanijs inuocantur nomine Eccleſię, ſed nomine priuato inuocantium, & ob illorum deuotionem.

71 Nec ſecundum dictum vrget, nam eodem morbo laborat, & iam à tẽpore Apoſtolorum vſque in præſentiarum probatũ eſt in 3. & 5. concluſionibus, vt Imagines non canonizatorum poſſint etiã in Eccleſia teneri, & ad ſepulcra illorũ lampades accendi, vt in eiſdem concluſionibus probatum eſt, & ideò nulla eſt habenda ratio dicti Sãchez, etiam quia d. nu. 6. loquitur dubitatiuè, & quod non audet hoc affirmare.

72 Gratis etiam dicit tertiam illationem, & obiectionem, nam de B. Didaco ante eius canonizationẽ, vt habetur in 1. cõcl. de B. Lyduige Virgine, & alijs probatum eſt in 6. concl. quòd etiam Sacella honorifica habuerunt, & quòd Reliquiæ ponuntur in Altaribus etiam intra Chorum ſanctimonialium, vt etiã de B. Ida d. concl. 6. dictum eſt. Itaque erectio Altaris nomine non canonizati fieri nequit, nam hoc denotaret canonizationem, vt dictum eſt, & ſic in effectu procedit obiectio Sanchez d. nu. 7. & de Altari priuato eo modo, & forma, vt in illis obſeruatum fuit, in alijs non canonizatis non procedit.

73 Poſtremò eodem modo ſoluitur quarta obiectio, nam etiam gratis dicit, quòd votum oblatum à toto populo denotet cultum publicum; nam ſi totum Regnum, vel tota Prouincia, vel tota Ciuitas ſimul concurrere poſſunt ad offerendum vota non canonizatis ſinguli, vt ſinguli; & hoc reſpicit cultum priuatum, vt ex facto ſimili S. Didaci, & aliorum probatum eſt in prima concluſione, & ſępe alias, cur non poſſint ſinguli, & vniuerſi, nempe aliqui, vel omnes de regimine pro tota vniuerſitate offerre votum? certè non adeſt ratio conuincens, quia licèt nomine publico, nempe pro Ciuitate, Prouincia, vel Regno offerant votum: tamen cultu priuato id faciunt, quia non offerunt, vt aliquid determinatum ab Eccleſia pro ſolis canonizatis; nam hoc eſt tantùm officium diuinum, ſacrificium Miſſæ, & ſic de alijs, quę cultum publicum reſpiciunt, quia fiunt nomine Eccleſiæ; ſed votum offerre, cultum priuatum reſpicit: nam etiam in ſignum receptæ gratiæ ab hominibus vniuerſitatis, vel pro bono cõmuni vniuerſitatis, & ad oſtendẽdam deuotionem totius communitatis erga illos non canonizatos fiunt, & conſequẽter, vt priuatis hominibus id non eſt prohibitum, ſed conceſſum, ita etiam & communitati non debet denegari: imò & eo magis, quia in hoc eſt melior conditio vniuerſitatis. l. 1. in fine. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. vbi omnes.

74 Additur etiam, quia hoc magis conducit ad oſtẽdendam illorum virorum ſanctitatem, & ad habendum firmum teſtimonium in illorũ canonizatione, vt colligitur ex diplomate canonizationis S. Didaci, & colligi poteſt ex pluribus alijs, ſi diplomata canonizationum perquirantur; nam dum nomine vniuerſitatis vota offerũtur, ſignum eſt adeſſe maiorem certitudinem de illorum ſanctitate, quod non eſt rumoris aura, nec vulgi, & quorundam paucorum hominum non attẽdendus concurſus, ſed perpetua fama, &

opi-

opinio totius communitatis, conſenſus, deuotio, & concurſus, quamuis in prædictis, vt aduertit Tuſch. d. concl. 41. nu. 14. procedi debeat ſtrictiſſimè, & cum omni reuerentia, quoniã agitur de materia graui, quæ in Eccleſia Dei poteſt inducere ſcandalum, & peccatum, & ſit de concernentibus materiam Fidei, & ſic ad ſolum Summum Pontificem hoc ſpectat, & ideo cautius eſt, vt etiam Summi Pontificis interueniat auctoritas, ac licentia, & dum non interuenit, fiant prædicta cum omni circumſpectione, & cautela, vt ex his, quę geruntur, nõ ſit cauſa ſcandali in futurũ.

75 Vnde, reiectis contrarijs, ſtabilitæ, firmæ, & inconcuſſæ remanent ſupradictæ concluſiones, quæ eò magis indubitatæ ſunt, ſi adſit poſſeſſio; quia nempe ſolerẽt tales viri non canonizati pro Sanctis ab omnibus coli, eorum imagines pingi cum titulo Beati, & tenerentur publicè in Eccleſia, ad eorũ ſepulcra lampades, ac cerei ſolerent accendi, & ſic de alijs: tunc enim quamuis non præceſſerit licentia Summi Pontificis, debent manuteneri in poſſeſſione tam lite pẽdente in poſſeſſorio ſummario, quàm etiam in poſſeſſorio ordinario, & ita pluries fuit Romæ reſolutũ coram diuerſis Summis Põtificibus, & præcipuè coram bo. mem. Clemente VIII. ſic ſanctiſſimo, & doctiſſimo viro in quadam Congregatione facta reſpectu prædictorũ tam quò ad S. Carolũ ante illius canonizationem, quam etiam quò ad B. Philippum Nereum, & alios plures Beatos: fuit enim dictũ [Nihil innouetur, & vti poſſidetis, ita poſſideatis] vt patet ex dictis deciſionibus factis, vt de S. Carolo traditur in dicta eius vita lib. 7. cap. 16. circa finem, & de alijs iam audiui à fide dignis.

76 Hoc iddem fuit reſolutum coram Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo Papa V. anno proximè elapſo 1615. quò ad noſtrũ Beatum Patrem Gaetanum, fuit enim dictum, nihil eſſe innouãdum, & fuit etiam prouiſum, vt noſtri manutenerentur in poſſeſſione, & quòd dum ab alijs turbarẽtur, recurſum haberent ad Congregationem ſanctiſſimæ Inquiſitionis, quę in hoc eos defenderet, & dedit noſtris diem, quo tale decretum fuit factum; in hoc enim ſanctiſſimo Tribunali non dantur copiæ decretorum, vt ſciunt omnes.

Hæc omnia ſũma ratione fiũt, quia vel dicimus adeſſe iuſtum titulũ, vel dicimus adeſſe iniuſtum, ſed vtroque modo ita eſt prouidendum. Igitur iuridicè factæ fuerunt dictæ prouiſiones.

77 Maior eſt per ſe nota in vtroque iure, quia vel quis poſſidet cum iuſto titulo, & ſecundùm iuris diſpoſitionem, vel poſſidet cum titulo iniuſto, qui talis ſit ex parte rei, vt quia habeat repugnantiam iuris, vel alium iuris defectum patiatur, vt patet diſcurrendo per totum corpus ciuile, & canonicũ. Itaque tota vis conſiſtit in probatione minoris.

Probatur igitur minor quoad primam 78 partẽ; nam omnia iura clamant, † vt poſſeſſor bonæ fidei, & titulũ iuſtum habens etiã armata manu debeat manuteneri in eius poſſeſſione, nec de facto inquietari: quod, vt manifeſtum in vtroque iure, non probo; nam etiam paruulis eſt manifeſtum.

Igitur quò ad ſecundam partem, de qua ſola poteſt eſſe controuerſia, probatur,
79 †nam licèt titulus ſit euidẽter nullus, & poſſeſſio etiam ſit euidenter iniuſta, nihilominus dũ aliquis reperitur in illa poſſeſſione, non poteſt ab illo de facto poſſeſſio auferri, ſed cauſa cognita id fieri debet, quia nempe citari debet, & audiri in iuribus ſuis, ſic probat tex. in c. cùm Epiſcopus. de pręben. in 6. vbi gloſ. & omnes cõmuniter, probat etiam Abb. in c. cùm in noſtris. num. 19. de conceſs. præben. & ibi etiam Butr. ante nu. 21. verſ. venio ad ſecundum, & alij communiter; nã eatenus hoc affirmant DD. vt procedere dicãt in fortioribus terminis, vt eſt in feudis; eſt
80 enim trita regula, † ꝙ nemo poteſt feuda poſſidere ſine iuſto, & legitimo titulo; & tamen ſi aliquis reperiatur in poſſeſſione alicuius feudi ſine legitimo titulo, vel habeat titulum, qui ſit vitioſus vitio viſibili, & apparenti, non poteſt de facto ſua poſſeſſione ſpoliari, ſed audiri debet in iuribus ſuis, alias tanquam attentata, omnia reuocãtur, vt optimè probat And. in cõſt. Regni Violentias. vbi Affl. plures alios citat, & probat. Menoch. in tract. de recup. poſs. remed. 1. num. 12. 109. & ſæpè alias. latiſsimè Ant. Gab. in ſuis cõmunib. opin. in tit. de citat. nu. 12. cum ſeqq. & eſt vulgatum hoc axioma apud omnes, qui vno ore affirmant, vt etiam Dœmon audiatur in iuribus ſuis, & quòd prædo etiam manuteneri debeat in ſua poſſeſſione, vt ſunt vulgati canones.

81 Cùm igitur in caſu noſtro non ſolùm habeamus poſſeſſionẽ, ſed etiam titulum,

non

non iam iniuſtũ, & vitioſum aliquo vitio viſibili, & apparẽti, ſed legitimum, iuſtũ, ac conuenientem bono communi totius Religionis, & hoc non ſolùm iuxta cõmuniorem, & receptiorem ſententiã Theologorum, Canoniſtarum, & Summiſtarũ, vt patet ex Auctoribus relatis in eiſdem cõcluſionibus, ſed, quod plus eſt, habemus communem vſum, praxim, & antiquatã conſuetudinẽ totius Eccleſiæ ab eius ortu vſque in præſentiarum ſucceſsiuis temporibus continuatam, & obſeruatam, nemo in dubium reuocare poteſt, quin legitimo iure fiant tales prouiſiones, nihil eſſe innouandum, lite pendente, ita vti poſſidetis, ita poſſideatis, & poſtea cauſa cognita capiantur informationes de vita, moribus, miraculis, ac de deuotione populorum circa tales viros non canonizatos ad finẽ videdi ſi legitimè omnia fiãt, & ſi aliquid fiat, quod ſit in ſcandalum populi, vt ſic poſſit Sacra Congregatio, ac ſancta Sedes Apoſtolica dare formam, qualiter prædicta fieri debeant citra ſcandalum.

82 Non eſt omittendum, quòd ſi mutatio aliqua fieret, & innouatio de facto, oriretur maximum ſcandalum; daretur enim ſuſpitio, vt ille, qui paulò ante inuocabatur, & colebatur pro Sancto, pingebatur pro Beato, ad eius ſepulcrum lampades, ac cerei accendebãtur, tabellæ, & pretioſa donaria in ſignum gratiarũ receptarũ appendebãtur, & ſic de alijs, erat vir malus, ac malæ conditionis, & ſic ſcandalum magnum eſſet non ſolùm in illo loco, ſed etiam in tota Eccleſia; retraherẽtur enim fideles populi à cultu priuato, & vix Eccleſia poſtea procederet, cauſa cognita, ad canonizationes Sanctorum, quod nullo modo fieri debet, vt ex dictis cerni poteſt. Hæc ſunt, quæ mihi declaranda occurrerunt circa cultum priuatum non canonizatorum; & quæ, dum caſus accidit, conſultus reſpondi, omnia tamen, & eorum ſingula remittens, vt dixi, determinationi, & correctioni ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cuius eſt ſupremum iudicium in his, & in alijs iudicare.

SVMMARIVM.

Sancti debẽt canonizari, vt illis debitus honor, & cultus publicus adhibeatur, quod declaratur nu. 1.

Fideles tenentur Sanctos canonizatos publicè honorare, & colere. num. 2.

Pro cultu ſanctarum Imaginum multi martyrium paſſi ſunt num. 3.

Sanctorum canonizatio ad quem finem fiat, traditur num. 4. Quidnam ſit explicatur num. 7.

Sancti ſunt norma, & exempla virtutum, quas imitari debemus. num. 5.

Feſta Sanctorum quiſnã verè celebrent, traditur num. 5. & 6.

Cultus publicus, & priuatus quiſnam ſit, traditur num. 8. remiſſiuè.

Canonizatis ſeptem honores tribuit Eccleſia, qui explicantur num. 9.

Sãcti dupliciter canonizari poſſunt, vniuerſaliter ſcilicet, & particularster, quod explicatur num. 10. & ſeqq.

Papa ſolus canonizat hodie Sanctos in Eccleſia, ſed olim etiam Epiſcopi canonizabant tam Martyres, quàm Confeſſores, quod declaratur num. 11. 12. & 13.

Canonizatio cur à ſolo Summo Pontifice hodie fiat, traditur num. 14.

Papa primus, qui Sanctos publicè canonizauerit, quiſnam fuerit, traditur num. 15.

Papa ſolus poteſt Sanctos canonizare, quamuis ordinariè adhibeat Cardinalium, & Epiſcoporũ in Vrbe exiſtentium conſilium. nu. 16. 17. 19. & ſeqq.

Papa ſolus, vt Papa eſt, non poteſt errare, & poteſt ſtatuere aliquid de Fide, & eò magis Sanctorum canonizare, num. 18.

Canonizatio qualiter ordinariè fiat, traditur nu. 19. & 20. vbi etiam praxis recenſetur. Feri etiam poteſt informationes captas tantùm per locorum Epiſcopos, & ita pluries fuiſſe obſeruatum per diuerſos Summos Pontifices, traditur nu. 21. 22. 23. 24. 25. et 26. Ad id probandum recenſetur quodam diploma Alexandri III. in canonizatione S. Eduardi Anglorum Regis nu. 25. ſic etiam S. Vdalrici Epiſcopi. nu. 26. & 27. & rationes recenſentur. nu. 28. & 29.

Cano-

Digitized by Google

Canonizandus quibus qualitatibus, & nirtutibus debeat pollere. nu. 29 et 30.

Stylus Curiæ, præcipuè in canonizatione Sanctorum, an ſemper ad amuſſim ſeruari debeat? traditur nu. 31. & 32. Summus Pontifex poteſt ex cauſa diſpenſare, vt aliquando non ſeruetur, quod explicatur n. 33. et 34. Eò magis procedere oſtenditur, dum proceſſus canonizandorum facti ſunt ex mandato Sedis Apoſtolicæ, & peccant in forma, non autem in materia, quod explicatur num. 35. 37. & ſeqq. præcipuè, quando aliquo modo conſtat de intentione cõcedentis, quod declaratur nu. 39. & 40. & ſic obſeruatum fuiſſe in canonizatione S. Bonauenturæ, traditur num. 41.

Nihil refert, aliqua ex æquipollentibus fieri, dum adimpletur factum, & conditio. num. 36. & ſeqq.

Miraculum facere eſt donum Spiritus ſancti. num. 42. Quodnam dicatur miraculum verum, & quod apparens, & falſum. nu. 43. Tria ſunt verè requiſita ad miraculum, quæ explicantur num. 44. & ſeqq.

Miraculum ad quem finem fiat, explicatur nu. 45. & 46.

Miraculum debet à Deo impetrari, debet eſſe opus inſolitum in effectu, vel in modo, & vt fieri nequeat per cauſas naturales, quæ declarantur nu. 48. 49. & 50. Cur dicatur opus præter naturam, traditur num. 51. Probatur indirectè ex facto ſubſequuto. nu. 52.

Miracula licèt fieri ſoleant in inſtanti, tamen ſi paulatim fiãt, & alia debita habeant requiſita, re vera miracula ſunt, & multoties Chriſtus ita etiam miracula fecit. nu. 53. cum ſeqq.

Chriſtus cur fecerit ordinariè miracula in inſtanti, traditur nu. 55.

Incontinenti, vel ex interuallo aliquid fieri arbitrio Iudicis relinquitur ſecundum ſubiectam materiam, quod declaratur nu. 56.

Miraculum multoties fit cum dolore infirmorum. nu. 57. Non deſinit eſſe miraculum ſi ſanatus iterum reincidat in eadem infirmitate, quod declaratur nu. 58.

Miracula tam in canonizatione Martyrum, quàm in canonizatione Confeſſorum reſpectu noſtri tantùm requiruntur, non autem reſpectu ipſorum, quod explicatur num. 59. 60. & 61.

Teſtes qualiter examinari debeãt in probatione miraculorum, traditur num. 62. Ad probandum miracula coniunguntur teſtes ſingulares nu. 63. & ſic ſeruatum fuiſſe in canonizatione Sancti Bonauenturæ, & S. Homoboni Cremonenſis, & S. Thomæ de Aquino. nu. 63. 64. & 65. Hoc eſſe valde rationabile, traditur nu. 66. & ſeqq.

Fidem teſtibus adhibere etiam ſingularibus eſt arbitrarium Iudici, quod declaratur nu. 66. cum ſeqq.

Singularitas adminiculatiua quænam dicatur, traditur nu. 68.

Vnus teſtis deponens de facto à ſe tractato tanquam mediatore, plenè probat num. 69.

Teſtes ad probandum miracula in genere coniunguntur, & Abbas. & alij cõtrarium affirmantes confutantur nu. 70. cum ſeqq.

Teſtes ſingulares probant in factis antiquis, et in multis alijs num. 75. Præcipuè locum habet, ſi etiam fama publica concurreret, quod explicatur num. 76. Procedit etiam, ſi eſſent teſtes domeſtici. nu. 77.

Ad canonizationem Sanctorum quinam inſtare poſſint penes Summum Pontificem, traditur nu. 78.

AD SANCTORVM CANONIZAtionem quænam ſint neceſſaria, quid ad Miracula, & quando dicantur verè miracula, & an ſint neceſſaria ad canonizationem alicuius Sancti, qualiter probentur per teſtes etiam ſingulares, & ſic de alijs diligens tractatio.

CONS. XLVI.

Ad eundem finem, vt præcedens Conſilium.

CVm in præcedenti Conſilio nõ inconcinnè explicatum ſit, vt credo, quid licito iure fieri poſſit non canonizatis ante illorum canonizationem, ſequitur nunc, vt explicemus, quatenus deueniatur ad illorum canonizationem, vt ſic adimpleta ſit promiſſio facta in principio Conſilij præ-

præcedentis: quæ omnia, & eorum ſin-
gula, ſummitto etiam determinationi, &
correctioni S.R.E. quia, vt loco citato di-
ctum eſt, ſolùm recollegi in vnum, quæ
ſparſim alij tradunt, & ſic quaſi ordo tan-
tùm eſt meus. Quam materiam ſequenti-
bus etiam concluſionibus aperiam, qui-
buſdam antea notatis.

1 Suppono igitur Primò, eſſe de fide cer-
tum, Sanctos eſſe canonizandos, vt illis
debitus honor, & cultus publicè adhibea-
tur, vt ex Sacra ſcriptura, Patribus, Theo-
logis, Canoniſtis, & varijs rationibus pro-
bat Bellarm. tom. 1. controuerſ. lib. 1. de
Sanctor. beatitud. per tot. probant etiam
Azzor. Suarez, & alij, quos recenſet, &
ſequitur Sanchez in eius ſumma lib. 2. c.
43. per tot. Et quia hoc eſt certum ſecun-
dùm fidem, & prædicti Auctores hæreti-
corum errores confutant, ideò tranſeo ad
alia.

Suppono Secundò eſſe etiam de fide
2 certum, † vt fideles omnes teneantur San
ctos canonizatos publicè honorare, &
debitum cultum eiſdem etiam publicè tri
buere, vt probant præcitati Auctores, &
habetur in tot. titu. de reliq. & venerat.
Sanct. in Conc. Trident. ſeſſ. 25. in princ.
de reliq. & venerat. Sanct. Et habetur etiã
paſſim in Sacra ſcriptura, præcipuè Eccle
ſiaſtici cap. 44. quæ iubet, vt populi ma-
gnificent, & laudẽt Sanctos: quod etiam,
3 vt certum, relinquo; † nam pro cultu etiã
Sanctarum imaginum multi fideles ab
Arrianis hæreticis, & alijs, martyrium
paſſi ſunt.

4 Suppono Tertiò cultum Sanctorum,
non ſolùm in Dei gloriam, & honorem,
vt laudetur Deus in Sanctis ſuis, ad fidei
firmitatem, ad bonum commune totius
Eccleſiæ, ſed etiam in noſtram redunda-
re vtilitatem, tum vt Sãctorum interceſ-
ſionibus à cunctis malis, & periculis erua-
mur, & alia beneficia a Deo obtineamus;
5 tum etiam, vt eos imitemur; † Sãcti enim
ſunt exempla virtutum, quas ſequi debe-
mus, & norma vitæ, quam tenere etiam
debeamus, & ad hoc Eccleſia inſtituit Sã-
ctorum feſtiuitates, vt certos nos faciat,
quinam ſint illi, quos imitari debeamus,
Innoc. in c. 1. vbi Ioan. Andr. & alij de re-
liq. & venerat. Sanct. Bellarm. loco citato
cap. 7. §. 2. 3. & 4. Diuus Ioannes Chriſoſt.
ſerm. 1. de martyrib. Diu. Auguſt. ſerm.
47. de Sanct. & alij paſſim: Omnes enim
6 dicunt, † vt Sanctorum feſta celebremus,
vt illis debitum honorem, qui eſt natura-
le pręmium virtutis, præſtent fideles, &
nobis virtutum exempla moſtrentur; &
quòd hac ratione introduxit Eccleſia San
ctorum canonizationem.

7 Suppono quartò, quòd canonizatio eſt
publicum Eccleſiæ teſtimonium de vera
ſanctitate, & gloria alicuius hominis iam
defuncti, & ſimul eſt iuditium, ac ſenten-
tia, qua decernuntur tali viro honores,
qui debentur illis, qui cum Deo fęlieiter
regnant, ita Bellarm. loco cit. cap. 6. qui in
re clara neminem citat; ſed probant de-
ſcriptionem ipſam Innoc. Ioan. Andr. &
alij in d. cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct.
poſt alios Card. Thuſcus in ſua prax. con-
cluſio. in verb. canonizatio. concl. 41. ha-
betur etiam in relationę canonizationis
S. Bonauenturæ in princ. & patet etiam
explicata deſcriptio ex diſcuſſis in conſil.
8 præcedenti, † vbi aſſignata eſt differentia
inter cultum priuatum, & publicum: pri-
uatus enim cultus, quia non fit nomine
Eccleſię, nec vt ab Eccleſia determinatus;
ideò adhiberi poteſt non canonizatis: pu-
blicus verò ſecùs, quia ſolùm debetur San
ctis canonizatis nomine Eccleſiæ, quę fir-
miter ſtatuit, & declarauit, eos eſſe San-
ctos, & cum Deo in Cœlis fœlieiter re-
gnare, vt dictum eſt.

9 Honores, quos illis Eccleſia tribuit, vt
notãt prænarrati Doctores, ſunt ſeptem.
Primò, quia præcipitur, vt ab omnibus
publicè, & infallibiliter inuocentur, &
habeantur pro Sanctis. Secundò in publi-
cis Eccleſiæ precibus inuocantur tanquã
Sancti. Tertiò, Templa, & Altaria in eorũ
memoriam, & eorum nomine Deo dicã-
tur. Quartò, Sacrificium Miſſæ, ac diui-
num officium publicè eorum nomine in
illorum honorem Deo offeruntur. Quin-
tò, dies feſtus in eorum memoriam, ac eo-
rum nomine publicè celebratur. Sextò, il-
lorum imagines pingũtur cum diadema-
te ad oſtendendum gloriam ipſorum, &
coronam, qua coronati ſunt in cœlis; &
publicè in Eccleſijs in proprijs Capellis,
& Altaribus collocantur, & honorantur.
Septimò eorum reliquiæ prætioſis inclu-
duntur thecis, & publicè ab omnibus ho-
norantur, vt notant prænarrati DD. &
patet ex diſcuſſis ſuperius in conſi. præce-
denti.

10 Poſtremò tanquam clarum ſuppono,
duobus modis poſſe aliquem canonizari;
particulariter ſcilicet, & vniuerſaliter.

Par-

Particulariter canonizatur aliquis, vt in loco particulari, nempè in vna Diœceſi, vel Prouincia colatur, honoretur, & habeatur pro Sancto, & hoc modo antiquitus canonizabãt Epiſcopi in eorum Diœceſibus, quia ad eos pertinet hoc modo canonizare, vt not. Canoniſt. in c. fin. de ferijs; probat Bellarmin. d. lib. 1. cap. 8. Caſſan. conſi. 48. & in Cathalog. gloriæ mundi par. 3. Vinc. & alij, quos ꝓbat Maluit. de canonizat. Sanct. dub. 2. per tot. Crantius Metropolis lib. 1. cap. 25. Sigisbert. in Chronico anno 1110. de Sancto Guiberto, & de pluribus alijs tradunt Molan. in natal. Sanctorum Belgij die 23. Maij. Surius tom. 6. die 16. Nouembris, & alij plures, quàmuis hodie plures affirment, vt fieri non poſſit hæc canonizatio per Epiſcopos, quod verum puto, vt infra dicetur.

11 Vniuerſaliter canonizatur aliquis, ita vt in vniuerſa Eccleſia Catholica infallibiliter habeatur pro Sancto cum honoribus deſuper explicatis: ita vt nemini liceat de illius ſanctitate dubitare; & hoc modo ſolus Summus Pontifex canonizare poteſt cap. audiuimus, & cap. cùm ex eo, de reliq. & venerat. Sãct. & in hoc omnes conueniunt, & euidentiſſimè patet, quia dum ſolus præeſt in tota Chriſti Eccleſia, ad illum ſolùm ſpectat toti Eccleſiæ proponere, quid credendum, & quid agẽdum ſit in his, quæ ad fidem, & religionẽ pertinent, vt latius proſequuntur prædicti Auctores, & poſt alios Illuſtriſs. Card. Thuſcus in ſua prax. in verb. Canonizatio nu. 1. & 9. d. conc. 41.

12 Plus etiam conſtat ex antiquato vſu, & conſuetudine totius Eccleſiæ, quod multi tàm Martyres, quàm etiam Confeſſores in tota Dei Eccleſia coluntur, habentur infallibiliter, & venerantur publicè pro Sanctis, quos tamen nõ conſtat, à Summis Pontificibus fuiſſe canonizatos: quos recenſent Sancti Gregorius Turonenſ. in hiſtor. Sanctorũ Patrum, Gregorius Pap. in libris Dialogor. & alij Scriptores, & conſtat præcipuè de multis Sanctis inſignibus Eccleſiæ, vt de Sanctis Antonio Abbate, Hilarione, Gregorio Niſſeno, Baſilio Magno, Gregorio Nazianzeno, Ioanne Chriſoſtomo, de Sanctis Eccleſiæ Doctoribus, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & alijs multis, quos omitto: Quoniam ſicut aliæ conſuetudines vim legis habent, ita cultus alicuius Sancti ex conſuetudine Eccleſiarum generaliter introductus, vim habet in Eccleſia vniuerſali ex expreſſa, vel ſaltem tacita approbatione Summorum Pontificũ, vt optimè poſt alios notat Bellarm. d. c. 8. §. dices. Et hoc etiam conſtat ex terminis, quia in omni negotio attenditur conſuetudo, vt latiſſimè diſcuſſum eſt in Comment. Cõſuetud. par. 1. cap. 5. & conſi. præcedenti etiam tactum eſt. Probant etiam Molan. & Sur. locis proximè citatis, & habetur etiam in notis ad Martirol. Roman. die 4. Martij,

13 † quod moris erat antiquitus in Eccleſia Catholica, vt dum aliquis martyrio occubuiſſet, Epiſcopus, ſub cuius ditione id accidebat, rem geſtam ad Primatem ſcribebat, qui conuocabat ad Concilium Collegas Epiſcopos, cum quibus rem geſtam communicabat, & negotio maturè perſpecto, decernebatur, ſi inter Martyres, qui tunc martyrio occubuerat, recipiendus erat: & ſi recipiebatur, tunc pro Sancto habebatur in tota Eccleſia. Si verò Cõfeſſor aliquis occubuiſſet cum ſanctitatis opinione, & in vita, & in morte miraculis clareſceret, tunc in Synodo, vel Concilio Epiſcoporum illius Prouinciæ tractabatur hoc negotium, & ſi iudicabatur conueniens, illum Confeſſorem pro Sancto habẽdum eſſe, & coli, cum aſſenſu Synodi eleuabatur, ideſt, canonizabatur cũ mirabile gaudio, atque concurſu populorum; & hic erat mos antiquitus canonizandi Confeſſores, & Martyres,

14 Verùm, vt canonizatio fieret cum omni rectitudine, & maiori certitudine, & nè populis daretur errandi occaſio, nempè, vt colerent pro Sanctis, qui tales non erant, & ob alias rationes cumulatas per Thuſc. d. conc. 41. in princ. fuit determinatum per Summos Põtifices, nempè per Alexandrum III. & Innocentium III. vt in futurum hoc negotium ad Sedem Apoſtolicam tantùm pertineret, & nullus haberetur pro Sancto, niſi canonizatus fuerit per Summum Pontificem cap. audiuimus, & cap. cùm ex eo, de reliq. & venerat. Sanct. Innoc. & alij penes Pannuin. in relatione canonizationis Sancti Bonauẽturæ in princ. verſ. & ne Chriſtianæ religioni, Bellarm. d. cap. 8. Thuſc. vbi ſupra, & alij paſſim: quod intelligitur de cultu, & veneratione publica, non autem de cultu, & veneratione priuata, vt colligitur ex diſcuſſis in præced. conſil. vbi fundatum eſt ſic eſſe permiſſum, etiam poſt di

ctas determinationes prædictorum Summorum Pontificum Alexandri Tertij, & Innocentij Tertij, quod etiam dicti Auctores affirmant.

15 Non conueniunt Auctores, quiſnam fuerit primus Summus Pontifex, qui ſolemniter Sāctos canonizauit; nam aliqui, vt legitur penes Sur.tom.2.cap.9. & probat Bellarm.d.cap.8.§.dices, tradūt, quòd Leo Papa III. fuit primus, qui ſolemniter Sanctum Suisbertum ad inſtantiam Caroli Magni Imperatoris in anno 803. Sanctorum Cathalogo aſcripſit. Alij dicunt, quòd Stephanus Papa III. prius hoc exercuit, quia in anno 770. Beatum Trudpertum Sanctorum numero adiunxit, vt conſtat ex libello Sanctorum Eccleſiæ Conſtantienſis, nondum typis excuſſo. Alij alia dicunt; ſed hoc non iudico neceſſarium, quia ad probationem eorum, quæ inquirimus, hoc non ſpectat: videri tamē poteſt Trithemius in lib. de vir. illuſtrib. vbi alias Sanctorū canonizationes, ex familia S.Benedicti præcipuè, recenſet; ſumus enim hodie in claris, quòd, licèt olim modis deſuper enarratis, canonizationes fiebant; hodie tamen non fiunt, niſi per Summum Pontificem.

16 His declaratis, ſit prima cōcluſio, Summus Pontifex in Eccleſia Dei canonizationes Sanctorum facit, ordinariè cum conſilio Sacri Collegij Illuſtriſſimorum Cardinalium, ſolus tamen id etiam facere poteſt.

Concluſio eſt communiter recepta quò ad omnes eius partes, & Primò vt ad Sūmum Pontificem hoc tantùm ſpectet, patet ex paulò ante dictis, & præcipuè ex tex.in d.c.audiuimus, & c.cùm ex eo, de reliq.& venerat. Sanct.

17 Quodque id faciat cum conſenſu Cardinalium, & etiam Epiſcoporum, qui tūc ſunt in Vrbe, eſt praxis notoria in Vrbe, & Orbe, & notat etiam Pānuin. vbi ſupra par.2.art.7. poſt alios Maſcar.in tract. de probatio. concl. 262.nu.58.cum ſeqq.

18 Quodque id etiam ſolus poſſit, notāt etiam cōmuniter DD. quos probat Maluit.dub.2.de canonizat.Sanct.nu.32.cum ſeqq. Bellarm.d.cap.8.& alij, nam Papa ſolus, vt Papa eſt, non poteſt errare, & cōſequenter ſtatuendo aliquid de fide, vel ad bonos mores pertinens, illud eſt firmū, ac ſtabile, & ab omnibus obſeruandum, vt docet Diu.Thom.2.2.q.1.art.10. Caietan.in opuſc.de auctorit. Papæ cap.9. Canus lib. 6. de locis cap. 7. Valent. tom. 3. diſp.1.q.7.Bellarm.de Roman.Pont.cap. 2. & alij, & in particulari, quòd Eccleſia errare non poſſit in canonizatione Sanctorum, quia ad minus implicitè agitur de articulis Fidei, eſt communis Schola Theologorū cum multis Canoniſtis, quibuſdam exceptis. Quam opinionem Theologorum, vti veriorem probat etiā Thuſc. d.concl.41.nu.6. & ſeqq.

19 Vt canonizatio ritè fiat ex omni parte, ſolent Viri probatæ vitę ſignificare Summo Pontifici miracula, ſanctitatem vitæ, & deuotionem populorum erga aliquem, qui cum opinione ſanctitatis obiit, vt in Sanctorum numero aſcribatur; & ſi frequenter inſtetur, & vrgeat fama miraculorum, ſolet Summus Pontifex, vel ſolus, ſi velit, vel de conſilio Cardinalium committere hoc negotium Epiſcopis locorū, vbi miracula fiunt, vt diligenter de dictis miraculis inquirāt, ſic etiam de moribus, & ſanctitate vitæ illius viri, ac de religionis cultu, & deuotione, quam, & quem erga illum habent populi; qui quidem Epiſcopi nomine Sanctæ Sedis Apoſtolicæ omnia prædicta inquirunt, informationes cum legitimis interrogatorijs capiunt cum omni circumſpectione, vt cognitionem certam habere valeant, ſi reuera ſint miracula à Deo obtenta per merita, & interceſſionem talis ſerui Dei, prę ter, aut ſupra rerum naturalem ordinem, vt conſtat ex praxi notoria, & poſt alios notant Pannuin. & Maſcard. locis cit.

20 Benè verum eſt, quòd ſolent prius prę cedere informationes captæ per Ordinarios locorum; nam ex Sacr. Conc. Tridēt. ſinguli locorum Epiſcopi ſunt Iudices ordinarij ad capiēdas tales informationes, vt habetur in d.Conc. ſeſſ.25. in d.tit.de reliq.& venerat.Sanct.circa fi. Et conſtat & ex praxi notoria, & his proceſſibus viſis, ſolet Summus Pontifex dum vrget fama miraculorum, & frequenter inſtatur penes ipſum pro canonizatione talis ſerui Dei, facere dictas commiſſiones locorū Epiſcopis ad repetendum teſtes, vt ſupra dictum eſt, & tranſmiſſo hoc proceſſu ad Vrbem, videtur tam per Sacram Congregationem rituum, & Sāctæ Inquiſitionis, quam etiam per Reuerendiſs. Rotæ Auditores, & fiunt relationes de omnibus prædictis Summo Pontifici; qui illis auditis, & etiam conſilijs Cardinalium, & Epiſcoporum, qui tunc in Vrbe adſunt, pro-

proceditad canonizationem, ac illum talem Sanctum declarat, vt poſt alios notát Pannuin. & Maſcard. in locis cit. & eſt notoria praxis Eccleſiæ; ideo non indiget alia probatione.

21 Secunda concluſio, licèt canonizatio ſic communiter fieri ſoleat, poſſet tamen Summus Pontifex cum ſolis informationibus captis per locorum Epiſcopos ad canonizationem procedere, ſi proceſſus legitimi ſint, & requiſita neceſſaria fuerint legitimè probata.

Probatur concluſio. Primò, quia ordo, deſuper relatus, non eſt omninò ſemper ſeruandus ad vnguem in canonizatione, ſic probant Hoſtienſ. Ioan. Andr. Cardin. & alij in d. c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. notat etiam Pannuin. in dicta relatione canonizationis Sancti Bonauenturę par. 2. art. 7. circa fi. §. hic autem ordo.

22 Probatur ſecundò ex praxi, ſic multoties obſeruata in Eccleſia Catholica, quod patet, diſcurrendo per plures canonizationes Sáctorum, quæ ſucceſſiuis temporibus factæ ſunt in Eccleſia Dei, & præcipuè a dicto Leone III. in Germania in canonizatione Sancti Suisberti in dicto anno 804. anno nono ſui Pontificatus, vt notat Baron. tom. 9. ſuor. annal. anno Chriſti 804. fol. 507. & ſeqq.

23 Sic etiam Gregorius IV. anno Domini 828. qui precibus tantùm Altini Epiſcopi Aſtenſis aſcripſit in Sanctorum numero Solam Anglum primum Abbatem Monaſterij Solembouiani, vt tradit Democh. in tabulis Epiſcoporum Aurealen. num. 5.

24 Adrianus Secundus, vt idem Auctor refert circa annum Domini 870. in Sanctorum Cathalogũ aſcripſit Vualburgim ſororem Sanctorum Vuilbaldi, & Vnibaldi, precibus Odgerij Epiſcopi Aureaten. qui quidem Auctor de pluribus alijs hoc refert ſucceſſum; quod etiam habetur in lib. de omnib. Germaniæ Epiſcopatib. cap. 9. & ſeqq. & videri etiam poteſt Molan. in append. ad Martyrol. Vſuardi, & penes alios.

25 Inſuper Alexander III. anno Chriſti 1161. anno ſecundo ſui Pontificatus in Sanctorum numerum aſcripſit S. Eduardum, Anglorum Regem, & ſolùm vidit, ac legit, lectus, ac inſpectus fuit liber miraculorum dicti Sancti Eduardi, vt refert Baron. in annalib. dicto anno 1161. vt habetur tom. 12. fol. 467.

26 Plus aliquando obſeruatum fuit coram Summo Pontifice Io[illegible]ne XV. in Conciſtorio Cardinalium in Palatio Lateranē. anno Chriſti 993. nam Sanctorum numero aſcriptus fuit S. Vdalricus ex lectura ſolùm cuiuſdam libelli de vita, & miraculis eiuſdem Sancti, vt refert Baron. dicto anno 993. tom. 10. ſuorum annal. fol. 889. & ſeqq. refert enim, quòd Luitolphus, Auguſtæ Epiſcopus, habens ſecum dictum libellum de vita, & miraculis dicti Beati Vdalrici, inſtetit in dicto Conciſtorio, vt virtute dicti libelli procederetur ad canonizationem dicti Beati Vdalrici, vt habetur in diplomate cano-
27 nizationis, vbi etiam ſic dicitur. † Cumque perlecta eſſet vita prædicti Sanctiſsimi Epiſcopi, ventum eſt ad miracula, quæ ſiue in corpore, ſiue extra corpus geſta ſunt, &c. Quæ omnia lepida ſatis vrbanitate expolita recepimus, & communi conſilio decreuimus, memoriam illius, ideſt, S. Vdalrici Epiſcopi affectu pijſſimo, & deuotione fideliſſima venerãdam, quoniam ſic adoramus, & colimus reliquias Martyrum, & Cõfeſſorum, vt eum, cuius Martyres, & Confeſſores ſunt, adoremus; honoremus ſeruos, vt honor redũdet in Dominam,) vt habetur penes Baron. loc. cit. Et poteſt, vt dixi, hoc comprobari diuerſis alijs exemplis, quæ paſſim obuiam lector habere poteſt, ſi Sãctorum canonizationes præcipuè perquirat.

28 Probatur etiam manifeſta ratione, quoniam hæc repetitio teſtium eſt quidã ſtylus, & quædam ſolemnitas ad maiorem claritatem, & certitudinem negotij, & potius ad ſupplẽdam formam, quàm materiam proceſſus; ſed ſi proceſſus appareat legitimè factus per Epiſcopum, quia miracula ſunt legitimè probata, poteſt omitti talis ſolemnitas, & procedi cum ſolis illis proceſſibus Ordinariorum ad canonizationem.

29 Confirmantur prædicta, quia ad alicuius ſerui Dei canonizationem duo præcipuè ſunt neceſſaria. Primò ſanctitas, & integritas vitæ illius, quia nempè fuit prudens in eius actionibus, caſtus, ſobrius, humilis, miſericors, ac alijs bonis indutus moribus. Et ſecundò, quòd Deus illius perſonam in vita, in morte, ac poſt mortẽ miraculis illuſtraſſet. cap. teneamus. 1. q. 1. Maluit. dub. 3. de canoniz at. ſanct. num. 73. Auguſti. de Ancona, & alij, quos probat Maſcard. d. concl. 262. alias 261. præ-

Digitized by Google

cipuè nu. 10. Pannuin.in d.relatione ca-
nonizat.S.Bonauenturæ par.1.art.9. Sed
dum hæc duo conſtant per proceſſus Or-
dinariorum,iam adimpleta ſunt requiſita
prædicta, & conſequenter legitimè omit-
titur illa ſolemnitas.

Plus affirmat Pannuin.d. art. 9. ex tex.
in c.valde diſt.94. cap.ad Apoſtolicæ, de
30 regularib. & alijs, † quòd dum canoni-
zandus nunquam aliqua laborauit infa-
mia, bonum teſtimonium populi habet,
eſt notus in bonis moribus in eius vita;
hæc ſola notitia excludit neceſſitatem tā-
ti examinis in canonizatione,quia qui no
tus eſt,non examinatur, & ſine probatio-
ne recipitur,vt habetur in iuribus citatis.
Igitur eò magis hoc procedit,dum per Or
dinariorum proceſſus conſtat,quòd cano
nizandus nunquam aliqua laborauit in-
famia; eſt notus in bonis moribus;bonum
habet teſtimonium populi;& etiam quòd
Deus in vita, & in morte illum illuſtra-
uit miraculis, vtiq; iuridicè ei remittitur
illa ſolemnitas,ſi illa tantæ efficaciæ ſunt,
vt etiam neceſſitatem tanti examinis ex-
cludant a canonizatione,vt dictum eſt.

Sed nè aliqua remaneat vmbra dubitā-
di ad ſummum aliud prętendi non poteſt,
31 † niſi hunc eſſe ſtylum Romanæ Curiæ,
& quod pro lege ſeruari debeat, vt de ſty-
lo dicitur in c.quam graui de crimin. falſ.
cap. ex literis de conſtit. cum alijs cumu-
latis per Brunor.a Sole in compend. pro-
poſit. iur. in verb. Curiæ ſtylus, & conſe-
quenter ſic ſemper ſeruari debet.

32 Nam Primò reſpondetur, quòd non
ſemper talis ſtylus,& ordo ſeruari debet,
vt cum communi opinione Canoniſtarū
ſuperius dictum eſt.

33 Secundò, quia Summus Pōtifex, etiam
ſine cauſa,poſſet diſpenſare in qualibet le
ge Eccleſiaſtica, & eò magis, dum adeſt
quælibet cauſa minima. Innoc.Cardin.&
alij in c.cùm ad monaſterium de ſtatu mo
nachor.Speculat.Anan.Butr.Abb. Felin.
& alij penes Brunor.loc.cit.in verb.Papa
diſpenſare poteſt, & hoc ſciunt omnes.
34 † ſed dum proceſſus fuerunt legitimè fa-
bricati; nec in materia adeſt aliquis defe-
ctus, vt ſupponimus, & tantùm deeſt illa
repetitio teſtium; nemo inficiare poteſt,
quin ſit legitima cauſa diſpenſandi, vt
procedatur ad canonizationem ſine tali
repetitione,etiam ſi ſtylus eſſet.

35 Ex his patet, quòd eò magis procedit
prænarratū aſſumptum, ſi proceſſus præ-
dicti fabricati eſſent per locorum ordi-
narios de ordine ſanctæ Sedis Apoſtolicę,
tam ſi ex delegatione id eueniret, quam ſi
fieret, vt Epiſcopi locorum via ordinaria
fabricarent proceſſus.

Explicatur,& probatur hoc aſſumptū,
& primò quòad delegationem eſt mani-
feſtum; nam illa commiſſio eſt in ordine
ad canonizationem, vt docēt omnes Au-
ctores,& eſt etiam notoria praxis Curiæ.

Quòad commiſſionem,vt fiant proceſ-
ſus via ordinaria,etiam probatur, quia,
licèt ſit appoſita illa clauſula, ordinariè,
adhuc tamen hæc commiſſio ſupplet ta-
lem ſtylum,quod probo dupliciter. Pri-
36 mò, † quia nihil refert aliquid ex æqui-
pollētibus fieri, dum adimpletur factum,
& conditio, vulg.l.fi.vbi glo.fin. C.de do-
nat.q̄ ſub mod. l. ſi mater, vbi gl. in verb.
ſua cauta.C.de inſtit.& ſubſtit.gl.in l.gal-
lus. §. & quid ſi tm̄, in verb.emancipatus.
ff.de liber.& poſth.vbi Bar. & alij cōiter,
& eſt regula vulgata, vt dixi ſupra cōſ.35.
37 & 36. † ſed nūc factū habemus, nam ſup-
ponimus materiam eſſe probatam, quia
conſtet de omnibus requiſitis ad ſanctita-
tem vitæ illius ſerui Dei, & ad probatio-
nem miraculorum: Eſt etiam adimpleta
conditio,quoniam iam de ordine Sanctiſ-
ſimi formati ſunt proceſſus. Igitur nihil
refert, quòd addita ſit illa clauſula, ordi-
nariè,nam etiam addi ſolet,vt cum maio-
ri reuerentia petatur poſtea canonizatio,
vt gratioſè dicatur Summus Pontifex ſe
gerere, & diſpēſare circa illum ordinem,
ac ſtylum repetendi teſtes.

38 Additur etiam, quòd multoties eſt in-
tentio Summi Pontificis, vt tales proceſ-
ſus legitimè formentur tam reſpectu ma-
teriæ,quam reſpectu formę,& quòd nihil
deſit de requiſitis, ſed multoties locorum
Ordinarij ſcrupulum habent, & timorē,
vbi non eſt timor; nempè quia ſcire cu-
piunt, quomodo intelligatur commiſſio;
ideò addi ſolet illa clauſula,ordinariè.

Secundò probatur, quòd etiam ſi ali-
quid faciendum eſſet in forma ſpecifica,
adhuc ſatis eſſet, quòd factum fuerit per
39 æquipollens, & implicitè, † præcipuè ſi
ſumus certi de intentione concedentis,ſi-
ue illius, qui vult eſſe id adimplendum in
forma ſpecifica; ita in materia aſſenſus
probat Andr.in c.Imperialem, ſub num.
11.verſ. ſemper enim fit, de prohib. feud.
alien.per Federic.vbi Camerar.fol.52.lit.
K.aliàs fol.76.lit.P.de Pont.conſi.36.vol.
1.nu.

Digitized by Google

l.num.27.vbi num.29.rationem aſſignat,
quia in his magis ſenſum, quam verba ſpe-
ctare debemus, iuxta gloſ. communiter re-
ceptam in l. ſed & Celſus. §. in emptis. ff.
de contrahen. empt. cum vulgat. alijs,
de quibus in dictis conſ.35.& 36.dixi. Sed
nunc certi ſumus de intentione Summi
Pontificis, quòd voluerit, vt proceſſus ex
omni parte legitimè formarentur tam
reſpectu materiæ probandorum, quàm
etiam reſpectu formæ, vt nempè teſtes
cum legitimis interrogatorijs examina-
rentur, euacuarentur dubia, & omnia
fierent cum debitis requiſitis, & conſe-
quenter intentio eſt, & ſenſus etiam com-
miſſionis, vt dicatur adimpletus, ad mi-
nus implicitè, & per æquipollens ille ſty-
lus ordinarius.

40 Hoc puto eò magis verum eſſe, ſi per
prius fabricati eſſent proceſſus per locorũ
Epiſcopos, & tranſportari in Vrbem, &
de illis facta eſſet relatio aliqua ad Sum-
mum Pontificem, qui per illas informa-
tiones cognitionem ſummariam habuiſ-
ſet de vita, & moribus, ac de miraculis ali-
cuius ſerui Dei, & ſic conſtaret de mate-
ria, nempe de miraculis, & de ſanctitate
vitæ illius ſerui Dei, & defectus eſſet tan-
tùm in forma, quòd non eſſent formati
proceſſus cum ſolitis interrogatorijs Fi-
ſci Apoſtolici, nec cum alijs requiſitis, fie-
ri ſolitis: tunc ſi Summus Pontifex per
ſuum reſcriptum mandet, ne probationes
pereāt, vt Ordinarius loci ex commiſſio-
ne eiuſdem Summi Pontificis proceſſus
formet cum debitis requiſitis, quàmuis di
ceret, vt ordinariè, & non ex delegatione
procedat, proceſſus prædicti ſufficiunt ad
canonizationem, nam illa commiſſio im-
plicitè ſupplet, & per æquipollens dictũ
ordinarium ſtylum, nā eò magis ſic præ-
ſumitur Summi Pontificis intentio, put
iam ex iuris diſpoſitione in caſibus, qui
maiorem habent difficultatem, ſuperius
41 fundatum eſt. † Et fuit etiam hoc obſer-
uatum in canonizatione Sancti Bonauen
turæ, vt patet ex diſcuſſis per Ioan. Franc.
Pannuin. in d. relatione par. 2. art. 7. præ-
cipuè circa fin. §. hic autem ordo. Et in to
to illo articulo id fundat, quòd dum ille
Sanctus nunquam laborauit infamia, bo-
num teſtimonium populi habuit, & fuit
notus in bonis moribus, & nota erāt etiā
miracula, excludebat neceſſitatem tanti
examinis ab eius canonizatione; & ſic iā
obſeruatum fuit.

42 Tertia concluſio, facere miraculum eſt
donum Spiritus ſancti. Concluſio eſt om-
nium Scribentium, & probatur ex tex. in
c. quærendum de pœniten. diſt. 2. & ſæpe
alias, & habetur etiam paſſim in ſacra ſcri
ptura. Ideo omitto: omnes enim docent,
43 hanc eſſe differentiam † inter miracula
vera, & falſa; nam vera fiunt dono Spiri-
tus ſancti; Deus enim eſt, qui miracula
operatur per merita, & interceſſionem
ſeruorum ſuorum; qui ab ipſo Deo impe-
trant, quod mandant, vt ſanitatem men-
tis, vel corporis, & ſic de alijs cap. ſi quis
præpoſtera diſt. 50. Sed falſa miracula, quę
potius ſunt quædam prodigia, & ſigna,
fiunt Dæmonum virtute, & inuocatione
tacita, vel expreſſa, vt habetur 2. ad Theſ-
ſalonic. 2. Valent. lib. 1. controuerſ. tit. de
veritate Chriſtianæ doctrinæ cap. 7. §. ſed
vt hunc locum, poſt alios Maſcar. d. cōcl.
262. nu. 30. Pannuin. in d. relatione par.
2. art. 1. vbi pulchra, & plura de miraculo
diſcurrit, prout etiam faciunt Auctores
infra cumulandi: hoc enim eſt manifeſtũ
apud omnes catholicos.

44 Quarta concluſio, ad miraculum tria
requiſita ſunt coniunctim neceſſaria. Pri-
mò, vt a Deo ſit impetratum. Secundò, vt
in effectu, vel in modo ſit opus inſolitum,
& extraordinarium. Tertio, quòd per cau
ſas naturales fieri non poſſit.

Concluſio eſt omnium, quàmuis aliqui
addant quartum requiſitum, vt miraculũ
fiat ad corroborationem Fidei, vt probāt
plures, quos ſequitur Maſcar. d. concl. 262
nu. 34. cum ſeqq. Pannuin. d. art. 1. §. quan
tum verò ad propoſitum, & alij plures,
45 ſed hoc non eſt neceſſarium: † nam mira-
culum fit etiam ad oſtendendam Dei prę-
ſentiam in aliquo homine per gratiam
Spiritus ſancti, vt dum homo facit opera
Dei, prout eſt miraculum; credatur, Deũ
habitare in illo per gratiā, vt docet Diu.
Thom. communiter receptus 3. par. q. 44.
art. 1. in corpore, Suarez, qui alios citat,
tom. 1. dictę 3. par. diſput. 31. ſect. 2. & hoc
probant etiam multi Canoniſtæ, & co-
guntur omnes affirmare, quia ad quem
finem fiat miraculum, hoc oſtendit, &
ſic eſt quid conſequens miraculum, vt
poſt Diuum Gregorium notat Pannuin.
d. art. 1. verſ. item Gregorius: Probant plu
res alij, & patet ex terminis, quia ſiue fiat
miraculum ad corroborationem fidei, ſi-
ue ad oſtendendum Dei præſentiam in
illo homine per gratiam Spiritus ſancti

iam

iam ſupponitur, factum eſſe miraculum, & ſic oſtendit finem, ob quem ſit miraculum.

46 Verum ĕt dum fiunt ad corroborationem Fidei, non fiunt ad confirmandam diuinam auctoritatem, quaſi magis credendum ſit miraculis, quam Deo, cùm notiſſimum ſit, & certiſſimum etiam ſecundum fidem, Deum non poſſe mentiri, & nihil eſſe maius diuina auctoritate: ſed miracula fiunt ad confirmandam auctoritatem proponentis fidem, vt patet Marci. cap. vlt. vbi Deus ſermonem, ac prædicationem Apoſtolorum ſignis, & miraculis confirmauit, non autem ſuam auctoritatem: & hoc, vt ibi omnes Patres docent, & poſt alios probat Bellarm. tom. 2. controuerſ. lib. 1. de ſacram. in genere cap. 14. Valent. d. cap. 7. & alij, quia homines magis credunt doctrinę, miraculis confirmatæ, quam doctrinæ ſoli.

47 Igitur cùm hoc vltimum non ſit requiſitum neceſſarium, ſequitur illa tria eſſe ſufficientia, vt etiam tenet Archidiac. in c. nec mirum 26. q. 5. & alij, quos probat Maluit. de canoniz. Sanct. dub. 3. num. 54. tenet etiam Pannuin. d. 2. par. relationis canonizationis Sācti Bonauenturæ art. 4. §. concludendū. Valent. tom. 1. q. 3. punct. 2. de effect. gubernationis diuinæ.

48 Quod attinet ad primum, vt miraculū debeat a Deo impetrari, patet ex tertia concluſione, quòd debeat eſſe opus inſolitum, & extraordinarium, vel in effectu, vel in modo, eſt etiam clarum; quia ideò miraculum eſt; & quando eſt in effectu, hoc omnes fatentur, vt de multiplicatione panium, & piſcium, & de alijs miraculis Domini, docet Diu. Auguſtin. tract. 24. in Ioann. & alibi, & hoc omnes fatentur, vt dixi.

49 Si eſt in modo, iddem eſt, veluti febricitans poſſet naturaliter per remedia medica recuperare ſanitatem, quia ſic ordinariè ſanantur febricitātes; ſi tamen ſine remedijs, & ſolùm ad inuocationem alicuius Sancti ad contactum alicuius reliquiæ eiuſdem Sancti, & ſic de alijs, febricitans ſit ſanatus, iam hoc eſt miraculum ratione modi, quia modus naturalis recuperandæ ſanitatis poſcit remedia, & hic per ſolam inuocationem, vel contactum reliquiarum alicuius Sancti ſit ſanatus; ideò ſupernaturaliter docent omnes prędicti Doctores. Nō tn̄ eſt neceſſariū, vt in inſtanti hoc fiat, vt dicetur concluſ. ſeq.

50 Poſtremò requiritur, vt illud opus fieri
nequeat per cauſas naturales, & ſic mira-
cula fiunt contra, ſiue præter naturam,
hoc eſt contra, ſiue præter curſum natu-
ralem rerum, quod intelligitur, non iam
reſpectu Dei; clarum eſt enim, vt reſpectu
Dei omnia fiant ſecundum naturam; nam
ipſe cōditor eſt naturarum, & nihil con-
51 tra nuturam facit; † ſed dicitur opus il-
lud contra, ſiue præter naturam, hoc eſt
contra curſum naturalem rerum, nobis
cognitum, vt docent Auctores citati, pręcipuè Valent. d. punct. 2. & Diu. Auguſti.
etiam ante ipſos lib. 26. contra Fauſt. cap.
3. Diu. Thom. 1. par. q. 105. art. 6. ad pri-
52 mum, & ſæpe alias. † Et ſic miracula pro-
bantur indirectè, quia nos videmus factū
illud inſolitum, & ſcimus, non poſſe euenire per cauſas naturales, ideò ſequitur pernecesſè, vt à cauſa cauſarum eueniet, nempè ab ipſo Deo, & ſic ſupernaturaliter, quæ ſunt tria requiſita huius concluſionis.

53 Quinta concluſio, licèt miracula fieri ſoleant in inſtāti, ſi tamen paulatim fiūt, etiam miracula ſunt, ſi adſint requiſita explicata in præcedenti concluſione.

Probatur concluſio quòad omnes eius partes, & de requiſitis conſtat ex præcedenti concluſione. Quando fiunt in inſtāti, nemo dubitare poteſt, quin ſit miraculum: igitur tota difficultas eſt ad probandum eſſe miraculum, quando paulatim fit.

54 Hoc igitur primò probat Glo. ordinaria ſuper illud Marci ca. 9. Cùm Dominus paulatim illum ſanaſſet infirmum, vbi ſic habet [Quem vno verbo ſtatim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinē humanæ cæcitatis oſtendat, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis incrementa adimat.] Hæc ibi.

Hoc iddem docet Diu. Thom. vbi om-
nes eius expoſitores 3. par. q. 44. art. 3. ad
ſecundum, probāt plures alij, quos ſequi-
tur Pannuin. loco cit. par. 2. art. 5. ſic etiā
Archidiac. & alij plures, quos probat
Maluit. d. dub. 3. nu. 34. cum ſeqq. & præ-
cipuè nu. 51. vbi rationem reddit per hęc
55 verba † [Quia Chriſtus faciebat miracu-
la, perſonaliter imperando, vt ſe oſtende-
ret filium Dei, ac verum Deum, & ideò ſi
incontinenti non feciſſet miracula; Gen-
tes, quæ dubitabant, & quæ non crede-
bant,

bât, eum eſſe verum Deum, de Deo vero; multò magis non credere, & dicere, illud non audiſſe virtute propria, & eius mandato; ſed potius nutu, & voluntate Dei, vel alio reſpectu, vt puta, quia eſſet Propheta, vel vir Sanctus, precibus cuius ipſe Deus motus eſſet. Vt ergo Fides Chriſtiana haberet initium ab ipſo, tanquã a Dei Filio, & multiplicaret, non autem deficeret; voluit de ſe fortiora ſigna facere, quã poſſet, & per conſequens ſubita, & inſtantanea, cognoſcebat enim mentem hominum, & per conſequens quid erat neceſſarium. Hodie vero ſiue in propria perſona, ſiue alicuius Sancti ipſe faciat miracula, non eſt neceſſarium, quòd ſtatim ſortiantur effectum, nam ceſſat ratio, quæ erat tempore Chriſti, cùm Fides Chriſtiana nunc non incipiat, nec Chriſtus ſit corporaliter in mundo, ſicut tũc erat: Ceſſante ergo hodie illa ratione, non erunt neceſſaria miracula ſubita.] Hæc ille, & hoc eſt clarum apud omnes, quia etiam iuſta cauſa id euenire ſolet, vel ob indiſpoſitionem, & incredulitatem curãdorum, qui plenè non credunt, vel ex alia iuſta, & rationabili cauſa: & ideò Chriſtus ante curationem infirmorum ſolebat interrogare infirmos, dicens, (Vis ſanus fieri?) non ad alium finem, niſi vt illos diſponeret ad plenè credendum; nam alibi dicit alteri curando (ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.)

56 An autem aliquid dicatur fieri incontinenti, vel ex interuallo relinquitur arbitrio Iudicis, Ioſeph. Ludouic. in deciſio. Lucenſ. 24. de quo meminit Riccius in ſua Collectan. par. 4. cap. 811. quia dictio (Incontinenti) quamuis habeat varias expoſitiones, in materia tamen indifferenti capit interpretationem ex Iudicis arbitrio, vt ſciunt omnes, & eſt gloſ. communiter recepta in cap. an ſit, in verb. incontinenti, de appellat. vbi omnes, & in cap. quàm ſit, in verb. quàm citius, de elect. in 6. Bar. in l. 3. §. eum igitur. ff. de vi, & vi armat. Maluit. d. dub. 3. num. 34. vbi ad propoſitum noſtrum ſubdit hæc verba [Ita dicamus in caſu noſtro, vt Iudex habeat arbitrari qualitatem febris, ſcilicet, an ſit magna, vel parua; vel fortè quartana, quæ cum difficultate ſolet recedere. Item an febricitans ſit valdè grauatus, adeò quod medici diſperent de eius ſalute, & ſic de ſingulis, ex quibus Iudex poterit arbitrari, infirmum potius gratia diuina, & ſic ſupernaturaliter, quàm naturaliter, & virtute medicorum ſanatum eſſe] hæc ille. Et probât omnes communiter, & præcipuè in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. quod recenſere volui, vt ſit notum, quod, quæ locum habent in alijs rebus, etiam procedunt reſpectu canonizationis, vt ẽt ex infra dicendis conſtabit.

57 Inſuper pro explicatione eiuſdem concluſionis notandum eſt, quòd, licèt miracula regulariter fieri ſoleant abſque ſanandorum dolore; multoties tamen fiunt cũ dolore, quod etiam euenit in miraculis, factis a Domino, vt habetur Marci cap. 9. de liberatione Dæmoniaci; nam Dæmon exclamans, & multum diſcerpens dictum obſeſſum, exijt ab eo, qui etiam factus eſt, velut mortuus, ita vt multi crederẽt, quia eſſet mortuus; & hoc ſæpe alias accidit, vt poſt Archid. & alios notât Maluit. d. dub. 3. num. 52. Pannuin. in d. 2. par. canonizationis S. Bonauenturæ art. 6.

Plus dicunt communiter DD. præcipuè Ioan. Andr. Bart. & alij, quos probat
58 Pannuin. d. art. 6. † non eſſe contra naturam miraculi, quòd ſanatus denuò, ac de proximo reincidat in eandem infirmitatem; nam ſatis eſt liberatio miraculoſa, & quòd ſanitas illa veriſimiliter eſſet duratura; nam per accidens eſt, vt denuò recidiuat, quia vel culpa ſanati, vel ex nouo morbo, vel ex alia cauſa id euenire poteſt, præcipuè ex iuſto iuditio Dei, vt quòd vtilius ſit ſanato reincidere in eandem infirmitatem, quam eſſe ſanum, vt de multis hoc euenit, qui poſt recuperatam ſanitatem eiſdẽ interceſſoribus ſe comendarũt, vt ſi ſanitas recuperata non eſſet duratura ad Dei gloriam, & ſalutem ipſorum ſanatorum, reinciderent in eandem infirmitatem; & ſic factum eſt, & poſtea in illa infirmitate, quia certi ſunt de voluntate Dei, & quòd infirmitas illa eſt ad maiorẽ Dei gloriam; ac illorum propriam ſalutẽ, maxima cum patientia, & alacritate vixerunt, ac mortui ſunt.

59 Sexta Concluſio, miracula non ſunt ſimpliciter neceſſaria ad canonizationẽ, ſed ad maiorem certitudinem; nam ad ſanctitatem vitæ non ſunt neceſſaria miracula. Concluſio eſt omnium, qui ad probationem communiter adducunt Præcurſorem Domini, quem inter natos mulierum, vti ſanctiorem ore Dominico canonizatum legimus, vt eſt notiſſimum, dixit enim Dominus (Inter natos mulierum non

non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.) quē etiā dixit eſſe Angelū, vt habetur Matth. cap. 11. & tamen in vita nō legitur, illum feciſſe miracula quòad alios, quamuis eius vita fuerit continuum miraculum. Patet etiam explicata concluſio ex dictis in præceden. conſi. auctoritate S. Ioannis Chriſoſtomi, & aliorum; & poſt alios probant Maluit. d. dub. 3. nu. 73. Maſcard. d. concl. 262. Pannuin. d. 2. par. art. 1. verſ. verùm quoniam: qui omnes, & alij plures dicūt;

60 † in confeſſoribus eſſe neceſſaria miracula ad maiorem certitudinem ſanctitatis vitæ reſpectu noſtri, quia nos ignoramus ſine miraculis, an tales homines, quos in publico exiſtimamus Sanctos, ſeriò, vel fictè vitam duxerint, & poſtea in ſecreto laxiorem, ac inhoneſtam, & ideircò Eccleſia perquirit miracula in canonizatione Confeſſoris; ſed ſatis eſt, vt dixi, ſanctitas vitæ.

61 Hoc eò magis procedit in canonizatione Martyrum, vt poſt Hoſtien. & alios notat Pannuin. d. par. 2. art. 2. & alij paſſim: nam in Martyribus ſatis eſt, vt conſtet de martyrio, & de cauſa martyrij, ob quam paſſus eſt, nempè propter fidē Chriſti, & prædicationem Euangelij, vt ſunt Apoſtoli, & omnes Martyres, etiam ab hæreticis martyrio coronati, vt S. Petrus Martyr, & alij; vel etiam ſi paſſi fuerint ob conſeruandam libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, vt fuerunt S. Thomas Cātuarien. S. Staniſlaus, & alij Martyres. Maſcard. d. concl. 261. alias 262. nu. 9. & ſeqq.

62 Septima concluſio, teſtes in probatione miraculorū ſecretò examinari debent, & diligenter etiam ſuper eircunſtantijs. Concluſio ſimiliter eſt omnium, vt poſt Ioan. And. & alios notat Pannuin. d. par. 2. art. 4. per tot. Maſcard. d. concl. 262. nu. 10. cum ſeqq. & omnes alij; & eſt praxis notoria, & rationabilis; ſiquidem omnes ſciunt, quòd dum agitur de aliquo negotio arduo, ſecretò, & diligenter teſtes examinari debent quòad omnia requiſita, vt veritas, ſi fieri poſſit, infallibiliter habeatur. Sed hic agitur de negotio admodùm arduo, nempè de rebus Fidei, & tam arduo, vt propter eius celebritatem, & ne detur occaſio ſcandali, & erroris, & vt procedatur cum omni eertitudine, diligentia, & circumſpectione ſit reſeruatum Summo Pontifici, vt optimè poſt Theologos, & Canoniſtas explicat Illuſtriſsim. Cardin. Thuſc. in ſua pract. commun. concluſ. in verb. canonizatio. concl. 41. Igitur ſecretò fieri debet, & diligenter ſunt teſtes interrogandi ſuper circunſtantijs, vt deponant, quid ſit miraculum, quid ſanctitas, quid beatitudo, ſi in inſtanti, vel ex interuallo facta ſint miracula, ſi plenè ſit obtenta ſanitas, ſi infirmitas erat grauis, & cuius conditionis, & ſic de alijs, vt ex illis eircunſtantijs, & requiſitis verè cognoſci poſſit, de bonis moribus, & de ſanctitate vitæ canonizandi, & ſi re vera illa ſint miracula, vt docent prædicti DD. &, vt dixi, conſtat ex notoria praxi Curiæ Romanæ in hoc negotio.

63 Octaua concluſio, ad probandum miracula coniunguntur teſtes ſingulares. Hæc concluſio eſt Collattanei, & Bellamer. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. quos probat Pannuin. d. par. 2. art. 4. §. dico, & concludendum. Probat Villaut in ſua prax. canonic. in titu. de teſtib. lib. 8. cap 4. concl. 2. latiſſimè Riminal. iun. in conſi. 7. præcipuè nu. 130. volum. 1. quem probat Illuſtriſs. Cardin. Thuſc. in ſua practic. commu. concluſ. in verb. ſingularitas teſtium. concl. 277. nu. 7.

64 Fuit hoc obſeruatum in canonizatione dicti S. Bonauenturæ, nam ad hunc finem Pannuin. d. artic. 4. hoc diſputat, vbi etiam dicit in §. & hinc eſt, quòd Innocentius III. hoc obſeruauit in proceſſu canonizationis S. Homoboni Cremonēſis: nam hic Summus Pontifex fidem adhibuit vni teſti ſingulari, nempe Osberto Presbytero, qui per annos viginti, & plus confeſſionem dicti Sancti Homoboni audiuit, & depoſuit ſolus ſuper obedientia, quam in orationibus, vigilijs, & alijs pœnitentiæ fructibus ſemper plus iniuncto à Confeſſario ſatisfaciebat.

65 Fuit etiam hoc obſeruatum in canonizatione S. Thomæ Aquinatis: per Ioannē XXII. nam fidem adhibuit vnico teſti deponenti de auditu à Diuo Thoma, ſe potius diuinitus ſciētiam acquiſiuiſſe, quàm ſtudio, & labore, vt etiā habetur in 5. lect. eius officij die 7. Martij, ibi (Quin etiam ſodali ſuo Fratri Reginaldo dicere ſolebat, quicquid ſciret, non tam ſtudio, aut labore ſuo peperiſſe quàm diuinitus traditum accepiſſe.) Hæc ibi. Ex quo duo reſultant. Primum eſſe vſu receptum in Eccleſia, vt teſtes ſingulares admittantur in probatione miraculorum. Et Secundum, vt tolleretur omnis diſputatio: narratur

ratur hoc exemplum in dicto officio San-
cti Thomæ per Eccleſiam vniuerſalem, vt
ſit omnibus manifeſtum, nec ab aliquo id
poſſit in dubium reuocari.
66 Hoc etiam eſt rationabile admodùm;
nam adhibere fidem teſtibus, eſt arbitra-
rium Iudici l. 3. ff. de teſtib. cũ vulg. alijs:
& ideò ſi factum eſt tale, vt ſciri non poſ-
ſit, niſi per vnum teſtem, cur nõ debemus
illi adhibere fidem? præcipuè ſi ſit homo
bonæ conditionis, & famæ, & in particu-
67 lari, † vt ſit arbitrarium Iudici etiam
plenè adhibere fidem teſtibus ſingulari-
bus, & in particulari quando teſtes ſunt
bonæ famæ, & ſunt perſonæ nobiles, &
notabiles. Probat ex multis Caſtren. cõſ.
342. In cauſa col. fin. verſ. Quarto dicitur
lib. 2. Rimin. d. conſi. 7. num. 205. Marſil.
ſing. 114. Plotus conſi. 6. nu. 12. Thuſc. in
verb. teſtes ſingulares concl. 275. num. 73.
& ſeqq. latiſſimè Farinac. in tracta. de te-
ſtib. q. 64. præcipuè nu. 104. cum ſeqq. &
68 omnes hoc admittunt, † quando eſt ſin-
gularitas adminiculatiua, quia nempè ha-
bet alia adminicula, ex quo teſtis, qui alias
iudicaretur ſingularis, dum habet admi-
nicula, nõ eſt ſingularis, & plenè probat,
vt ex tex. in l. qui ſententiam. C. de pœn.
not. Thuſc. in d. verb. ſingularitas teſtium
concl. 277. nu. 22. & ante eum hoc probãt
plures alij, quos ſequuntur Rot. Genuæ
deciſ. 182. Crau. conſi. 6. num. 66. Tepat.
tom. 1. in tit. de probat. ſingul. fol. 259. col.
3. & alij plures.
69 Et ſic vnus teſtis, qui deponit de facto,
quod ipſe tractauit vt mediator, plenè
probat, vt latiſſimè cumulat Caputaquẽſ.
deciſ. 267. par. 2. vbi ſic deciſum refert, de
quo meminit Riccius in eius Collect. de-
ciſ. cap. 224. in 6. limit.
70 Hoc puto magis indubitatum ad pro-
bandum miracula in genere, nempè, vt
probetur fama miraculorũ, & ſic loquun-
tur DD. deſuper citati, & patet ratione
euidentiſſima, ſi enim teſtes ſingulares cõ-
iunguntur ad probandum infamiam, &
malam vitam alicuius hominis, vt ex com
muni, & recepta ſententia, probat Anto.
Gabr. in ſuis communib. concluſ. in tit. de
teſtib. concl. 2. nu. 39. & ſeqq. Grammat.
deciſ. vlt. nu. 9. Alex. Riminal. & alij, quos
probat Farinac. conſi. 25. num. 6. & conſi.
33. num. 52. & alij paſſim, cur non debent
iungi teſtes ſingulares ad probandum bo-
nam famam miraculorum, & bonam vitã
hominis ſancti? eſt argumentum ad Ho-
minem.

Hinc patet, quomodo intelligi debeat
Abb. conſ. 42. & alij, quos probat Maſcar.
d. concl. 262. alias 261. num. 39. cum ſeqq.
71 vt non ſit ſatis, † vt vnus teſtis deponat
de vno miraculo, & alter de alio; ex quo
non probarent, quia duo, vel tres teſtes
requiruntur ad probandum miraculum;
debet enim intelligi regulariter, & de
probatione ſingulorum miraculorum,
nempe, vt vnum miraculum probetur,
duo, vel tres teſtes ſuper illo deponere de-
bent; ſed non per hoc poſſunt iuridicè ex-
cludere, quin teſtes ſingulares coniungan-
tur ad probandum miracula, & quin ſin-
gulis eorum debeat fides etiam plena ad-
hiberi, præcipuè ſi factum illud non pote-
rat per alios teſtes deponi, vt patet ex ſu-
perius dictis, præcipuè de Sanctis Homo-
bono, & Thoma Aquinate.
72 Confirmantur prędicta, nam teſtes ſin-
gulares non ſolùm ad probandum bonam
vel malam famam coniunguntur ad plenã
probationem faciendam, vt ſuperius di-
ctum eſt; ſed ſemper, quando probaretur
aliquod genus, ſiue aliquod commune,
quod ex pluribus actibus reſultat, vt eſt
exercitiũ iuriſdictionis, exactio directuũ,
& ſic de alijs, vt latiſſimè diſcurrũt Tuſc.
d. concl. 275. & Farinac. d. q. 64. Sed quis
non videat, quòd teſtes, probantes diuer-
ſa miracula, deponunt circa aliquod com-
mune, nempè quòd Deus per illum San-
ctum exercuit ſuam omnipotentiam, fa-
ciendo diuerſa miracula, & in ſignum gra
tiarum receptarum fuerunt exacti diri-
ctus ſoliti, nempe, tabellæ appenſæ fuerũt
ad ſepulcrum illius, qui eſt canonizãdus,
& dona prætioſa oblata fuerunt, & con-
ſequenter eadem, imò maior eſt ratio.
73 Quòd ſit eadem ratio, patet ex dictis,
quia cauſæ non ſunt diuerſæ, vt malè pu-
tat Abbas; vnica enim eſt cauſa miraculo-
rum, nempè ſi conſideremus efficientem,
eſt Deus, qui per interceſſionem talis ſer-
ui ſui, miracula facit. Si conſideremus cau
ſam finalem; ob quam miracula fiunt, vel
eſt ad corroborationem fidei, vel ad oſten
dendam Dei præſentiam in illo homine
per gratiam Spiritus ſancti, vt ſuperius di
ctum eſt: multiplicatio igitur miraculorũ
ſunt actus diuerſi, & quia vnus adiuuat
alium, nam omnes ſimul hũc demonſtrãt
finem, & effectum, præſentiam Dei adeſſe
in illo homine per gratiam Spiritus ſan-
cti. Idcircò optimo iure coniunguntur ad
probandum hoc genus, nempè illum Dei

ſeruum feciſſe, & facere miracula.
74 Quòd ſit maior ratio, etiam probatur;
nam omnes docent, vt teſtis, habens ad-
minicula, non ſit ſingularis, Caputaq. de-
ciſ. 288. 271. & 296. par. 3. & alij, ſed om-
nes iſti teſtes habẽt adminicula, quia vnus
deponens de vno miraculo, indicat famã
illum talem eſſe Dei ſeruum, ac ſanctum,
ſi enim Deus non eſſet cum eo, non poſſet
miracula facere, vt de Domino dicebat
cæcus illuminatus, & ſic alter coadiuuat
alterum, & conſequenter patet id, quod
aſſumpſimus, hic adeſſe maiorem ratio-
nem.
75 Poſtremò ad prædictorum omnium
confirmationem additur, quòd teſtes ſin-
gulares in multis alijs probant, & præci-
puè in factis antiquis, & eatenus hoc eſt
verum propter priuilegium antiquitatis,
quòd etiã ſi de auditu deponant, probant,
præcipuè quando publica fama concur-
rit, vel adſint alia adminicula, vt in ſpecie
ex tex. in c. licet ex quadam, de teſtib. &
alijs, probat Alex. conſi. 82. In cauſa nu. 2.
lib. 1. Capyc. deciſ. 193. in fi. Tuſch. in ſua
prax. concluſ. in verb. teſtis de auditu. con
cluſ. 180. nu. 26. cum ſeqq. nam illa admi-
nicula, iunctis depoſitionibus ſingularib.
plenam probationem faciunt.
76 Eò magis probatur factum antiquum
per conteſtes, qui a diuerſis factum illud
audiuiſſent, & præcipuè quando fama pu
blica concurrit, & ipſi teſtes deponerent
ſe ita credere, vt factũ illud eſt, ita ex tex.
in d. cap. licet ex quadam, de teſtib. notant
ibi Hoſtien. Ioan. Andr. Aretin. Abb. &
Felin. probat etiam Curt. iun. quos ſequi-
tur Surd. conſi. 135. num. 100. vol. 1. poſt
alios Tuſch. d. concl. 190. nu. 57. & ſeqq.
& in ſpecie nu. 95. & ſeqq. Conferunt latè
diſcuſſa per Maſcard. in verb. antiquum.
77 concl. 104. vbi nu. 7. cum ſeqq. † hoc etiã
procedere dicit, ſi teſtes prædicti eſſent do
meſtici: quæ omnia notanda ſunt, nam
etiam in probatione miraculorum verifi-
cari poſſunt, & conſequenter patet eſſe
probatum aſſumptum, quod probandum
aſſumpſimus de ſingularitate teſtium in
probatione miraculorum.
Vltimò pro complemento huius ma-
78 teriæ notandum eſt, † quòd licèt re-
gulariter ſoleant penes Summum Pontif.
inſtare omnes Potentatus, præcipuè illius
Regni Chriſtianitatis, vbi ſepultus eſt ca-
nonizandus; inſtare ſolent, inquam, pro
eius canonizatione, ſufficit tamen ſolus
Epiſcopus, vt patet ex ſuperius dictis; nã
ille ſolus hoc ius habet, & eò magis cum
eius Capitulo. Sic etiam Prælati, & Reli-
gioſi ſinguli cuiuſcunque religionis hoc
ius habent, petendi canonizationem ali-
cuius ſerui Dei, qui de eadem fuit religio-
ne, vt habetur in cap. venerabili. de teſtib.
vbi omnes communiter; latiſſimè Pan-
uin. in d. 2. par. relat. canonizationis Sã-
cti Bonauenturæ art. 7. præcipuè in §. cir-
ca quod dico.

Hæc ſunt, quæ mihi occurrunt in hoc
Conſilio, & vt in principio dixi, omnia
ſimul, & eorum ſingula determinationi,
& correctioni Sanctæ Sedis Apoſtolicæ
ſummitto, & cuiuslibet alterius melius
ſentientis, &c.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra principalem, poteſt mãdari exequutioni contra tertium, in quẽ fuerũt trãſlata bona, lite pendente, dummodo hic tertius non ſit clericus. nu. 1. An locum habeat ſi alienatio fiat poſt peremptionem inſtantiæ, traditur nu. 2. & nu. cum ſeqq.

Inſtantia non perit in Sacro Conſilio propter cauſarum multitudinem, & inſufflationes ſpiritus vitæ fiunt ad maiorem cautelam nume. 3. 8. 10. & num. Sic deciſum refertur iunctis aulis num. 4. Sic etiam in alijs Europæ Tribunalibus nu. 6. Refertur deciſum contrarium. num. 5. & 11. referuntur Auctores, qui tenent vt inſtantia pereat in Sacro Conſilio num. 12. quibus reſpondetur nu. 13. & ſeqq. & nu. 37. & ſeqq.

Fatalia quare currant in Sacro Conſilio, & non pereat inſtãtia, ratio traditur num. 7.

Sacrum Conſilium an repreſentet conciſtorium Principis, traditur nu. 9.

Pragmatica prima ſub tit. de inſtã. cauſ. non reſtrin. ſine expen. non procedit in Sacro Conſilio, & ratio traditur. num. 14.

Inſtantia cur non pereat in Conciſtorio Principis, aliqui dicunt, vt ſit vagatio Principis per Regnum, ſed hoc eſt merum figmentum, & vera ratio eſt ſub-

limitas

limitas talis tribunalis, & cauſarum multitudo. nu. 15. et 16.

Vitium litigioſi remanet poſt peremptã inſtantiam. nu. 17. Procedit tã quoad perpetuandam Iudicis iuriſdictionẽ, quam ad interrumpendam præſcriptionem, quàm etiam, vt impediatur rei litigioſæ alienatio, dummodo inſtantia pereat ex lapſu temporis triẽnij, & non per renunciationem litis, quod varijs medijs probatur num. 18. cum omnibus ſeqq. Et ſiepluries deciſum refertur nu. 22.

Inſtantia perempta per curſum temporis ſolùm pereunt acta ordinaria, ſed remanent alij effectus conſumati nu. 20. 21. & 28.

Vitium litigioſi non durare poſt peremptam inſtantiam, vt impediatur alienatio rei, recenſentur Auctores num. 23. Qui optimis rationibus confutantur nu. 24 25. 26.

Vitium litigioſi eſt vitium reale, rem in iuditio deductam afficiens. nu. 27.

Acta probatoria remanent poſt peremptionem inſtantiæ, niſi inſtantia pereat per renunciationem partis num. 20. & 28. vbi vera ratio traditur.

Inſtantia perempta, remanet iudicium, & per alienationem rei offenditur Iudex, fit etiam præiudicium parti nu. 29. & 30. Recenſentur tenentes contrarium nu. 31. Qui confutantur nu. 32. 33. 34. 35. & 36.

Citatio ſola perpetuat iuriſdictionem, interrumpit præſcriptionem, & facit durare vitium rei litigioſæ num. 35. Deciſio relata in contrarium per Vrſillum recenſetur, & impugnatur nu. 27. & ſeqq.

Bona in iudicio deducta, non poſſunt alienari etiam poſt peremptam inſtantiam, & ſi alienentur, non tenet alienatio, & ſententia exequetur etiam contra tertios poſſeſſores, præcipuè quando ſciebant adeſſe litem ſuper dictis bonis. num. 38. & per totum Conſilium.

AN VITIVM LITIGIOSI DVRET, perempta inſtantia, & num inſtantia currat in Sacro Conſilio.

CONS. XLVII.

Ad explicationem diſcuſſiorum par. 2. tit. de perſon. quæſt. 8. nu. 32. & ſequentib.

1 Ractaui in d. q. 8. d. num. 32. cum ſeqq. etiã in additionibus, † quòd licèt ſententia lata contra principalem, mandetur executioni cõtra tertium, qui emit rem litigioſam, vt non procedat contra clericum tertium poſſeſſorem rationibus ibidem diſcuſſis; vidi multoties hæſitatum,

2 qualiter hoc intelligi debeat, † & num habeat locum, ſi res deducta in iudicium, alienetur poſt peremptam inſtantiam, & audiui aliquando fuiſſe iudicatum per Sacrum Conſilium, vt valeat alienatio, & tertius poſſeſſor debeat audiri, aliquando fuiſſe deciſum contrarium, vt alienatio non teneat, idcircò, quia accidit hæc diſcuſſio in cauſa quorundam de Afflicto cũ quibuſdam tertijs poſſeſſoribus Starzæ, ſeu Territorij Centoris in pertinentijs Ciuitatis Auerſæ; & multi docti Viri in dicta cauſa pro, & contra ſcripſerunt, & coactus fui ego quoque ſcribere, reaſſumẽdo hincinde ſcripta, ponam ſequens Conſilium ad maiorem explicationem veritatis.

3 Primò igitur pro parte ipſorum de Afflicto adducebatur, † quòd in Sacro Conſilio non perit inſtantia, & licèt impetrẽtur inſufflationes ſpiritus vitę pro reſtauratione inſtantiæ, tales inſufflationes fiũt ad maiorem cautelam, ſed nõ ſunt neceſſariæ, quia Sacrum Conſilium repreſentat Conciſtorium Principis, in quo propter cauſarum multitudinem nunquam perit inſtantia, iuxta tex. in Auth. ſed lis. C. de tempor. appellat. & latiſſimè hanc opinionem, relatis variis Doctoribus, & antiquis, & modernis, & etiam deciſionibus probat Vincen. de Franch. deciſ. 643.

4 † vbi ſic deciſum refert, iunctis Aulis, referẽte Regio Conſiliario Marco Antonio de Ponte, doctiſſimo, & integerrimo Viro, nunc Præſide meritiſſimo eiuſdem Sacri Conſilij; & vltra ibidem cumulatis,

eandem ſententiam nouiſſimè tuetur no-
ſter de Ponte conſi. . . vol.2.pro Comi-
5 te Villæ Medianæ, † quàmuis fuerit de-
ciſum contra dictum Conſilium, vt ipſe-
met doctiſſimus Auctor mihi retulit, &
dictus Illuſtriſ. Comes fuit etiam con-
6 demnatus ad expenſas litis) † quam etiam
ſententiam tuentur plures alij, & videtur
recepta in omnibus ferè Europæ Conci-
ſtorijs, ſic bis deciſum fuiſſe in Cameræ
Imperiali refert Mynſingerius centur.2.
obſeruat.48. de quo meminit Riccius in
ſua Collectan.deciſ.par.4.cap.90. tenet ēt
Theſaur.deciſ.20. Probant Natt.cōſ.383.
Calcan.conſi.26.nu.9.Burſat.conſi.2.nu.
4.lib.1. Menoch. de arbitr. iudic.lib.1.q.
8.num. 22. Fuit etiam deciſum in Senatu
Pariſien.vt teſtatur Ioan.Vbert. Ruppel-
lañ. lib. 2. inſtitut. Forenſ. cap. 2. de quo
meminit Theſaur. loco cita. Ruin.conſil.
172.nu.6.lib.4.& poſt Bald.latè Marant.
in ſuo ſpecul.par.5.nu.15.in 2.limit.Vāt.
in tract.de nullitat.in tit. de nullit. ex de-
fect.iuriſd.ordin.nu.126. vbi teſtatur de
communi, Panciroḷ.conſi.63. num.18. &
19. Videtur etiam hoc velle Menoch.cōſ.
790.nu.8.vol.8.quamuis contrarium te-
neat, ſi eſſemus coram delegato Principis.
7 Et licèt in Sacro Conſ.currant fatalia,
quæ non currunt in Conciſtorio Princi-
pis, non tamen per hoc inferri poteſt, vt
ſit eadem ratio in inſtantia; nam reſpectu
fataliū eſt facta ſpecialis prouiſio per Re-
gias pragmaticas, vt fatalia currant, &
dum eſt ſpecialis derogatio in vno caſu,
remanet firma prouiſio in alio, nempe in
8 inſtantia, in qua eſt diuerſa ratio, † ex quo
ordinariè pereunt inſtantiæ propter mul
titudinem cauſarum, quæ actitantur in
dicto Sacro Conſilio, & hæc eſt ratio for-
malis, cur in Conciſtorio Principis non
pereat inſtantia, vt omnes docent.
9 Quodque omnia, quæ dicuntur de Cō-
ciſtorio Principis locum habent in Sacro
Conſilio, ex quo repreſentat perſonam
Regis, & eius nomine feruntur ſentētiæ,
vltra deſuper cumulatos probant Paris
de Put.in tract.de ſyndic.in verb.an dictū
capitulum.Ioan.Bapt.de Thor.in præfat.
ad compend. deciſ. Neapolita. fol.2. in fi.
Conferunt diſcuſſa per Afflict. deciſ.120.
& per Carauit.in rit. 260. nu.4. & conſe-
10 quenter luce clarius cernitur, † vt inſuf-
flationes ſpiritus vitæ fiant ad maiorem
cautelam; ſed in puncto iuris non ſunt ne-
ceſſariæ.

11 Nec vrget, quòd in cauſa dicti Comitis
Villæ Medianæ fuerit deciſum contra-
rium, prout etiam audiui, ſic etiam fuiſſe
iudicatum in eodem Sacro Conſilio anno
præterito 1615. ad relationem Conſilia-
rij Rouiti; erat enim mota lis in Magna
Curia in anno 1598. & petita remiſſio ad
Iudices artis lanæ, & datus fuerat termi-
nus ſuper petita remiſſione, & quia nihil
probatum fuerat, fuit dictum cauſa rema-
neat, & dum de tali negotio non eſſet am-
plius tractatum vſque ad dictum annum
1615. & iam actor in anno 1605. & ſic
poſt litem motam fuerat matriculatus in
dicto artificio, & exercebat artem prædi-
ctam, comparuerunt Cōſules dictæ artis,
& petierunt remiſſionem dictæ cauſæ ad
eorum Iudices, & Magna Curia prouidiſ-
ſet, vt cauſa remaneret, fuit à dicto decre-
to appellatum ad dictum Sacrum Conſil.
& prouiſum, ex quo illa lis, intentata in
dicto anno 1598. amplius non durabat,
quoniā erat perempta inſtantia, fuit pro-
uiſum malè iudicatum per Magnam Cu-
riam, & cauſam eſſe remittendam ad Iu-
dices dictæ artis, prout remiſit; ſequendo
12 eorum ſententiam, † qui tenent, vt etiam
in Sacro Conſilio pereat inſtantia, vt per
Bolognett. conſi. 28. qui loquitur in hoc
Regno, quàmuis loquatur in cauſa crimi-
nali; & quòd in Conciſtorio Principis in-
ſtantia pereat, tenent plures, quos probāt
Roland.conſi.15.per tot.volum.2. Sfort.
Odd. conſi. 11. per tot. Non, inquam, ob-
13 ſtat, † tum quia habent ſua ſydera cauſæ,
vt multoties replicatum eſt, & in hac cau-
ſa manibus proprijs palpaui multoties,
quia in hoc articulo pluries inueni ali-
quos Conſiliarios pro, qui poſtea in con-
trariam iuerunt ſententiam; tum etiam,
quoniam ſecundum noſtram opinionem
tam in Sacro Conſilio, quàm etiam in di-
uerſis Europæ Tribunalibus pluries iudi-
catum fuit, quæ quidem opinio etiam
maiori Doctorum numero firmatur, &
validioribus rationibus, vt ex dictis cer-
nitur.
14 Nec poſtremò vrget diſpoſitio Regiæ
pragmaticæ de peremptione inſtantiæ
ſub titu.de inſtant. cauſ.non reſtituen.ſin.
expenſ. quia procedit in alijs Regni Tri-
bunalibus, non autem in dicto Sacro Con
ſilio, in quo, vt dixi, inſufflatur Spiritus
vitæ ad maiorem cautelam, vt notat Præſ.
de Franch.loco cit.
15 Vltimò nec vrget aliquorum ratio, vt
in

Digitized by Google

in Conciſtorio Principis, idcirco pereat inſtantia, ex quo Princeps ſoleat vagari per eius ſtatus, ac Regna, & litigantes nō poſſunt ad eum facilè habere recurſum; quæ ratio ceſſat in Sacro Conſilio, in quo ſemper adeſt Præſes, qui poteſt inſtantias reſtaurare per in ſufflationes ſpiritus vitę; & dum Præſes abeſt, fiunt huiuſmodi inſufflationes, & cauſarum commiſſiones per iddem Sacrum Conſilium, vt eſt notoria praxis. Si quidem reſpondetur hàc
16 rationem eſſe merum figmentum, † Sed ratio vera, & formalis, vt inſtantia non pereat, eſt ſublimitas eiuſdem Conciſtorij Principis, & cauſarum multitudo, vt ſuperius dictum eſt ex text. in d. Authen. ſed iis, & in l. fi. §. ſi tam in noſtro. C. de tempor. appellat. vbi ad literam hoc dicitur, & conſequenter dum hæc omnia vigent in Sacro Conſilio, vt ſuperius dictum eſt, non eſt curandum de excogitatis figmentis.

Secundò, ſi prædicta ratio non ſufficeret, adducebatur veriorem eſſe ſententiā,
17 vt, † perempta inſtantia, remaneat vitiū litigioſi, & per conſequens ſit prohibita alienatio, & ſi bona alienētur, exequatur ſententia etiam cōtra tertios poſſeſſores, ſeruata forma capituli Regni conuentus, de quo memini d. quæſt. 8. d. nu. 32. cum ſequentib.
18 Conſiderabatur pro hac ratione, quòd, licèt variæ eſſent ſententiæ Doctor. in l. 2. C. de eden. & in l. properandum. C. de iudic. an, perempta inſtantia, duret vitiū litigioſi, & alij affirmēt, alij verò negent, alij verò dicant, vt duret vitium litigioſi, ſed non impediatur alienatio, vt nouiſſimè etiam ſequitur Lancellot. in tract. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 597. cum ſeqq. Nihilominus receptior vide-
19 tur opinio, † vt, dum vitium litigioſi durat, etiam impediatur alienatio ipſius rei litigioſæ, dum inſtantia non perit per renunciationem partis; ſed ſolùm per lapſū triennij, vt poſt gloſ. tenet Bart. in l. 1. C. de long. tempor. præſcript. Odoffred. & Innoc. quos probat Alberic. in l. properādum. nu. 12. C. de iudic. probat etiam Gozadin. in l. 2. nu. 29. C. de eden. inquiens, quòd dùm inſtantia perit; non renunciatione, ſed lapſu temporis, non tollitur effectus litigioſi, & ibid. Ioan. de Vicomercato ſub nu. 53. verſ. quidam autem ſunt effectus ex communi ſententia probat,
20 † quòd per peremptionem inſtantiæ ſolùm pereunt acta ordinaria, ſed interruptio præſcriptionis, & alienatio rei litigioſæ durant etiam poſt peremptam inſtantiam, quia iſti effectus non reſpiciunt inſtantiam, ſeu vt ibidem Purpurat. nu.
21 90. innuit, † ſunt effectus conſumati per citationem, & ſic durant etiam poſt peremptam inſtantiam; nam eius peremptio non tollit effectus conſumatos, & quòad ea, quę reſpiciunt factum ipſo iure, prout eſt interruptio præſcriptionis, & ipſa alienatio, & hanc eſſe communem ſententiam probat Anto. de Matthe. in tract. edictionis in actis ſub nu. 78. fol. 59. Alex. Ioan. de Amic. Affiict. Menoch. & alij, quos probat Borgnin. deciſ. 13. ſub num. 42. cum ſeqq. Quamuis quòad effectus conſumatos ſolùm ponat exemplum de interrupt. præſcriptionis, & ſic Sacrū Conſilium pluries iudicauit, vt perempta inſtantia, duret vitium litigioſi, & impediatur alienatio rei litigioſæ, & conſequēter ſi fuerit facta alienatio, exequatur ſententia contra tertium ſine nouo pro-
22 ceſſu, † & præcipuè anno proximè elapſo 1615. referente Conſiliario de Georgio cum interuentu Præſidis eiuſdem ſic fuit iudicatum pro Principe Collis cum Duce Barreæ, ac Principe Sancti Boni, Principiſſa enim emerat poſt peremptam inſtantiam, & prætendebat audiri, & fuit excluſa, quia etiam quòad tertium durat vitium litigioſi, & dum petijſſet beneficia, fuit etiam excluſa, vt legitur in dicto proceſſu penes Burrellum: ſic etiam in alia cauſa fuit iudicatum ad relationem Conſiliarij de Riccardo, ſic etiam domi fuit prouiſum in dicta cauſa pro D. Euſtach. Affiicto cum illis de Aurinetta, & litis conſortibus per Conſiliarium Iacobum de Franchis, qui prouidit, procedendum eſſe ad expeditionem cauſæ ſine nouo termino, & proceſſu: & dum eſſet a dicto decreto reclamatum, & obtentum verbum fieri, iam de menſe Aprilis proximè præteriti 1616. facto verbo in Sacro Conſil. fuit iudicatum benè prouiſum.
23 Sed quia multi tenent contrarium, videlicet, quòd, licèt duret vitium litigioſi, valet tamen alienatio. Bald. in l. 1. ff. de litigioſ. Salycet. in l. fi. C. eod. Iaſ. in l. 2. C. de eden. Curt. ſen. conſ. 72. & alij, quos refert, & probat Lancellott. loco cit. præcipuè nu. 599. 600. 602. & ſeqq. Affl. in conſtit. eorum fraudibus num. 16. verſ. nonus coſus. Peregrin. lib. 4. de iur. fiſc. titu. 6. nu. 39.

nu. 39. Oſaſch. deciſ. 65. num. 14. & deciſ.
144. nu. 9. Viui. deciſ. 385. Federic. Scotus
tom. 2. reſponſor. lib. 2. conſi. 1. num. 31.
Abb. & Bero. quos probat Thuſc. in ſuis
concluſ. in verb. litigioſi vitium. concluſ.
386. nu. 26. Natt. conſi. 350. nu. 5. Tepat.
variar. iur. ſententiar. titu. 145. in rubr. de
litigioſis cap. 8. §. perempta inſtantia, &
ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio teſta-
tur Vrſill. ad Afflict. deciſ. 331. & ita alias
fuiſſe etiam deciſum per Sac. Conſilium
audiui, prout etiam Romæ fuiſſe deciſum
refert Lancellott. loco cit. ſub nu. 601. &
605. Ideò examinandum duxi, quænam
iſtarum opinionum ſit verior.

24 Dico igitur primam ſententiam eſſe
veriorem, nam inconfeſſum eſt apud om-
nes poſt litem motam rem in iudicio de-
ductam eſſe litigioſam, & conſequenter
alienari non poſſe, vt cernitur apud Au-
ctores vtriuſque ſententiæ, quàmuis Au-
ctores ſecundæ teneant, vt duret vitium
litigioſi, ſed non impediatur alienatio;
quorum ſententia pugnat in terminis du-
25 pliciter. Primò, quia, † ſi durat vitium
litigioſi, ergo res eſt litigioſa; nam reſpe-
ctu rei eſt vitium, &, vt ipſi dicunt, durare
reſpectu præſcriptionis, quia remanet vi-
tium litigioſi reſpectu ipſius rei, ne poſſit
præſcribi, eodem modo durat, ne poſſit
alienari, vt dicunt DD. primæ ſententię,
quod patet; quia ſi lis dicitur perempta
poſt peremptam inſtantiam, & tamen du
rat vitium litigioſi ratione rei, ne poſſit
præſcribi, quia hic eſt effectus conſuma-
tus, durat etiam tale vitium reſpectu eiuſ-
dem rei, vt nequeat alienari; nam etiam
eſt effectus conſumatus, & conſequenter
eſt eadem ratio, quæ DD. ſecundæ ſenten
26 tiæ conuincit ad hominem. † Secundò,
quia eadem eſt cauſa, eadem eſt res, eadem
etiam eſt actio recuperãdi rem illam, quæ
per peremptionem inſtantiæ non mutan
27 tur; † nam cum vitium litigioſi ſit vitiũ
reale, afficit realiter rem ipſam, & conſe-
quenter peremptio inſtantiæ ſolùm peri-
re facit acta ordinatoria; ſed probationes
factæ in illa inſtantia, & ſic acta veritatis
indagatoria remanent, vt docet Bart. in
d. l. 2. col. pen. C. de eden. quem omnes ſe-
quuntur, vt probant Pute. deciſ. 196. lib.
2. Peregrin. conſi. 92. num. 15. vol. 1. Tor-
niola conſil. 93. nume. 31. & omnes alij,
28 † cum hac tamen diſtinctione, vt proce-
dat, quando inſtantia perimitur per lapsũ
temporis, quia ſi periret per renunciatio-
nem partis, tunc etiam acta probatoria
perirent, quoniam partes in hoc caſu in
totum renunciant iuribus ſuis, & cau-
ſa in totum tollitur, & tollitur totum iu-
dicium, ac ſi nunquam cæptum eſſet iux-
ta tex. in l. poſtquam liti. C. de pact. vbi gl.
& Bart. Alex. & alij in d. l. 2. C. de edend.
Abb. in cap. ſignificauerunt. 2. notab. col.
29 3. de teſtib. & alij omnes, † & conſequen-
ter ſi remanet iudicium, remanet etiam
Iudex, cuius iuriſdictio contenditur per
alienationem dictæ rei, remanet eadem
30 res, † & ſic præiudicium partis, ex quo
per talem alienationem ſit difficilior re-
cuperatio, dum res peruenit ad nouum
poſſeſſorem; nam ſi ex integro eſſet audiẽ-
dus, lis efficeretur immortalis, & ſolent
ſubingredi perſonæ priuilegiatæ, & pete-
re beneficia, ſiue reſtitutiones in integrũ,
& ſic actor, aut nunquam, aut vix bona
ſua recuperabit, & plus expenderet in li-
tigijs, quàm valeret res ipſa: quæ omnia
euitare debent iuſti iudices, vt pluries iu-
dicatum eſt, & conferunt dicta par. 4. titu.
de renunciat. q. 15. num. 24. cum ſeqq. &
per has rationes dicit ipſemet Lancellot.
loco cit. num. 604. in fi. eſſe ſibi efficaciter
perſuaſum pro veritate primæ ſententię,
quàmuis ipſe cõtrariam teneat, vt dictum
eſt, ſed immeritò, vt mox dicetur.

31 Nec vrgent oppoſitiones Lancellotti
contra hanc ſententiam, qui dicit, vt nec
iuriſdictio Iudicis contemnatur, nec par-
tis præiudicium adſit, nec ſit effectus con-
ſumatus, & conſequenter, dum reus ven-
dit bona, in iudicio deducta, nemini præ-
iudicium facit, dum eſt Dominus rei, &
ſic ad libitum de illa diſponit, iuxta tex. in
l. in re mandata. C. mand.

32 Siquidem gratis omnia dicit, & nullo
modo probat, imò ſunt contra ipſum om-
nes dictæ conſiderationes. Quodque adſit
contemptus Iudicis, apparet, quia iam
durat iudicium, & durat eius iuriſdictio,
quia poſt peremptionem inſtantiæ rema-
net Iudex, & conſequenter, ne reus iudi-
cem contemnat, debet ipſum adire, vt in-
terponatur decretum, inſtantiam fuiſſe
peremptam, vt docet Alberic. in d. l. pro-
perandum. nu. 12. verſ. quod vitium liti-
gioſi; nam tunc per tale decretum conſti-
tueretur conuentus in bona fide, & con-
ſequenter nullo modo Iudicem cõtemne-
ret, qui ſatis implicitè ad minus fecit de-
cretum, vt res litigioſa alienari nequeat,
quia hoc venit ex iuris diſpoſitione, quàm

ſemper

ſemper Iudex tuetur, & tueri debet, ne faciat litem ſuam, quod eſt notiſſimum, & ſucceſſiuè non eſt verum motiuum ipſius Lancellotti reſpectu Iudicis.

33 Nec eſt verum reſpectu partis, quia præiudicium eſt manifeſtum, vt patet ex dictis ſupra, nec actor præſumitur renunciare iuri ſuo; nam licet per lapſum temporis perimatur inſtantia, non tamen deſinit eſſe res litigioſa, vt ſuperius dictũ eſt, & mox dicetur, etiam quia eodem morbo laborat reus conuentus, nam ſibi imputandum eſt, cur peremptionem inſtantiæ non procurauit interponi decretum pèr Iudicem inſtātiam fuiſſe peremptam, & tantò magis, quia propter cauſarum multitudinem labitur inſtantia in Sacro Conſilio, & ſemper actores inſtant pro expeditionibus cauſarum, & ſic per Iudices deficit, quin expediātur, nec actoribus adeſt cautela ne pereat inſtantia, ſed ſolùm adeſt remediũ, vt poſt peremptionem inſtantiæ inſuffletur liti ſpiritus vitæ, quæ inſufflatio, ſi attendamus dictam deciſionem Vrſilli, non nocet tertijs, & ſucceſſiuè actor remedio deſtitutus, aut nunquam, aut vix, & cum diſpendio ſuarum facultatum in litigijs, bona, in iudicio deducta, recuperaret; quod quam ſit abſurdum, & indecens, & manifeſtè iniuſtum, ex ſe ipſo patet.

34 Poſtremò nec vrget, quod dicit num. 606. præfatus Lancellott. vt non ſit effectus conſumatus perpetuò, ſed temporaliter, nēpe, vſq; dũ durabat lis, quæ poſt peremptam inſtantiam nõ dicitur amplius pendere ex doctrina Salyc. in l. properandum. §. & ſi quidem, ſub num. 15. C. de iudic. ſi quidem hæc replicatio petit principium, cur nempè duret vitium litigioſi, quod eſt reale, & res non remaneat litigioſa, & ſic vt talis non poſſit alienari; nã etiam poſt peremptam inſtantiam adeſt

35 vitium litigioſi; † quod ſicut durat per ſolam citationem ad perpetuandam iuriſdictionẽ, & interrumpendam præſcriptionem, ſic etiam durat quòad conſtitutionem rei litigioſæ; nam hæc tria diſtinctè ponit Innocen. in cap. 1. in verb. exordium, de offic. deleg. quem probat Napod. in conſuet. ſi inſtrumentum venditionis, ſub nu. 63. verſ. tertiò in iudicio, vt alios omittam, & cõſequenter, dum eſt effectus conſumatus ad perpetuãdam iuriſdictionem Iudicis, ſic etiam ad interrumpendã præſcriptionem, vt ipſimet, cum quibus diſputamus, concedunt, non poſſunt validè negare, quin effectus rei litigioſæ etiã perpetuò duret, ne res ipſa alienari poſſit, quæ ſi alienetur, non eſt neceſſarium nouum iudicium actori, vt poſſit illam auocare a tertijs poſſeſſoribus, ſed contra illos exequatur ſententia virtute tex. cap. Regni conuentus.

36 Ex his ſequitur neceſſariò concludendum, quòd etiam ſi in Sacro Conſilio periret inſtantia, adhuc remaneret vitium litigioſi, & prohibita ſit alienatio rei in iuditio deductæ, & ſi alienetur, quàmuis excuſentur emptor, & venditor a pœnis, à iure impoſitis contra alienantes res litigioſas, nihilominus ne contemnatur iuriſdictio Iudicis, ne fiat præiudicium actori per huiuſmodi alienationes, & etiam quia remanet effectus conſumatus ita perpetuò, prout remanet ad interrumpendã præſcriptionem, debet omnino iudicari, vt ſine nouo proceſſu exequatur ſentẽtia contra tertios poſſeſſores.

37 Nec vrget deciſio Vrſilli, nam ipſemet dicit eſſe cogitandum, dum caſus euenit, & iam etiam pro noſtra opinione ſunt variæ ſententiæ eiuſdem Sacri Conſilij, & tantò magis hanc opinionem ſequi debemus, dum eſt toties iudicatum in Sacro Conſilio, vt in eo non pereat inſtantia, quia ſimul concurrit hic articulus, vt inſtantia non pereat, & quòd, ſi periret, iam remanet ſecundùm omnium opinionem vitium litigioſi quòad interrumpendam præſumptionem, & quòad perpetuandam Iudicis iuriſdictionem, & ſecundùm ſententiam magis æquiorem, & veriorem, quam tenemus, remanet etiam, vt res ipſa ſit litigioſa, & prohibetur eius alienatio.

38 Quæ omnia eò magis locum ſibi vendicant, quando tertij poſſeſſores peterent audiri ad impediendam expeditionem cauſæ ex mera calumnia, vt erat in cauſa ipſorum de Afflicto, in qua adeſt fideicommiſſum, & tertij poſſeſſores ſciebant illud adeſſe, & etiam litem in Sacro Conſilio pro recuperatione dictorum bonorum, & dum iſti tertij poſſeſſores emerunt, fecerunt interponi decretum, vt prætium liberaretur cum cautione de reſtituendo etiam in caſu euictionis, & alia pecunia erat depoſitata in banco publico, & conſequenter dum omnino bona reſtituere debebãt, & eis erat cautum pro dicto pretio, iam petitio noui termini per calumniam petebatur, & ſucceſſiuè nullo modo debe-

debebāt audiri, prout iam prouiſum fuit.

39 Vltimò non eſt facienda vis, quòd pro ſecunda ſententia plures ſint citati Doctores, quàm pro prima, nā reſpondetur quòd ſi numerentur, modica eſt inæqualitas, & etiam quia innumeri alij tenent, vt duret vitium litigioſi poſt peremptam inſtantiam, vt poſt glo. & DD. in d.l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. Crot. Ruin. Felyn. Bero. & alios ſequitur Surd. conſi. 374. nu. 3. & conſi. 429. nu. 59. vol. 3. & alij penes Marant. in tracta. de alienat. mutand. iudic. fac. nu. 94. & ſeqq. quos, vt pugnantiam vitemus, neceſſariò debemus intelligere, vt loquantur, etiam reſpectu rei, vt remaneat litigioſa, & conſequenter alienari non poſſit; & ita iuris mihi eſſe videtur, ſaluo iudicio melius ſentientis.

SVMMARIVM.

Renunciatio valida, facta per mulierem, ſeruari debet. nu. 1.

Filia renūcians per acceptilationē, & Aquilianam ſtipulationem dicitur perpetuò excluſa. nu. 2.

Renunciatio aliquando extenditur ex implicita ſcientia. nu. 3.

Renunciatio realis ſemper excludit renunciantem. nu. 4.

Renunciatio facta per filiam patri, exiſtentibus maſculis, præſumitur facta contemplatione maſculorum, & ipſis deficiētibus, ceſſat. nu. 5. 8. 19. & ſeqq. & num. 42.

Pater non præſumitur alienam prolem ſuæ poſteritati præponere, & ſic interpretanda eſt renunciatio quantumcūque generalis. nu. 6. 7. & 25.

Succedens virtute conſuetudinis Neapolitanæ non dicitur ſuccedere iure hæreditario, ſed iure ſingulari, & extraordinario, quod explicatur num. 9. & 45.

Portio debita ſecundùm noſtras conſuetudines trāſmittitur ad hæredes quoſcunque, etiam ſi non ſit agnita. num. 10.

Portio dotis debita viro ex forma ſtatuti tranſmittitur ad hæredes quoſcunque etiam non agnita. nu. 11.

Succeſſio, quæ defertur alicui ex diſpoſitione legis, conſuetudinis, vel ſtatuti, dicitur anomala, & extraordinaria, & non ex teſtamento, vel ab inteſtato debita, quod explicatur num. 12. & 13.

Renuncians non ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, non præſumitur renunciare portioni debitæ ex conſuetudine. nu. 14. & 44.

Renunciatio eſt odioſa, & reſtringi debet nu. 15. & 40. ſolùm comprehendit ius debitum ex cauſa de præſenti, vel de præterito, ſed non extenditur ad ius debitum ex noua cauſa, & ex nouo iure, quod explicatur nu. 16. 17. & 41. Etiam ſi eſſet generalis, iurata, & cū pacto de vlterius non petendo, non extenditur ad incogitata. nu. 18. Quantumuis generalis ſit non comprehēdit caſum mortis omnium maſculorum. num. 20.

Caſus, & aduerſa hominis fortuna non eſt in conſideratione. nu. 21.

Renunciatio, quantūuis iurata, & clauſulata, habet ſemper in ſe clauſulam, rebus in eodem ſtatu permanentibus, quod explicatur nu. 22. & 43.

Expreſſum dicitur in cōtractibus omne id, quod contrahentes expreſſiſſent veriſimiliter, ſi eſſent interrogati, quamuis eſſemus in exorbitantibus, quod declaratur nu. 23.

Parentum commune votum dicitur eorum hæreditatem ad filios confluere. num. 24.

Iuramentum firmat renunciationes, ſed validas, & nō auget obligationes, quod explicatur nu. 26.

Acceptilatio, & Aquiliana ſtipulatio qualiter regulari debeat, traditur nu. 27. & ſeqq. An ſuppleatur per conſuetudines. nu. 30. & 31.

Verba contrahentium explicant eorum voluntatem, & proinde adamuſſim ſeruari debent, quod explicatur num. 28. & 29.

Acceptilatio, & Aquiliana ſtipulatio non ſunt de natura renunciationis; & ideò non ſupplentur per conſuetudinem. num. 32. Nec extenduntur ad ius incogitatum, & expreſſè non renunciatum. nu. 33. & nu. 46.

Scientia implicita non obeſt renuncianti. num. 34.

Tex. in l. qui iure militari. ff. de teſtamē. milit. non habet locum in muliere, nec in minore ob illorum imbecillitatem. num. 35.

num.35. Eius verus intellectus traditur num.36.

Renunciatio, quantumuis realis, & per pactum reale facta, ſolùm extenditur ad ſpecificata, eò magis, ſi id colligitur ex voluntate contrahentium. nu.37.

Acceptilatio, & omnia alia, quæ in renunciatione continentur, regulantur ſecundum naturam eiuſdem renunciationis. nu.38.

Acceptilatio, licèt ſit actus legitimus, & non recipiat condemnationem expreſſam, recipit tamen conditionem tacitam, & legalem, quod explicatur num. 39.

SOROR, RECEPTA DOTE, renuncians ſucceſſionibus, an admittatur ad medietatem bonorum antiquorum virtute conſuetudinis Neapolitanæ non obſtante renunciatione, & quid ſi renunciatio eſſet realis, vel facta eſſet per Aquilianam ſtipulationem, & multa alia circa renunciationem generalem quænam comprehendat.

CONS. XLVIII.

Ad explicationem eorum, quæ par.4.tit. de renunciatione pluribus in locis diſcuſſa ſunt, & præcipuè quæſt.2. 3. 17. vbi de deciſione facta in hac cauſa iam mentio facta fuit.

IN cauſa Magnificę Dominæ Berardæ Cocæ contra Magnif. Ioannem Andræam Faellã conuentum dubitatur, an dicta Domina Berarda ſtante renunciatione, per eam, tempore, quo nupſit, facta, poſſit in medietate bonorum antiquorũ, & in hęreditate quondam Ioannis Bonauenturæ fratris vtrinque coniuncti dictæ Dominæ Berardæ remanſorum virtute conſuetudinis Neapolitanæ ſuccedere.

Et prima quidem fronte videtur dicẽdum dictam Dominam Berardam ad dictam bonorum antiquorum medietatem aſpirare non poſſe: renunciauit equidem bonis paternis, maternis, fraternis, & auitis vtriuſque cum pacto de vlterius ali-
1 quid non petendo, † & iuramento ſtante, dicta renunciatio eſt valida, & ſeruanda, per tex. in cap. quamuis de pact. in 6. Et conſequenter dicta Domina Berarda videtur a dictis bonis, ſeu eorum medietate excluſa.

2 Secundò pro hac parte facit, quia quotieſcunque in renunciatione interuenit acceptilatio, & Aquiliana ſtipulatio filia renuncians dicitur perpetuò excluſa, in tantum, quòd, etiam ſublatis maſculis de medio, qui ſuperuiuebant tempore renũciationis, filia ſic renuncians non poteſt patri ſuccedere, vt ſingulariter voluit Ludouic. Roman. in conſi. 22. poſt princ. & non poteſt conſiderari, quia Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio omne ius renũciantis ipſo iure auferunt, & extinguunt. l. penult. ff. de ſolu. inſti. quib. mod. tollit. oblig. §. 1. & l. Aquiliana. ff. de tranſactio. Quod quidem ius ſemel extinctum amplius reuiuiſci non poteſt. l. qui res. §. areã. ff. de ſolutio. l. ſicut. C. de repudian. hæred. Sed ſic eſt, quòd dicta D. Berarda renunciauit bonis paternis, &c. ſibi deuolutis, & deuoluendis, interueniente Aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione, ergo licèt ſint ſublati fratres de medio, adhuc dicitur ipſa excluſa per prædicta.

Tertiò corroboratur iſta opinio, quia dicta Domina Berarda ſic generaliter renuncians bonis paternis, maternis, &c. ſibi deuolutis, & deuoluendis, ſaltem implicitè ſcire, & cogitare potuit ius ſibi vigore dictæ conſuetudinis Neapolitanæ
3 competiturum; † ex qua quidem implicita ſciẽtia dicta renunciatio etiam ad iſtud ius extenditur per tex. ſingul. in l. qui iure militari. ff. de milit. teſt. vbi Bald. & Ang. quem tex. ad hoc exclamat Ange. in l. tres fratres. ff. de pact. & Ludouic. Roman. in d. conſil. 22. in 2. col. & Curti. in conſil. 1. in 1. col.

4 Quartò pro hac parte adducitur, † quòd dicta renunciatio fuit realis, vt apparet in dicta renunciatione, ibi per pactum perpetuum, & reale, &c. Quo caſu ſuccedit diſpoſitio tex. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. de feud. pater. agnatus proximior renunciauit realiter agnato tenenti feudum, talis renunciatio prodeſt, nedum deſcendentibus maſculis, ſi ſuperfuerint, ſed etiam agnatis remotioribus, & abſentibus, & fiſco, ac ſi renuncians fuiſſet de medio ſublatus, & conſequenter cùm dicta renunciatio ſit realis, dicta Domina Berarda non poteſt aliquo pacto, etiam fratribus ſublatis de medio, ad ſucceſſionem venire.

Prædictis tamen non obſtantibus intrepide dico, quòd dictæ Dominæ Berardæ dictam bonorum antiquorum medietatem petenti virtute conſuetudinis prædictæ dictam renunciationem non obſtare; pro qua opinione fundanda primo loco præmitto hanc veram, & inconcuſſam
5 cóclusionem, † quòd ſi filia renunciat patri, exiſtentibus alijs filijs maſculis, præſumitur talis renunciatio facta contemplatione maſculorum ſuperexiſtentium, quibus decedentibus, deficit renunciatio, ita dixit Imol. in l. qui ſuperſtitis in prin. & poſt eum ibi Franc. de Aret. in 4. col. cum ſeq. verſ. circa tertiam. ff. de acquir. hæred. dicens hanc eſſe veram, & communem opinionè, & procedere ex præſumpta voluntate renunciantis, & recipien-
6 tis renunciationem, † ne pater videatur voluiſſe alienam prolem ſuæ poſteritati præponere, per text. in l. cùm acutiſſimi cum noſtra C. de fideicom. & in l. generaliter. §. cùm autem C. de inſtit. & ſubſtit. Iddem voluit Salycet. in l. pactum quod
7 dotale. C. de pact. in vlti. col. ſubdens † φ renunciatio, & eius verba quantumcunq; generalia debent taliter reſtringi, quòd non videatur quis alienam prolem ſuæ poſteritati præponere per iura preallegata, iddem voluit Paul. de Caſtr. in l. pactū dotale, vbi etiam Bald. in 4. quæſt. C. de collat. & Gemin. in cap. quamuis, in fin. quem ibi latè refert, & ſequitur Philipp. Fran. in 5. col. verſ. Sextò limita, de pact. in 6. arg. l. iubemus. C. ad Velleia. & ita voluit Baldus in conſil. 391. in tertio volum. & Alexand. in conſi. 29. in 4. col. in 3. volum. vbi formaliter dicit ipſe, &
8 ideò DD. benè dicunt, † quòd ſi extant fratres maſculi, quando ſoror renunciat, præſumitur facta renunciatio contemplatione fratrum, quibus deſcendentibus, defuit renunciatio, vbi ad hoc allegat oppor tunas cotas, & iddem expreſsè Napodan. in conſuet. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. & ipſi ſucceſſores.

Ex quo infero, quòd eſto, quòd dictæ conſuetudini, ex qua dicta Domina Berarda agit, eſſet in dicta renunciatione renunciatum, prout certè non eſt, vt infra dicā, adhuc haberem intentum, quia cùm tempore, quo dicta Domina Berarda renunciauit ſupererant multi filij maſculi, vt ex proceſſatis apparet, dicta renunciatio fuit facta cōtemplatione maſculorum, quibus omnibus ad præſens mortuis, dicta renunciatio non obſtat per prædicta.

Secundò pro iſta opinione fundanda
9 præſuppono, † quòd qui venit ad ſucceſſionem iſtius medietatis, vt proximior agnatus vigore conſuetudinis Neapolit. dicitur venire, & ſuccedere iure ſingulari, & extraordinario, non autè iure hæreditario, & titulo vniuerſali, & ſic non dicitur ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed ex mera virtute conſuetudinis, & pactionis, & communis concordiæ Ciuium, vt voluit Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua in glo. ſuper verb. materna. verſ. ſed an bona, ſeu hæreditas, & in conſuet. & ſi teſtator, in glo. ſuper verb. perueniat,
10 & propterea dicit ipſe, † quòd licet portio, quę defertur ex diſpoſitione huius cōſuetudinis nō ſit agnita, tamen tranſmittitur ad hæredes extraneos quoſcunque: & idem voluit Bald. in l. ſi arrogator, in
11 2. col. ff. de adoption. dicens, † quòd portio dotis, in qua ſuccedit maritus vxori ex forma ſtatuti, tranſmittitur ad hęredes quoſcunque etiam non agnita, ex quo ibi ſuccediter titulo ſingulari, & non ordinario, & vniuerſali, quem refert, & ſequitur Alexander in conſi. 150. in 2. vol. in 2.
12 col. dicens, † quòd talis portio, quæ defertur ex forma ſtatuti, non defertur vt hæreditas, ſeu pars hæreditatis, ſed titulo ſingulari, & ideò etiā non agnita tranſmittitur ad quoſcunq; hæredes, allegans tex. in d. l. ſi arrogator in princ. de adopt. quem ibi ponderat Barto. in ſua notab. re-
13 petit. & pro hoc facit, † quia quotieſcunque defertur ſucceſſio alicui ex diſpoſitione alicuius ſtatuti, ſeu legis, non dicitur ſucceſſio ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed anomala, & extraordinaria, vt voluit glo. notab. inſtit. de eo, cui libert. cauſ. bona addicuntur. §. hoc reſcripto. verſ. ſucceſſor, & voluit Azor. in ſumma illius tituli in finalibus verb. quem refert, & ſequitur Bald. in l. ex teſtamento. C. de teſtament. manumiſ. & ita in ſpecie firmat Iaſ. in l. 1. in penul. col. verſ. tertio limitata. in lectura Paduana C. de ſacroſ. eccleſ.
14 Ex quo infertur, quòd cùm dicta Domina Berarda renunciauit tātùm ſucceſſionibus prædictis ſibi deuolutis, & deuoluendis ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt ex facie dictæ renunciationis apparet, nō poteſt dici, quòd renunciauerit ſucceſſioni ex capite dictæ conſuetudinis, quia hic caſus omiſſus remanſit in diſpoſitione iuris cōmunis per regulam. l. ſi extraneus. ff. de

ff.de condit. ob cauſ.l.ſi ita ſcriptum.ff.de
hæred. inſtit. & conſequenter dictæ Do-
minæ Berardæ virtute dictæ conſuetudi-
nis agenti dicta renunciatio non obſtat.
Corroboratur iſtud, nam ex quo in di-
cta renunciatione fuerunt tantùm iſti ca-
ſus incluſi, videlicet ex teſtamento, vel ab
inteſtato, omnes alij cenſentur excluſi per
regul.l.maritus. C. de procur. l.cùm præ-
tor. ff.de iudic. cum ſimil. & hoc maximè
15 procedit, † quia renunciatio eſt odioſa,
ergo reſtringenda per tex.in l.cum quidã.
ff. de liber.& poſthum. ita in ſpecie dixit
Bald.in conſi.437.in 2.col.in 1.vol.
16 Tertiò pro hac parte adducitur, quòd
renunciatio quælibet quantumcunque
generalis, & cum iuramento, extenditur
tamen ad ius renuncianti competens ex
cauſa de præſenti, vel de præterito, non
ad ius ex noua cauſa ſuperueniens, vt eſt
tex.notab.in cap.2.de renunc. vbi gloſ.&
DD. Quæſtio dicta procedit, etiam ſi fue-
rit expreſsè renunciatum iuri de futuro
per pactum de vlterius non petendo, vt
voluit notabiliter Ant. de Butr. in d.cap.
17 2. in princ.& in fin. † remittens enim
omne ius, quod habet, vel habere ſperat,
intelligitur ex cauſa de præſenti, vel de
præterito, & non de iure nouo ſuperue-
niente, vt formaliter inquit Bar.in l.vxor
§. diuus. ff. de adult.& idem Bart. in l.qui
Romæ.§.duo fratres, in 6.quæſtio.& poſt
eum ibi latè Alex.& Iaſ.ff.de verb. oblig.
& ita in terminis noſtris voluit Bald. in
l. pactum dotali in 6. & 13. quæſt. C. de
collation. & ita conſulendo firmat Deci.
in conſi. 266. in 3. colum.verſ. nec obſtat
in 2.vol. allegans tex.in d.cap. 2. & alia
18 iura, vt ibi per eũ. Et rõ cõſideratur, † q̃a
renũciatio quãtũcunq; generalis cũ pacto
de vlterius non petendo, & iuramento
non extenditur ad incogitata, & incogni-
ta.l. ſi de certa, & l. agi cum Geminia-
no, & l. ſub prætextu ſpecierum, iuncta
glo.in verſ.poteſt C.de tranſaction.& vo-
luit Federic.de Sen.in conſi.199. incipiẽ-
te quæritur an Domina Margarita.
19 Ex quo infero ad caſum noſtrum, quòd
cùm dictæ Dominæ Berardæ ſuperuenit
ius reſpectu medietatis dictorum bonorũ
antiquorum longè poſt renunciationem
ex noua cauſa virtute dictæ conſuetudinis
Neapolitanæ per mortem omnium ma-
ſculorum, & nouiſſimè dicti quondam
Ioannis Bonauenturę in hoc caſu tanquã
non cognito, nec cogitato ſibi dicta renũ-
ciatio non obſtat. Et quòd de hoc caſu nõ
fuit cogitatum, probat primo, quia illi re-
nunciatum non fuit, vt ſupra dixi in pro-
ximo fundamento. Secundò, eſto, quòd
20 huic conſuetudini eſſet renunciatũ † ad-
huc dico, quòd non fuit, nec præſumitur
cogitatum de hoc caſu, morientibus om-
nibus maſculis, vt in ſpecie dixit Bald. in
conſi.437.in 1.vol.in 2.col. vbi ponit hęc
formalia verba [Pone enim, quòd nemo
extaret de liberis, niſi filia renuncians cer
tè non puto de hoc caſu cogitatum] alle-
gans tex.in l.tale pactum.§.fin. vbi bonus
tex. ff. de pact. Non enim eſt veriſimile
fuiſſe cogitatum, quando filij maſculi
21 omnes morerentur, & ſine filijs, † quia
caſus, aduerſaq; hominis fortuna non eſt
in conſideratione.l. inter ſtipulantem.§.
ſacram. ff.de verbor. oblig. & ita in ſimili
conſuluit Curt. in conſi. 2. in 2. col. verſ.
prima conſideratio.
22 Et pro hoc facit, quia in renunciatione
quantumuis iurata, & clauſulata ſemper
ſubintelligitur clauſula, rebus in eodem
ſtatu manentibus, vt eſt tex.apert.vbi glo.
& communiter DD. in d.c.2. de renunc.
& voluit Paul.de Caſtr.in d.l.pactum do-
tali. C. de collation. & Iaſ. in l. quod ſer-
uus, in fi. per illum tex.ad hoc optimè fa-
cientem.ff.de conditio. ob cauſ.& ita con
ſulendo voluit Dec.in cõſi.266.in 3.verſ.
nec obſtant in 2.volum. allegans tex. in l.
quæro.§.inter locatorem.ff.locat.& l.fin.
ff. qui ſatiſdar. cogan. qui iura benè pro-
bant: rebus igitur in eodem ſtatu non ma-
nentibus, vt ſupra demõſtratum eſt, dicta
renunciatio dictæ Dominæ Berardæ non
obſtat.
23 Quartò cõprobatur iſta opinio, † quia
in contractibus cenſetur expreſſum omne
id, quod expreſſiſſent contrahentes, ſi de
eo interrogati fuiſſent tempore contra-
ctus, vt voluit Bald.in l.tale pactum. §.fin.
per gloſ.notab.ibi ff. de pact. vbi etiam la-
tè Iaſ. in vltimis verbis, dicens iſtam opi-
nionem procedere etiam in exorbitanti-
bus; & idem Bal.notabiliter in l.1. C.quæ
res pign.obligar.poſſ. & idem Bal. & poſt
eum ibi Iaſ. in prin. in l. Barbarius.ff.de
offic.Prætor.per illum tex.ibi in verb.&
ſi ſciuiſſent, & ibi eſt optimus tex. pro hac
opinione, & ita conſulendo voluit Deci.
in conſi.7.in 3.col.verſ.& hoc maximè in
1.vol.Sed certè ſi dictus Ioannellus pater
dictæ Dominæ Berardæ, recipiens renũ-
ciationem, & dicta Domina Berarda re-

nuncians fuiſſent interrogati, ſi eorum
voluntas erat, quòd renunciatio ad hunc
caſum extenderetur, nulli eſt dubium re-
ſpondiſſe, quòd non, ergo iſtud habetur
pro expreſſo per prædicta, & quod ita di-
24 xiſſent, probatur, † quia commune votũ
parentum eſt ipſorum hęreditatẽ ad filios
confluere. l.ſcripto.in fi.ff.vnde lib.l.nam
25 etſi parentibus ff.de inoff.teſtam. † Non
enim eſt veriſimile, parentes voluiſſe, ſeu
cogitaſſe alienam poſteritatem ſuæ poſte-
ritati præponere.d.l.cùm acutiſſimi.C.de
fideicõ. & d.l.generaliter.§. cum autem.
C.de inſtitut.& ſubſtit.per quæ iura ita di
xit Aug.in cõſ.52.incip.Dominus Gilius
in fine.

Et licèt ex prædictis clariſſimè appa-
reat non obſtare in contrarium adducta,
ex quo dictæ conſuetudini non fuit re-
nunciatũ,& ſic omnia contraria hac vni-
ca reſpõſione tolluntur; tamen, vt magis
ordinatè procedam, intendo ſigillatim
ad contraria reſpondere, & primò non
26 obſtat primum fundamentum, † quia fa-
teor, quòd iuramentum firmat,& validat
renunciationem,vt d.c.quãuis, in caſibus
tamen,in quibus eſt renunciatum, nõ au-
tẽ extendit renunciationem ad caſus non
expreſſos,nec cogitatos, quia iuramẽtum
nõ auget obligationes,ſed obligationibus
inductis vinculum religionis adiungit,vt
voluit Bart.Bal.& omnes in l.Titia.§.Im
perator.ff.de leg.2.latè conſuluit Curt.in
conſ.1.in 3.col.vbi allegat infinitas cotas,
ad quas me remitto.

27 Nec obſtat ſecundum,quia negatur,† ꝙ
in dicta renunciatione interuenerit acce-
ptilatio, & Aquiliana ſtipulatio, imò ex
facie dictæ renunciationis apparet con-
trarium, vt patet ibi [per Aquilianã ſtipu
lationem exinde legitimè ſubſequentem]
à quibus verbis recedendum non eſt, cùm
aliter non conſtet de eo, quod actum fuit,
vt eſt tex. in l.non aliter ff.de legat.3. latè
Bart.in l.non dubium. verſ.ſecundum du
28 bium eſt. C.de legib. † ſemper enim iſtud
videtur eſſe actum, quod ex verbis colli-
gitur, quia videtur quis habere volunta-
tem, prout verba ſonant. l.Labeo.§.idem
Tubero.ff.de ſuppell.legat.l.nepos Procu
29 lo. ff.de verb.ſign. † & ideo à verbis con-
tractus recedendum non eſt, vt eſt tex. in
l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ff.de verb.
oblig. & l. fideiuſſores magiſtratum. ff.de
fideiuſſor.Pau.de Caſt.in conſ.227.incip.
Super primo,& in conſ.161.incip.In prę
ſenti cauſa,quem refert, & ſequitur Dec.
in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regul.
iur. & cõſequenter,quia non probat nec
tempore renũciationis, nec poſt accepti-
lationem,& Aquilianam ſtipulationem
interueniſſe,ideo argumentũ non obſtat.

30 Nec obſtat ſi diceretur,quòd in caſu no
ſtro acceptilatio, & Aquiliana ſtipulatio
ſupplentur per cõſuetudinem per tex. in
l.quod ſi nolit. §.quia aſſidua.ff.de ædilit.
edi. & in l.ſi fundus.ff.de euict. & in l.fin.
vbi Bald.per illum tex. C.de fideiuſſ. cum
infinitis cotis, vt latè congerit Felin.in c.
cũ M.col.3.& 4.de conſt.& latius Dec.in
d.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iu.
in 2.col. quia reſpõdeo primò, quòd talis
31 conſuetudo non eſt probata. † Secundò
eſto, quòd eſſet probata, prædicta habent
locum in his, quæ ſunt de natura contra-
ctus,non autẽ in alijs ſubſtantialibus, quę
non ſunt de natura contractus. ita in ſpe-
cie voluit Angel.in l.licet C.locat.& con-
ſulendo Alex. in cõſ.28. in 1.col.in fin.in
2.vol.quos refert, & ſequitur Dec. in d.l.
ſemper in ſtipulationibus verſus finem.
32 † ſed Aquiliana ſtipulatio, & acceptila-
tio non ſunt de natura renũciationis, er-
go non ſupplentur per conſuetudinem,
& hoc maximè procedit, quia Aquiliana
ſtipulatio, & acceptilatio ſunt actus,qui
requirunt formalitatem verborum,vt in-
ſtit.quib.mod.toll.oblig.§. eſt autem, qui
non ſupplentur per conſuetudinem, vt
voluit Abb.in c.pen.poſt Anton.de Butr.
ibi de iureiuran. quos refert, & ſequitur
Dec.in d. l. ſemper in ſtipulationibus. in
fine.

Præterea & ſecundò reſpondetur, da-
33 to,& non conceſſo, † quod in dicta renũ-
ciatione adeſſet ſtipulatio Aquiliana, &
acceptilatio,dico,quòd non extenduntur
ad ius, quod non fuit renunciatum, nec
cogitatum, vt eſt tex.ad literam in l.cùm
Aquiliana.vbi Odd.Bar.Paul. de Caſtr.&
communis ſchola.ff.de tranſact.& gloſ.in
l.Aquiliana. ff.eo.tit. pro quo etiam facit
tex.in l.ſi de certa.cum ibi not. C.de tran-
ſact. Sed huic caſui,videlicet cõſuetudini
Neapolitanæ non fuit renunciatum, nec
de eo cogitatum, vt ſupra dixi in ſecũdo,
& tertio fundamẽto, ergo dato, quòd ac-
ceptilatio interueniſſet,adhuc non obſta-
ret.

Nec obſtat,ſi diceretur, ꝙ dicta Domi-
na Berarda ſaltem implicitè de hoc caſu
34 cogitauit,† quę implicita ſcientia ſibi de-

bet

bet præiudicare, per tex.in l.qui iure mi-
litari.ff.de milit.teſtam. quia reſpondidi,
& nunc reſpondeo ad tertium fundamen
tum. Primò, quia in dicta renunciatione
non fuit generaliter renunciatũ,ita quòd
ſub generalitate inſpicitur, comprehẽde-
retur etiam hic caſus, ſed fuit ſpecificè re-
nunciatum quibuſdam caſibus,vt ſupra
dixi in ſecũdo fundamento huius partis.
Secũdò, eſto,quòd eſſet generaliter renun
35 ciatum, † ex quo ſumus in muliere,non
habet locũ diſpoſitio d. l. qui iure milita-
ri, vt in ſpecie voluit Bald. in d.l.qui iure
mil.dicens,diſpoſitionem illius legis non
habere locum in muliere, & minore,pro-
pter eorum imbecillitatem,& ſexus fragi
litatem,allegãs Cyn.qui benè loquitur in
l.2.in 2.col.C.de reſcind.vend.& not.per
DD.in l.ſciendũ.ff.de verb.oblig. Tertiò,
dato,& non conceſſo,quòd diſpoſitio d.l.
qui iure militari. haberet locum in mulie
re,adhuc haberem intentum; eſſet enim
neceſſe,quòd conſtaret ſaltẽ per alias pro-
bationes dictã Dominã Berardam fuiſſe
hoc animo, vt etiam ex hoc capite conſue
tudinis,deficiẽtibus maſculis, renũciaſſet
36 ſucceſſioni, † vt probatur per tex. in d.l.
qui iure milit.ibi [hoc tamen animo fuit,
vt vellet quiſquis ſibi naſceretur hæredẽ
eſſe] de quo animo debet cõſtare, licèt nõ
in teſtamẽto per alias probationes, vt ibi
declarat Alber.de Roſ.Bal.Ang.& cęteri
Scribẽtes; ſed quia in caſu noſtro nec per
renunciationẽ, nec per alias probationes
de hoc animo dictę Dominæ Berardæ cõ-
ſtar,ergo argumentum non obſtat.

Nec obſtat quartum, & vltimum argu
mentum, & iſta erit generalis reſponſio
37 ad omnia in contrarium adducta, † quia
licèt ſit appoſitum pactum reale in dicta
renunciatione, tam dictũ pactum, quàm
omnes alię clauſulæ in dicta renunciatio-
ne appoſitæ quantũcunque generales re-
ſtringuntur ad ſpecificata in dicta renun-
ciatione.l.ſi de certa C.de tranſact.l.fin.§.
iddem quęſijt.ff. de condition.in d.l. ſi ex
pluribus cum ibi not.ff. de ſolution.Bart.
plenè in l. qui Romæ. §. duo fratres. in
6.q.& poſt eum ibi Alex.& Iaſ.ff.de verb.
oblig. ſed ſic eſt, ꝙ in dicta renunciatione
fuerunt tantũ duo caſus ſpecificati, vide-
licet ex teſtamento,vel ab inteſtato, ergo
ad illos ſolos omnes clauſulæ in dicta re-
nunciatione cõtentę reſtringuntur,quod
maximè procedit in caſu noſtro, in quo
partes expreſsè ſe ad ſpecificata reſtrinxe
runt, vt patet in dicta renunciatione, põ-
derando illa verba per pactũ perpetuum,
& reale de vlterius aliquid pręmiſſorum
occaſione non petendo.

Præterea dato, & non conceſſo, quòd
ſpecificè eſſet dictæ conſuetudini Neapo-
litanæ renunciatum, & interueniente
Aquiliana ſtipulatione, & acceptilatio-
ne,ac pacto reali, adhuc haberẽ intẽtum:
nam dicta renunciatio,vt latè dixi in pri-
mo fundamento, intelligitur facta contẽ-
platione maſculorum,& conſequenter tã
38 pactum reale; † quàm acceptilatio,& om
nia alia in dicta renunciatione contenta
regulantur ſecundum naturam dictæ re-
nunciationis tanquam acceſſoria, & li-
mitantur a cauſa principali dictæ renun-
ciationis per regulam acceſſorium. de re-
gul. iur. in 6. iunctis infra not. per Dyn.
filijs ergo maſculis in caſu noſtro deficiẽ-
tibus,deficit renunciatio, & omnia in ea
contenta.

39 Et ſi diceretur, quòd acceptilatio eſt de
actibus legitimis enumeratis in l.actus.ff.
de regul.iur.qui non recipiunt diem, nec
conditionem, vt d. l. actus legitimi. Re-
ſpondeo, quòd iſtud eſt verum in condi-
tione expreſſa,ſecùs autem in conditione
tacita, ſubintellecta, & legali, vt in caſu
noſtro, ita in ſpecie voluit Dec. limitan-
do illum tex.in d.l. actus legitimi.in verſ.
tertiò hoc limitatur. allegans Bald.in l. ſi
quis accepto.ff. de condit.ob cauſ. & in l.
cùm iudex.poſt gloſ.ibi C.de ſentent.

Ex quibus omnibus clariſſima infertur
concluſio, dictam renunciationem dictæ
Dominæ Berardæ virtute dictæ conſue-
tudinis agenti non obſtare. Cætera ſup-
pleat religio excellentium iudicantium.

Franciſcus Antonius Villanus.

Ex diſcuſſis per dictum virum eximium
elucidantur,vt dixi, quaſi omnia per me
diſcuſſa in d. tit. de renunciat. ſiquidem,
40 † vt renunciatio ſit ſtricti iuris,& potius
reſtringi debeat,quã ampliari; nec exten-
41 datur de caſu ad caſum, † nec ad ius com-
petens renuncianti ex noua cauſa, prout
diſcurrit à num.15.ad nu.24. iam loco cit.
q.1.& ſæpè aliàs tractatum eſt. Sic etiam,
42 † vt renunciatio facta per filiã, præſuma-
tur facta contemplatione maſculorum,
& illis mortuis euaneſcat, vt tradit nu.5.
8.19. & ſeqq. iam dixi par.3. q.9. & in d.
tit.de renunciat. q.2. num.5. & ſeqq.q.3.
43 & 17. † Quodq; renunciatio quantumuis
gene-

Digitized by Google

generalis, & iurata habeat clauſulā re in
eodem ſtatu permanente, vt tradit nu.22.
cū ſeq. iam pluribus in locis ego explicaui
hoc iddem præcipuè d.q.17.& 18.conſ.t.
44 & alibi. † Vt nō extendatur renunciatio
ad portionem debitam ex prouidentia
cōſuetudinis, vt tradit hic Doctor nu.14.
iam ego dixi in d. tit. de renunciat. q. 12.
45 & 18. Poſtremò, † vt portio debita
per has conſuetudines, non debeatur ex
teſtamento, nec ab inteſtato, & ſic titulo
hæreditario, ſed titulo particulari, & ex-
traordinario, nempe ex prouidentia con-
ſuetudinum, vt ipſe tradit nu.9. cū ſeqq.
iam egomet hoc iddē probaui par.4.q.61.
& conſequēter ſic poſſet fieri collatio cir-
ca omnia alia, quæ vir hic doctiſſimus in
hoc conſ. diſputat cum illis, quæ in dicto
opere etiam maiori cumulo Doctorum
46 ego comprobaui. † De Aquiliana ſtipu-
latione dixi d.tit.de renunc.q.6.num.40.
& ſeqq. Et ſic patet optimo iure eſſe poſi-
tum hoc conſilium, vt in princ.dixi.

SVMMARIVM.

PRofeſſio tacita non inducitur, vbi expreſſa profeſſio fieri nō ſolet, etiā ſi interuenerit quęlibet temporis diuturnitas. num. 1. & 2. quod declaratur num.29.

Habitus regularis delatio eſt præſumptio ad profeſſionem, ſed admittit probationem in contrarium nu. 3. explicatur num.30.

Profeſſio qualiter fieri ſoleat in Monaſterio S. Ligorij Ordinis S.Benedicti Neap. traditur num.4.14.& 15.

D.Gabriel Lottberius Clericus Regularis laudatur num.5.

Profeſſio alia eſt expreſſa, & alia tacita. nu.7. expreſſa qualiter fiat, traditur num.8. expreſſa alia eſt explicita, & alia implicita, quod declaratur nu.16.

Profeſſionem faciens ſecūdùm regulam, vouit tria vota eſſentialia, quod declaratur num.9.11.& ſeqq.

Promittens obedientiam in manu superioris, renunciando propriæ voluntati, dicitur profeſſionē emittere. nu.10. ſic etiam ſi dicat, Trado me tibi in monachum. nu.12.& 14.

Velum cōuerſionis quodnam ſit, & quod ſit velum conſecrationis, traditur nu. 13.& num.18.

Profeſſio tacita inducitur ex delatione habitus nu.17. ſic etiam ex ſuſceptione veli conſecrati, etiam ſi eſſet vidua, vt explicatur nu.18. ſic etiā per exercitium actuum, ad ſolos profeſſos ſpectantium, dummodo aliæ circūſtantiæ interueniant, quod explicatur nu.19. & 20. & ſic deciſum refertur nu.21. 23.& 24. Ita etiam per Pium V. fuiſſe declaratum traditur num.22.

Profeſſio tacita non datur in Religione noſtra Clericorū Regularium ex proteſtatione, quæ fit per Prælatum nouitio in ſuſceptione habitus, quod traditur num.25.

Renuncians poteſt declarare renunciationem dubiam. nu.26. remiſſiuè. Succedit, mortuis illis, quorum contemplatione renunciauit, & ſic deciſum refertur num.27.& 28.

PROFESSIO FACTA PER MONIALES non explicitè, ſed implicitè, vel tacitè, an ſit valida, vt ſi ab eis fiat renunciatio, ſit valida.

CONS. XLIX.

Ad explicationem, quæ par.4. tit. de renunciat. q.17.& 18. diſcuſſa ſunt.

ANnis elapſis maxima ſucceſſit altercatio inter quaſdam Moniales Sancti Ligorij, & quorūdam aliorum Monaſteriorum, viuentium ſub Regula Sācti Benedicti, ſi profeſſio, quæ per dictas Moniales fiebat in manu Abbatiſſæ, ſeu Presbyteri, ſiue Capellani, erat valida, adeo vt per eā obligarētur Moniales prædictæ ad obſeruantiam trium votorum, vel ad libitum exire poſsēt ex Monaſterio, & ſimul cum alijs ſuccedere, & an delatio habitus, ſuffragia in Capitulo, & alij actus, qui per profeſſas fieri ſolent, inducerēt profeſſionem tacitam: & cauſa ſucceſſit inter Sororem Corneliam Thomacellam, & Portiam, & Dianam Thomacellas ſorores vtrinq; coniūctas: & allegationes vtriuſque partis vidi, ex quibus potiora ſecernam, & ſententias in eadem, & alijs cauſis factas, referam.

Pro parte dictæ Sororis Corneliæ adducebatur præcipuè, quia in dicto Monaſterio

Digitized by Google

ſterio fieri non ſolebat expreſſa profeſſio,
& conſequenter nec etiam fieri poterat
1 tacita, ac præſumpta; † nã ex profeſſione
expreſſa infertur ad tacitã, & conſequen-
ter in loco, vbi non fit expreſſa profeſſio,
nec etiam poteſt locum habere tacita. ita
poſt Hoſt. in ſumm. de regul. §. ad quid te-
neatur. verſic. ſed & tenetur ad profeſſio-
nem. probant Gemin. in c. 1. §. quod ſi. in
gloſ. in verb. communem. de regular. Ant.
de Butr. in c. 1. nu. 2. verſ. hoc autem. in c.
ſuper eo. in 1. notab. & in c. vidua de regu-
larib. Abb. in rub. eod. tit. Feli. in c. Eccle-
ſia S. Mariȩ nu. 1. de conſtit. & alij, qui do
2 cent, † vt talis geſtiens habitum regularẽ,
nulla temporis præſcriptione, ac diutur-
nitate induci tacitam profeſſionẽ, & eſſe
in eius facultate ad ſeculum redire, nube-
re, ac ſuccedere, quod eſt clarum, quoniã
habitus nõ facit Monachũ: habitus enim
non eſt de ſubſtantialibus, ſed de acciden-
talibus ad profeſſionem, & poteſt aliquis
ſine habitus ſuſceptione profiteri, vouen-
do tria vota religionis. Abb. in c. porre-
ctum. nu. 4. extra de regular.
3 Addebatur etiam, quòd habitus delatio
eſt ſolùm præſumptio quædam inducens
tacitã profeſſionem, ſed recipit probatio-
nem in contrarium. Butr. in d. c. ſuper eo.
de regular. & in c. conſulti. nu. 8. eod. tit.
cum alijs cumulatis per And. Tiraq. de ll.
connub. glo. 7. nu. 52. Sed in facto diceba-
tur adeſſe proteſtationẽ, quòd dicta Soror
Cornelia declarauit nõ habuiſſe animum
profitẽdi ex illa habitus delatione. Igitur
videbatur, quòd ſumus in claris, vt nullo
modo eſſet profeſſa, & ſic ad libitum pote
rat exire.
Verùm ex parte dictarum Portiæ, &
Dianæ optimè reſponſum fuit allegatio-
nes ex aduerſo ruere ex facto contrario il-
li, quod pars aduerſa ſupponit. Factum
4 igitur tale eſt. † Antiqui moris fuit in di-
cto Monaſterio, vt Moniales ad annum
probationis reciperentur indutæ veſte,
ſiue tunica alba cum præciſione capillo-
rum, & coram alijs Monialibus interro-
gatæ ſingulæ alta voce ab Abbatiſſa: Vis
monachari? ſingulæ reſpondentes ter,
Volo. Elapſo anno, iterum ſolẽniter ante
Altare, celebrata prius Miſſa de Spiritu
ſancto, alijſq; cœremonijs adhibitis, præ-
ſente toto conuentu ab eadem Abbatiſſa
præcidebantur illis capilli, & induebau-
tur ampla tunica nigra, quæ eſt habitus
S. Benedicti, & imponebatur illis velum,
á Sacerdote benedictum, & ſic deinceps
admittebantur ad omnia officia tanquam
verè profeſſæ: & hic actus ſolẽnis ſemper
fuit habitus, & exiſtimatus in dicto Mo-
naſterio pro vera profeſsione, & poſt ip-
ſum actum nulli Monialium fuit liberum
à dicto Monaſterio exire, & ita plurium
teſtium depoſitionibus, omni exceptione
maiorum fuiſſe probatum, & deductũ ex
antiquo proceſſu Reuer. Sabbæ de Tufo
5 teſtatum vidi per noſtrum R. P. D. † Ga-
brielem Lottherium noſtræ Cõgregatio-
nis Presbyterum, Theologum eximium,
in ſacra Scriptura, & Patrum admodum
accuratè verſatum, ac V. I. Profeſſorem,
qui in dicta cauſa contra dictam Sororem
Corneliam ſcripſit.
6 Stante hoc facto, vana ſunt motiua par-
tis contrariæ, & ex ſeipſis corruunt, quo-
niam dictum Monaſterium eſt locus, in
quo fieri ſolet expreſſa profeſſio per actũ,
vt ſupra deductum, & conſequenter ſi nõ
adeſſet expreſſa profeſſio emiſſa per dictã
Sororem Corneliam, ad minus adeſſet ta-
cita per habitus delationem, per exerci-
tiuum actuum, qui a ſolis Monialibus pro-
feſſis fieri ſolent, & ſic pars contraria cõ-
foditur enſe proprio, nempe auctoritati-
bus, per eam citatis, & conſequenter non
eſſet opus alia iurium allegatione.
Vt autem excluſio talium Monialium
7 clarior fiat, reminiſcendum eſt, † duobus
modis profeſſionem fieri ex ſacrorum ca-
nonum diſpoſitione, expreſsè ſcilicet, &
tacitè. c. non ſolùm, & c. conſtitutionem,
de regular. in 6. & hoc eſt in confeſsũ apud
8 omnes. † Expreſsè emittitur profeſſio,
quãdo aliquis vtitur aliqua formula pro-
feſſionis, qua mentem ſuãm explicat, &
intendit religioni ſe incorporare, & in
hac forma non eſt ſubſtantiale, ſiue ex na-
tura rei, vt vtatur his, vel alijs verbis, ſed
ſufficit, vt formula profeſſionis ſit talis,
vt per illam intendat ſe Deo, & Religio-
ni tradere, ac votis aſtringere, & conſe-
quẽter in multis Religionibus earũ pro-
feſſi non vouent expreſsè paupertatem,
caſtitatem, & obedientiã, ſed ſolùm pro-
mittunt ſeruare Regulam, vel obedire
Regulæ, vel viuere ſecundùm Regulam,
vel promittunt obedientiã, & conuerſio-
nem morum ſecundùm hanc, vel illam
Regulam, ſiue ſtabilitatem, vt faciunt Be-
9 nedictini, & Carthuſiani, † & conſequen-
ter dum ſecũdùm Regulam fit promiſsio,
ſiue profeſsio, vtique expreſsè profitẽtur
caſti-

caſtitatem,paupertatem,& obedientiam,
dum hæc omnia exprimuntur in regula,
vt docent omnes,& etiam vt abſolutum
tradit Leſſius lib 2.de iuſt.& iure cap. 41.
dub.7.nu.57.& alij infra citandi.

Primo igitur glo.in d.cap.conſuluit,in
verb. ſuper Altare,& ibi etiam Innoc. in
10 verb. obedientia, docent, † vt ſola pro-
miſſio obedientiæ renunciando propriæ
volũtati in manu Abbatiſſæ ſufficiat pro
ipſa profeſſione, ſic etiam Diu. Thom. 2.
11 2.q.186.art.9.docet, † quòd ille,qui pro-
fitetur aliquam regulam, vouet regularẽ
vitam, quæ eſſentialiter in tribus votis
conſiſtit.Tertiò Abb.in cap.porrectum,
per illum tex.num.3. de regularib. docet,
12 † quòd,ſi quis dicat *Trado me tibi in mo-
nachum*,inducitur vera profeſſio,etiam
ſi voce, vel in ſcriptis non exprimantur
tria vota,dummodo recipiatur ab eo, qui
habet poteſtatem incorporandi religio-
ni,vbi etiam Innoc.in verb. profeſſio,po-
nit infraſcripta verba. [Nota ſecundum
quoſdam ſolam,& ſemper profeſſionem
alicui de regulis approbatis in manibus
eius,qui habet poteſtatem recipiẽdi pro-
feſſionem facere Monachum,quandoque
autem habitus ſumptio præſumptio eſt
vehemens voti facti, vel profeſſionis.puta
ſi ſuſcipiat in Eccleſia, & alijs ſolemnita-
tibus illius Monaſterij habitum profeſ-
ſioni deputatum,& tempore probationis
finito,& huic præſumptioni ſtatur: ceſſat
autem hæc præſumptio,ſi ſumat habitum
extra Eccleſiam , & ſine alia conſueta ſo-
lemnitate] Hæc ille. Idem Innoc.in cap.
vidua, eo.tit.de reg.in verb.conuerſionis.
iddem affirmat, & hæc ſunt eius verba.
13 [Hæc vidua , † licèt velum conuerſionis
acceperit,vel etiam profeſſionis,ideſt,qui
tantum profeſſis deputatus eſt, non tamẽ
præſumimus eã velle fieri profeſſam , niſi
aliquæ præſumptiones hoc iuuent , puta,
quia cum ſolemnitate accepit, vocatis pa-
rentibus,vel de Altari,vel in Eccleſia, vel
ſi accepit a Sacerdote cum ea ſolemnita-
te,qua conſueuit alias profitentibus dari]
Iddem probat Archid. in cap. viduas. 27.
q. 1. vbi ad verbum refert ſententiam In-
nocentij,& eam ſequitur: & probant alij
plures,quos omitto , quoniã, ſi prædicto-
rum ſingula ſufficiunt ad expreſſam pro-
feſſionem,multò magis procedunt,dum
omnia ſimul concurrunt, quoniam in di-
cto Monaſterio cõſueta eſt fieri talis pro-
14 feſſio. † Primò , vt præſentibus ſororibus
præcedat interrogatio Abbatiſsæ ei, quæ
profeſſionem emittere intendit alta voce
Vis Monachari? & illa ter reſpondet,
Volo: quod non eſt aliud, niſi ac ſi diceret
Trado me tibi in Monacham. Secũdò hic
actus cum debitis cæremonijs fieri ſolet
ante Altare , & coram Sacerdote, ſeu Ca-
pellano ipſius Monaſterij , & cum ipſius
benedictione; Tertiò,promittit obedien-
tiam Abbatiſsæ,& propriæ voluntati re-
nunciat.Quartò denique profitetur regu-
lam S. Benedicti, recipiendo amplam illã
tunicam nigram , & ſic cenſetur admiſsa,
vt cæteræ profeſsæ ad omnia officia dicti
Monaſterij, & hanc eſſe antiquam cõſue-
tudinem teſtatur Leo X. in anno 1517.in
quodam eius Breui , directo ad Moniales
prædicti Monaſterij S. Ligorij , vbi inter
15 alia adſunt hæc verba . † [Nulla alia ſo-
lemnitate ſeruata , ſe ordinem Sancti Be-
nedicti profiteri,& obſeruare, ac propriæ
voluntati renunciare promiſerunt iuxta
antiquam conſuetudinem] Itaque ſumus
in claris, vt ſit expreſsa profeſſio .
16 Sed quando hæc non eſſet expreſſa ex-
plicitè,eſſet tamen expreſſa implicitè , vt
diſtinguunt Sylueſt. in verb. religio. 3. §.
1. Addẽtes ad Abbat.in cap. conſuluit, in
verb.ſuper Altare, qui clerici, vel vouen-
tes,& in d.cap.porrectum nu. 3.Leſsius d.
dub.7.ſub nu.62.§.7. vt tria vota,& colli-
gitur ex Diu. Thom. quodlib. 1. q. 9. art.
20. nam expreſſa profeſſio explicitè eſt il-
la,quæ expreſsè voce,vel ſcriptura fit triũ
votorum,dicens, Voueo Caſtitatem,Pau-
pertatem , & Obedientiam ſecundum ta-
lem regulam,& ita hodie eſt ordinatum
fieri ex diſpoſitione Sacri Concil. Tridẽt.
Expreſſa implicitè eſt, quando quis profi-
tetur viuere ſecundum talem regulam,vel
alio modo explicito ſuperius num.8. quia
non exprimit illa tria alta voce , vel ſcri-
ptura ; ſed, dum vouet explicitè regulam,
iam implicitè vouet illa tria vota, quæ in
regula cõtinentur;& ſic vtroq; modo ha-
bemus intentum, ſiue ſit expreſſa implici-
tè, ſiue explicitè .

Secundò ad prædictorum omnium cõ-
firmationem adducebatur , quòd minimè
negari iuridicè poterat in dicto Monaſte-
rio dari ſaltem profeſſionem tacitam, nẽ-
pè per habitus delationem , per veli con-
ſecrati ſuſceptionem,& per admiſſionem
ad alia officia, quæ ſolis Monialibus pro-
feſſis concedi ſolent : quæ omnia, & eorũ
ſingula indubitatum eſt inducere tacitam
pro-

Digitized by Google

profeſſionem tam ex Sacrorum Canonũ diſpoſitione, quam etiam ex communi, imò omnium ſententia.

17 Quodque ex delatione habitus profeſſorum ex progreſſu temporis cenſeatur quis profeſſionem tacitam emittere, probat tex. ad literam in c. ex parte, de regular. vbi quidam pluribus annis habitum Monachalem portauerunt, nec tamẽ expreſsè profeſſionem fecerut, & ob id prętendebãt ſe non teneri ad tria vota regularia, & per conſequens irregulariter viuebant, nec id dicere erubeſcebant; mandat Summus Pontifex, vt poſtquam per annum habitum Monachalẽ geſtauerunt, compellerentur per cenſuras Eccleſiaſticas ad profitendum regulam ſecundum formam Ordinis, eamq; ſeruandam.

18 Iddem eſt de veli conſecrati ſuſceptione; ſcimus enim duplex eſſe velum, vnum eſt conſecrationis, qui dari ſolet Monialibus poſt quadrageſimum annum profeſſionis, vel alio modo, ſecundùm conſuetudinem religionis: alterum eſt velum conuerſionis, ſiue profeſſionis; quod nempe, imponitur conuerſis de vita ſæculari ad regularem, & ſic Monialibus profeſſis, nempe tempore profeſſionis: ita gloſ. in c. vidua, de regular. vbi Abb. & alij, quod omnes ſciunt, vt dixi: dum igitur aliqua mulier religionem ingreditur, ſponte velum conuerſionis aſſumit, & inter alias Moniales velatas in Eccleſia ſe obtulit, per hunc actum etiam ſi vidua eſſet, cẽſetur profeſſionem emittere, nec poteſt amplius ſe pœnitere, vt probat tex. ſingularis in cap. vidua, vbi omnes de regularibus.

19 Poſtremò hoc iddem probat Diu. Tho. in 4. ſenten. diſt. 38. q. 1. art. 2. in 4. reſpon. ad ſecundum, & art. 3. ad quintum. Quod dum aliquis recipit habitum, qui non cõſueuit dari, niſi profeſſis, dicitur votum ſolemnizatum facere, quia eſt profeſſio præſumpta, contra quam præſumptionẽ non admittitur probatio in contrarium, ſi ſeruentur debitæ circunſtantiæ, puta, quòd detur habitus ab eo, qui dare poſſit, & incorporare religioni, & coram Fratrum multitudine, & cum ſolita ſolemnitate; & tantò magis ſi exercuiſſet officia profeſſorum, & ex tali voto præſumpto, ſiue interpretatiuo tenetur hic talis in omni caſu ad tria principalia vota religionis. Hæc ſunt ferè verba Diui Thom. in vtroque loco, & probant omnes Canoniſt. vt eſt videre per Nauar. in comment. 4. de regularib. in c. ſtatuimus, præcipuè num. 73. & in conſi. 11. ſub titu. de regu-

20 larib. † vbi ponit caſum particularem, quòd in religione S. Baſilij ab initio fiebat expreſſa profeſſio, collabente poſtea in eadem religione regulari obſeruantia, deſijt in ea emitti conſueta profeſſio, concludit hic Doctor, quòd qui huiuſmodi religionis habitum ſuſcipit, & per tepus determinatum per Sacros Canones geſtauerit, iam cenſetur adminus profeſſionem

21 tacitam emittere, † & ita etiam fuit deciſum in conſimili cauſa per Dominos de Rot. in cauſa Monaſterij Sanctæ Patriciæ cum illis de Summa, vt habetur in deciſionib. Rotæ Roman. nouiſſimè impreſſ. par. 2. deciſ. 216. & latiſſimè poſt alios proſequitur Lemus d. c. 41. dub. 7. nu. 6. cum ſeqq. & alij, quos cumulaui par. 4. quæſt. 64. num. 12.

Cùm igitur hæc omnia probata fuiſſet contra prædictam Sororem Corneliam, nempe, quòd in dicto Monaſterio fieri ſolebat expreſſa profeſſio, quæ intelligitur facta per actus deſuper expreſſos, quos ipſamet Soror Cornelia geſſit, cũ habitũ cõſuetum, ſatis vltra annum geſtauerit, & exercitium plurimorum actuum, ad ſolas profeſſas ſpectantium, geſſerit, ſine dubio, & profeſſionem expreſſam ad minus implicitè fecerit, & omnino negari nequit,

22 quin fuerit profeſſio tacita, † & conſequenter tanquam Monialis reputari, & iudicari debebat, prout ſic per diplomata Pij V. ordinatum fuit; in quibus prædictas Moniales veras profeſſas iudicat, & dum exeunt de Monaſterio, Apoſtatas declarat, & cogit ad Monaſterium redire, iuxta gloſ. in d. cap. conſuluit, in verb. ſu-

23 ſceptus, quam omnes ſequuntur, † & ita fuit iudicatum annis elapſis contra Sorores Franciſcam Victoriam, & Beatricem Galeotas, ſic etiam contra Sorores Margaritam, Liuiam, Caterinam, & Eleonoram Caracciolas, quæ exierunt a Monaſterijs prædictis, prætendentes non emiſiſſe profeſſionẽ expreſſam, & conſequenter non eſſe re vera profeſſas; ſed fuit iudicatum eſſe profeſſas, & coactæ fuerunt redire ad Monaſterium, vt patet ex dicta ſententia lata per Paulum Taſſum Commiſſarium Apoſtolicum ad id deputatũ ex Breuibus Apoſtolicis ſub die 30. Septembris 1570. ibi [Pronũciamus dictas D. Franciſcam, Victoriam, & Beatricem

de Galeotis fuiſſe, & eſſe Moniales tacitè
profeſſas in prædicto Venerabili Mona-
ſterio S.Ligorij de Neapoli, & propterea
bona dictarum Monialium fuiſſe, & eſſe
acquiſita dicto Monaſterio, & ad illud
ſpectare, & ſpectauiſſe, &c.] Sententia
verò contra prædictas de Caracciolo fuit
die 5. Septembris 1571. prolata per eundẽ
Paulum Taſſum ibi [Pronunciamus, &
diffinitiuè ſententiamus prefatas Magni-
ficas, & Dominas Margaritam, Liuiam,
Caterinam, & Elionoram Caracciolas, vt
ſupra, Sorores principales fuiſſe, & eſſe
Moniales, & tacitè profeſſas Venerabilis
Monaſterij S.Patriciæ ordinis S.Benedi-
cti; & proinde eiuſdem Monaſterij regu-
læ, & religioni eſſe aſtrictas, prout ſic eas
Moniales, & tacitè profeſſas præſentium
tenore declaramus] a qua ſententia dum
eſſet appellatum, tandem ſub die 28. No-
uembris eiuſdem anni 1571. fuit confir-
mata, & executioni demandata, & ſic etiã
iudicatum fuit contra dictam Sororem
Corneliam Thomacellam, à qua ſenten-
tia cùm eſſet etiam appellatum, & cauſa
fuiſſet commiſſa Reuerendiſs. Iacobo Al-
dobrandino Epiſcopo Troiano, ac Nun-
tio Apoſtolico in hoc Regno, fuit ſenten-
24 tia confirmata ibi † [Pronunciamus, &
ſententiamus prædictam Sororem Cor-
neliam Thomacellam fuiſſe Monialem,
tacitè profeſſam in Monaſterio S.Ligorij
ordinis S.Benedicti, & dictam profeſſionẽ
tacitè emiſiſſe in Monaſterio prædicto,
antequam ex illo exiuiſſet, & tanquam ta-
citè profeſſam habendam, & reputandam
fuiſſe, & eſſe, & ita, &c.]

Ex his omnibus clariſſimè ſequitur, vt
hodie ſit indubitatum per ſuſceptionem
habitus regularis, & eius delationem per
tempus definitum per Sacros Canones
ad emittendam profeſſionem, ſic etiam
per exercitium actuum, ad profeſſos ſpe-
ctantium, induci tacitam profeſſionem,
45 & ad hoc euitandum in noſtra Religione
in qua non datur tacita profeſſio, vt dixi
d.quæſt.64.nu.12. dum quis ſuſcipit habi-
tum nouitiatus, expreſsè Reuerend. Pa-
ter Præpoſitus proteſtatur per hæc verba
videlicet [In primis ſcias, quòd tibi ex-
preſsè proteſtamur, quòd nulla temporis
diuturnitate, vel habitus delatione, aut
quorumcunque officiorum exercitatione
quòd nos cenſeberis eſſe profeſſus, niſi à
nobis ad expreſſam in ſcriptis profeſſio-
nẽ ritè admiſſus fueris] & ſic ceſſat omnis
dubitatio, vt non detur tacita profeſſio.

26 Inſuper aduertendum eſt, quod ea, quę
dicta ſunt in dicto tit. de renunciat. q. 16.
de renunciat. monial. & quæſt. 17. etiam
locum habeant in tacita profeſſione, ſatis
eſt enim, vt ſint profeſſæ quouis modo id
fiat. Et inſuper eò magis in profeſſione
tacita datur declaratio voluntatis, quali-
ter nempè Monialis habuerit intentionẽ
renunciandi, vt dixi in d.quæſt.17. in ad-
27 dition. ſub num.41. † Sic etiam vt euane-
ſcat renunciatio talium Monialiũ, ſi prę-
moriantur fratres ſine filijs, prout in ea-
dem quæſt. 17. diſputatum eſt, quibus ad-
di poſſunt aliæ deciſiones, ſiquidem Mo-
naſterium ſuccedit ex perſona religioſi,
non obſtante eiuſdem religioſi renuncia-
tione, ſi fratres præmoriantur ab inteſta-
to, & ſine liberis ea ratione, quoniam re-
nunciatio non ſe extẽdit ad hunc caſum,
vt etiam probant de Ponte conſi. 39. nu.
1. vol. 1. Lanar. conſi. 49. quos citatos vidi
per Petrum Antonium de Amato in alle-
gationibus D. Clementiæ Pignatellæ, ac
Monaſterij Reginæ Cœlorum cum Cæ-
28 ſare Pignatello, & refert, † ſic etiam fuiſ-
ſe deciſum in Sacro Conſilio ad relationẽ
illius eximij Viri Vincentij de Franchis
in cauſa Monaſterij Sanctæ Claræ de
Neapoli ex perſona Monialis Beatricis
de Medicis in ſucceſſione Fabij de Medi-
cis ipſius Beatricis Fratris; & hoc non
obſtante, quòd Portia de Medicis, eiuſdẽ
Fabij ſoror, prætenderet excludere Mo-
naſterium ex cauſa dictæ renunciationis;
quia, dum fratres moriuntur ab inteſtato,
& abſque liberis, renunciatio ad hunc ca-
ſum non ſe extendit, quamuis eſſet gene-
ralis, & generaliſſima, prout etiam patet
ex diſcuſſis d.q. 17. & etiam in conſi. præ-
ced. Et ideò omitto aliam diſcuſſionem in
hac materia.

29 Nec vrgent contraria, non primum
relatum num. 1. & 2. quia ex facto relato
num. 4. & 6. apparet, quòd in dicto Mona-
ſterio Sãcti Ligorij fit expreſſa profeſſio,
& ſic fuit pluries deciſum; vt patet ex di-
ctis num. 21. cum pluribus ſeqq.

30 Nec vrget ſecundum relatum num. 3.
quoniam, dum adeſt delatio habitus cum
legitimo tempore, & exercitium rerum,
quæ ad ſolos profeſſos ſpectant, iam eſt in
confeſſum apud omnes illum talem eſſe
profeſſum, nec dari probationem in con-
trarium, vt dixi nu. 19. & ad hoc euitandũ
in aliquibus religionibus fit illa proteſta-

tio

tio relata num.25.& conſequenter ex his omnibus patet reſolutio quæſtionis.

SVMMARIVM.

EXteri, vt excludantur per ciues à beneficio iſtarum conſuetudinum, traditur nu. 1. Deciſio, facta in cauſa Lemborum ad id ponderatur. num. 2. Verùm contrariam ſententiam tuetur Auctor. nu.6. cum ſeqq. & nu.46. & 47. Et verba dictæ deciſionis factæ in dicta cauſa Lemborum adducit numero 7.

Agnationis, & cognationis differentia, vt ſit ſublata per noſtras conſuetudines, traditur num. 3. Sed contrarium multis modis probat Auctor, & loca Napodani ad id expendit. nu.17. cum ſeqq. vſq; ad nu.46.

Prærogatiua gradus quando locum habeat, & quando diſtinctio bonorum. traditur nu. 4. & num.12. & ſeq. & num.20. & ſeqq.

Perſona vltimi morientis an attēdatur, vel attēdatur perſona, à qua vltimus moriens habuit bona in ſucceſſione ſecundùm noſtras conſuetudines explicatur num.5. & num. 11. cum ſeqq. & num.36.

Ciuitas Surrenti dicitur habere ſimiles conſuetudines circa ſucceſſionem conſuetudinibus noſtris. nu. 8.

Ratio conſeruationis bonorum in familia, à qua bona proueniunt, quando attendatur. nu.9. & nu.49. Præcipuè attenditur quando eſt concurſus plurium perſonarum in eadem linea. numero 50.

Statutum, vocans agnatos ad ſucceſſionē bonorum, excluſis cognatis, includit agnatos forenſes, & excludit cognatos ciues nu.10.

Remotiores in gradu in bonis maternis excludunt proximiores ex parte patris, quod explicatur num. 11. & 12. & num 28.

Mater, non autem filius attenditur in ſucceſſione bonorum vltimi morientis. nu.13. cum ſeqq.

In fideicommiſſo ſucceditur potius teſtatori, quàm vltimo morienti. nume. 14.

Pacta nuptialia æquiparantur fideicommiſſo, & ſicut in fideicōmiſſo non ſucceditur vltimo morienti, ſed teſtatori, ita euenit per huiuſmodi pacta, qđ explicatur nu.15.

Succedere an dicatur quis teſtatori, vel vltimo morienti in fideicommiſſo, & pactis nuptialibus, traditur num. 14. & 15.

Sorori in paragio an ſuccedant ſolùm fratres vtrinque coniuncti, vel etiam ſuccedant conſanguinei, traditur num.16.

Napodani doctrina in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua. nu. 136. explicatur nu. 18. Quis nam ſuccedat vltimo morienti in collateralibus lineæ aſcēdentis. Sic etiam in eadem conſuet. num.144. Vt attendatur diſtinctio bonorum in linea collaterali, non autem prærogatiua gradus. nu.22. & 23. Eiuſdem Napodani doctrina in eadem conſuet nu. 147 expenditur, & ponderatur. Sic etiam num.151. vt potius attendatur bonorū diſtinctio, quàm gradus prærogatiua, quod multis modis probatur nu.24. cum ſeqq. Sic etiam in ead. conſuet. nu. 175. quando nam nō curetur de agnatione, & cognatione, & ponderatur, vt non attendatur agnatio, & cognatio in bonis quæſitis per vltimum morientem, attendatur tamen in bonis antiquis, quod explicatur nu. 30. & 31. Eiuſdem Napodani doctrina in eadem conſuet. nu 227. & 237. declaratur qualiter nempe proximiores matris ſuccedant defuncto in omnibus bonis nu. 33. cum trib. ſeqq.

Agnati an dicantur cognati, & tanquā cognati ſuccedant defuncto, traditur num.19.

Proximiores vnius lineæ an excludant remotiores eiuſdem lineæ. nu.21.

Bonorum diſtinctio quando locum habeat, & quando prærogatiua gradus etiam in eadem linea, explicatur nu. 4. num. 12. & ſeqq. & à num. 18. ad num.46.

Bona an ſint antiqua, vel nouiter acquiſita in vltimo moriēte, attenditur perſona, à qua vltimus moriens habuit bona. nu. 37.

Subingreſſio in linea tranſuerſali non

excedit primum gradum.nu.38.

Napodani locus in conſuet.ſi quis, vel ſi qua.nu.240.& ſeq.ponderatur num. 39.& ſeqq. An attendatur bonorum origo in perſona filij vltimè morientis. Ad id etiam ponderat. r additio Stephani de Caieta num. 41. ſecundùm quam fuiſſe iudicatum in Sacro Conſ. traditur nu. 42.

Linea quoties non mutatur, attenditur bonorum diſtinctio, ſecus ſi mutata eſſet, quod explicatur num. 44. & ſeqq.

Diſponens per teſtamentum cenſetur diſponere ſecundùm loci conſuetudinē, quod explicatur nu. 47.

Proximiores matris, & proximiores ex parte matris, an ſint ijdē, vel diuerſi, & quid ſecundùm noſtras conſuetudines, traditur nu.4?.

A R G V M E N T V M.

An exteri gaudeant beneficio conſuetudinum, & ligentur earū diſpoſitione, an in ſucceſſione bonorum attandatur vltimus moriens, vel perſona, à qua vltimus moriens habuit bona, non incōcinna explicatio, & diuerſa Napodani loca ad id expenduntur, & ponderantur, & an quicquam faciat ratio conſeruationis bonorum in eadem familia, & alia plura, prout in eiuſdem Conſilij lectura proſpicietur.

C O N S. L.

Ad explicationem eorum, quæ part. 4. pluribus in locis diſcuſſa ſunt, & alibi, prout ex eiuſdem Conſilij lectura cernitur.

PRætendit Valerius de Palma excludere Ioānem Baptiſtam, & alios de Maſſa a bonis maternis Vincētij de Lega, ad dictum Vincentium peruentis à quondam Iſabella de Maſſa, eius matre, vel ſaltem cum ipſis de Maſſa æqualiter concurrere ad bona dictæ Iſabellæ de Maſſa, Rogo humaniſſimos Iudicantes, vt patienter me ſubſtineant, quoniam oportet, vltra meum morem, me prolixum hic eſſe, potius reſoluendo dubia excitata, & cumulando loca Napodani, ac eis congruam adaptando reſponſionem, quam vt cauſa hæc id poſceret, quāuis in hoc articulo varios habeam contradictores, ſed teſtor Deum, vt hæc mihi videatur veritas.

Vt igitur fundet totalem excluſionem
ipſorum de Maſſa, eo nititur fundamen-
1 to, † quoniam ipſe Valerius eſt Ciuis Nea
politanus, ſed dicti de Maſſa ſunt exteri;
quoniam ſunt Ciuitatis Surrenti: quo fit,
vt, dum tractamus de conſuetudine, quæ
agit de ſucceſſione, facto teſtamento, ſicut
exteri non ligantur dicta conſuetudine,
ita nec etiam poſſunt gaudere beneficio
eiuſdem conſuetudinis. ita poſt Bart. in l.
cunctos populos. q. 6. C. de ſumm. trinit.
& fid. cathol. & alios probat Gaſpar Ant.
Theſaur. lib. 2. quæſtion. forenſ. q. 4. nu. 4.
cum ſeqq. Et pro iſta opinione Aduoca-
tus dicti Velerij citat etiam Antonium
de Alex. in conſuetu. ſi quis, vel ſi qua. lib
nu. 174. in addit. incip. Vidi dubitari. Et
ſubdit hic Aduocatus me malè pro mea
ſentētia citaſſe hunc Auctorem par. 2. tit.
de perſon. q. 1. nu. 5. & ſubdit, quòd ean-
dem diſtinctionem ſequi videtur Capyc.
in prohem. conſuetud. in verb. diſtrictus.
in Apoſtill. incip. Ad quæſtionem factam,
ſub num. 335. & ſucceſſiuè, dum Vincen-
tius de Leo fecit teſtamentum, & in bonis
ad eum peruentis ex dicta Iſabella eius
matre, inſtituiſſet proximiores eiuſdēmet
Iſabellæ; ſequitur, vt, dum ipſe Valerius
eſt ciuis, & illi de Maſſa ſunt exteri, ipſe
Valerius ſuccedat; & illi excludantur.
2 Plus ſubdit, vt non vrgeat deciſio facta
in cauſa Lemborum, quoniam illa pro-
ceſſit, ex quo agebatur de ſucceſſione ab
inteſtato, & non ex teſtamento, vt nunc
agitur, ea ratione, quia ſucceſſio ab in-
inteſtato, quemadmodum tractat ſuper
rebus, & non ſuper perſonis, poteſt com-
prehendere exteros, quòd non facit, dum
agitur de ſucceſſione ex teſtamento; tunc
enim agitur ſuper perſonis.

Quòd ſaltem Valerius æqualiter debe-
ret admitti cum illis de Maſſa, quatenus
ipſi, vt exteri, vocarentur ad ſucceſſionē,
ex eo probat, quoniā tàm ipſe de Palma,
quam illi de Maſſa ſunt proximiores ex
dicta Iſabella, & licèt ipſi de Maſſa ſint
agnati, & ipſe de Palma ſit cognatus,
3 † tamen in hoc caſu eſt ſublata differētia
agnationis, & cognationis, ex quo conſi-
de-

deratur perſona Vincentij de Lega vltimi morientis, & ſic agnatio, & cognatio non habentur in conſideratione, ſed proximitas gradus; & ad hoc propoſitum citat Napodan. in conſuetu. ſi quis, vel ſi qua. nu. 137. 138. 147. 151. 175. & ſæpe alias. citat etiam Galp. de Leo in ead. conſuet. nu. 163. in addit. incip. Vide in gloſ.
4 Qui ſubdit, † Quòd, ſi ſint plures coniuncti ex eadem linea, & ex eadem parte, habet locum prærogatiua gradus: ſi verò nõ ſint coniuncti ex eadem parte, habet locũ diſtinctio bonorum: & tantò fortius hoc
5 debet attendi; † quia non eſt progrediendum in infinitum, ſed conſideranda eſt perſona vltimi morientis, & ſucceſſiuè, dum dicto Vincentio ſunt omnes æqualiter coniuncti, omnes vtique æqualiter ſuccedunt: & hæc ſunt, quæ vrgent contra prædictos de Maſſa.

Verùm prædictis non obſtantibus, contrariam ſententiam puto veriorem; quæ vt magis clareſcat, prius ponam factum diſtinctum, deinde meam confirmabo ſententiam, poſtremò contraria ſoluam.

Factum tale eſt, Annis elapſis Vincentius de Lega ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem Sacrum Hoſpitale Sanctiſs. Annunciationis de Neapoli, & fecit ſibi hæredes particulares proximiores ex Iſabella de Maſſa eius matre, in omni eo, quod ad illos ſpectat vigore conſuetudinis, in bonis eidem Vincentio obuentis à prædicta Iſabella eius matre.

Prætenditur in dicta inſtitutione vigore dictæ conſuetudinis includi Ioannem Baptiſtam, & alios de Maſſa, & Valerium de Palma ea ratione, vt dixi, quia omnes dicunt ur proximiores ipſius Iſabellæ: nã Ioannes Baptiſta eſt filius Deſiati de Maſſa; Octauius de Maſſa eſt filius Petri Antonij de Maſſa, Iſabella de Maſſa eſt filia Ioannis Dominici de Maſſa; nam dicti Deſiatus, Petrus Antonius, & Ioãnes Dominicus omnes ſunt fratres vtrinque cõiuncti, filij Nicolai de Maſſa, communis patris, & ſucceſſiuè ſunt, & de familia, ſeu agnatione, vt ex linea ipſius Iſabellæ, ac eius patrueles iſti, qui hodie ſuccedere prætendunt. Valerius de Palma eſt filius Hieronymi de Palma, fratris vtrinque coniuncti Portiæ de Palma, matris eiuſdẽ Iſabellæ, & conſequenter eſt conſobrinus eiuſdem Iſabellæ, & proinde dum ſublata prætenditur agnatio, & cognatio, & omnes ſunt in eodem gradu, quòd omnes æqualiter ſuccedant, ſi Valerius, vt Ciuis Neapolitanus non excluderet ipſos de Maſſa tanquam exteros: & hoc eſt factum.

Quod attinet ad fundandam meam ſententiam, non oportet multa verba effun-
6 dere quoàd illam quæſtionem, † Si exteri ligentur diſpoſitione conſuetudinum, & ſi earum beneficio gaudeant, quoniam par. 2. in tit. de perſon. quæſt. 1. latiſſimè fundatum eſt ex veriori ſententia, vt pro bonis ſitis in diſtrictu actiuè, & paſſiuè comprehendantur in diſpoſitione harũ conſuetudiuum, quæ principaliter bona reſpiciunt, vt loco citato dictum eſt; Et hanc etiam ſententiam vltra ibi cumulatos probat Bertazol. conſi. 23. vbi hanc dicit eſſe receptiorem ſententiam, & dicta quæſt. 1. num. 9. ſic retuli deciſum, præcipuè in cauſa Lemborum, & verba eiuſdẽ ſententiæ, vt patet in dicto proceſſu, tunc exiſtente penes Ciuitellam, nunc penes Ioannem Baptiſtam de Mondellis inter Scipionem Lembum cum Martino, &
7 Ioãne Paulo de Lembo, ſic habent, † [*Bene iudicatum per Magnam Curiam in admittendo ad ſucceſſionem Fabij Lembi, Ciuis Neapolitani, Ioannem Paulũ, & Marinum Lembo exteros fratres, exiſtentes in ſexto gradu tanquam eidem Fabio proximiores, excluſis Ioanne Hieronymo, Ruperto, & litis conſortibus Ciuibus Neapolitanis exiſtentibus in vlteriori gradu dicto Fabio, & etiam alijs litis conſortibus, ſubingreſſionem in locũ eorum parentum vnà cũ prædictis Ioanne Paulo, & Martino, prætendentibus, in remotiori gradu exiſtentibus eidem Fabio*] & conſequenter ſunt ita clara, vt nullo modo tergiuerſari poſſint: quæ tãtò magis procedunt in caſu noſtro, quoniam, vt teſtatur idem de Franch. deciſ.
8 295. † in dicta Ciuitate Surrenti dicitur adeſſe ſimilis conſuetudo, & ſic in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, vt eſt vulgatum axioma. Quod autẽ dicitur de teſtamento, non vrget, vt patet ex dictis, & magis inferius explicabitur.
9 Confirmantur prædicta, quoniam noſtræ conſuetudines principaliter reſpiciunt bona, & ſunt introductæ, vt bona cõſeruentur in eadem familia, à qua prouenerunt, vt ſæpiſsimè in dictis Cõmẽtarijs replicatum eſt, præcipuè par. 1. cap. 5. num. 18. Quo caſu ſuccedit regula, vt,

T 3 dum

10 † dum ſtatutum reſpicit bona, & vocat
agnatos ad ſucceſſionem dictorum bono-
rum, excluſis cognatis, etiam agnati forē-
ſes excludant cognatos ciues, quoniam
ſtatutum etiam exteros agnatos vocare
dicitur, vt poſt innumeros Doctores, &
antiquos, & recentiores probat Surd.cōſ.
343. per tot.præcipuè nu.8. volum. 3. &
conſequenter hic primus articulus eſt ci-
tra controuerſiam: quæ ſola eſt, ſi cognati
ciues ſimul cum agnatis exteris in caſu
noſtro admittantur ad ſucceſſionem.

Vt autem hoc clarius fiet, aduertatur
11 quæſò, † quòd ſi eſſet quæſtio de Vincen-
tio vltimo mortuo, tunc eſſet caſus deci-
ſus per conſuetudines, quòd dum non ex-
tant liberi, ſuccedunt proximiores ex par
te patris in bonis omnibus defuncti, præ-
terquam in bonis, quę obuenerunt eidem
defuncto a matre, vel ab aliquo de linea
materna; nam in iſtis bonis ſuccederent
proximiores ex parte matris, vt conce-
ptis verbis diſponit dicta conſuet. ſi quis,
12 vel ſi qua, vbi omnes: † quod catenus eſt
verum, vt etiam procedat, ſi eſſent remo-
tiores in gradu, nam in hoc caſu potius
attenditur diſtinctio bonorum, vt etiam
colligitur ex diſcuſſis per Napod.& alios,
quos cumulaui par.4.quæſt.56.num. 3. &
4.& fuiſſe deciſum die 8. Septēbris 1516.
per Conſiliarium Nicolaum Maioranam
in cauſa Feliciani Ianuarij, & Notarij Ia-
cobi de Caro, refert quædam additio ad
Napodan.in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua,
ſub num. 237. fol. 141. incip. Nouiſſimè
autem, vt alios omittam, nam dixi par.4.
præcipuè quæſtio.40.& 41. & ſæpè alias,
ſed in caſu noſtro non attenditur vltimus
moriens, vt ſtatim dicetur; & quando at-
tenderetur, adhuc eſſet habenda ratio
perſonæ matris, a qua ipſe Vincentius bo
na materna habuit, vt mox ſubijcietur, &
conſequenter ſolum illi de Maſſa ſuccede-
re debeant.

13 Quodque in dotibus, & ſic in bonis ma
ternis, attendatur mater, & non filius, &
ſic vltimus moriens, colligitur ex latiſſi-
mè diſcuſſis per Conſiliarium de Georgio
alleg.23.num.24.& ſeqq.& conferunt la-
tiſſimè diſcuſſa per Fontanell. in tract. de
pact.dotal.clauſ.4.gloſ.25.& quæ diſcuſſi
par.4.in tit.de renunciat.quæſt.14.& 15.
vbi in ſpecie probatum eſt, quòd ſecundū
nouum vſum Capuanæ, & Nidi ſucceditur matri, non autem vltimo morienti, &
rationes ibi diſcuſſæ, hic etiam militant,
quas non cumulo.

14 Additur etiam alia conſideratio de fi-
deicommiſſo, in quo ſucceditur potius te-
ſtatori, quàm vltimo morienti, vt poſt
alios dixi dict.par.4.quæſt. 56. in additio.
15 † & pacta nuptialia æquiparantur fidei-
commiſſo, vt ex pluribus tradunt Peregr.
de fideicommiſſ.art.51. Fontanell.d.gloſ.
25.num.5. Qui etiam docent, quòd quem-
admodum in fideicommiſſo ſucceditur te
ſtatori, & non vltimo morienti, ita fit per
huiuſmodi pacta nuptialia, & ſic in pro-
poſito etiam ratione capitulorum matri-
monialium, & ob pacta in eiſdem capitu-
lis appoſita, eſt attendenda perſona Iſa-
bellæ, & proximiores illi ſuccedere debēt
in bonis maternis dicti Vincentij, qui ei-
dem Iſabellæ ab inteſtato ſucceſſiſſent, ſi
filios illa non habuiſſet.

Poſtremò addi poſſunt diſcuſſa per eū-
dem de Franch. deciſ. 619. vbi diſputat
16 articulum, † quinam ſuccedant ſorori in
paragio illi debito, num frater vtrinque
coniunctus tantùm, vel etiam frater con-
ſanguineus? & concludit, vt conſangui-
neus ſimul cum fratre vtrinque coniun-
cto ſuccedat; & hoc ea ratione; quia, licèt
eſſet paragium debitum ſorori vtrinque
coniunctæ, & ſic effectum fuerit ſororiū,
attamen bona non mutarunt originem,
& proinde fuit conſiderata perſona pa-
tris, a quo illa bona peruenerunt, & per
conſequens æqualiter fuerunt admiſſi cō-
ſanguineus, & vtrinque coniunctus; eo-
dem modo dicam in propoſito, vt perſo-
na Vincentij vltimi morientis non atten
datur, ſed perſona Iſabellæ, à qua bona
peruenerunt, & ſicut vterinus non ſucce-
deret in dicto paragio, ita in propoſito co
gnati non ſuccedent in bonis Iſabellę, ſed
ſolùm illi de Maſſa, ex quorum parte, &
familia bona peruenerunt.

17 Vt autem prædicta magis vera demon-
ſtrem, & quòd non ſit verum in caſu no-
ſtro, vt ſit ſublata differentia agnationis,
& cognationis ſecundùm Napodan. Id-
circo hoc probabo etiam ſecundum ip-
ſum Napodanum, vt ſic ſimul reſoluam
contraria.

18 Napodanus igitur in d. conſuetud. ſi
quis, vel ſi qua. num. 136. cum ſequentib.
format quæſtionem, quiſnam ſuccedat
vltimo morienti in collateralibus lineæ
aſcendentis per hæc verba [In collate-
ralibus verò lineæ aſcendentis pone ca-
ſum. Quidam deceſſit, relictis patruo,
vel

Digitized by Google

vel amita,qui ſunt patris frater,& ſoror,
& ſunt in tertio gradu. l. Iuriſconſultus.
§. 3. ff. de gradib. & attinet ex tranſuerſo
eod.tit.l.1 §.tertio gradu. Nec non reli-
cto magno patruo, & magna amita, qui
ſunt aui paterni frater, & ſoror, & ſunt
in quarto gradu, eadem l. §. quarto gra-
du. Item relicto pro patruo, vel pro
amita, ideſt pro aui fratre, & ſorore,
qui ſunt in quinto gradu, vel relicto ma-
ximo patruo, vel maxima amita, ideſt
abaui fratre, & ſorore, qui ſunt in ſexto
gradu,eadem l. Iuriſconſultus.§.ſexto gra
du.& iſti nuncupantur etiam abpatruus,
& abamita eodem titulo.l.3.in princ. &
ſic deinceps: vel deceſſit aliquis, relictis
deſcendentibus ex prædictis maſculis,&
19 fœminis, † qui deſcendentes ſunt con-
iuncti,& agnati, & cognati ipſi defuncto
ex parte patris; nam qui deriuantur ex
fœminis ſunt cognati tantùm ſtrictè lo-
quendo. ff. de gradib. l. Iuriſconſultus. §.
cognationis ordo, licèt in larga ſignifica-
tione cognatio eſt genus, & ineſt agnatio-
ni, tanquam ſpeciei, vnde agnati dicun-
tur etiam cognati. ff. vnd. cognat. l.inter
agnatos,& propterea interdictum.Vnde
cognati competit omnibus,qui ex vno na
ti ſunt,dummodo per legem ciuilem non
vocentur. ff. vnd. cognat.l. 1. agnati verò
dicuntur, qui per maſculos coniungun-
tur.dict.l.inter agnatos. Et ſic proximio-
res ex parte patris poſſunt eſſe agnati, &
cognati defuncto,& ſic ſuccedent ſibi in
omnibus bonis,præterquàm in maternis,
& ſuccedunt ſecundùm prærogatiuam
gradus, vt proximior præferatur, & ſic
patruus, vel amita excludit magnum pa-
truum, & magnam amitam, & ſic dein-
ceps, & excludit etiam filios alterius pa-
trui,vel amitæ, qui ſunt ſibi nepotes;filij
fratris,& ſunt defuncto fratres conſobri-
ni,& hoc eſt ēt de iure communi.C. cōm.
de ſucceſſion.l.auunculo.] Hæc Napoda-
nus, & Sacrum Conſilium iudicauit ſe-
cundùm doctrinam eiuſdem Napodani,
vt teſtatur Vincen.de Franch. deciſ. 157.
20 & deciſ.412. † Sed hoc non videtur fa-
cere ad caſum noſtrum, quoniam Napo-
danus ponit quæſtionem in collaterali-
bus lineæ aſcendentis, & ſic eiuſdem fa-
miliæ, & lineæ maſculinæ, vnde bona
peruenerunt. Et cùm omnes tales colla-
terales ſint eiuſdem lineæ,& familiæ,ſuc-
21 cedit regula, vt, † dum vna eſt linea, iam
proximiores eiuſdem lineę excludant re-
motiores, quod etiam procedit in bonis
maternis, vt ipſemet Napodanus docet
nume. 138. & ſequentib. Sed in caſu no-
ſtro ipſi de Maſſa ſunt tantùm de linea,
vnde bona peruenerunt, & Valerius
non eſt de dicta linea materna, vnde
bona peruenerunt. Igitur ex diuerſis non
fit illatio.

22 Quodque hoc ſit verum, vt etiam di-
ſtinctio bonorum attendi debeat ſecun-
dùm eundem Authorem,hoc patet ex ſe-
quentibus verbis eiuſdem Napodani ſub
num.144. quæ ſic habent [Item pone ca-
ſum in fratribus conſobrinis, quorum
triplex eſt ſpecies, nam quidam vocantur
patrueles, qui ex duobus fratribus pro-
creantur; quidam conſobrini, quaſi con-
ſorini,qui ex duabus ſororibus naſcũtur;
quidam amitini,qui ex fratre, & ſorore
proueniunt, licèt omnes communi vſu
conſobrini dicantur. ff. de gradib. l. 1. §.
quarto gradu. Vnus igitur præfertur al-
teri ſecundùm diſtinctionem bonorum,
& coniunctionis maternæ, ſeu paternæ,
ſecundum cenſuram huius cõſuetudinis:
licèt enim inter eos ceſſet prærogatiua
gradus, vt infra verſ. ſed ſi morienti, &
conſuet. ſeq. non tamen ceſſat prærogati-
ua coniunctionis, & per conſequens bo-
norum diſtinctio ſecundum hanc con-
ſuetudinem; ſed,ſi morienti,non loquitur
in fratribus conſobrinis;vt ibi dixi] hæc
Napodanus, qui, vt credo, non poterat
23 clarioribus verbis loqui, † vt attendatur
non iam prærogatiua gradus, ſed præro-
gatiua coniunctionis; & bonorum diſtin-
ctio: & ideò, dum iſti de Maſſa ſunt con-
iuncti dictæ Iſabellæ, & ex eius familia,
& parte illius bona peruenerunt, quòd
ipſi de Maſſa excludāt dictum Valerium,
etiam ſi eſſet proximior in gradu, dum
non attenditur prærogatiua gradus, ſed
prærogatiua coniunctionis, & ſic bono-
rum diſtinctio.

24 Hoc magis exprimit ipſe Napodanus
ibidem nume.147. vbi ſic habet [Inter
iſtos autem fratres amitinos, ſeu ſorores
talis eſt ſucceſſio, vt ego filius fratris ſuc-
cedam tibi,qui es filius ſororis patris mei,
quæ eſt mihi amita,in bonis ipſius matris
tuæ amitæ meæ, cùm ſim tibi proximus
ex parte matris tuæ, & ſum de linea eius,
& propterea debeo tibi ſuccedere in bo-
nis maternis tuis, quæ poſſunt dici quòad
me bona amitina; & è contra tu potes
mihi ſuccedere in bonis omnibus, & pa-

tris

tris mei,auunculi quidem tui,cùm ſis mihi proximus ex parte patris mei per matrem tuam, ſororem patris mei, & ſis de linea eius; ſed non in bonis matris meæ; cùm ad illa veniant proximiores ex parte matris meæ.]

Hęc verba magis ſpecificant hunc arti-
25 culum,† vt non ſolùm attendatur proximitas gradus, ſed potius bonorum diſtinctio, & ad illa bona etiam nati ex fœminis ſuccedant, ſi matres eorum erant ſucceſſibiles, prout explicaui poſt alios par. 4. quæſtio. 30. num. 13. quæſt. 32. quæſt. 35. num. 12. & ſequentib. Itaque potius Napodanus meam confirmat ſententiam, quàm vt ſit contra illam, vt etiam ſubdit
26 in eadem conſuetud. num. 151. ibi † [Sed quæro, quæ prærogatiua eſt potentior, & magis attendenda bonorum, an gradus? Reſpondeo, bonorum; nam in bonis maternis præferuntur coniuncti ex parte matris, etiam ſi ſint remotiores, quàm coniuncti ex parte patris, & è contrà; ſed inter ipſos coniunctos ex parte matris attenditur proximitas, vt hac conſuet. in princip. ſecundùm prædictas poſitiones, niſi ſint fratres, & deſcendentes ex fratribus, vt infra, verſiculo ſed ſi morienti.]
27 † & poſt nume. 155. tradendo reſolutionem, quando attendatur diſtinctio bonorum, dixerat enim nu. 152. & ſequentib. vt, quando eſt controuerſia inter lineam, & lineam, ceſſet prærogatiua gradus, & bonorum diſtinctio; ſed quando eſt controuerſia inter eos, qui ſunt in eadem li-
28 nea, ſubdit hæc verba † [Aut eſt controuerſia inter eos, qui ſunt in eadem linea, & tunc aut ſunt coniuncti ex eadem parte, puta patris, vel matris, & habet locum prærogatiua gradus, & bonorum diſtinctio inter ſe ipſos, puta, Auus paternus excludit proauum maternum in bonis maternis, & alijs; & ſic auus paternus excludit proauum paternum in bonis paternis, & alijs, vt hac conſuetudine ibi, proximiores; ſi verò ſunt in eadem linea, non autem ex eadem parte coniuncti, puta, Deceſſit quis, ſuperſtitibus aſcendentibus ex patre, & matre, qui omnes ſunt in linea aſcendente; certè hoc caſu eſt è contra, quia habet locum bonorum diſtinctio, & non prærogatiua gradus.]
29 † Itaque Napodanus ſemper in eadem linea potius bonorum diſtinctionem, quàm prærogatiuam gradus attendit; & ſucceſſiuè, dum bona, de quibus agimus, proueniunt ex parte matris, nempe, ex familia de Maſſa, vtique iſti de Maſſa hodie ſuccedunt, excluſo penitus dicto Valerio; qui, licèt ſit de collateralibus lineæ aſcendentis, non tamen eſt ex illa parte, vnde bona peruenerunt.

Ex his cernitur, vt Napodanus in dict. conſuetu. ſi quis, vel ſi qua. num. 137. 138. 147. & 151. quæ loca pro dicto Valerio citantur, mihi non videantur pro ſua opinione, ſed contra illam, ni fallor, facere, cum potius meam confirment ſententiam.

30 Citatur etiam pro Valerio idem Napodanus in eadem conſuetud. num. 175. & ſupponitur, vt Napodanus expreſsè doceat, vt non curetur de agnatione, & cognatione; ſed ponam verba eiuſdem Napodani, quæ ſunt, videlicet, [Item quid in bonis, à defuncto quæſitis? reſpondeo, videtur ex hoc ſigno vniuerſali, quòd ſuccedant proximiores ex parte patris, & in hoc videtur corrigi ius commune, à quo ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis in bonis à defuncto quæſitis, vt notant Doctores C. commun. de ſucceſſion. Authen. itaque. Sed dic, non corrigi totaliter; nam poſſunt eſſe proximiores ex parte patris, & eſſe cognati, vt dixi ſupra proxima gloſa, & ſic non curatur hic de agnatione, & cognatione. Corrigitur tamen in hoc caſu; quia, ſi defunctus habet fratrem conſanguineum, & fratrem vterinum, de iure communi in bonis defuncto quæſitis, ſuccedent æqualiter dicta Authen. itaque. Sed de hoc iure municipali ſuccedit frater conſanguineus tantùm, quia eſt proximus ex parte
31 patris, vt hic] † Hæc verba non ſunt contrà ipſos de Maſſa; nam aliud eſt quęri de bonis nouiter quæſitis, & aliud de bonis antiquis. In bonis, nouiter quæſitis, iam ſecundùm has conſuetudines ſuccedunt vltimò morienti proximiores ex parte patris, ſiue ex maſculis proueniant, ſiue ex fœminis, vt etiam dicit num. 168. dummodo fœminæ ſint ſucceſsibiles, vt dictum eſt dicta par. 4. quæſt. 30. num. 13. & quæſtio. 32. Sed in bonis antiquis non loquitur hic Napodanus, & in illis locutus eſt in locis citatis ſuperius, vbi docet attendendam eſſe diſtinctionem bonorum, & illi ſuccedant, qui ſunt coniuncti ex eadem parte, vnde bona peruenerunt, excluſis alijs eiuſdem lineæ, etiam ſi eſſent proximiores in gradu, & ſic non facit ad Rumbum. Nec

32 Nec vrget additio Gaſparis de Leo, nam ſic habet fol. 121. [Vide in gloſ. in verb. ex parte, hic proximè num. 167. in gloſ. prima, vltim. colum. & nota, quòd vult dicere, quòd non attenditur proximitas in gradu in caſu verſiculi ſed ſi morienti. Sed quando tractatur de ſucceſſione paterna: in alijs, ſi ſunt ex eadem linea, & ex eadem parte, habet locum prærogatiua gradus: ſi verò non ſunt ex eadem parte, habet locum diſtinctio bonorum, vt dixi in gloſ. 1. colum. fin. ſupra num. 152.] hæc ibi: quæ verba mihi videntur contra dictum Valerium, nam, vt ex eius lectura cernitur, tunc habet locum proximitas gradus, quãdo ſunt proximiores ex eadem linea; & ex eadem parte; ſed, quando non ſunt ex eadem parte, vnde bona peruenerunt, prout eſt in caſu noſtro, tunc attenditur diſtinctio bonorum, & ſic additio prædicta meam potius confirmat ſententiam, quàm illam impugnet.

33 Poſtremò adducitur Napodanus in eadem conſuetud. num. 227. in fi. & num. 237. & Napodanus dicto num. 227. format quæſtionem, quinam ſuccedat vltimo morienti in bonis, quæ defuncto obuenerunt titulo lucratiuo à matre, vel ab aliquo de linea materna, & relatis varijs opinionibus, hoc dicit. [Sed certè ego teneo, proximiores matris ſuccedant in omnibus bonis, quæ obuenerunt defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna quocunque titulo lucratiuo; & per hoc facit benè text. infra titu. 1. l. ſi qua moriens, & quæ dixi eodem titu. l. 1. & latius infra de contract. per virum, & vxorem celebrat. l. ſi mulier, licèt enim talia bona obuenerunt ex cauſa meritorum, ab illis tamen propinquis ſibi obuenerunt, & donatio eſt, quæ nomen aſſumit remunerationis, vt not. in dict. §. conſuluit. Secùs, ſi ex titulo non lucratiuo, vt

34 eſt dictum.] † Hic locus Napodani non meretur, ni fallor, allegari pro contraria ſententia, quia tantùm probat, vt proximiores ex parte matris in dictis bonis ſuccedant, ſed quòd ſuccedant illi proximiores lineæ, ex qua bona non peruenerunt, hoc Napodanus non dicit, & proinde, ſi aliquis id dicere velit, non nitatur Napodani auctoritate.

35 In dicto nume. 237. nec video aliquid eſſe contrarium; ſolùm enim docet vſque ad quem gradum ſuccedant proximiores ex parte matris, ſi vltra ſeptimum gradũ detur talis ſucceſſio, & conſequenter mihi videtur non facere ad caſum.

36 Nec vrget ratio, quòd, niſi teneremus opinionem, vt attendatur perſona vltimi morientis, procederemus in infinitum; Nam reſpondetur negando aſſumptum, quia ſiſtimus in illa perſona, à qua vltimus moriens habuit bona, & ita ſiſtendum eſt tam ſecundùm hoc ius commune, quàm ſecundùm hoc ius conſuetudinarium. Quòd ſecundùm ius commune inſpici debeat perſona, qua mediante, defunctus habuit bona, probat Caſtrẽ. in l. quod ſcitis. C. de bon. quæ liber. & probant etiam alij, quos ſequitur Barboſ. in l. poſt dotem. num. 74. ff. ſolut. matrim. & refert deciſum Grammat. deciſ. 9. vt alios omittam. Secundùm ius conſuetu-

37 dinarium etiam eſt clarum, † quia an bona ſint antiqua, vel nouiter acquiſita in vltimo moriente, inſpicitur perſona, à qua bona peruenerunt, vt latiſſimè poſt alios probaui par. ſecunda titu. de bonis.

38 quæſt. 17. & 21. † Et etiam procedit in ſubingreſſione in linea tranſuerſali, vt nõ excedat primum gradum, vt dixi part. quarta quæſtio. 36. num. 10. cum ſequentib. Et conſequenter in caſu noſtro, ſiſtimus in perſona ipſius Iſabellæ, nec vlterius progredimur, & ſic motiuum non ſubſiſtit.

39 Vltimò pro Valerio adducitur doctrina eiuſdem Napodani in dicta conſuetu. ſi quis, vel ſi qua. num. 240. vbi Napodanus diſputat articulum, Si bona materna perueniant ad filios, an mutet originem, & conſequenter non attendatur amplius perſona matris, à qua bona peruenerunt, ſed attendatur ſolùm perſona filij vltimi morientis? & cumulatis varijs rationibus tam pro parte matris, vt attendatur bonorum origo, quàm ex parte filij, vt ſit mutata origo bonorum per mutationem perſonæ, in fine tandem ſic concludit

40 paulò ante num. 241. † [Sed fortiter obſtat eis, quia, quando fuit mortuus primus frater vtrinque coniunctus ſucceſſit ei alius frater vtrinque coniunctus vnico iure, videlicet, tanquam coniunctis ex parte patris vocatus ad totam ſucceſſionem per hanc conſuetudinem, non autem duplici iure, videlicet in bonis maternis, vt proximior ex parte matris, & in paternis, vt proximior ex parte patris, quia nunquam agnatis ſucceditur per-

unde

unde cognati, vt in principio dixi, & ſic
cum in eadem perſona concurrant agna-
tio, & cognatio, ſolùm iure agnationis
ſucceditur, & ſic vt proximior ex parte
patris, & ſic tota prædicta fraterna ſuc-
ceſſio cenſetur obueniſſe ſuperſtiti fratri,
vtrinque coniuncto iure proximitatis ex
41 parte patris] † Verùm nec iſta verba
quicquam vrgent; nam vel tenemus ſen-
tentiam dicentium verba prædicta non
eſſe Napodani, & ſumus in claris, nec ege-
mus alia reſponſione, & iam Stephan. de
Caiet. ibidem fol. 143. ſic habet. [Si ergo
Titius, & Martinus ſucceſſerunt matri
in dotibus æqualiter, & poſtea Titius
ſucceſſit Martino, ſi moritur Titius ab
inteſtato, proximiores ex parte matris
ſuccedũt in medietate, in qua ipſe Titius
matri ſucceſſerat, ſed in alia medietate,
in qua ſucceſſerunt Martinus, & poſtea
ipſe Titius Martino, tanquam bonis pa-
ternis ſuccedunt proximiores ex parte
patris: vnde, ſi Titius teſtetur, tenetur
relinquere medietatem medietatis ſuæ
proximioribus ex parte matris, & ſimili-
ter medietatem medietatis Martini pro-
ximioribus ex parte patris per gloſ. iſtam
in verb. materna.] hæc ille, vbi Capye.
42 † ſic iudicatum refert per Sacrum Conſi-
lium in lite hæreditatis quondam Iacobi
Puderici, contra cuius teſtamentum ve-
niebant agnati ſui, & conſequenter etiam
vltra perſonam matris eſſet facienda di-
ſtinctio bonorum.

43 Secundò reſpondetur, quòd etiam ſi
dicta verba eſſent Napodani non vrgent.
Primò, quia loquitur dubitatiuè ibi (Sed
fortiter obſtat eis) & conſequenter dici
44 poteſt, quòd nihil affirmet. † Secundò,
quia intelliguntur verba prædicta, quan-
do eſſet mutata linea, vt ibidem fol. 144.
dicit quædam additio ibi [Secus ſi linea
eſſet mutata, vt tenet Napodan. infra
num. 242. verſic. ſed pone mater, qui hoc
modo reducitur ad concordiam] & cla-
rum eſt, quòd, quando linea eſt mutata,
non attenditur amplius diſtinctio bono-
rum, quæ ſolùm attenditur, quando du-
rat eadem linea, vt poſt Piſanellum pro-
baui par. 4. quæſt. 39. nu. 11. cum ſequen-
tib. & ſucceſſiuè nihil contra meam ſen-
tentiam facit.

45 Tertiò reſpondetur non facere ad ca-
ſum noſtrum, quia ibi iam omnes filij
ſucceſſerunt in bonis maternis, &
poſtea vnus ex filijs ſucceſſit alteri, &
conſequenter hæc ſucceſſio prætendi po-
terat iure agnationis, cùm frater ſuccedat
fratri iure agnationis potius, quamuis in
eo ſit agnatio, & cognatio: ſed hic non
eſt caſus noſter, nam Vincentius de Lega
ſolus ſucceſſit Iſabellæ de Maſſa eius ma-
tri, & ſic tam ſecundùm veritatem, quam
etiam ſecundùm doctrinam eiuſdem Na-
podani, vt toties ſuperius replicatum eſt,
attenditur perſona matris, nec adeſt con-
fuſio bonorum, nec etiam mutatio lineæ,
& conſequenter a primo ad vltimum
concluditur, vt omninò iudicandum ſit
in beneficium ipſorum de Maſſa, cum ſit
ex parte, vnde bona peruenerunt, excluſo
penitus dicto Valerio de Palma.

46 Nec vrget prætenſio de teſtamento,
nempè, quòd, dum Ciuis diſponit, iam
ad libitum diſponit, & exteri tunc non
gaudeant beneficio conſuetudinum. Pri-
mò, quia contrariam ſententiam eſſe ve-
riorem probaui in dicto titulo de bonis
47 quæſt. 1. Secundò, † quia Vincentius vo-
cauit ad ſucceſſionem bonorum Iſabellæ
proximiores eiuſdem Iſabellæ, & ideò
eos, qui ab inteſtato ſuccederent, ſeruata
forma conſuetudinis, quoniam ſic eius
voluntas præſumitur, etiam ſi id non ex-
preſſiſſet, vt poſt alios dixi par. quarta
quæſtio. 65. num. 62. cum ſequentib. &
conſequenter ſi etiam ſecundùm aduerſa-
rium vocantur exteri ad ſuccedendum
ab inteſtato, etiam in bonis intra diſtri-
ctum, & Vincentius eos inſtituit, quos
conſuetudo vocat, nempè eo modo, &
forma, vt ipſi ad ſucceſſionem ex conſue-
tudine vocantur, iam ſumus in claris, vt
iſti de Maſſa ſuccedant, excluſo penitus
dicto Valerio.

Nec vrget replicatio cuiuſdam viri nõ
48 contemnendæ auctoritatis, † vt conſue-
tudines vocent proximiores ex parte
matris; itaque quouis modo ſint proxi-
miores, ſatis eſt; & ꝙ meum motiuum
procederet, ſi conſuetudines vocaſſent
proximiores matris; Quia motiuũ ſubti-
le eſt, non ſubſiſtens meo iudicio, quia
ſi conſuetudo vocat proximiores ex par-
te matris, duo includit. Primò, vt ſint
proximiores matris; & Secundò, ex par-
te matris, hoc eſt ex ea parte ſint proxi-
miores matris, vnde bona peruenerunt:
ob tot, & diuerſas rationes, in hoc conſil.
ſæpius replicatas.

48 Quòd autem iddemmet replicabat, vt
conſuetudines non habuerint rationem

con-

conſeruationis bonorum in familia, non eſt verum ſimpliciter, regulariter enim habent talem rationem, vt latiſsimè in 1. tom. pluribus in locis cumulaui, præci-
50 puè par. 1. c. 5. nu. 12. & ſępè alias: † fateor tamen, quòd non eſt generalis, & perpetua, vt dixi in eodem tom. par. 4. quęſt. 45. num. 48. cum ſeqq. & præcipuè num. 56. ſemper tamen habetur ratio prædicta in conſideratione, quando adeſt concurſus plurium perſonarũ eiuſdem lineæ, prout eſt in caſu noſtro; quia licèt ſint eiuſdem lineę maternæ, non tamen ſunt omnes ex ea parte, vnde bona peruenerunt; & ſucceſsiuè, dum adeſt ratio conſeruationis bonorum ex parte iſtorum de Maſſa, & non ex parte dicti Valerij, Valerio excluſo, ſuccedunt prædicti de Maſſa. Et hæc mihi videtur veritas, ſecundùm quam plures in noſtra profeſsione eximij viri, viſo hoc conſilio, tenuerunt; quamuis multi ſentiant contrarium. Neſcio ſi cauſa fuerit deciſa. Remitto tamen omnia conſilio, & iudicio melius ſentientis: nam ad minus hanc quæſtionem ſic dilucidatam propoſui, alij tamen poterunt illam melius determinare, & ſoluere.

Additiones ad priora Conſilia treſdecim inſerta in primo volumine Commentariorum.

Licèt huiuſmodi Additiones præcedere debuiſſent ſupradicta conſ. 37. quæ in hoc volumine inſerui; nihilominus quia etiam aliqua in eis addidi ad conſ. 16. ex ratione tradita in addit. ad conſil. 9. cum ſeqq. num. 28. Idcirco conuenientius fuit, vt in fine operis ponerentur, quamuis cum aliquo diſpendio, quia vltimum folium erat iam excuſſum, & ob id neceſſarium fuit, vt incideretur, vt ex illius inſpectione cernitur, quod dixi, ne credatur, vt deficiat aliquid ad opus ob huiuſmodi inciſionem.

SVMMARIVM.

Religioſus, factus Epiſcopus, licèt recuperet ius ſuccedendi, non tamen recuperat ſucceſſiones alteri acquiſitas. num. 1.

Nouitius exiens de religione, recuperat bona alijs donata. num. 2.

Donatio facta contemplatione matrimonij eſt irreuocabilis. nu. 3. Donatarius regulariter de illa diſponit ad libitũ, & eius creditores præferuntur eius filijs, & ſic deciſum refertur nu. 5. & 7.

Affectio non cadit in non natis. nu. 4.

Omiſſum an habeatur, quod partes potuerunt exprimere, & non expreſſerunt, traditur num. 6.

Aſſenſus legis dicitur principaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper feudis, non in ſubſidium. nu. 8. & 10.

Vita militia non debetur in linea tranſuerſali. num. 9.

Hypotheca an comprehendat feuda fauore dotis. num. 10.

Clauſula appoſita in contractibus per notarios an noceant partibus. nu. 11.

Metus reuerẽtialis an reſcindat contractum factum per filiumfam. num. 12. & 15.

Contractus factus contra formam ſtatuti, non validatur iuramento, & ratione probatur. num. 13. & 14.

Contrahentes non poſſunt renunciare ſolennitatibus ſtatuti. num. 14.

Tex. in l. fin. C. ſi maior fact. quando locum habeat. num. 16.

ADDITIONES ad conſ. 1. cum trib. ſeqq.

AD conſ. 1. multa ſũt addita infra cõſ. 39. Hic
1 ſub num. 25. † vt monachus factus Epiſcopus, recuperet ius ſuccẽdi, adde Io. Fabr. & alios, quos probat Rodriq. tom. 2. quæſt. regular. q. 79. art. 1. vbi etiam poſt Feder. de Sen. cõſ. 26. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 103. probat, vt non reuocet ſucceſſiones alijs acquiſitas, dum erat monachus, quia ſatis eſt, vt tempore delationis illarum ſucceſſionum, ille monachus non erat ſucceſſibilis; multoties enim replicatũ eſt ſuperius, præcipuè par. 4. q. 35.

in addit.nu.27.& 28. vt attendatur habilitas tempore ſucceſſionis, & quòd non conualidetur per ſuperuenientem habilitatem.

2 Sub nu.26. & ſeqq. vt ſi nouitius exeat de religione, recuperet bona alteri donatè, adde Surd.conſ.445.num.36.vol.3.

3 Sub num.6.conſ.2.vt donationes factæ contẽplatione matrimonij non reuocentur, adde poſt alios Io.Bapt.de Thor. in compend. deciſion. Neap. in verb. donationes factæ per patrem filijs: qualiter autem hoc procedat, dixi in addition.par.4. quæſt.25.& infra conſ.11.

4 Sub num.12. vt in non natis non cadat affectio, adde poſt alios Menoch.cõſ.877. num.6.vol.9. qui conſ.286.lib.3. de quo meminit Topat.lib.2. variar.iur.ſentent. in tit.de donatio. propter nupt. in antiq. fol.174. col.3. §.filius. de re ſib. donat. te-
5 net, † vt filius poſſit diſponere de re ſibi donata, etiam contemplatione matrimonij, vt dixi hic num.13.cum ſeqq.

6 Sub nu.39. dum partes poſſunt aliquid exprimere, & non exprimunt, non præſumuntur illud velle, procedit tanto magis, dum vnum expreſſerunt, & alium omiſerunt; quoniam expreſſum in vna parte diſpoſitionis, cenſetur omiſſum in alia, quãdo erat in poteſtate diſponentis exprimere, & omiſit, adde Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. libertis. nu.3. C.de reuoc. donat. Crauet.& Becc. quos probat Surd.conſil. 426.num.13.vol.3.

7 Et licèt ſub die 22. Octobris 1613. fuerit iudicatum contra hoc conſil. vt creditoribus dicti Ioannis Antonij præſtetur aſſiſtentia ſuper omnibus bonis, exceptis bonis ei donatis, & filijs naſcituris, & proceſſus ſit penes Carbonum actuarium, nihilominus adhuc perſiſto in mea ſententia; & de hoc anno 1616. functis aulis per iddem Sacr. Conſ. in cauſa eorundem de Caraciolis, de quibus hic memini nu.17. fuit iudicatum contrarium, & ſic in beneficium creditorum, iuxta diſcuſſa in hoc conſ.& ibi erat caſus magis dubitabilis, & de cauſa huius cõſilij pendet reclamatio, & forſitan iudicabitur iuxta conſilium, & ſecundum veritatem.

8 Sub num.4. conſilij 3. vt aſſenſus legis cõceſſus mulieribus Neapolitanis ſit principaliter, non in ſubſidium ſuper feudis, adde Caſtill.in deciſionib. Siciliæ, dec.61. num.3.

9 Sub num.10. Ad excluſionem eiuſdem Cardinalis Columnæ conſuluit Menoch. conſ.1005.nu.30.& ſeqq.vol.11. vbi etiã
10 quædam contraria ſoluit ſub nu. 38. † vt in hypotheca dotali nõ includatur feudũ, eſt quædam additio in d.cap.21.capitulorum huius Ciuitatis, vbi dicit, ſic fuit decisum in anno 1573. in cauſa Angelellę de Capite cũ Michaele Villanoua, de qua poſt Franc. de Amicis meminit idem de Thor. vbi ſupra in verb. aſſenſus capituli Neapolitani: ſed non eſt recedendum ab his diſcuſſis, cùm hodie indiſtinctè hoc ſeruetur ex traditis num.4. cum ſeqq. in hoc conſ.3.

Ad conſ.4. multa ſunt addita, quæ poſui conſ.42. & 43. & ſub num.5. & ſeqq.
11 † de clauſulis appoſitis in contractibus per notarios, vt nõ noceant partibus, niſi expreſsè conſtet de illarum voluntate, adde Aretin.in l.qui Romæ. §.duo fratres.q.8. ff.de verb.obligat. Bart. Dec. Curt. Pariſ. Soc.iun.& Albam, quos probat Surd.cõſ. 410.nu.52.vol.3. ſecus tamen eſſet, quando clauſulæ ſunt de natura contractus, vt dixi ſupra conſ.3. nu.27. & ſeqq. par.10. q.20.& infra de locat.& conduct.q.19.

12 Sub nu.13. vt ſolus metus reuerentialis ſine minis, reſcindat contractus filiorum familias, ſi adſit enormiſſima læſio, adde poſt Couarr. & alios Sanchez lib.4. de matrimon.diſput.6.num.15.

13 Sub num.15.& ſeqq. vt contractus non valeat, nec validetur iuramento, ſi nõ ſeruentur qualitates requiſitæ per ſtatutum, adde Abb. Ruin. Socin. & alios, quos probat Surd.conſ.361.nu.11.vol.3. qui etiam probant, vt partes nõ poſſint tali ſtatuto renunciare, quia non poſſunt tollere cauſas requiſitas per leges etiã municipales,
14 vt etiam dixi hic nu.26. & ſeqq. † ex quo contrahentes veniunt contra ſuperioris ordinationem: quo caſu & renũciatio eſt nulla, nec iuramentum poteſt validare contractum, vt probant etiam Bald. Ang. Caſtr. Anchar. Grammat. Simon de Præt. & plures alij, quos ſequitur Menoch. cõ-
15 ſil.918. nu.33. vol.10. † & ideò in filiofamilias eſſet neceſſarium decretum iudicis ad integrandam eius perſonam, nec ſufficit ſolus conſenſus patris, & vltra hic cumulatos probãt poſt alios Tiraq.de legib. connub. gloſ.8. nu.114. Caualc. deciſ.31. num.36.

16 Sub nu.37. & ſeqq. Quando procedat text. in l.fin. C. ſi maior fact. vt procedat iuxta hic diſcuſſa, adde Roland.Nat.Gab. Olaſc.

Olaſc. & alios, quos probat Alex. Rauden. decis. 30. num. 226. par. 1.

SVMMARIVM.

Subſtitutio, vt verificetur, ſunt probandi omnes caſus ſubſtitutionis. num. 1. & 2.

Mater non excluditur à legitima filiorũ per pupillarem ſubſtitutionem, quando non ſunt verificata omnia requiſita ſubſtitutionis. nu. 2.

Pupilli de facto habuerunt filios. nu. 3.

Voluntas teſtatoris declaratur etiam ex facto nullo. num. 4.

Bona an transmittãtur ad ſubſtitutum. num. 5.

Singulare an inſit plurali, traditur nu. 6. & 7.

Primogenitus an ſolus ſuccedat, ſi dicatur, vt ex filijs Petri eligatur primogenitus, explicatur num. 7.

Pluralitas an reſoluatur in ſingularitatem. num. 8. remiſſiuè.

Subſtitutus ſecundo poſthumo, an intelligatur ſubſtitutus primo, ſi ſecundus non naſcatur, traditur nu. 9.

Mater excluditur per pupillarem, comprehenſam in ſubſtitutione compendioſa, etiam in legitima filij. nu. 10.

Poſthumus, vel poſthumi, ſi hæredes inſtituãtur, an cẽſeatur inſtitutio de poſthumo exiſtente in vtero, vel de omnibus poſthumis primò, & poſt teſtamentum natis, declaratur nu. 11. cum ſeqq.

Teſtator præſumitur ſibi prouidere in omnem caſum neceſſarium. nu. 13.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum. nu. 14.

Subſtitutio facta poſthumo, an euaneſcat, ſi poſthumus non naſcatur, traditur nu. 15. & 16.

ADDITIONES
ad Conſ. 5. & 6.

1 Sub num. 9. Conſilij quinti, vt ſubſtitutio verificari debeat in omnibus caſibus, adde Viui. deciſ. 403. num. 18. & 19. Borgnin. deciſ. 25 par. 5. de quibus meminit Ioan. Baptiſta de Thor. in verb. ſubſtitutus ſub conditio-
nibus. & iddem eſſet, ſi teſtator diceret, vt
ſi filia moriatur intra tempus nubilis æta-
tis, & ante matrimonium ſuccedat
Caius, vt ſubſtitutio locum habeat copu-
latiuè illa duo requiruntur, nec vnum ſuf-
ficit. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſti.
Bart. Oldrad. Socin. Zanch. Olaſc. Simon
de Præt. & alij, quos probat Surd. conſi.
363. per totum volum. 3. & in ſpecie nu.
2 9. cum ſeqq. Subdens, † quòd, licèt mater
excludatur à legitima filiorum per ſubſti-
tutionem pupillarem, excluſio non proce-
dit, quando non ſunt verificata omnia
requiſita ſubſtitutionis, & ſic ad minus
ſuccedit mater quòad legitimam, ſi illi nõ
obſtet aliud impedimentum renunciatio-
nis, vel ſtatuti.

3 Sub num. 14. vt pupilli de facto habue-
rint filios, refert gloſ. in ſumma 20. quæſt.
1. & teſtimonio Diui Hieronymi, & alio-
rum probant Couarru. Coſt. Mantic. &
alij, quos ſequitur Surd. conſi. 200. nu. 14.
volum. 2.

4 Sub num. 14. Conſilij ſexti, vt voluntas
teſtatoris etiam ex facto nullo declaratur,
adde poſt alios Menoch. conſi. 1133. num.
11. volum. 12.

5 Sub nu. 15. de tranſmiſſione bonorum
ad ſubſtitutum, adde Decian. Mantic. &
Gabriel. de quibus meminit Caualcan. in
ſuo conſi. poſt opus de bracch. Reg. nu. 36.
& ſeqq.

6 Sub num. 23. & ſeqq. vt in plurali inſit
ſingulare, vel minus ſingulare, adde Bart.
Ioan. Andr. Archid. Geminia. Franch. Ti-
raquell. Roland. Burſ. & alios, quos pro-
bat Surd. conſi. 369. num. 1. volum. 3. qui
omnes hoc intelligunt, quando ead em
eſſet ratio, & colligi poſſet, vt ea ſit diſpo-
nentis intentio, alias ſecùs, quia, inſpecta
verborum proprietate, ſingularis nume-
rus non trahitur ad plurale, & ideò à vi-
tando abſurdo, vel iniquo, & ad ſaluandã
alicuius diſpoſitionem ſingulare trahitur
ad plurale, & non aliter, quòd latiſſimè to
7 to illo cõſilio probat, & examinat, † tam
in ſubſtitutione, & in conceſſione, quam
etiam in quolibet contractu, ad quem me
remitto, & caſus conſilij eſt, ſi aliquis in
ſingulari geminatè vnum vocaſſet ad ſuc-
ceſſionem, vel vni tantùm donaſſet aliqua
bona, puta, primogenito, vel vt vnus eli-
geretur, verbi gratia, ex filijs Petri, vt talia
bona habeat, tũc ſolus primogenitus præ-
ſumitur vocatus ad illa bona, & ſic locu-
tio ſingularis non extenditur ad plurale,

8 vt per eum. † An autem & quando plura-
litas reſoluatur in ſingularitatem, latiſſi-
mè examinat Alex. Raudẽſ. in ſuo lib. var.
reſolut. cap. 47. 48. & 50.

9 Sub num. 26. Adde, quòd ſi teſtator in-
ſtituiſſet ſuum poſthumum hæredem, qui
primò ex ſua vxore naſceretur, & ſi ille
primus poſthumus decederet in pupillari
ætate, vel alias quandocunque, ſubſtituit
ei poſthumum ſecundò naſciturum; cui ſi
ſine filijs decederet in pupillari ætate, vel
aliàs quandocunque, ſubſtituit ei teſtator
proprium fratrem, licèt Oldrad. conſ. 177
& cum eo 24. Doctores tenuerint fratrẽ
teſtatoris ſolum eſſe ſubſtitutum ſecundo
poſthumo, non autem primo, & ideo ſi ſe-
cũdus poſthumus non ſit natus, frater te-
ſtatoris ſic excluſus, nihilominus Bart. in
l. quandiu. in fin. ff. de acquirẽ. hæred. &
ibid. Bald. ſic etiam Angel. num. 3. Imol.
num. 7. & alij ad numerum 38. Doctores,
quos probat Menoch. conſi. 1062. num.
18. & ſeqq. vol. 11. tenent, & rectè, vt fra-
ter teſtatoris, etiam ſit ſubſtitutus primo
poſthumo ex rationibus in hoc conſilio
diſcuſſis.

10 Sub num. 38. de excluſione matris, etiã
à legitima ex pupillari comprehenſa in
ſubſtitutione compẽdioſa, adde Craſſum.
Conſiliar. de Georg. Pellicc. Anton. Fabr.
& alios penes eundem de Thoro in verb.
ſubſtitutio compendioſa.

Ex diſcuſſis in hoc conſi. poteſt exami-
11 minari illa quæſtio, † ſi pater inſtituiſſet
poſthumum, vel poſthumos ſuos hæredes,
eiſque ſubſtitutionem feciſſet, an hæc in
ſtitutio, & ſubſtitutio trahatur ad poſthu-
mum, qui erat in vtero tempore conditi
teſtamenti, vel etiam ad alios natos, & ge-
neratos non ſolùm poſt conditum teſta-
mentum, ſed etiam poſt natiuitatem
poſthumi inſtituti, vt quia teſtator multo
tempore vixerit poſt conditum primum
teſtamentum. Quæſtio hæc examinatur
per Doctores in l. placet. ff. de liber. &
poſthum. & alibi, quos ferè in vnum col-
ligit Surd. conſ. 55.

12 Reſolutio eſt, quòd, ſi teſtator indefini-
tè inſtituerit ſuos poſthumos hæredes, nõ
ſolùm cenſetur inſtituiſſe puſthumum,
vel poſthumos, exiſtentes in vtero vxo-
ris prægnantis tempore conditi teſtamen
ti, ſed etiam quoſcunque alios poſthumos,
natos poſtea, durante vita eiuſdem teſta-
toris ex dicta eius vxore, ſic ad literam
probat tex. in d. l. placet, vbi Bart. & om-
nes Oldrad. conſil. 212. Quidam condidit
teſtamentum. Ioan. Andr. Angel. Alexan.
Barto. Socin. Caſtrenſ. & alij, quos cumu-
lat, & etiam probat Surd. d. conſi. 55. nu.
2. & ſeqq.

13 Ratio autem eſt, quoniã in dubio ſem-
per præſumitur eſſe teſtatoris voluntas,
& ſic de iure interpretatur, vt voluerit ſi-
bi prouidere in omnem caſum neceſſa-
rium, prout eſt in hoc articulo, aliter
enim præteritione vnius poſthumi, teſta-
mentum eſſet nullum, vt ſunt iura vulga-
ta. Si verò teſtator per aliquas prȩſumptas
coniecturas prȩſumatur habuiſſe reſpectũ
ad ſolum poſthumum tunc in vtero vxo-
ris exiſtentem, vt quia inſtituiſſet poſthu-
mum, vel poſthumos naſcituros ex vxore
tunc prægnante, & tunc dum inſtitutio
fuit limitata ad ventrem vxoris, & ſic ad
ſtatum præſentem, vtique ille tantùm
14 poſthumus videtur inſtitutus, † dum, li-
mitatá cauſa, limitatum producit effectũ.
l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. prout
ſic in hoc caſu docuit gloſ. in l. ideoque.
ff. de liber. & poſthum. Quam ſequitur
Barto. in dict. l. placet. nume. 1. in fin.
Caſtrenſ. num. 2. Iaſ. numero 21. Angel.
Bero. Alba, & alij, quos probat Surd. d.
conſil. 55. num. 15. & 16. cum alijs ſeqq.
15 vbi etiam contraria ſoluit. † Si tamen
poſthumus, cui facta fuit ſubſtitutio, non
naſceretur, & tunc ſubſtitutio euaneſce-
ret Oldrad. conſ. 142. & 177. quem alij
ſequuntur, & præcipuè quando adeſſet
dictio, tunc, & eo caſu, ex quo eò magis
tunc deficeret ſubſtitutio, vt eſt videre pe-
nes Surd. conſ. 236. num. 12. volum. 2. &
16 conſi. 347. num. 2. & ſeqq. vol. 3. † Verùm
contrarium vtroque loco ipſe probat ex
tex. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. l. penult.
vbi gloſ. ff. de ventr. inſpicien. Barto. in l.
1. num. 33. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.
Bald. Alberic. & cum illis 44. Doctores,
& dicit hãc eſſe opinionem indubitatam,
quando eſſet vulgaris ſubſtitutio, & præ-
cipuè quando cõditio deficeret per abor-
tum, vbi latiſſimè hanc materiam exami-
nat: quam ſententiam probant etiam Me-
noch. conſi. 162. num. 18. & ſeqq. & conſ.
1088. num. 24. vol. 11. Vbi pro hac ſenten
tia citat 30. Doctores, & pro prima, & ſic
pro opinione Oldradi citat 23. Doctores,
& ſecundam ſententiam veriorem puto,
quam etiam probat Vincent. de Franch.
deciſ. 289.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Bona ſubiecta fideicõmiſſo, adueniẽte conditione, an tranſeant in fideicommiſſarium, explicatur nu.1.

Cautio eſt præſtanda arbitrio boni viri, tam in fideicommiſſo, quàm in alijs caſibus. nu.2.

Fideicommiſſarius ſi alienauit bona ſubiecta fideicommiſſo, an poſsit alienationem reuocare, traditur num.3. cum ſeqq.

Reuocare quinam poſsint bona alienata per fideicommiſſarium, traditur nu. 3. cum ſeqq. Si pluribus ius reuocandi competat, an vnus tantùm reuocet, ſi alij non petant reuocationem? traditur num. 7. & 8. Factum proprium quando quis reuocet. nu.4.

Fideicommiſſarius prohibitus alienare, poteſt in vnum de familia, etiam remotiorem, alienare, & ſic deciſum refertur nu.6.

Venditor annui cenſus non debet priuari libertate reemendi etiam in cenſu vitalitio, & omni tempore poteſt redimere. num. 9. Si alienet corpus ſuppoſitum annuo cenſui, dicitur voluntariè recedere à contractu, & tenetur capitale, & tertias reſtituere. nu.10.

Cauſa naturalis præualet accidentali. nu.11. & ſeqq.

Donatio, facta conſanguineo propter merita, potius præſumitur facta propter conſanguinitatem, & ratione probatur. nu. 12.

Rex, ſi ſit adminiſtrator feudatarij, & interueniat in aliquo actu, qualiter dicatur interueniſſe, traditur nu.13. & ſeqq.

Tutor interueniens in negotio pupilli, in quo poteſt etiam interuenire, vt principalis, qualiter dicatur ad actum interuenire, declaratur nu.14. & ſeqq.

Procurator conſtitutus ad emendum, cuius nomine præſumatur emiſſe, ſi non exprimatur. nu.15.

Præiudicare nemo ſibi præſumitur per aſſenſum alteri datum. nu.16.

Inſtrumentum contractus vitalitij an poſsit liquidari ob tertias non ſolutas, num.17.

ADDITIONES
ad Conſ.7.& 8.

1 Sub num. 5. Conſilij ſeptimi. Vt, adueniente conditione, bona ſubiecta fideicõmiſſo, tranſeant ad fideicommiſſarium, adde poſt alios Surd. conſi.443. nu.51. & ſeqq. vol.3. vbi etiam probat poſt alios, quòd ſi eſſent bona ſtabilia, etiam ſi in alios ſint alienata, debentur, alias deberetur eorum pretium, vt etiam dixi hic nu. 10. & ſeqq.

2 Sub num.11. de cautione præſtanda, adde, quòd, ſi cautio præſtari nequeat pro tota quantitate ſufficeret, vt arbitrio boni viri præſtetur, nempe, ſecundùm qualitatem rei, & perſonæ, vt docet Alberic. per illum tex. in l. de creationibus. num.5. C. de epiſcop. audien. vbi ſubdit, quòd Regina Blanca tutrix Regis Franchorum non fuit excluſa ab adminiſtratione Regni, quàmuis nõ dediſſet fideiuſſores idoneos, quia ſatis eſt, vt cautio præſtetur ſecundùm poſsibilitatem eius, qui cautionẽ dare tenetur, dummodo non grauetur ſupra vires ſui cenſus, & redditus, vt poſt ipſum, & alios probat Molin. lib.1. de primogen. Hiſpanor. cap.15. latiſsimè Peregrin. de fideicomm. artic.40. num.10. vbi alios cumulat, & dum non eſt certum, aliqua bona eſſe ſubiecta fideicommiſſo, non eſt præſtanda cautio, quia iniquum iudicaretur grauari hæredem cautione ſupervacanea, vt ex tex. in l. ſtipulatio. §. fin. ff. vt legatar. nomin. caueat. Probat Vincen. de Franch. deciſ. 8. num.2. & deciſ. 311. num. 5.

3 Eſt tamen non modica quæſtio, ſi fideicommiſſarius prohibitus alienare, ſi alienaret bona ſubiecta fideicommiſſo, an poſsit reuocare alienationem: hanc quæſtionem latiſsimè examinant DD. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. ſecundo, & poſt alios Surd. conſi.284. volum.2. Ex quorum dictis ſic illam reſoluo, aut enim alienãs eſſet de vltimis vocatis ad fideicõmiſſum, & tunc ſi maior eſſet, non poſſet alienationem reuocare, quia per illam præſumitur iuri ſuo renunciaſſe, ſic probat tex. in dict. §. libertis. Angel. conſ.169. colum.2. Caſtrenſ. Dec. Socin. iun. Tiraquell. Natt. Roland. & alij, quos ſequitur

Surd.

Digitized by Google

Surd. loco cit. num. 19. & in hoc non vi-
get regul. tex. in l. quemadmodum. C. de
4 agricol. & cenſit. lib. 11. † vt quilibet poſ-
ſit factum proprium reuocare, quando fa-
ctum eſſet nullum: nam multis medijs re-
ſpondet Surd. d. conſ. 284. num. 6. cum
ſeqq. & ſolutio præcipua eſt, vt Axioma
illud procedat, quādo alienatio eſſet nul-
la per nullitatem actus prouenientem ex
diſpoſitione iuris, quia ſolet hoc induci
fauore publico, vt euenit in alienatione
feudi ſine aſſenſu Domini; in alienatione
bonorum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus
iuris canonici, & ſic de alijs perſonis pri-
uilegiatis: ſecus tamen eſt, quando alie-
natio eſſet nulla fauore eiuſdem alienan-
tis, quia potuit iuri ſuo renunciare, vt di-
ctum eſt, & poſt alios notat Surd. vbi ſu-
pra nu. 15. & 16.
5 Si verò alienans non eſset de vltimis
vocatis ad fideicommiſsum, & tunc nec
etiam ipſe poteſt alienationem reuocare,
ex quo non poteſt venire contra factum
proprium. l. poſt mortem. ff. de adoption.
& ideò ille, qui immediatè vocatur poſt
alienantem, reuocat alienationem, dum-
modò ipſe non ſit hæres alienantis, quia
tunc deberet habere ratum factum defun-
cti, prout latiſſimè poſt alios Surd. proſe-
quitur dict. conſi. 284. num. 20. cum ſeqq.
6 † Quæ intelliguntur de alienatione facta
in extraneos, quia poſſet in aliquem de
eadē familia ēt remotiorē alienare, ac di-
ſponere, quia ſatis eſt, vt ſit de familia. l.
filiusfam. §. cùm pater. ff. de legat. primo,
vbi omnes. l. peto. §. fratre. ff. de legat. ſe-
cundo. glo. in l. vnum ex familia. §. itaque.
ff. de legat. ſecundo. Tiraquell. de retract.
conſanguin. §. 11. gloſ. 6. nu. 7. Crot. conſ.
48. num. 11. in fin. Cuman. Caſtrenſ. &
alij, quos probat Surd. conſ. 247. num. 2.
volum. 2. & deciſ. 238. num. 53. & ita
fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio die 20.
Maij 1607. iunctis aulis ad relationem
Conſiliarij Morræ in cauſa Petri Dotto-
læ, & aliorum, penes Romanum Actua-
rium, teſtatum vidi in allegationibus Pe-
tri Antonij de Amato.
7 Dubium tamen eſſet, ſi plures vocati
eſſent ad dicta bona in caſu alienationis,
an vnus tantùm ex illis poſſet reuocare
alienationem, & petere portiones aliorū
non petentium, & negatiuam ſententiā
tuetur Surd. conſ. 415. volum. 3. vt ſolus
admittatur ad portionem ſuam, quia alij
poſſunt in futurum portiones petere.
8 † Verùm contraria ſententia mihi pro-
batur, quam ipſemet Surd. in hoc parum
ſibi conſtans, tuetur, vt dixi part. 4. quæſt.
20. etiam in addition. quia ſatis eſt, vt
nomine omnium illa bona petat, & eſſe
poteſt; vt ipſe ſolus admittatur, ſi alij non
petant eorum portiones, & conſequenter
ſatis eſt, vt præſtet cautionem reſtituendi
portiones alijs perſonis vocatis ſi eas pe-
terent, & hoc nec etiam negat Surd. dict.
conſ. 415. ſed ſolùm probat, vt remotiores
non admittantur ad reuocandum, donec
adſunt proximiores.
9 Sub nu. 15. & ſeqq Conſilij 8. Vt ven-
ditor non poſſit priuari libertate ſe redi-
mendi ab onere cenſus, adde de Ponte
conſ. 41. num. 4. & adde etiam, quòd li-
cet plures labantur anni à die conſtitutio-
nis cenſus vitalitij vſque ad tempus, quo
venditor alienauit corpus ſuppoſitum
cenſui, & ſic capitale non videatur eſſe
in tanta ſumma, prout erat tempore con-
ſtitutionis cenſus, ex quo per decurſum
tot annorum fuit abbreuiata vita vtriuſq;
contrahentis, quod motiuum fuit obie-
10 ctum in hac cauſa: † nihilominus non vr-
get, quia, dum venditor cenſus vitalitij
voluntariè alienauit corpus ſuppoſitum,
voluntariè etiam voluit totum pretium
reſtituere, & contractum reſcindere, cum
hoc erat in eius facultate, vt latiſſimè pro-
batum eſt hic num. 15. & ſeqq. & conſe-
quenter dum alienauit, iam per neceſſa-
riam conſequentiam receſsit à contractu,
& iuri ſuo renunciauit per factum con-
trarium, vt centies replicatum eſt, præci-
puè in tit. de renunciatio. quæſt. 1. ſub nu.
56. etiam in addition. & proinde ſicut ex-
plicitè poterat totum capitale reſtituere,
& reſtitutio eſſet valida, etiam ſi per ho-
ras vixiſſet, vt dixi d. nu. 15. ita procedit,
dum implicitè reſtituere voluit, ex illa iu-
ris regula taciti, & expreſsi.
11 Sub num. 41. & ſeqq. vt cauſa naturalis
præualeat cauſæ accidentali, adde Alex.
in l. ſi donatione. num. 2. in fi. C. de collat.
& alios, quos probat Surd. conſ. 361. nu.
15. cum ſeqq. volum. 3. qui etiam probāt,
12 † vt donatio facta conſanguineo propter
merita, in dubio, præſumatur potius facta
ex cauſa conſanguinitatis, quia hæc eſt
cauſa naturalis, quàm ex cauſa meritorū,
quoniam hæc eſt cauſa accidentalis, quæ,
vt præualeat, in ſpecie debent probari me-
13 rita: † iddem eſſet, ſi Rex eſſet adminiſtra
tor alicuius feudatarij, vel etiam propriæ
filiæ

Digitized by Google

filiæ Reginæ, & interueniret in aliquo actu, & dubitaretur an interueniret, vt principalis,& ſibi prçiudicaret,& ſic prç-ſtitiſſe aſſenſum actui celebrato, vel ſolùm vti administrator illius, in dubio præſumitur interuenire vti adminiſtrator, ſic ex tex.in l.ſi non ſubſcripſiſti. C.de admi-
14 niſtrat.tutor. † qui loquitur de tutore, & curatore,probat Bart. per illum text.in l. familiæ.C.famil.erciſcun. Alexand.in l.ſi §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatio. docent, vt hoc non ſolùm colligatur ex declaratione expreſſa, ſed etiam ex declaratione tacita. Idem Bart.in l.qui ſeruum. ff.de interrog.action. Imol.& Alex.in l.ſi poſt dotem.ff.ſol.matrim. Andr.in cap.1.
15 qui ſucceſsor.tenean.† qui etiam loquuntur in procuratore conſtituto ad emendum, qui ſi non exprimat emere nomine proprio, in dubio præſumitur emere no-
16 mine domini; † et.à quia nemo in dubio per aſſenſum datum alteri, præſumitur ſibi præiudicare voluiſſe. Bart. in l. ſi fundum §.fideicommiſſum. ff.de legat. 1. & ſæpè alias. ex tex. in l. quædam mulier. ff. de rei vendicat.tot.tit.ff.de eo,qui pro tutor.ſegeſs.l.2.C.de negot.geſt.Sed ex actibus geſtis hoc colligitur,in dubio tamen ſic iudicandum eſt, vt dixi, vt ex tex. in l. ſed & Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedon. probat Bart.in l.cætera.§.ſi apparuerit. ff. de leg.1. Dec.conſ.116.in 1.col.

17 Sub num.52. Vt inſtrumentum contractus vitalitij non poſſit liquidari ob tertias non ſolutas, tenet Regens Tapia, de quo ſolo meminit Ioan.Bapt.de Thor. in ſuo compend. in verb. contractus cenſualis cum pacto reſciſſorio. iuncto verbo ſequenti,vbi ponit deciſionem pro reſciſſione talis contractus, & quòd debeat reſcindi, multis medijs probat noſter de Pôte conſ.41. toto,vol.2. qui in hac eadem causa conſuluit,& ſcripſit.

SVMMARIVM.

Vita militia præſtatur de fructibus feudi. num.1. An æquiparetur legitimæ.nu.3.
Ius ſuperueniēs ex cauſa de præterito,auget patrimonium. nu.2.
De cambio ſicco, & mutuo palliato, qui tractent. num.4. remiſſiuè.
Sorores non debent concurrere ad faciendam remiſſionem, vt fiat compoſitio, dum adſunt fratres.num.5.
Albarana, quibus retroceduntur donationes factæ contemplatione matrimonij, non valent. num.6.
Hæres poteſt allegare turpitudinem anteceſſoris ſui.num.7.
Donatio facta contemplatione certi matrimonij,eſt irreuocabilis; facta verò contemplatione matrimonij in genere, eſt reuocabilis: quod multis modis probatur.nu.8.cum ſeqq. & reprobantur contrarium tenentes.nu.13.& ſic deciſum refertur num.17 & 18.
Dictio taxatiua impedit extenſionem. num.14.
Lex ciuiles, qua ratione obliget in conſcientia,& quando,traditur num.15. & 16.
Donatarius contemplatione certi matrimonij non poteſt retrocedere capitale capitale donationis; fructus tamen poteſt. num.17.18.19.& 20. An retrocedat donationem factam contemplatione matrimonij in genere. nu.21.
Legatum factum per teſtatorem,vt filia nubat cum conſanguineo,& ſi non nubat,conſanguineus conſequatur certã quantitatem bonorum, & filia ſolam legitimam,valet, & ſic deciſum refertur num.22.& 23.
Matrimonium, vt filia contrahat cum conſanguineo,ſub certa pœna,an poſſit mandare teſtator, traditur nu.22. & 23.
Statutum, vt mulier non poſſit nubere extra territorium, non valet. nu.24.
Nec etiam ſtatutum exhæredãs filios, qui nubent ſine conſenſu parentis. num.25.
Creditorum in concurſu in actione perſonali, an ſit ſeruanda æqualitas. numero 26.
Legatum dotis non patitur diminutionem, & habet hypothecam,etiam contra res particulares, alteri legatas. num.27.
Officiales, quando poſſunt ſuſpendi ab officio, traditur num.28. & ſeqq. An pendente accuſatione, poſſit eis interdici adminiſtratio, & quando. nu.29.
Ab officio,& beneficio non debet aliquis ſola voluntate alterius priuari, ſed cum rationabili cauſa. nu.30.& 31.
Iudices ſunt honorandi tanquam Dei miniſtri.num.32.& 36. Qualiter Deus ſtet

ſtet in eorum medio. nu.33. Qualiter vocentur Dij.nu.34.Si malè iudicent, qualiter cadent.num.35.

Calumnia contra Auctorem recenſetur. nu. 37. ſed in eius honorem retorquetur.ſub num.38. cum ſeqq.

Nati in ciuitate an dicentur nobiliores ijs, qui naſcuntur in oppidis. num.38.

Nobilitant eorum ſuburbia viri ſcientia,vel artibus præſtantes. num.39.

Nobilitas venit ex ſcientia. nu.36.et 40. Maior eſt, quæ venit ratione ſtatus. num.41.

Nati ex ſanguine Regio, præferuntur alijs,& ratione probatur.num.42.43. & 44.

Nobiles vndenam dicantur.nu.44. Virtute nobiles alijs præferuntur, etiam ſi nobiles ſint ratione ſtatus, & ratione probatur.num.45.& 46.& iſti tales etiam Regibus præferuntur in regno Dei,quod multis medijs probatur. num.49.cum ſeqq.

Reges, qui chriſtianis virtutibus non ſunt præditi,tanquam canes expellentur à regno Dei, & ponentur in compedibus, quod explicatur nu.47.cum ſequentibus.

Nobiles huius ſæculi qualiter ponantur in manicis ferreis, traditur num.48.

Puer ſapiens præfertur Regi ſeni, & ſtulto, & ratione probatur.num.50. & ſeqq.

Iuſtos cur non tangat tormentum mortis, traditur num.51.

Ordo clericalis nobilitat, quod explicatur num.52.

Omne bonum eſt à Deo, & rationibus probatur.num.93.

Detractoribus quid impetrandum ſit, traditur num.54.& 55.

ADDITIONES
ad Conſ.9.cum ſeqq.

1 SVb num.7. conſ.9. vt vita militia præſtetur de fructibus feudi,ne feudi proprietas ſit inutilis, tenet etiam Guid. Pap. Tiraquell. & Molin. qnos probat Menoch. conſil.852. num.7.lib.9.

2 Sub num.15.vt ius ſuperueniens ex cauſa de preterito augeat patrimonium,adde Conſiliar. de Georg.& Balzaran. de quibus meminit Ioan.Baptiſta de Thor. in verb. liquidatio vitæ militiæ.

3 Sub num.16. vt vita militia æquiparetur legitimæ, adde Menoch. conſ. 1005. vol.11.præcipuè num.30. vbi ſcripſit in cauſa Cardinalis Columnæ, & diuerſas recenſet ſententias inter noſtros Regnicolas.

4 Sub nu. 34. multa ſcribunt de cambio ſicco,& mutuo palliato.Burſat.conſ.399. num.25.& ſeqq. Bertazol.& alij,quos latiſſimè proſequitur Ioan. Philipp. Teſtai alleg.3.nu.199.cum ſeqq.quod omitto.

5 Sub num.28. cum ſeqq.conſ.10. adde, quòd ſatis eſt remiſſio facta per fratres, vt fiat compoſitio delicti, nec requiratur remiſſio ſororum, adde, quòd ſic aliàs iudicauit Collaterale Cõſilium ad relationẽ Mag. Cur. Vic. vt refert Tapia in dicta pragmat. 8. de compoſition. à num. 6. ad nu.35. de quo meminit de Thoro in verb. ſoror nupta, quę renunciauerat.

6 Sub nu.6.conſ.11. vt albarana, quibus remittuntur donationes factæ contemplatione matrimonij, adde, quòd latiſſimè hanc materiam proſequitur Fontanell.in tract.de pact.nuptial.clauſ.4 gloſ.1. num. 71.cum ſeqq. vbi varia exempla recenſet, varias fraudes, fieri ſolitas,& varias deciſiones annullantes tales reuocationes.

7 Sub num. 11. adde, quòd hæres poteſt allegare turpitudinẽ anteceſſoris ſui.l.qui teſtamentum.ff.de probat.Bald.Alexand. Tiraquell.& alij, quos probat Menoch. conſ.1095.num.20.vol.11.

Inſuper ad materiam huius conſilij de donatione facta cõtemplatione matrimonij, adde,quæ par.4.quæſt.25. in additionibus poſui, & ſic reaſſumendo hanc materiam, quam latiſſimè proſequitur Fontanell. d. gloſ.1. per tot.quòd † ſi donatio fuerit facta contemplatione certi matrimonij cõtrahendi cum determinata perſona,& hæc donatio eſt irreuocabilis, eſt cauſa finalis talis matrimonij,& ſic etiam conferri debet, vt etiam addidi d.q.25. num.3.cum ſeqq. † ſi verò eſſet facta donatio cauſa contrahendi matrimonij in genere, nempe, vt commodius nuberet, nec fuit determinata certa perſona, & tunc, quia hæc donatio eſt facta reſpectu donatarij, iudicatur proprium patrimonium ipſius, & de illa vti de proprio patrimonio poteſt ad libitum diſponere, & ſuper illa contrahere debita, & etiam contracto matrimonio, poſſet talem donationem retrocedere donanti. ita poſt Guid.

Guid.Pap.deciſ.145. Nat.conſ.115.nu.2. Roland. conſ.44. num.20. cum ſeqq. & conſ.70.nu.3.& 4.volum.4. & alios communiter probat Fontanell.d.gloſ.1.num. 18.& 19. & ita in anno 1613. de menſe Nouembris conſultus reſpondi cuidam
10 arbitro, † qui in cauſa magni momenti, ſibi commiſſa, iudicare debebat, ſileo nomina, quia ſic promiſi, & conſequenter, quòd mulier non poterat ſe opponere tali retroceſſioni; hanc diſtinctionem, quam etiam probat Sanch. lib.6. de matrim. diſput.32.num.2.& ſeqq. varijs medijs probat Fontanell. loco cit.num.22.cum ſeqq. quorum duo ſolùm recenſebo. Primum
11 eſt, † quia ius noſtrum tunc tantùm tribuit priuilegia actui facto ex cauſa, vel contemplatione matrimonij, quando matrimonium eſt certum, & determinatum l.diui. C. de naturalib. liber. ibi (Pactis, quę matrimonij tępore) & in c.1. de pact. in 6. ibi (Dũ nuptui tradebatur) ergo ſecus eſſe debet, dũ matrimoniũ eſt incertum.
12 Secunda ratio eſt, quia per leges 17. & 44. Thaur. fuit introductum, vt maioratus, vel meliorationes filio factæ, licèt ſui natura ſint reuocabiles, & fauore matrimonij fiant irreuocabiles, id tamen procedit, quando maioratus, vel meliorationes fierent filio ob fauorem, & cauſam certi, & determinati matrimonij, ſed non procedit, quando matrimonium eſſet incertum, vt aduertit Tell. Fernan. d.l.17. num.72. Molin.lib.4.de primogen.Hiſp. cap.2.num.16.& 17. Fontanell.vbi ſupra num. 23. & faciunt diſcuſſa per Sanch. d. num.2.cum ſeqq.

Nec obſtat, quòd Anna conſ.78.vol.1. Turamin.conſ.135. & Menoch. cõſ.142. inter conſilia eiuſdem de Anna volum. 2.
13 † qui omnes in eadem cauſa conſuluerũt, teneant oppoſitum, vt etiam ſi fiat donatio contemplatione matrimonij incerti, ſit irreuocabilis, nam reſponſio eſt clara, primò, quia pro clientulo vna ſimul conſuluerunt, & DD. a me citati pro veritate articuli in lecturis ſcripſerunt. Secundò, quia noſtra diſtinctio communiter ferè per omnes amplectitur, & Molina, quem profe citant, etiam noſtram tuetur ſententiã. Tertiò, quia eorum ratio ſolũ vrget de hypotheca mulieris, quatenus nempe dicũt, vt mulier habeat hypothecata illa bona; nam hoc verum eſt, vt tam pro reſtitutione, quam pro aſſecuratione dotis illa bona ſint hypothecata mulieri, ſed eodem modo, vt ſunt hypothecata alia bona viri, nempe, vt non poſſit mulier reuocare illa bona alienata, niſi in ſubſidiũ, vt cautum ſit ei de dote, & iuribus dotalibus, & ſic argumentum non concludit.

14 Sub num. 24. vt dictio taxatiua impediat extẽſionem, adde poſt alios Menoch. conſ.970. nu.2. volum.10. & conſ. 1036. in addit.num.10.vol.11.

Sub num.36. adde poſt alios eundem Suarez lib.3. de legib.cap.21. num.5.& ſeqq. & c.22. cum ſeqq. vt ſit communis
15 Catholicorum ſententia, † vt lex ciuilis obliget in foro conſcientiæ, tum quia hoc venit ex fine rectę gubernationis Reipub. ſubditi enim nunquam leges ſeruarent, ſi cogitarent non peccare in earum tranſgreſſione, tum etiam quia legiſlator ciuilis fert leges, vt Dei miniſter, & proinde eo ipſo, vt legem iuſtam promulgat, obligat ſubditos in conſcientia ad obſeruantiam legis, vt optimè proſequitur Suarez locis citatis, tam ſecundùm doctrinam Canoniſtarum, & Legiſtarum, quam etiã ſecundùm opinionem Theologorum, dummodo ex ipſa lege nõ inueniatur expreſſum contrarium, vt habetur d. c.22. & dixi in tract. de legib. quæſt.30. & 31.
16 † Quando verò lex fundatur in ſola præſumptione, ſecus eſt, nam veritas attenditur in foro conſcientiæ. Couarr. in c.cùm eſſes. num.9. de teſtament. & alij penes Suarez d.lib.3.cap.23.num.1. vbi nũm.9. hoc dicit eſſe verum, quando lex fundatur in ſola præſumptione facti, vt quando lex iubet obediendum eſſe contractui, ſententiæ, & alijs actibus, intelligitur ſi actus illi ſint iuſti, & ſecundùm veritatem, aliàs ſecus. At ſi lex fundaretur in ſola præſumptione alicuius periculi, tunc obligaret in conſcientia; ſed quia primus eſt caſus noſter, ideò omitto examinare ſecundum.
17 Adde poſtremò, quòd de facto Sacrum Conſilium ſic iudicauit, vt valeat retroceſſio donationis, vt refert Franc. de Amicis in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §.noluit tamen, in fi. de quo meminit de Thor. in verb. donationes factæ per patrem filijs, cum enim mater donaſſet filio contemplatione matrimonij notabilem ſummã annuorum introituum, & filius retroceſſiſſet in beneficium matris fructus prædictos, fuit, inquam, iudicatum in beneficiũ matris pro validitate retroceſſionis, quia dicti fructus erant ipſius viri, non autem vxoris, & ſic eſt deciſio in terminis, quamuis.

uis Sanchez d. diſputat. 32. lib. 6. num. 6. in fi. videatur de hoc dubitare, quia vxor non poſſet vitam matrimonialem ſic trãquillam ducere ſine illis fructibus, prout duceret cum illis fructibus, ſed ratio non conuincit, ſatis eſt enim, vt maritus ſit do
18 minus illorum fructuum, † & ita etiam fuit deciſum menſibus elapſis huius anni 1616. pro Marchioniſſa Cluſani contra quoſdam de Thomacello in aula Conſiliarij Iacobi de Franchis, quamuis Sacr. Conſil. ſequendo ſolitam æquitatem, habuit rationem; vt vxor commodè poſſet viuere cum introitibus dotis, & ex fructibus dictæ donationis, & in reliquo valeret retroceſſio, & ſic vtriq; parti fuit prouiſum: quod procedit, quando donatio prædicta non conſiſteret principaliter in annuis introitibus, vt dixi num. 13. ſed quando ſolùm remittuntur fructus, iuxta diſcuſſa num. 23. cum ſeqq.

Reaſſumendo igitur prædicta, ne aliqua oriatur difficultas, prout illam vidi ortam circa interpretationem huius conſilij, præcipuè quò ad ſecundam concluſionem in dicta cauſa Marchioniſſę Chiu
19 ſani. Dico primò, † vt retroceſſio capitalis non valeat, quando donatio eſt facta contemplatione certi matrimonij, vt dixi hic à num. 1. ad num. 13. quod dictum procedit etiam dum talis donatio conſiſtebat in annuis introitibus, vt dixi à num. 13. vſque ad num. 21. hoc eſt, non poteſt donatarius retrocedere donanti donationem illi factam annuorum introituum contemplatione certi matrimonij, quando retrocederet ſimpliciter illam donationem, ſecus ſi retrocederet fructus percipiendos ex tali donatione, vt patet ex diſcuſſis à num. 21. vſque ad finem conſil. & hic num. 17. & 18.

20 Dico ſecundò, donatarius poteſt retrocedere fructus talis donationis in beficium donantis, ſiue alterius, nec vxor eiuſdem donatarij poteſt reuocare retroceſſionem, & ad ſummum ſecũdùm æquitatem tantum habet de dictis fructibus, quantum deeſt pro commoda ſubſtentatione, vt dixi ſupra num. 18. & colligitur ex dictis in hoc conſ. 11. num. 22. & ſeqq. quæ eò magis procederent, dum eſſet facta donatio ratione incerti matrimonij, vt mox dicetur.

21 Dico tertiò, donatarius, ſecundùm veriorem ſententiam, poteſt retrocedere donanti donationem ſibi factam contemplatione incerti matrimonij, & vxor ipſius donatarij in dictis bonis donatis ſolùm habet illud ius; quod habet in alijs bonis eius viri, ut addidi hic num. 9. & ſeqq. & num. 17. & 18.

22 Sub num. 5. & ſeqq. conſ. 12. pro validitate legati facti per teſtatorem, quatenus filia non nuberet cum perſona conſanguinea, deſignata per teſtatorẽ, adde, quod tale legatum, ſiue lucrum debetur in vim fideicommiſſi ei, cui mandauit teſtator eſſe ſoluendum, ſi talis conditio non adimpleretur, ita poſt Bart. in l. paterfamil. teſtamento. num. 6. ff. de hæred. inſtit. Imol. Caſtren. Alex. & alios plures probat Menoch. conſ. 1084. num. 15. uolum. 11. & conſ. 1011. & 1083. eodem uolum. ubi poſt alios etiam probat ualere legatum, ſiue fideicommiſſum prædictum, & quòd ſi filia nuberet extra illos de familia, non
23 conſequeretur, niſi legitimam † prout in facti contingentia fuiſſe deciſum in Sac. Conſil. refert Minad. de quo meminit Io. Bapt. de Thor. in uerb. legatum factum filiæ decem mille aureorum, nempe, quòd ſi pater legauit filię magnam pecuniarum quãtitatem, ſi viro deſignato per patrem, nuberet; ſiue ſi certo uiro nubat cum cõſilio duorum amicorum; quòd dum filia nupſit alteri ſine tali conſilio, priuetur commodo legati, & ſolùm haberet legitimam, quia rationabile conſilium patris ſpreuit; qui non cogitauit nuptias impedire, ſed potius ſpe lucri allicere filiam honeſtiores nupcias facere, & contrahere cum illa certa perſona.

24 Sub num. 32. & ſeqq. ut ſtatutum, quo ſancitur, ut mulier non poſſit nubere extra territorium, ſit inualidum, & nullius momenti, & quòd opinio Bartoli in d. l. edicimus. C. de mur. regul. lib. 11. communiter damnetur, adde Menoch. d. conſil. 1083. præcipuè num. 18. ubi pro hac ſententia citat uigintiduos Doctores, ſe cum
25 illis connumerato, † ſicut etiam non ualeret ſtatutum, exhæredans filios, nubentes ſine conſenſu parentis, ut cumulatis antiquis, & modernis probant Sanchez lib. 4. de matrim. diſput. 25. & Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 2. num. 6. cum omnibus ſeqq. ubi etiam referunt contrarium tenentes, nam exhęredatio ſolùm habet locum, quando non nuberent perſonis condignis, & in dedecus familiæ.

26 Sub num. 1. Conſil. 13. ut in concurſu credi-

creditorum in actione perſonali ſeruetur
æqualitas, inter eoſdem creditores, adde
poſt alios Caſtill. lib. 3. quotidianar. con-
trouer. iur. cap. 16. num. 77. & ſeqq. Vbi
latiſsimè hanc materiam examinat.

27 Sub num. 32. & ſeqq. vt legatum dotis
non patiatur diminutionem, adde poſt
alios Surd. conſi. 209. volum. 2. vbi etiam
probat, quòd, licèt non daretur hypothe-
ca legatarijs pro re alteri legata, hoc fallit
in legato dotis filiæ, quoniam habet talē
hypothecam etiam contra res particula-
res, alijs legatas: nam dos legata filiæ de-
ducitur ante omnia alia legata.

28 Ad Conſ. 16. de ſuſpenſione Officialiū,
adde, quòd poſt excuſſum conſilium
iam vidi allegationes Ioannis Philippi
Teſtai, qui de hac materia, quia euenit in
cauſa propria, latiſſimè ſcripſit, præcipuè
alleg. 7. cum ſeqq. & iuris eſt, vt nullo mo-
do poſſit deueniri ad ſuſpenſionem Offi-
cialium, niſi factis prius debitis defenſio-
nibus, nec vnquam ſuſpenſio fieri debet,
niſi probetur aliquid ſubſtantiale contra
Officialem, vt optimè probauit Iacob. de
Beluiſ. in §. ſi quis autem. in fin. Authen. vt
Iudic. ſine quoquo. ſuffrag. de Franch. de-
ciſ. 8. Teſtai d. allegat. 7. nu. 12. cum ſeqq.
& allegat. 8. quæ fuit facta per Iudices
M. R. C. eiuſdem Regni pro iuſtificatione
ſuſpenſionis dicti Teſtai ad Regiam Maie
ſtatem Philippi Secundi fœliciſſimæ me-
moriæ, conantur Spect. Iudices probare
iuſtificationem ſuſpenſionis, ſed non ex-
29 cludunt probationes, † ſed ſolùm iuſtifi-
cant, vt, pendente accuſatione contra Of-
ficialem, tam perpetuum, quam tempora-
lem, nō iam fiat ſuſpenſio ab officio, ſed in-
terdicatur ei adminiſtratio, ne ille teſtes,
ſcientes veritatem negotij, diſtraheret à
depoſitione, vel eis minas inferret; quod
eſt verum. Bart. in l. libertus. ff. ad munici-
pal. Paris de Put. in tracta. de ſyndic. in
verb. accuſatus. Grammat. conſ. criminali
10. num. 2. & in ciuili conſi. 162. num. 23.
Luc. de Penn. & alij, quos probat de Frā-
chis dict. deciſ. 8. Sed adeſſe debet aliquid
ſubſtantiale, ne ſola voluntas, vel calum-
nia alterius inferret dedecus, & ignomi-
30 niam Officialibus, quod iniquum eſt: † nō
enim debet ab officio, vel beneficio ali-
quis priuari ſola alterius voluntate; ſi eum
propria culpa à gradu non deijcit. cap. ſa-
31 tis peruerſum. diſt. 56. † quia non decet
ſine rationabili cauſa beneficijs, & officijs
ſpoliare ſubiectos. cap. conquerente. de re-
ſtitut. ſpoliat. Roman. conſi. 467. cum alijs
pluribus d. alleg. 8. & 9. Teſtai, qui videri
poteſt pro reliquis circa hanc materiam.
Et quando in hoc Regno aliquid ſucceſ-
ſit, iam Officiales non fuerunt de facto ſu-
ſpenſi, ſed cauſa cognita, & dum pende-
bat accuſatio, ad ſummum fuerunt miſſi
per aliquod tempus extra Ciuitatem, vt
teſtes liberè deponerent; ſed mitto iſtam
32 tractationem: tanto magis, † quia nos in
dubio debemus illos honorare tanquam
Dei miniſtros: ſunt enim a Deo conſtitu-
ti Iudices, vt populum ſuum iudicent, vt
33 ſciunt omnes, † adeò vt in illorum Con-
gregatione dicatur Deus ſtare, & diiudi-
care, vt habetur in Pſalm. 81. (Deus ſtetit
in Synagoga Deorum,) hoc eſt (in Con-
gregatione Iudicum, vt ibi exponunt glo.
& alij.) (In medio autem Deus dijudi-
cat,) nempe, (quia clarè videt, & facta eo-
rum videt, & ſi Principatum, & Imperiū
dignè, vel indignè exercent, vt eadem gl.)
34 (Euthym. & alij ibi exponunt) † imò Dij
vocantur, vt in eodem Pſalmo ſubditur,
ibi (Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi om-
nes) hoc eſt, vt ijdem Auctores ibidem
exponunt, Iudices ſunt Dij, ſi iuſtè iudi-
cent, quoniam ſunt executores ex officio
Diuinæ Iuſtitiæ; & ne propter hanc au-
ctoritatem ſuperbirent, ſed recordaren-
tur ſe eſſe mortales, & quòd, ſi malè iudi-
carent, ab altiſſimo loco præcipitarentur
35 in gehennam ignis, ſubditur, † (Vos au-
tem, ſicut homines moriemini, & ſicut
vnus de Principibus cadetis,) hoc eſt, vt
ijdem exponunt, hæc ſuprema veſtra po-
teſtas non poteſt vos à morte præſeruare,
ſed, ſicut homines, moriemini, & ſi malè
iudicaueritis, tanquam vnus de principi-
bus, qui ab Empireo Cœlo ceciderunt, ca-
detis in gehennam ignis.

36 Inſuper ſunt etiam honorandi propter
eorum ſcientiam; nam ſcientia nobilitat,
& nobiliſſimos facit. l. prouidendum. C.
de poſtuland. & hæc nobilitas præualet
alijs, vt latiſſimè proſequitur Tiraquell.
in tracta. de nobilit. cap. 5. Et dum oratio
huc progreſſa fuerit, relinquam Iudices,
& ad me ipſum ſermonem conuertam, vt
ipſimet dijudicent, ſi vera dico: multa
enim contra maledicos dixi in Apologia,
& ſic in principio operis, aliqua alia nunc
dicam in fine eiuſdem, quoniam nunc ad
aures peruenerunt. Suſurrant igitur mul-
37 ti, † quòd alienigena non debebat ſibi aſ-
ſumere iſtam arrogantiam interpretandi

Conſuetudines huius inclytæ, & fideliſſi-
mæ Ciuitatis, ex quo Ciues præferuntur
exteris, & tantò magis, quia hoc modo vi-
deor mihi vſurpaſſe præcedendi modum,
vt me præferrem alijs nobilibus, & quòd
meminiſſe me debet, me natum eſſe in
quodam Oppido, ſiue Terra parua, vt eſt
Terra Ripæ Candidę, quæ mea eſt Patria,
38 vt in eadem Apolog. num. 14. dixi, † &
ſic nati in Ciuitate nobiliores ſunt, & prę-
feruntur alijs, qui in Oppidis, & Terris
paruis naſcuntur. l. ſi quis. C. de naturalib.
liber. cum alijs innumeris cumulatis per
eundem Tiraquell. in d. lib. de nobilit. c.
10. per tot. & ſic de alijs, quæ omitto, quia
potius me extollerent, quam deprimerēt,
& humiliarent, & ipſimet talibus oppoſi-
tionibus me extollunt, vt mox aliqua re-
cenſeam, ſed ipſi me coegerunt, alioquin
omiſiſſem, cum, gratia Dei inanis gloriæ
non ſim cupidus.
39 Scio igitur, quòd Ciuitas nobilitat, vt
dictum eſt num. præced. Sed ſcio etiam,
(vt meæ Patriæ laudes reticeam) quod bo
ni viri, ſcientia, vel artibus pręſtantes, Pa-
trias, alioquin infimas, maximè nobi-
litarunt, & ipſi prælati ſunt Ciuibus eiuſ-
dem Ciuitatis, quorum multa refert exem
pla Tiraquel. in d. tract. de nobilit. cap. 12.
nu. 10. cum omnib. ſeqq. etiam quia maio-
res noſtri ordinationem Dei ſequentes.
Leuitic. cap. 19. & 23. racemos, & grana
pauperibus, & peregrinis carpēda dimit-
tunt, & Deus ſæpe paruulis reuelat, quod
magnis viris fuit occultum. vt ad noſtrum
ppoſitū poſt alios notat Philipp. Probus
in præfation. de iure Regal. nu. 1. & ſeqq.
40 Scio etiam ſcientiam nobilitare, vt ſu-
perius dictum eſt nu. 36. Sed ſi benè locu-
tus ſum, & ad rectam methodum hæc Cō-
mentaria direxi, ac reduxi, etiam ſi fuiſ-
ſem filius libertini, hanc ſolam ob cauſam
alijs eſſem pręferendus, vt in eadem Apo-
log. num. 8. dixi.
41 Scio etiam, quòd, dum nobilitas venit
ratione ſtatus, ſiue ex maioribus; quò an-
tiquior eſt nobilitas, eò maior eſt, vt cæte-
ris præferatur, vt ex tex. in l. 2. §. quæ om-
nia. C. de veter. iur. enucleand. l. prouiden-
dum. C. de poſtuland. Aluarot. Ioan. de
Plat. & alijs innumeris, probat Tiraquel.
vbi ſupra cap. 15. & 21. vt alios omittam,
42 adeo vt, † ſi nobilitas deſcenderet ex ſan-
guine Regio; iſti, qui ex ſanguine Regio
deſcendunt, præferantur alijs, ita Caſſan.
in Catalog. glor. mund. par. 5. conſiderat,
32. & 42. Boer. & Belluc. penes Frecc. lib.
2. de ſubfeud. in fin. cap. vlti. num. 47. cum
ſeqq. & quàmuis ipſe Frecc. videatur te-
nere contrarium; tamen contra eum fuit
reſolutum, ſiue firmatum in dicta cauſa
Ducis Montiſalti, in qua ſcripſit, vt in
margine ibi annotatum vidi per noſtrum
de Ponte, & ſic audiui, quòd practicatur,
vt Dux præcedat, & iure quidem; nam
Boer. in d. 2. par. in tracta. de auctoritate
Magn. Conſil. ſub num. 3. in fin. ſic practi-
catum dicit, & probat ex tex. in c. funda-
menta. §. proinde, & c. clericis, de immun.
eccleſ. in 6. vbi præcedendi, & ſedendi mo
43 dus traditur, † & primò ponitur Impe-
rator: ſecundò ponuntur Reges, & dein-
de cæteri Titulati ſecundùm illorum di-
gnitatem, ex quo ordine rectè infert, vt na
ti ex ſanguine Regio præferantur alijs, &
44 iure quidem, † quia, dum Nobiles dicun-
tur à noſcendo, & dicūtur etiam Inſignes,
Alti, & ſic de alijs prærogatiuis, vt ex di-
uerſis Iuribus, & Auctoribus probat Ti-
raquel. vbi ſupra cap. 2. per tot. & Tholo-
ſan. loco citādo, clarum eſt, vt nati ex ſan-
guine Regio ſint magis noti, magis inſi-
gnes, & magis alti; & ob tales prerogati-
uas debent alijs præferri, qui non ſunt ta-
libus pręrogatiuis decorati, quod ſit inci-
denter dictum, quia fortaſſe in 3. vol. ex
profeſſo particularem tractationem inſti-
tuam. Sed ſcio etiam; (vt ad propoſitum
45 reuertar) † quòd virtutes, & mores plus
nobilitant, quàm progenitorum nobili-
tas, quia nobilitas ſola eſt, quæ moribus
ornat. cap. nos, qui. 40. diſt. cap. penult. de
præbend. cum alijs innumeris penes eūd.
Tiraquell. loco cit. c. 4. Petr. Gregor. Tho-
loſ. lib. 4. de Repub. cap. 2. num. 9. cum
ſeqq. & habetur paſſim in Sacra Scriptu-
ra, & ſufficiat illud Eccleſiaſt. 10. nu. 7. ibi
(Magnus, & Iudex, & potens eſt in hono-
re, & non eſt maior illo, qui timet Deum)
& Sanctiſſima Virgo Agatha, Siculorum
Deus, impijſsimo Prætori Quintiano di-
xit, (Multò præſtantior eſt Chriſtiana hu-
militas, & ſeruitus Regum opibus, & ſu-
perbia) vt habetur in 4. lect. eius officij,
quod inferius etiam probabitur, & præ-
46 dicti DD. rationem reddunt, † quia di-
gnitas, quæ ex natalibus venit, eſt potius
quædam dignitas per accidens, & ideò
quibus non eſt virtutis præſtantia, & ſic
habeant nobilitatem morum, generis cla-
ritas potius dedecori, & ignobilitati eſt,
quàm laudi, & gloriæ; cùm enim a Maio-
ribus

ribus degenerant, ſunt fabula vulgi, &
reputantur, vt ſtercus, vt pluribus medijs
probant prænarrati Auctores, de qua etiã
materia tractat aliqua noſter de Pont. in
tract. de poteſt. Proregis tit. de electión.
47 Officiał. §. 8. quod eſt notiſſimum; † imò
qui virtutum nobilitate non inuenientur
prędití, non habebunt partem in Regno
Chriſti, & Dei, eiſque dicetur illud Apo-
calip. 22. (Foris canes, & venefici, & im-
pudici, & homicidæ, & Idolis ſeruientes,
& omnis qui amat, & facit mendacium)
& illud Matth. 25. (Ite maledicti in ignẽ
æternum, qui paratus eſt Diabolo, & An-
gelis eius) & ſic in eis adimplebitur illud
48 Pſalm. 149. † (Reges eorum in compedi-
bus, & nobiles eorum in manicis ferreis)
nempe vt tradantur tortoribus tartareis
